

2 400 40 **Galpa** MADE IN SPAIN

IOANNIS DE SOCARRA-

TIS IURISCONSULTICA-
thalani in tractatum Petri Alberti canonici Bar-
chinonensis, de consuetudinibus Cathalonie
inter Dominos & Vasallos, ac nonnullis
aliis, quæ commemorationes Petri
Alberti appellantur, doctissima,
ac locupletissima commen-
taria nunc primùm typis
excusa, quibus feudo-
rum materia dili-
gentissimè per-
tractatur.



Ex Lib. D. Sixti Sors

*His accesserunt Argumenta (quæ uulgo Summa-
ria dicuntur) cum Indice locupletissimo.*

Ex lib. ~~...~~ J. C. D.

Ex Lib. ~~...~~ Barchinonæ,

Apud Ioannem Gordiolam.

M. D. LI.




INDEX PRAECIPVA-

RVM MATERIARVM IN COM- MENTARIIS IOANNIS DE SOCAR.

ratis super Consuetud. Feud. Principatus Cataloniae
contentarum: quae dilucide numeris distin-
ctae sunt: quorum prior paginam,
sequens vero Summaria
paucis explicat.

*

De litera A.



- Ad*, & usque dictiones sunt inclusivae . pagina 224. nu. 14.
- Ablativus absolutus* e conditionem importat . pagi. 38. nume. 14.
- Abstinere suorum*, repudiare est extraneorum . pag. 34. 1. nu. 17.
- Accusatio publica* ad quos spectet, & ad quos non. 4. 23. 16.
- Acquisitor novus feudi* an possit prescriptione iuvari . pag. 152. 37.
- Acquisitore novo feudi recusante laudemium*, dominus potest emparare feudum. 302. 84.
- Acquiri an possit via pignoris*, pacto existente de non acquirendo. 125. 65.
- Actio omnis tollitur triginta annis*. 137. 14.
- Actio iniuriarum coram quo intentari debeat*. 257. 4.
- Actio omnis tollitur triginta annis*. 65. 11.
- Actio iniuriarum ad vindictam tendens nec heredibus datur*, nec contra heredes. 443. 19.
- Actio tendens ad vindictam neque heredibus, neque contra heredes datur*. 346. 29.
- Actor forum sequitur*, etiam in criminalibus. 132. 10.
- Actus plura coniunctim* requirens vitatur, si quod illorum omitatur. 159. 6.
- Adire*, extraneorum est, immiscere vero, suorum. 276. 7.
- Adscriptitius* quo differat a seruo. 330. 23. 24.
- Adultus* in quibus sine curatore possit interpellari . pagina 438. 45. & 46.
- Aduocati raptantis & raptati* an peccent, mortaliter . pagi. 481. nu. 35.
- Aduocati an teneantur ire ad expeditionem militarem* . pagi. 397. nu. 127.
- Aes alienum* an de mobilibus deducatur, an etiam de immobilibus. 512. 45.
- Aegritudo* quos & a quibus excuset. 75. 76. & seq.
- Aedificare ad emulationem in solo proprio* quando liceat. 16. 171. 15.
- Actus per infantiam* quid designetur. 231. 43.
- Affirmativa* quid operetur, & quid negativa. 144. 3.
- Affines* qui dicantur. 497. 29.
- Agere* quis dicatur, & quid significet. 268. 20.
- Agens possessorio recuperanda* quo casu non admittatur. 159. nu. 24.
- Aggressor in duello victus* qualiter puniendus. 482. 43.
- Agnatus vasalli ab intestato defuncti* succedit in feudo . pag. 431. nu. 1.
- Agnatus*, adeundo feudalem hereditatem efficitur homo domini ipsius defuncti. 431. 4.
- Agnatus* qui feudalem hereditatem adiuit, creditoribus, defuncti tenetur. 431. 5.]
- Agnatus agnato succedens in feudo*, an hereditate refutata possit feudum retinere. 432. 17.
- Agnati* qui in feudalibus. 431. 11.
- Agnati in defectum ascendentium & descendentium* an succedant in feudo. 435. 32.
- Agnati an succedant vasallo*, cui dominus feloniam remisit. 444. 20.
- Alia*, & aliqua dictiones quid significant. 420. 10.
- Aliis*, dictio quid denotet. 230. 42.
- Alienatio rei feudalis* quibus actibus domino confirmetur. pag. 572. 6.
- Alienatio* varijs fit & capitur modis. 125. 66.
- Alienationis nomine* an ueniat pignoris datio. 125. 67.
- Alienatio immobilium* quare non debeat fieri in personis ecclesiasticis. 128. 75.
- Alienatio non perficitur sine traditione*. 197. 47.
- Alienatio* quid sit. 189. 6.
- Alienatio* quae uere & proprie dicatur. 551. 23.
- Alienationis nomine* an ueniat translatio utilis domini . pagina 551. 25.
- Alienationis nomine* quando ueniat heredis institutio . pag. 199. nu. 41.
- Alienationis nomine* uenit datio in emphyteusim . pag. 191. nume. 15.
- Alienationis nomine* quid contineatur. 190. 11.
- Alienari*, uel uendi prohibitum, non potest pignori obligari. 125. 63.

Index.

Alienatio generalis non comprehendit bona alienari prohibita. 125.55.
Alienare, uerbum latius extenditur quam emere. pagina 125. nume. 61.
Alienare prohibitus, ad centum impune locare potest. pag. 129.79.
Alloidiarius coram quo litigare debeat pro re, quam habet in alodium. 185.10.
Alloidiarius de possessione, quam tenet pro domino, non tenetur directum firmare in posse domini. 186.11.
Alloidiarius questionem habens de alodio cum aliquo, non tenetur directum firmare in posse domini castri. pag. 184. nume. 4.
Alloidiarius cautionem cui prestare teneatur. 171.19.
Alloidiarius de quibus directum firmare debeat domino castri. 185.5.
Alloidiarius de contentione quam contra dominum castri non tenetur coram eo experiri. 184.1.
Alloidiarius et castri dominus coram quo experiri debeant. pag. 184.2.
Alloidiarius an et quando cautionem domino prestare teneatur. 170.12.
Alloidiarius turrim uel fortalicium facere non potest, domino castri prohibente. 170.13.
Alloidiarij ad que teneantur, et ad que non. 170.10.
Alloidiarij in castri termino esse possunt tenentes mansos uel fortalicia. 168.1.
Alloidiarij ad que teneantur pro castri tuitione. pagina 168. numero 3.
Alloidiarij quidam milites, et quidam pagani. 169.4.
Alloidiarij qui dicantur. 169.4.
Alodium quid sit, et quotuplex. 42.26.
Alloidiarij duo equales in castro esse possunt. 584.83.
Alloidiarij et homines loci quando castrum dirutum reficere teneantur. 57.18.
Alloidiarij quo differant ab hominibus proprijs. pagina 57. nume. 19.
Alloidiarij quando teneantur ad opera castri. 58.20.
Alloidiarij baronum et ecclesiarum an teneantur principem iuuare. 172.21.
Alius, hec dictio est implicatiua similitum. 357.8.
Alius, alia aliud, similitum, non dissimilitum sunt implicatiua. 154.5.
Ambiguitas scripturae unde declarationem recipiat. pagina 38. nume. 13.
Amplius, dictio est implicatiua. 162.10.
Amplius, dictio ampliat, nec restrictionem admittit. pagina 66. nume. 17.
Annus duplex est. 267.5.
Appellari an possit ab arbitrio boni uiri. 100.27.
Appellari an possit a sententia lata per pares inter dominum et uasallum. 526.20.
Appellari potest a sententia lata per iudicem a partibus assignatum. 527.26.
Appellatio quo iure sit introducta. 526.21.
Appellatio a iudice per dominum assignato ad quem deuoluatur. 528.29.30.31.32.
Arbiter a laudando inimicitia excusatur. 317.18.

Arbitri quid possint. 115.19.
Arbitrium quid sit. 99.25.
Arguere de uasallo ad socium quare non liceat. pagina 104. numero 9.
Argumentum fortissimum, Non est iure cautum, ergo etc. 511. nume. 40.
Argumentum a uerisimili in statutis locam habere potest. pag. 410.25.
Argumentum a sensu contrario in statutis an ualeat. pag. 411. nume. 26.
Argumentum a sensu contrario est in iure fortissimum. pag. 401. nume. 137.
Argumentum a solitis in iure fortissimum. 561.63.
Argumentum a contrario sensu quo casu non ualeat. pagina 98. nume. 19.
Arma duelli que. 482.38.
Arma que proprie dicantur. 91.15.
Arma de ferre qui possint. 401.138.
Arma de ferre licet itinerantibus. 403.140.
Armorum appellatione que comprehendantur. pagina 119. nume. 18.
Ascendens quare descendenti non succedat in feudo. pagina 495. nume. 15.
Ascendens quo iure in feudo possit succedere. pagina 437. nume. 37.
Ascendentes iure communi in feudo non succedunt. pagina 433. nume. 18.
Ascriptitijs quis, et unde dictus. 326.6.
Ascriptitijs qualiter quis constituatur. 327.10.
Ascriptitijs et censitus an sint liberi. 327.12.
Ascriptitijs ex qua scriptura quis constituatur. pagina 331. nume. 25.
Ascriptitijs an ueniant bonorum appellatione. pagina 331. nume. 26.
Attestatio quid significet. 560.58.
Auia an ueniat aui nomine, et an prodius. 442.13.
Authentice legis condenda non presumitur, nisi probetur. pag. 2. nume. 1.

De litera B.

Baiulus perpetuus a quo baiuliam tenere presumatur. 141.33.
Baiulus quid possit prescribere. 142.34.
Baiulia uenit feudi nomine, sicut Trebelliana nomine falcidia. 525.15.
Baiulus quis, et unde dictus. 17.549.16.
Baiulus an et quando partem laudum rei uendite capiat. pag. 550.18. et 19.
Bannum et precouisatio quasi iurisdictionis probationem inducunt. 176.37.
Bannitus uel deportatus an per gratificationem possit in feudo succedere. 229.35.
Bannitum inscius receptans non punitur. 265.19.
Barchinona an teneatur in Cathalonia facere hostem et caualcatam, et an extra. 388.107.
Barchinona et alie regni ciuitates extra regnum hostem facere non teneantur. 320.111.

Baro

Index.

Baro si regi bellum indixerit, an rex sine alia indictione possit damnum baroni inferre. 329.19.
Baro quando licite possit resistere domino. pagina 411. numero 30.
Baro contra principem insurgens committit crimen lese maiestatis. 466.8.
Baro homines suos iure duplici tenet alligatos. pagina 419. numero 6.
Baronis nomine qui ueniant. 406.1.
Baronis homines quando ipsum contra principem iuuare teneantur. 407.10.
Baronis subditi an ei potius obediant, quam regi. pagina 408. nume. 18.
Barones regni an possint licite contra regem bellum mouere. 29.410.24.
Barones regni non debent bellum mouere contra extraneos sine licentia regis. 422.13.
Barones regni bellum mouere possunt contra barones alienigenas. 418.1.
Baronis subditi regem potius iuuabunt quam baronem. pag. 418. nume. 2.
Baronia an per castri concessionem dicatur uendita. pagina 178. nume. 44.
Bausia an possit per instrumentum probari. 488.65.
Bausia quid, et unde dicta. 264.12.
Bausia sequi quando dicatur. 28.78.
Bausia quid, et unde. 29.79.
Bausia quale crimen, et qualiter puniatur. 29.80.
Bausiam, seu prodicionem in priuatum committens, an debeat spoliari. 29.81.
Bausia cognitio ad quem spectet. 30.82.
Bausia quo differat a prodicione. 91.30.83.
Bellum iustum quod dicatur. 364.37.
Bellum quare contra paganos indicatur. 364.38.
Bellum mouere ad quem spectet. 356.6.
Bellum quo iure introductum. 472.7.
Belli indicendi solennitas que. 368.51.
Bello interesse qui debeant. 389.110.
Bello que persona inuites. 358.15.
Bello quem impetere an liceat. 364.36.
Bello capti an licite possint occidi. 363.42.
Bona fides an sufficiat ad prescribendum. 156.11.
Bonorum possessio Carboniana an in feudis locum habeat. pag. 148.19.
Bona regulariter personam sequuntur. 448.3.
Bona bello parta, in foro conscientie sint restituenda. pag. 368. nume. 53.
Bona quando dicantur deducto ere alieno, et quando non. 523.47. et 48.

De litera C.

Camparij qui sint. 17.1.
Campio quis dicatur. 481.36.
Campus duelli quot diebus debeat teneri. 482. nume. 39.
Capitaneus quis dicatur. 369.59.
Captus quis non dicitur, nisi ductus sit intra inimicorum

presidia. 366.45.
Capta bello an et quando restitui debeant. pagina 366. numero 46.
Captus bello a duobus, sub fide relaxatus, ad quem eorum reueri debeat. 369.55.
Captus bello si per fallaciam euaserit, an pristinum statum recuperet. 367.48.
Capta ab hostibus an efficiantur capientium. pagina 366. numero 44.
Capta bello an et quando efficiantur capientium. pag. 369. nume. 54.
Capti in bello quousque se redimant detineri possunt. pag. 579.34.
Capti bello qualiter efficiantur serui. 366.43.
Captiui ad fidem relaxati, ad mandatum relaxandum debent reueri. 368.52.
Carolus magnus quo tempore Hispaniam a Saracenis uindicauerit. 343.23.
Castellanus an censeatur in non consuetis prescripisse. pag. 164. nume. 23.
Castellanus idem est, quod uasallus. 134.4. *Ille feudatarius.*
Castellanus quanto tempore possit prescribere. pag. 163. nume. 18.
Castellanus an possit questionem exigere ab hominibus castri. pag. 163.16.
Castellanus et homines castri in dominum delinquentes ius firmare debent in posse ipsius domini. 133.12.
Castellanus que contra dominum in castro annis quadraginta prescribere possit. 165.26.
Castellanus quis proprie dicatur. 59.21.
Castellanus an in castro subcastellanum ponere possit. pag. 579. nume. 41.
Castellanus an domino suo homagium facere teneatur. pag. 580. nume. 45.
Castellanus secundus castellaniam domino superiori uendere non potest. 425.2.
Castellanus inferior firmamenta questionum in castro habere potest. 131.1.
Castellani plures unus post alium qualiter in castro esse possint. 427.11.
Castellani duo possunt esse in eodem castro. 257.1.
Castellani duo si sint in eodem castro, alter omnia firmamenta habere potest. 257.1.
Castellani plures in uno castro successiue esse possunt. pagina 425. nume. 1.
Castrum ob delictum a domino destructum, non debet denuo edificari. 170.14.
Castrum terminatum erigere quis possit. pag. 172.22. et 173.23.24. et 175.34.
Castrum erigendi ius quare sit imprescriptibile. 174.30.
Castrum terminatum non nominatio sola, sed longeva possessio, etc. 175.32.
Castrum quibus conditionibus infudari possit. 189.5.
Castrum terminatum fuisse factum quibus probetur. pagina 176. nume. 35.
Castrum terminatum quod dicatur. 174.28.
Castrum recipiens sub homagio, illi restituere debet, a quo recepit. 183.67.

Index.

Castrum terminatum iura quae. 178. 46. 47. 48.
 Castrum terminatum quo differat a non terminato. pa. 178.
 nume. 43.
 Castrum recognoscens tenere in feudum, an recognoscat ter-
 ritorium. 40. 19.
 Castrum, domino tenente potestatem, uasalli expensis custo-
 ditur. 93. 2.
 Castrum dirutum reficitur secundum conventiones investitu-
 re. 547. 10. 12.
 Castrum erigere ad solum spectat principem. 176. 38.
 Castrum quid sit, et quid ueniat eius nomine. 177. 39. 40.
 Castrum diruti refectio an ad uasallum, an uero ad dominum
 spectet. 53. 6.
 Castro terminato quae competat iurisdictio. 182. 63.
 Castrorum erectiones titulis hodie uix probantur. pag. 173.
 nume. 26.
 Casus idem formalis ibi esse dicitur, ubi eadem ratio reperi-
 tur. 525. 16.
 Cathalani non tenentur sequi regem suum extra regnum.
 pa. 395. 122.
 Causae feudales consuetudine sunt decidende. 297. 69.
 Caudicata quid sit. 399. 131. et 133.
 Cautio quotuplex, et quid una qualibet. 285. 14.
 Cautio idonea quae dicatur. 19. 45.
 Cautio optima quae intelligatur. 8. 169. 7. 8.
 Cautio nuda intelligitur eum obligatione bonorum. pagina
 477. nu. 22.
 Cautioni iuratorie quando non stetur. 477. 27.
 Cautio è lege prolata qualiter intelligenda. 82. 28.
 Cautio nuda cum omnium bonorum obligatione est intelli-
 genda. 83. 28.
 Cautum esse quid significet. 546. 5.
 Censualia et uisularia an sint mobilia, an uero immobilia. pa.
 520. 78. et 79.
 Citatio rapati qualiter debeat fieri. 472. 8.
 Citatio pupillo facta nil operetur, nisi citetur et tutor. pa.
 438. nu. 44.
 Citra et ultra dictiones quid significant. 342. 19.
 Ciuitas damnata ad murorum destructionem, non potest de-
 structos rursus struere. 4. 20.
 Ciuitas an possit quem a numeribus eximere. 381. 97.
 Claudii bello inuitiles, sicut et surdi, et caeci. 358. 14.
 Clericus non priuilegiatur in bonis patrimonialibus. pag.
 508. nu. 29.
 Clericus de patrimonialibus decimas soluit, de ecclesiasticis
 bonis non. 508. 31.
 Clericus dupliciter ius patronatus in ecclesia habere potest.
 pa. 508. 32.
 Clericus duello locum designans, an fiat irregularis, homici-
 dio secuto. 488. 64.
 Clericus uasallus quot habeat iudices. 468. 82.
 Clerici an gaudeant priuilegijs in bonis proprijs, sicut in ec-
 clesiasticis. 509. 33. et nu. seq.
 Clerici pacem a principe datam seruare tenentur. pag. 371.
 nume. 68.
 Clerici nec ad collectas, nec ad equos ob. guerram tenentur.
 pag. 384. 104.
 Clerici bello interesse non debent, ad collectam, tamen pro
 bello tenentur. 379. 94.
 Clericis an liceat bellis interesse. 365. 41.
 Clericis bladi quaestio imponi non debet. 102. 12.
 Coelicilli large dicuntur testamentum. 505. 18.
 Cognati in Cathalonia admittuntur ad feuda. pagina 434.
 nume. 27.
 Cognatorum nomine qui ueniant. 497. 30.
 Cognitio cause requiritur, ubi aliquid iudicis arbitrio com-
 mittitur. 99. 26.
 Collega delinquens non potest puniri per collegam habena-
 tem similem iurisdictionem. 132. 8.
 Collectas soluere qui teneantur, et qui non. pagina 377. nu-
 mero 87.
 Collectae pro patrimonij uiribus imponi debent. pagina 382.
 nume. 100.
 Colonis annis triginta praescribi potest. 332. 2.
 Comes in comitatu suo omnimodam habet iurisdictionem.
 pa. 459. 51.
 Comes et marchio quando praesidi equiparentur. pa. 476.
 nume. 20.
 Comes an habeant merum imperium. 409. 21.
 Comes Barchinonensis ubi habeat territorium. pag. 467.
 nume. 78.
 Comes Barchinonae non potest suos subditos trahere extra
 principatum. 458. 48.
 Comitum nomine quis ueniat. 407. 14.
 Commendare idem, quod deponere significat. pagina 604.
 nume. 19. 605. 22.
 Communicans cum excommunicato peccat mortaliter. pag.
 22. nu. 55.
 Conditio in infestatione apposita seruari debet. pagina 222.
 nume. 9.
 Conditionis natura, quae. 38. 14.
 Conditioni potestatiuae nunquam praescribitur. pagina 542.
 nume. 26.
 Conductum non debetur uasallo, cui intra curtis ianuam man-
 datum est placitum. 466. 76.
 Conducti nomine quid ueniat. 465. 72.
 Confessio extra iudicialis quando equiparetur iudiciali. pag.
 595. nu. 105.
 Confessio geminata de recepto excludit exceptionem non mu-
 nerata pecunie. 138. 14.
 Consanguinei proprie qui dicantur. 496. 25.
 Consensus singulares quando sufficiant in actibus ad uniuersa-
 litatem pertinentibus. 217. 6.
 Consensus quando tacite induci dicatur. 192. 22.
 Consensus quando actum praecedere debeat, et quando se-
 qui. 428. 12.
 Consensus tacitus quando sufficiat. 199. 55.
 Consortes feudi citra domini uoluntatem illud diuidere pos-
 sunt. 191. 16.
 Constare quando quid dicatur. 14. 45.
 Constitutio poenalis loquens de reo, locum habet in actio-
 re. 116. 23.
 Constitutio poenalis quando extendi possit. pagina 526. nu-
 mero 19.
 Constitutiones ad quae extendi, soleant. 525. 17.
 Constantinus Imperator qualiter urbem ecclesiae donauit.
 rit. 213. 19.
 Consuetudo praescripta intelligitur in dubio. 39. 17.
 Consuetudo

Consuetudo

Index.

Consuetudo posteriori legi derogat priori. 71. 35.
 Consuetudo iniusta non seruanda. 41. 25.
 Consuetudo posterior praescripta tollere potest priorem. pa.
 64. nu. 10.
 Consuetudo specialis derogat generali. 261. 15.
 Consuetudo lege posterior, ipsi derogat. 132. 6.
 Consuetudo tantum potest, quantum agit. 422. 12.
 Consuetudo iniusta quae dicatur. 25. 8.
 Consuetudo non semper rationalis exigitur, modo sit tole-
 rabilis. 463. 160.
 Consuetudo specialis per legem generalem corrigitur. pag.
 427. nu. 8.
 Consuetudo quae tribuere soleat. 378. 89.
 Consuetudo ad alios casus uel personas non extenditur. pag.
 378. nu. 90.
 Consuetudo contra statutum iuratum non introducitur. 8. 9.
 Consuetudo generalis induci potest tolerantia principis. pa.
 403. nu. 141.
 Consuetudo quae dicatur iniusta. 483. 46.
 Consuetudo generalis clericos non ligat. 510. 38.
 Consuetudo odiosa non debet extendi. 507. 24.
 Consuetudo quid sit. 522. 5. 6.
 Constitutio generalis non tollit leges municipales iam fa-
 ctas. 540. 19.
 Consuetudo an liget furiosos infantes. 541. 20.
 Consuetudo recepta, sicut statutum seruari debet. 547. 9.
 Consuetudo idem potest quod pactum. 582. 52.
 Consuetudo legem contrariam tollit. 574. 14.
 Consuetudo iurisdictionem tribuere potest. pagina 186. nu-
 mero 6.
 Consuetudo non dicitur, nisi praescripta probetur. pag. 185.
 numero 6.
 Consuetudo quanto tempore inducatur. pag. 186. nume. 14.
 et sequen.
 Consuetudinis inducenda tempus quando currere incipiat.
 187. nu. 17.
 Consuetudo non extenditur ad casus non comprehensos in
 ipsa. 213. 16.
 Consuetudo in feudis, attendenda maxime. 221. 3.
 Consuetudo de loco ad locum, non de casu ad casum est exten-
 denda. 105. 25.
 Consuetudinem allegans, eandem probare debet. 22. 2.
 Consuetudinis nomine uenit proprie praescripta. pag. 269.
 nume. 12.
 Consuetudine induci potest id, quod et priuilegio concedi.
 pag. 63. nu. 6.
 Consuetudines Cathaloniae an sint generales, uel locales. pa.
 4. nume. 9.
 Consuetudines Cathaloniae an sint alleganda et probanda.
 pag. 4. nu. 10.
 Consuetudines feudales unde. 3. nu. 4.
 Consuetudo in lege scriptam transiens uim suam perdit. 3. 5.
 Consuetudo in scriptis redacta, nil minus dicitur ius consue-
 tudinarium. 3. 6.
 Consuetudines an possint glossari. 3. 7.
 Contendere quid sit, et quid experiri. 185. 7.
 Contendere, quid significet. 20. 48.
 Contentio de iurisdictione si sit inter dominum et uasallum
 an in primis de ea cognosci debeat. 133. 11.
 Contractus feudalis quare personalis. 286. 17.
 Contradictione sublata non tollitur iusta. 293. 51.
 Contradictio quid sit. 8. 12.
 Contradictio cui fieri debeat in casu alienationis, feudi. pag.
 571. nu. 50.
 Contrahere potest quis siue mandato de bonis captiui ad-
 eum redimendum. 579. 37.
 Contrarietas seu repugnantia distinctione inuatur. 466. 75.
 Contrarietas in legibus qualiter inuari debeat. 301. 81.
 Controversia dicitur ante litem contestationem, querimonia
 autem post. 131. 4.
 Contumax quis, et quotuplex. 20. 50.
 Contumacia poena quae sit. 297. 58.
 Conuentio est terminus generalis ad omnia pacta. pagina
 490. nu. 70.
 Conuentio talis censetur, qualis est materia, super qua inter-
 ponitur. 285. 8.
 Conuocatio hostium et populi ad quem spectet. 371. 69.
 Coram aliquo quando quod fieri dicatur. 523. 7.
 Corpus mortui in duello qualiter debeat tractari. pag. 482.
 nume. 44.
 Corporalia et incorporalia in feudari possunt. 189. 3.
 Corporalia et incorporalia in feudum dari possunt. pagina
 173. nu. 10.
 Correlatiua sic ad paria iudicantur, ut dispositum in uno lo-
 cum habeat in alio. 606. 24.
 Correlatiuorum, ut sunt emptio, et uenditio unum extendi-
 tur ad reliquum. 561. 62.
 Correlatiuorum idem est iudicium. 37. 11.
 Creatura creaturam sibi similem interficiente, uirtutes crea-
 torum clamant ad Deum. 482. 41.
 Crimen lesae maiestatis a quibus committi dicatur. pagina
 407. nu. 99.
 Crimen futurum indulgeri non debet. 292. 96.
 Culpa in negligendo committitur, et faciendo. pagina 113.
 nume. 9.
 Cultellus, quo scinditur penna scriptoria, aut etiam panis,
 non uenit armorum appellatione. 91. 16.
 Curiae feudales quatuor sunt, et quae. 460. 54.
 Custodia castrum quando commissa praesumatur. pagina 45.
 numero 12.
 De litera D.



Annatus ad mortem, si restituatur, an recupe-
 ret feudum. 323. 22.
 Damnum in re dotali, locata, uendita, commo-
 data, ad quem spectet. 55. 12.
 Debet, uerbum ex significatu proprio neces-
 sarietatem imprtat. 103. 6.
 Debita an deducantur de tertia quae domino ratione intestiae
 debetur. 512. 43. et nu. seq.
 Debitor inuitus alteri per creditorem non potest delegari.
 pag. 212. 13.
 Debitorem liberare quilibet potest, pro eo soluendo. pagina
 595. nu. 104.
 Decedere, uerbum quid significat. 517. 70.
 Decretum contra contumacem non reuocatur, nisi contu-
 max satisfecerit. 86. 7.

Index.

- Defensio regni respicit publicam utilitatem. 418.3.
 Defensio quando tolli possit. 8.10.
 Delegare causas meri imperij qui possunt. pagina 474. numero 13.
 Delictum patris an noccat filiis. 345.27.
 Delictum patris an regulariter noccat filio. pagina 442. numero 15.
 Delictum uasalli non nocet ipsius creditori. pagina 445. numero 25.
 Denuntiatio alicui facta constituit eum in mala fide. pagina 46. numero 15.
 Depositi quibus a commenda differat. 604.21.
 Descendere qui dicantur ex corpore primi parentis. pagina 498.33.
 Dies decem dati domino ad tenendam castri potestatem quibus impediatur currere casibus. 43.3.
 Dies quotuplex. et quando incipiat. 267.6.
 Dignitates regie in feudum date diuidi nequeunt. pagi. 574. numero 17.
 Directum quando factum esse dicatur. 13.26.
 Disponere. uerbum quid significet. 575.20.
 Doctor per quem substitutum legere possit. pagina 321. numero 13.
 Dominium quando uere in aliquem dicatur translatum. pag. 256. numero 42.
 Dominium directum qualiter transferatur. 253.14.
 Dominus dans iudicem uasallo secum litiganti. expensas utri que prestabit. 490.69.
 Dominus habens castri potestatem. potest de bonis uasalli ibi inuentis expensas facere. 93.4.
 Dominus pro expensis custodum potest castrum retinere. pag. 94.5.
 Dominus quibus casibus castrum uasallo restituere non tenetur. 94.6.
 Dominus quare spoliari nequeat possessione seruitiorum. pag. 151. numero 31.
 Dominus an per instrumentum teneatur se probare dominum. 152.32.
 Dominus recipiens a uasallis seruitium diminutum an sibi preiudicet in residuo. 147.10.
 Dominus feudi quas retentiones ponere possit concessione rei feudalis. 154.2.
 Dominus quando de familia facto teneatur. 89.9. et 90.12.
 Dominus uasallo castrum restituere non tenetur. nisi prius receptis expensis. 93.3.
 Dominus castri potestatem reddere non tenetur. nisi requisitus. 95.11.
 Dominus restituens uasallo castri potestatem sine restitutione expensarum. an postea illas petere possit. pagina 98. numero 18.
 Dominus qualiter dicatur nimium expendisse. 99.23.
 Domino dicenti possessionem rustici esse de feudo. incumbit onus probandi. 140.26.
 Dominus an teneatur probare expensas factas pro castri custodia. 100.27.
 Dominus petens expensas quid probare debeat. pagina 100. numero 28.
 Dominus allodialis qualem habeat iurisdictionem in suum emphyteutam. 112.5.
 Dominus superior quod remedium habeat. si secundus emphyteuta fore fecerit. et primus nolit denuntiare. pagina. 115. numero 17.
 Dominus allodialis an possit facere emperam realem in re emphyteuticaria. 116.25. et 117.26.
 Dominus directus emperam realem facere potest. pag. 118. 32. et 119.37.
 Dominus an possit contra uasallum prescribere. pag. 142. numero 35.
 Dominus et habitatores castri allodiaros defendere tenentur. 168.2.
 Dominus an possit aliquibus mansis in termino castri immunitatem concedere. in preiudicium aliorum. pag. 181.57. et nu. seq.
 Dominus castri quam iurisdictionem habere censeatur in eodem. 182.61.
 Dominus an a uasallo calumnie iuramentum possit exigere. pag. 335.12.
 Dominus quo casu feudo priuetur. 330.20.
 Dominus uasallum contra quos iurare debeat. pagina 330. numero 21.
 Dominus quare uasallum osculetur. 325.3.
 Dominus uasallum ab inimicis defendere debet. 326.4.
 Dominus primus in secundo homagio semper exceptus intelligitur. 318.2.
 Dominus quid et qualiter contra uasallum prescribat. pag. 298. numero 73.
 Dominus qua actione uasallum coget. ut se dominum agnoscat. 282.59.
 Dominus facit fructus suos. quamdiu feudum tenet emparatum. 284.3.
 Dominus quando feudum apprehendere et retinere possit. nu. 274.36.
 Dominus per potestatem cogitur de causa feudali cognoscere inter duos uasallos. 463.63.
 Dominus an teneatur totum conductum dare uasallo pro die placiti. 465.73.
 Dominus feudi intra quod tempus contradicere debeat ipsius alienationi. 581.47.
 Dominus directus dominium feudi inter filios diuidere potest. 583.55.
 Dominus castri delinquens an possit a condomino puniri. pag. 585.66.
 Dominus habens ius retinendi. an possit pro alio retinere. 558.53.559.54.
 Dominus directus intra quantum tempus iure retinendi uti possit. 559.55.
 Dominus feudi seu emphyteusis fatiga. seu iure retinendi intra triginta dies uti debet. 565.
 Dominus directus in quibus alienationibus fatigam. seu ius retinendi habeat. 566.68.
 Dominus feudi qualiter uasallum alienare possit. pagin. 212. numero 14.
 Dominus feudi an possit ipsius proprietatem sub hypotheca obligare. 214.20.
 Dominus feudi. partem ipsius illicitè alienans. an cadat a proprietate. 214.21.
 Dominus feudi an possit ipsius proprietatem alienare. 211. 9.10.212.13.

Dominus

Index,

- Dominus feudum uasallo inuito uendere potest. pagina 210. numero 2.
 Dominus cui feudum uendere possit. 210.5.
 Dominus an possit feuda apprehendere existentia extra castrum terminum. 23.59.
 Dominus tenens castrum an fructus suos faciat. pagina 24. numero 60.
 Dominus et uasallus in feudis ad paria iudicantur. pagina 37. numero 10.
 Dominus feudi an possit uni ex uasalli filiabus gratificari. pag. 228.33.
 Dominus contra uasallum coram quo agere debeat. pagina 131. numero 2.
 Dominus uasallo uiuo an possit alii de feudo inuestire. quod post mortem uasalli ad dominum est reuersurum. pag. 498. numero 35.
 Dominus permittens filium hominis sui tonsurari. quando sibi preiudicet. 510.39.
 Dominus quando in bonis intestati tertiam habeat sine onere. 512.46. et 49.
 Dominus de translationibus de manso non habet tertium. 516.64.
 Dominus in feudo directum uasallus utile habet dominium. pag. 267. numero 4.
 Dominus quando non teneatur castri potestatem reddere. nec feudum desemperare. 522.2.
 Dominus quo casu iuris firmam recipere. nec feudum desemperare tenetur. 522.3.
 Dominus non tenetur uasallo restituere id. quod habuit ex feudo. quamdiu illud tenuit. 522.4.
 Dominus qualiter dicatur per uasallum fatigatus. pagina 526. numero 20.
 Dominus non appellat a sententia iudicis per se assignati. 526.22. et 23.
 Dominus an in re feudali tantum possit suam exequi sententiam. 531.40.
 Dominus potestatem receptam an perpetuo retinere possit. pag. 13.25.
 Dominus quando uasallo potestatem reddere teneatur. pag. 14. numero 27.
 Dominus castrum retinere uolens. debet causam exprimeret. 15.29.
 Dominus recepta castri potestate custodes in illo ponere debet. 43.1.
 Dominus quando castri potestatem domino reddere teneatur. 44.9.
 Dominus an uasallo teneatur. si durante potestate castrum amittatur. 16.17.45.13.16.17.
 Dominus accipiens castri potestatem tempore guerra. an teneatur de uolentia. pagina 47. numero. 18. 20.21.23. 24.25.
 Dominus habens potestatem castri. nil debet permittere. in eo dirui. 48.26.
 Dominus in quot. et quibus consistat. 7.4.
 Dominus a uasallo castri potestatem petere potest. pagina 5. numero 1.
 Dominus an possit inuitus cogi a uasallo firmitiam recipere. 19.46.
 Dominus qui recepit potestatem castri. an possit eo uti. pag. 39.16.
 Dominus per alium castri potestatem capere potest. pagina 34. numero 2.
 Dominus an indistinctè fructus lucretur. pagina 24. numero 62.
 Dominus feudi gratificans uni filiorum uasalli defuncti an habeat tertium. 231.44.
 Dominus an possit gratificari uni ex cognatis uel agnatis uasalli. 231.48.
 Dominus feudi an possit alij a filiis uasalli gratificari. pag. 233. numero 53.
 Dominus non tenetur feudum assignare uasalli filio. qui patri uiuo ipsum dominum offendit. 234.6.
 Dominus feudi an debeat gratificari ei filiorum uasalli. qui magis est idoneus. 234.61.
 Dominus an tacitè habeat feudum obligatum propter laudimium. 242.31.
 Dominus feudi quam habeat actionem pro laudimio. pagina 242.33. et 243.39.
 Dominus apprehendens potestatem feudi dotalis. illam marito reddere debet. 237.5.
 Dominus castri potestatem accipiens. an possit a uasallo fructus delictum petere. 40.21.
 Dominus res uasalli in castro et terminis inuentas capere potest. 60.1.
 Dominus qua actione recuperet expensas a uasallo. pagina 61. numero 9.
 Dominus an possit castrum retinere ratione alicuius loci in termino sibi non traditi. 65.14.
 Dominus potestatem castri uasallo post decem dies reddere debet. 274.1.
 Dominus irrequisitus non tenetur uasallo castrum reddere. pag. 275. numero 2.
 Dominus quando castri potestatem uasallo reddere non tenetur. 76.6.
 Dominus feudum emperatum retinere potest. donec seruitium in duplo fuerit ei emendatum. pagina 76. numero 7. et 8.
 Dominus detinens castri potestatem. firmam iuris a uasallo petere potest. 84.1.
 Dominus castrum non deterioratum uasallo reddere debet. pag. 84.2.
 Dominus uasallo damnum deteriorationis castri reddere tenetur. 84.2.
 Dominus habens staticam in castro non tenetur illud uasallo reddere post decem dies. 599.3.
 Dominus castri potestatem uasallo reddere non tenetur. si conuentum sit quod certo tempore possit tenere. pagina 602. numero 13.
 Dominus superior an uasallo irrequisito possit de castro pacem et guerram facere. 166.33.
 Dominus castrum retinens propter guerram. an interim faciat redditus et fructus suos. 166.34.
 Dominus quo casu castri potestatem retinere possit. pag. 167. numero 35.
 Dominus quibus casibus castrum uasallo reddere non tenetur. 77.12.

Dominus

Index.

Dominus qualiter requirendus pro protestate reddenda. pag. 78. nu. 18.
Dominus qualiter probet seruitium sibi a uasallo non prestitum. 80. 21.
Dominus castri an possit cognoscere de causa civili quam habet cum habitante in castro. 132. 19.
Dominus quando de uasallo iuste suspicari dicatur. pag. 82. nume. 26.
Dominum iurare tenentur, qui in castri termino morantur. 170. 11.
Dominus patiens fieri fortalium in termino sui castri an illud defendere teneatur. 171. 20.
Dominus castri quando possit habitatores eius ad opera compellere. 180. 53. 54.
Dominus castri male tractans subditos, feudo priuatur. pag. 183. 65.
Dominus castri nolens uenire coram principe debet liti cedere. 184. 55.
Dominus feudi partem de feudi redditibus capere potest. pag. 189. nu. 1.
Dominus castri an cognoscat de crimine allodiarum. pagina. 186. nu. 12.
Dominus litigare an debeat cum allodio coram persona communi. 185. 9.
Dominus quo casu feudum realiter emperare possit. 36. 198. 34. & 36.
Dominus non contradicens alienationi feudi an sibi preiudicet. 399. 52.
Dominus feudi intra quantum tempus debeat contradicere alienationi feudi. 200. 57.
Dominus recipiens partem seruitij de feudo diuiso an sibi preiudicet. 200. 59.
Dominus feudi potest sibi providere quancumque sibi placuerit petendo & accipiendo potestatem. 206. 82.
Dominus maior quando uasallo irrequisito de castro & eius hominibus an possit pacem & guerram facere. pagina. 207. nu. 85.
Dominus petens potestatem castri, non tenetur causam allegare. 16. 33.
Dominus intra quod tempus uasallo castri potestatem reddere teneatur. 16. 34.
Dominus quando propria auctoritate potestatem castri apprehendere possit. 11. 19.
Dominus maior potest homagium recipere ab hominibus castri infeudati. 255. 22.
Dominus feudi an possit agere iniuriarum actione pro iniuria uasallo illata. 258. 6.
Dominus an filio uasallo feudare possit agnatis inuitis. pag. 114. 248. 20.
Dominus si non acceptabilem acceptauerit, an sit iuri satisfactum. 352. 16.
Dominus quo casu uasallis seruitium indicere possit. pagina. 357. nu. 6.
Dominus an cognoscat de uasallo in criminalibus. 448. 7.
Dominus quando uasallis in bello expensas facere teneatur. 391. 14.
Dominus in uasallum non habet merum aut mistum imperium. 448. 4.
Dominus si uasallum spoliauerit, coram ordinario conueniatur. 452. 27.
Dominus non cognoscit de lite inter se & uasallum mortuum. 450. nu. 11.
Dominus quando cognoscat de causis uasallorum. pag. 450. 13. & 17.
Dominus si contra uasallum agat rei uendicatione, quis cognoscet. 454. 29.
Dominus qualiter uasallo placitum mandet in suo. pagina. 459. nu. 49.
Dominus iustitiam uasallo denegans, feudi proprietatem amittit. 461. 56.
Dominus feudi eam fidelitatem debet uasallo, quam uasallus ipsi domino. 461. 57.
Dominus uasallo malefidus qualiter puniatur. 329. 18.
Dominus qualiter dicatur feudum emperare. 293. 52.
Dominus quando uasallis indicere possit ut se se quantur aduersus Saracenos. 356. 1.
Dominus feudi diuisi semel recipiens seruitium a nouis acquirentibus, non potest amplius diuisionem impugnare. pag. 461. 57. nu. 26.
Dominus ius suum remittere presumitur, dum permittit quod a uasallo feudum alienetur. 577. 29.
Dominus habens plura castra an uasallo placitum mandare possit in quod uoluerit. 463. 61.
Domino feudi mortuo successor statim homagium requirere debet a uasallo. 259.
Domini duo si sint in eodem castro, an possit alter alterum punire de delicto. 257. 5.
Domini unius rei plures in solidum esse nequeunt. 350. 2.
Domino feudi fatiga uso non possunt partes a contractu recedere. 566. 66.
Domino feudi quando currere incipiat tempus datum ad tenendam castri potestatem. 89. 7.
Dominium utile quanto prescribatur tempore. 161. 2.
Dominium directum quanto temporis spatio queratur. pagina. 161. nu. 3.
Dominium directum causatur consuetudine longissima. pagina. 155. 8.
Dominium directum qua prescrizione acquiratur. 137. 13.
Dominium feudi an possit per partes diuidi. 213. 17.
Dominiū utile an possit prescribi annis quadraginta. pag. 163. nu. 15.
Dominium feudi ad quem spectet. 35. 6.
Dominium eiusdem rei qualiter penes duos esse possit. pagina. 585. 65.
Dominium utile quod dicatur. 253. 10.
Donationem se facere fingens non preiudicat ueritati. pag. 573. nu. 8.
Donec dictio conditionem importat. 523. 8.
Dos qualiter recuperari possit ex bonis dotalibus. 241. 30. & 242. 34. & nume. seq.
Duellum an locum habeat, ubi probationes habentur sufficientes. 479. 28.
Duellum ut concedatur, qua necessariò requirantur. pag. 480. 30.
Duellum non habet locum, nisi deficiente legati probatione. 481. 33.
Duellum est contra ius diuinum & canonicum. pagina. 483. nu. 45.

Duellum

Index.

Duellum qua ratione prohibitum. 471. 2.
Duellum quo loco fieri debeat. 488. 66.
Duellum quid sit. 471. 1.
Duellum quando licitum. 471. 3. & 4.
Duellum per quos fieri possit. 468. 25.
Duplo quando insit simplum. 285. 11.
Dux belli a solo principe creatur. 369. 60.
Dux belli qualem habeat iurisdictionem. 370. 61.

De litera E.

Ecclesia quare ius suum potentiori cedere possit. 424. 18.
Ecclesia parochialis an licite capiat intestatorum tertiam honorum partem. 505. 15.
Ecclesia non nisi munus ordinarium agnoscere tenetur. pag. 508. nu. 28.
Ecclesie que feudi emit proprietatem, uasallus homagium facere tenetur. 210. 3.
Ecclesia an retinere possit legatum sibi factum de re emphyteuticaria. 128. 74.
Ecclesia feudum recipiens an teneatur iurare fidelitatem. pag. 28. 73.
Ecclesia homines ad que compelli non debeant per barones. pag. 348. 41.
Ecclesia ob prelati delictum non perdit proprietatem. pag. 286. 44.
Electio est heredis, quando relinquatur incerto de certis. 584. nu. 61.
Emendare uerbum quid in iure significet. 341. 12.
Emens rem feudalem seu emphyteuticam sine uoluntate domini, an sit ea priuandus. 166. 30.
Emens rem emphyteuticam laudimium soluere debet. pag. 549. 15.
Empera realis in re emphyteutica fieri potest. 120. 39.
Empera realis quo modo fiat iure communi. 118. 33.
Empera realis quando in re emphyteuticaria fieri possit. pag. 119. nu. 34.
Empere quid significet. 119. 36.
Empera realis in quibus locum habeat. 198. 49.
Empera realis, qua fit in feudo, potest & in emphyteusi fieri. 117. 28.
Empara realis qua fit, & que uerbis. 285. 10.
Empara reali per dominum facta in feudo, an possit dominus ipsum perpetuo retinere. 294. 57.
Empara realis an per dominum uasallo fieri possit in feudo, quod in castro consistit. 300. 78.
Empara realis an, & in quo differat a potestate. 303. 85. 57. 88. 89. 90. 92. 93. 94.
Empara ex quibus causis fieri solet. 302. 86.
Empara realis non nisi ex causa fieri potest. 304. 89.
Emperamentum quid significet. 112. 4.
Emparam feudi quando dominus relaxare debeat. 295. 59.
Empara realis quando tollenda. 63. 65. 195. 61.
Empara realis in quibus casibus fieri possit. 293. 53.
Empara realis qua fiat forma. 534. 50.
Empere realis processus quando locum habeat. 531. 42.
Emphyteuta alienante rem emphyteuticam certo pretio, & gallina censuali annuatim soluenda, an dominus habeat

laudimium etiam de gallina. 252. 28.
Emphyteuta si non obediuerit dominus superior iudicem assignabit. 115. 18.
Emphyteuta male tractans rem emphyteuticariam, ab ea expelli potest. 119. 38.
Emphyteuta qualiter delinquere dicatur in re emphyteutica. 120. 41.
Emphyteuta alienans emphyteusim an cadat in commissum. pag. 118. 31.
Emphyteuta domino ius firmare recusans qualiter puniatur. 112. 2.
Emphyteuta, qui alienat rem emphyteuticam, & non tradit, an dicatur contra prohibitionem alienationis fecisse. pag. 122. 49.
Emphyteuta recuperans rem a se alienatam, an dicatur in commissum incidisse. 122. 50.
Emphyteuta ius domini per allodium a domino emere non cogitur. 127. 69.
Emphyteuta uel uasallus quo iure censetur donare rem emphyteuticam uel feudalem. 253. 11.
Emphyteuta primus an respectu secundi dicatur dominus. pag. 114. 13.
Emphyteuta plures dominos habenti quis iudicem assignabit. 114. 14.
Emphyteuta an possit infeudare rem emphyteuticam. 114. 15.
Emphyteuta inferior canonem non soluens an possit expelli per dominum superiorem. 114. 16.
Emphyteuta inferior an teneatur ius domino superiori. pag. 114. nu. 11.
Emphyteuta, qui cessauit in pensionis solutione, potest celebrari satisfactione sibi consulere. 299. 75.
Emphyteuta unius si plures sint domini, quis iudicem assignabit. 454. 30.
Emphyteuta bona illata & inuenta in rem emphyteuticam, an sint pro censu domino obligata. 128. 73.
Emphyteuta an possint plures esse in eadem re. 111. 6.
Emphyteuta uendente emphyteusim domino irrequisito, an cadat res in commissum. 567. 71.
Emphyteuticarie cause coram quo iudice terminentur. pag. 450. nu. 14.
Emphyteusis in quibus feudo assimilatur. 112. 1.
Emphyteusis contra domini consensum obligari potest, non autem feudum. 110. 40.
Emphyteusis quid proprie dicatur. 114. 12.
Emphyteusis natura quemlibet successorem afficit. pag. 113. nume. 10.
Emphyteusis ecclesiastica an in heredem transeat extraneum. 497. 31.
Emphyteusis reuersa ad dominum an sit libera a debitis per emphyteutam contractis. 52. 123. 52. 53.
Emphyteusim si duo ex dominis laudare uelint, & tertius retinere, quis eorum potior erit. 559. 66.
Emptor rei feudalis si possessionem sine firma & consensu domini teneat, qualiter puniatur. 549. 14.
Emptor feudi quando expellatur contra cause cognitionem. 13. 23.
Emptor, non obstante prescrizione laudimium tenetur soluere. 166. 32.
Emptor feudi, legatarius, uel donatarius an possint contra dominum prescribere. 152. 36.

Empto

Index.

Emptor rei emphyteuticariae an teneatur soluere censum praeteritum cessatum. 127.71.72.
Emptor feudi domino immediato homagium facere tenetur. pa. 426.3.
Emptione prohibita non uidetur prohiberi pignoris captio. 125.111.68.
Et ipso haec uerba quid significant. 43.2.14.
Episcopatus dicitur forum omnium, qui in eo degunt. 459.50.
Error supinus in pœnis non patrocinator. 260.11.
Exceptio peremptoria usque ad sententiam opponi potest. 479.111.27.
Exceptio spoliationis non uiuat uasallum contra dominum. pa. 6.111.2.
Exceptio contra fidelitatem debitam non admittitur. 7.3.
Exceptio qualiter firmet regulam uel amplit. 156.10.
Exceptio quae dicatur altiorum requirere indaginem. pagi. 603.111.16.17.
Excommunicatio opponi potest, non obstante statuto, &c. pa. 22.54.
Executio i re feudi an fieri possit pro debitis uasalli. 531.41.
Exercitius quid sit. 399.132.
Exorchia, seu intestia arietiam de nominibus debeatur. pag. 518.111.73.
Exorchi an sic inter uiuos bona sua donare possit, quod donum priue tur intestia. 517.71.
Exorchi quis dicatur. 68.516.65.
Exorchi decedens sine descenditibus, an possit de mansu testari. 514.56.
Exorbitantia à iure communi non sunt extendenda. 411.27.
Expensarum appellatione quae ueniant. 15.31.
Extensio fit de uno ad alterum, ad cuius instar est mensuratum. 526.18.
Extensio ob rationis identitatem quando de uno casu ad aliud fieri possit. 525.14.
Extensio in correlatiuis fit de uno in alium. 116.22.
Extensionem non recipiunt quae stricti iuris sunt. 224.15.
Extensio legis quando fiat, & ad quae. 137.16.
Extraneus in feudo succedere potest, pro quo quis ad seruitij prestationem non obligatur. 493.8.
Extraneus in feudis non uenit nomine heredis. 491.2.
Extraneus in feudis non uenit nomine heredis. 436.35.
Extraneo contra uasallum rei uendicatione agente, quis erit iudex. 453.28.

De litera F.

Actum unius obligatorum quando reliquis non proficit. 394.111.121.
Factum ubi requiritur, non sufficit paratum esse ad faciendum. 540.7.
Fama quae probationem plenam faciat. 176.36.
Familia nomine qui ueniant. 497.28.
Familiares militum an gaudeant priuilegijs ipsorum. pagi. 416.111.40.
Febricitans quando excusetur. 485.51.
Felonia non remittitur per osculum pacis in ecclesia datum. 275.111.42.
Feudum ob delictum non perditur ipso iure, sed sententia requiritur. 275.42.

Felonia per uasallum commissa quando filio noceat. 441.3.
Felonia à patre commissa auo defuncto nocet filio. 441.7.
Felonia quid sit. 442.10.
Fœmina de consuetudine in feudo potest succedere. 236.1. & 239.17.
Fœmina cū masculis non admittitur in feudis. 434.23.
Fœmina quando in feudo succedere possit. 237.10. & 238.11. & 12.
Fœmina quo iure succedat in feudo. 437.38.
Fœmina succedens in feudo manet uasalla, si maritus sit homo solidus alterius. 350.5.
Fœmina in feudo succedens per substitutum seruire potest. pa. 350.6.
Fœmina quo iure possit in feudo succedere. 150.27.
Feudum ob delictum nō perditur ipso iure: sed sententia requiritur. 275.42.
Feudum in quibus rebus constitui possit. 289.4.
Feudum francum quod dicatur. 146.15.
Feudum quid sit, & quid importet. 190.8.
Feudum ideo pignori potest dari, quod nullum transferatur dominium. 192.18.
Feudum paternū alienari non potest, agnatis inuitis. 192.20.
Feudum quod reale, & quod personale. 290.36.
Feudum ligium quod sit, & quod non ligium. 290.37.
Feudum francum quod dicatur. 290.38.
Feudum annale quod. 290.39.
Feudum nobile quod sit. 290.39.
Feudum ecclesiasticum quod, & quotuplex. 291.40.
Feudum paternum quod dicatur. 291.41.
Feudum quod sit perpetuum. 291.42.
Feudum ad uitam quod sit. 291.42.
Feudum cum dignitate quod. 291.43.
Feudum quo casu sine spe recuperationis amittatur. 296.62.
Feudum emparari non debet ob impignorationem eius pro uxoris dote. 296.64.
Fidelitas per procuratorem non praestatur citra mandatum speciale. 10.16.
Feudum amittitur propter bannum. 8.8.
Feudum alicui pro se & heredibus suis constitui qualiter intelligatur. 492.6.
Feudum quibus modis alienari possit. 198.50.
Feudum sine domini consensu non debet pignori dari. 198.51.
Feudum ob alienationem indebitam an ipso iure amittatur. 205.111.68.
Feudum ob alienationem uel culpam amissum, ad que reuertatur. 70.23.69.70.
Feudum in Cathalonia quid significet. 289.32.
Feudum an possit dici priuilegium. 289.33.
Feudum quotuplex. 289.34.
Feudū non uenit sub generali obligatione. 201.62.
Feudum emparatum quando dominus reddere teneatur. 284.2. & 287.23. & 288.25.
Feudum amissum ob culpam uasalli, an superiori domino, an uerò immediato aperiat. 279.51.52.
Feudum quādo cū culpam uasalli domino aperiat. 280.53.
Feudum an successione per uasalli testamentum possit acquiri. 264.13.
Feudum quibus casibus amittatur. pagi. 270.20. & 271.21. & 272.28.

Feudum

Index.

Feudum cui dari possit. 249.22.
Feudum apprehensum non restituitur, nisi resectis expensis. 251.3.
Feudum an ueniat in petitione hereditatis. 248.17.
Feudum francum quod dicatur. 426.6.
Feudum quod sit perpetuum, & quod non. pagina 243. numero 12.
Feuda dignitatum quare non transeant ad heredes. pag. 247. numero 13.
Feuda dignitatum hodie sunt perpetua. 247.14.
Feudum communiter est perpetuum. 247.15.
Feudum plebeium quod. 291.44.
Feudum quod diuisibile, & quod indiuisibile. pagina 291. numero 44.
Feudum relictum est in quo non succedit fœmina. pagina 291. numero 45.
Feudum ualde nobile quod. 92.46.
Feudum minus nobile quod dicatur. 292.47.
Feudum quibus casibus emparari possit per dominum. 294.54. & seq.
Feudum an ueniat in confiscatione. 323.23.
Feudum quid sit Hostiensis. 289.31.
Feudum an possit emparari ob seruitium non praestitum. pagina 24.286.15.
Feudum confiscatum an sit liberum ab obligationibus. pagina 445.111.24.
Feudum ad agnatos per successione transmittitur. pagina 431.111.3.
Feudum paternum quod dicatur, & quod antiquum. pagina 441.111.1.
Feudum nouum quod sit. 441.2.
Feudum an ueniat in confiscatione bonorum. 444.21.
Feudum confiscatum an applicetur domino mediato, an immediato. 444.22.
Feudum cum sit unum totum integrale, omnia praesumuntur esse de feudo. 136.9.
Feudum quid, & unde dictum. 288.29.289.30.
Feudum ad quemuis transeat, cum onere transit seruitij. pagina 283.111.20.
Feudum seu beneficium uiuentis an possit conferri alij, qui post mortem possidentis illud obtineat. 498.36.
Feudum quot modis acquiratur. 346.32.
Feudum iuris amittitur modis. 292.49.1
Feudum ut diuidatur, an possit introduci consuetudine. pagi. 578. numero 31.
Feudum hereditarium diuidi potest. 575.18.
Feudum uasallo auferri non potest sine causa. pagina 572. numero 2.
Feudum sui natura est indiuisibile. 573.9.
Feudum alicui & suae posteritati concessum, an in extraneos possit transferri. 499.39.
Feudum natura sui non est ad extraneos transmissibile. pagi. 499.40.
Feudum si accipitur pro se & heredibus suis, an heredes succedat iure conuentionis, an uerò iure successione. pag. 498.33.
Feudum an in descendentes transeat in infinitum. 497.32.
Feudum existens in sacris concessum pro se & heredibus suis, ad quos heredes perueniat. 495.14.

Feudum quando ob inobedientiam uasalli immediati emparatur, qualiter alij uasalli protestentur. 536.2.
Feudum per fatam in Cathalonia retineri potest. 546.4.
Feudum iure Cathalonico non diuiditur. 231.47.
Feudum an pro dotis restitutione obligari possit. pagi. 271. numero 29.
Feudum uasalli inferioris quando propter delictum aperiat dominum superiori. 108.33.
Feudum ad eum dominum reuertitur, in quem delictum commissum est. 108.29.
Feudum quo casu sine domini consensu alienari possit. pagi. 195.111.37.
Feudum an in ultima uoluntate legari possit. pagina 196. numero 40.
Feudum tenens si adiuu tanquam haeres, tenetur crimine haereticus. 33.90.
Feudum an & qualiter in dotem dari possit. pagina 239. numero 20. & 240.24.
Feudum alicui pro se, & heredibus suis concedi potest. pagi. 491.111.2.
Feudum in dotem constitui potest. 237.3.
Feudum exiguum quod dicatur. 238.13.
Feudum tenere quando possit imperfectus. 234.57.58.
Feudum tenere an possit qui testiculos habens rostro caret. pa. 234.111.59.
Feudum pro se & descenditibus ex suo corpore concessum, non transmittitur ad extraneos. 494.11.
Feudum sine causa à uasallo non auferendum. 12.21.
Feudum hodie sine domini consensu alienari nequit. pa. 193. numero 25.
Feudum quando per alienationem contra domini consensum factam eidem aperiat. 192.26. & nu. seq.
Feudum per alienationem non amittitur sine traditione. pa. 194.111.29.
Feudum quo casu dominus propria auctoritate non possit apprehendere. 600.7.
Feuda & infeudationes expartium conuentione legem accipiunt. 603.14.
Feudi dominus iure retinendi uolens uti quid agere debeat. pa. 545.3.
Feudi natura qualis. 165.28.
Feudi natura qualis. 65.13.
Feudi & emphyteusis idem iudicium. 54.9.
Feudi si plures sint domini, ad quem spe stabit petitio. pagi. 572.111.7.
Feudi alienationem se ignorasse dicenti domino an credatur. pag. 581.48.
Feudo per uasallum alienato an possit domino currere praescriptio. 68.25.
Feudo pro se, masculis, & fœminis concessio, an succedat fœminae filius. 495.16.
Feudo seruire qui nequeant. 233.56.
Feuda eorum, qui haereticos receperant, domino applicantur. 444.23.
Feuda quo ordine ad posteros perueniant. 434.26.
Feuda quae diuidi nequeant. 573.12.
Feudorum natura non paucas habet singularitates. 453.68.
Feudalis questio inter uasallos corā quo disceptetur. 52.23.
Feudalis res esse si negetur, qualiter probetur. 52.44.

Index.

Feudales questiones coram quo terminentur. 451.21. & 22.
 Feudales questiones coram quibus tractentur iudicibus. pa.
 453.111.16.
 Feudalia an ueniant in generali obligatione, quam maritus
 facit uxori pro dotē. 243.3. 6. 57. 38.
 Feudatarius uendere potest annuos census. 252.28.
 Feudatarius usum fructum causalem habet. 254.15.
 Feudatarius percipientes decimam redditus in termino castri,
 iudicantur ut castellani. 39.23.
 Feudatarius an teneantur dominum sequi ad partes remotas.
 360.22. & nu. seq.
 Feudatarius pauperes non excusantur ab exercitu. 359.20.
 Feudatiorum genera quatuor. 292.48.
 Filius non potest iniquitatem patris. 339.2.
 Filius, qui paternam hereditatem se non immiscuit, non potest a
 domino uendicari. 340.3. & 7.
 Filius se immiscendo hereditati paternae, efficitur homo do-
 mini paterni. 340.4.
 Filius etiam abstinens a rebus patris quando efficitur homo
 domini paterni. 340.5.
 Filius uasalli intra annum & diem a domino non requisitus,
 an efficiatur liber. 346.31.
 Filius uasalli exheredatus, an remaneat domini. pagina 847.
 nume. 35.
 Filius uasalli feloniam committentis feudo priuatur. 341.5.
 Filius uasalli quando non priuatur feudo ob patris delictum.
 441.111.6.
 Filius eius, qui homagium simpliciter fecit sine causa, non
 efficitur homo illius domini. 339.1.
 Filius rustici efficitur homo paterni domini. pagina 340. nu-
 mero 8.
 Filius rustici recedens si non requiratur intra annum, effici-
 tur liber. 340.9.
 Filius uasalli, qui paternam adierunt hereditatem, an possint a
 domino uendicari. 345.26.
 Filij militum aduentus hereditatem feudalem, remanent ho-
 mines dominorum patris. 341.10.
 Filij primi matrimonij in feudis praeruntur filiis secundi.
 pa. 433.21.
 Filij forum patris sequuntur. 417.41.
 Filio in uita patris contra dominum ingrato an feudum com-
 mittatur. 278.48. & 279.50.
 Filium ob patris delictum puniri, duobus intelligitur modis.
 pa. 345.28.
 Filius familiaris quis, & quare sit dictus. 502.5.
 Filio familiaris intestato decedente, dominus tertiam ipsius bo-
 norum partem obtinet. 502.1.
 Filia uasalli intestati in feudo succedit ei. 236.2.
 Filia quando domino succedat in feudo. 238.14.
 Filia in feudo succedere potest. 350.3. & 351.11.
 Filia feudo, in quo succedit, marito in dotem constituere
 potest. 22.370.
 Filia quando in feudo succedere possit. 434.24.
 Filia & agnato contententibus de beneficio, uter prefera-
 tur. 435.31. 4.
 Filia a feudo agnato excludit in Cathalonia. 437.41.
 Filiae quando ad feuda admittuntur. 434.25.
 Furnus an subijci possit ut omnes de uilla in eo panes co-
 quant. 179.51.

Firma cum effectu facta dominus imperam soluere tenetur.
 pa. 118.29.
 Firma rustici debet domino notificari. 118.30.
 Firma iuris si sit facta per uasallum aut emphyteutam, an dia-
 catur empera cancellata. 120.42. & 121.43. 44. 45.
 Fides quid, secundum Ciceronem. 583.58.
 Fideicommissarius uniuersalis an ueniat nomine heredis,
 pa. 495.17.
 Fideiussores an dare possit, qui pignoribus caret. pagi. 477.
 nume. 21.
 Fidelitas quid proprie dicatur. 26.67.
 Fidelitatem iurare qui teneantur. 26.68.
 Fidelitas quid, & quando praestetur. 289.30.
 Fidelitatem iurare an plus importet, quam homagium face-
 re. 28.76.
 Fidelitas unde dicatur. 8.7.
 Fidelitas domino infami subtrahitur. 22.56.
 Fidelitas quo differat ab homagio. 239.18.
 Fidelitas domino debita semper excipitur in homagio non so-
 lido. 314.2.
 Fidelitas an sit regi ab omnibus praestanda. 409.20.
 Fidelitatem que requirant. 25.65.
 Fideles imperij quando Imperatorem sequi non teneantur.
 pa. 363.35.
 Filius uasalli cui dominus stabiluit feudo, an debeat fratria-
 bus legitimam soluere. 231.45.
 Filius ex femina an & quando succedat in feudo. 241.27.
 Filiae nomine in fauorabilibus uenit filius naturalis. pagina
 513. nu. 50.
 Filius naturalis an excludat domium a tertia in bonis inte-
 stati. 51.513.51. & 55.
 Filius cui centum legauit pater si intestatus moriatur, an do-
 minus solum in praedictis habeat intestiam, an etiam in
 legitima. 515.62.
 Filio uasalli effectu clerico an in eius bonis perdat tertiam
 sibi debitam. 514.57.
 Filius uasalli non est uasallus uiuente patre. 278.49.
 Filius uel nepos in re feudali qualiter succedat. 262.1.
 Filius renuntians hereditati patris uiuentis, an sibi prauidia-
 cet in feudis. 248.16.
 Filius in quasi possessione feudi paterni repertus, an presu-
 matur se immiscuisse hereditati paternae. pagina 248. nu-
 mero 18.
 Filius uasalli an possit allodium adire, & feudo omitti-
 re. 248.19.
 Filius emancipatus non censetur eadem persona cum desina-
 to. 359.19.
 Filius in quibus magis patriae quam patri, teneatur obedi-
 re. 395.124.
 Filius potius patriae tenetur, quam patri. 419.5.
 Filius uasalli unius hereditatem adiens feudalem, etiam in feu-
 do succedit. 433.22.
 Filius in feudo cum uniuersitate potest institui. 265.17.
 Filius an feudo auitum uel paternum amittat ob delictum
 patris. 443.16.
 Filius a uo uiuente conceptus an priuatur feudo, patre felo-
 niam committente. 443.17.
 Firmamentum non recipitur, nisi de treuga fide prius facta.
 pa. 485.52.

Firmamentum

Index.

Firmamentum directi qualiter dominis fiat per uasallos. pa-
 gina 18. nume. 43.
 Firmamenta quae dicantur. 154.5.
 Firmamenta quare dicantur cognitiones causarum. 132.10.
 Fiscus an ueniat heredis appellatione. 495.18.
 Focum faciens in allodio alterius, an efficiatur homo illius.
 348.39.
 Forma iuris firme qualis hodie. 18.44.
 Frater habens castrum commune cum fratre, an possit par-
 tem suam uendere ad emulationem alterius. 586.68.
 Frater fratrem redimens an possit repetere. 400.134.
 Frater non potest partem suam castri uendere ad emulationem
 nem fratris. 258.6.
 Fructus sui gratia recipiens, eos suos facit. 24.61.
 Fructus qui dicantur. 285.12.
 Fructus feudi quando efficiantur domini, & quando uasalli.
 284.4. & 5.
 Fructus quis, quis redditus, & quis proventus, & quo ab in-
 uicem differant. 93.19.
 Fructuum nomine quae ueniant. 285.13.
 Funda an ueniat armorum nomine. 91.17.
 Furcarum erectio imperium denotat. 255.23.
 Furas erigere in castro an possit condominus executionem
 solam habens, condomino inuito. 585.67.

De litera G.

Genus alicuius que dicatur. 496.22.
 Genus quid sit, & qui de genere.
 Glossa non allegatur, quae textui contrariatur.
 421.11.
 Gradus quid, & qualiter computentur gradus. 442.14.
 Gratificationi in feudis quando sit locus. 433.19.
 Gubernatores, & uicarij an possint homicidia remittere.
 591.91. & seq.
 Guerra durante non tenetur dominus castrum uasallo redde-
 re. 598.1.
 Guerra nomine quid ueniat. 357.7.

De litera H.

Habitatio ppria uenit hoc nomine ad sua. 465.69.
 Habitationis locus an ueniat hac locutione, in suo.
 464.66.
 Habitatio uasalli qualiter attendatur, si diuersis temporibus
 in locis diuersis habitent. 465.71.
 Habilis ad succedendum, licet inhabilis ad seruendum, serui-
 re potest per substitutum. 150.26.
 Habitans in loco meo an presumatur meus homo. 347.36.
 Hercules gesta in Hispania. 342.21.
 Heres qui hereditatem non adiit, uel coactus adiit, nullum
 inde commodum sentiet. 515.61.
 Heres extraneus in feudo exiguo succedere potest. 492.9.
 Heres extraneus in Cathalonia admittitur ad feuda. 492.7.
 Heres uniuersalis institutus an succedat in feudis, licet alter
 sit incapax. 229.38.
 Heres quot modis quis esse possit. 436.31.
 Heres uasalli defuncti an in scriptis se domino offerre de-
 beat. 439.49.

Heres in feudis pro filio capitur. 436.36.
 Heres uasalli defuncti perdit feudum, nisi domino intra an-
 num se obtulerit. 431.8.
 Heres qui feudalem adiit hereditatem, non potest feudum
 deserere. 431.9.
 Heres hereditate adita fungitur cum defuncto eadem perso-
 na. 431.6.
 Heredis nomine quis ueniat. 263.5.
 Heres eadem cum defuncto persona reputatur. 267.3.
 Heres uasalli an intra annum domino se offerre teneatur,
 etiam non requisitus. 435.29.
 Heres futurus capti ab hostibus, priuatus ipsius successione,
 nisi ipsum redemerit, priuatur. 400.134.
 Heres uasalli, qui non adiit hereditatem, non cogitur feudum
 retinere. 245.5.
 Heres quis duobus dicitur modis. 263.6.
 Heres in feudis quis esse possit. 263.7.
 Heres uasalli defuncti intra annum & diem debet homagium
 domino offerre. 267.2. & 270.17.
 Heredis nomine qui ueniant, & quando. 491.4.
 Heredes extranei an possint in feudo succedere. 492.5.
 Hereditas an possit uiuentis esse, & dici. 346.33.
 Hereditamentum quid significet Cathalania. 251.6.
 Hereditas non uiuentis, sed defuncti dicitur. 251.5.
 Hereticus est, qui principi non obtemperat. 413.36.
 Hispania a quibus olim occupata & domita. 343.22.
 Homagium quo iure introductum. 326.4.
 Homagium quid sit. 316.15.
 Homagium pro feudo tenui non est praestandum. 582.52.
 Homagium solidum quod dicatur. 305.1.
 Homagium dominus recipere potest & a proprietario, &
 ab usufructuario. 251.2.
 Homagium solidum duobus praestari nequit. 306.4.
 Homagium non solidum quod dicatur. 306.5.
 Homagium an praescribi possit. 260.8.
 Homagium ex qua causa praestitum praesumatur, si de ipsa
 non constet. 347.34.
 Homagium & fidelitas pro feudo praestatur domino. 245.1.
 Homagium per procuratorem praestari potest. 237.6.
 Homagium domino feudi praestatur pro feudo. 425.2.
 Homagium an fieri possit per procuratorem. 27.74.
 Homagium duobus acquiritur modis. 333.5.
 Homagium an ex quauis causa fieri possit. 333.6.
 Homagium qualiter, & quato tempore praescribatur. 332.1.
 Homagium quid sit, & unde dictum. 15.308.14.
 Homagium unde originem sumpserit. 309.16.
 Homagium in quibus praestetur casibus. 309.17.
 Homagium in quibus praestetur contractibus. 309.18.
 Homagium qualiter, seu quot modis queratur. 310.19.
 Homagium an per procuratorem praestari possit. 310.20.
 Homagium sub certa forma factum quid importet. 310.21.
 Homagij uiolati grauis excessus. 310.22.
 Homagium quare inuentum. 311.23.
 Homagium facere debet quis, simul atque uasallus effectus
 est. 311.24.
 Homicidium tribus modis fieri solet. 273.32.
 Homicidium iure communi capite punitur. 591.93.
 Homicidium an possit per principem remitti, satisfactio
 parti non facta. 593.98.

Index.

Homicidium omnino casuale non debet morte uendicari. pa-
587. nu. 76.
Homicidij gratiam facere solius est principis. 586. 69.
Homicidia uoluntaria remittens princeps peccat mortaliter.
pag. 587. 77.
Homicidia, & similia delicta atrociora non debent remitti
sine causa. 590. 88.
Homicida, cui consanguinei interfecti satisfactionem remise-
runt non ob id à morte liberatur. 587. 73.
Homo liber per simplicem pactiōnem non potest se facere
seruum alterius. 325. 11.
Homo liber qualiter suam conditionem grauari possit. pagi.
215. nu. 11.
Homo liber simplici pactiōne potest constituere se hominē
alterius. 325. 2.
Homo non solidus an possit secundum dominū iuuare contra
primum. 321. 15.
Homo solidus duorum, utrum iuuare teneatur. 318. 3.
Homo proprius quando alij homagium facere possit. pagina
314. nu. 5.
Homo solidus unius quis esse potest, & non solidus alterius.
314. 7.
Homo alicuius an teneatur homagium facere domino loci, in
quo moratur. 322. 17.
Homo solidus idem est, qui & legius. 305. 2.
Homo solidus duorum dominorum esse potest nemo. pagina
350. nu. 1.
Homo hominis mei, an sit homo meus. 406. 4.
Homo solidus non potest se facere solidum alterius absque
domini licentia. 314. 4. & 315. 12.
Homo solidus quo differat à non solido. 448. 5.
Homo solidus alicuius, an possit se facere censualem alterius.
313. 29.
Homo solidus quis dicatur. 313. 30.
Homo solidus domino suo homagium facere tenetur. pagina
448. nu. 1.
Homo solidus cum bonis suis domini iurisdictioni subditur.
pag. 448. 2.
Homo liber nullo unquam tempore prescribitur. 335. 14.
Homo liber pacto se proprium constituere potest. 634.
Hominis essentia in quo consistat. 315. 5.
Homines baronis qua ratione sint principis. 406. 1.
Homines baronis non tenentur homagium regi facere. pagi.
406. 5.
Homines castri an teneantur in eo cisternam facere. pagina
179. nu. 52.
Homines castri an teneantur dominum sequi extra termi-
nos. 163. 17.
Homines castri dominum iuuare debent ad fungendos inimi-
cos. 162. 6.
Homines castri ubi & ad quid inimicos domini fugare pos-
sint. 162. 7.
Hominum quid. 259. 5.
Honor dictio est equiuoca, & aliquando pro re immobili
accipitur. 113. 3.
Honorem domini qui iurare teneantur. 373. 72.
Hostes iure belli capiuntur, et & transfugae. 370. 62.
Hostis quid proprie dicatur. 399. 132.
Hostis quo differat à caualcata. 399. 130.

De litera I.



Idolatra funditus exterminandi. 190. 89.
Ignorantia qua & quādo cursum prescriptio-
nis impediatur. 69. 29.
Impedito aduersarij facto non currit tempus.
pagina 583. 57.
Imperator cognoscit de questione inter capitaneos, eomi-
tes, duces, & similes ortu. 451. 19.
Imperator de causa propria feudali non cognoscit. pagina
528. 27.
Imperator solus in causa propria iudicare potest. 537. 24.
Imperator à sententia iudicis per se deputati in causa sua ap-
pellare potest. 527. 25.
Imperium merum, an ueniat iurisdictionis appellatione. pa-
gina 406. 6.
Imperium seu iurisdictione, an possit consuetudine quaeri. pag.
182. nu. 62.
Imperium meum quod dicatur. 174. 27.
Imperfectus à natura non succedit in feudo. 233. 55.
Impignorare uerbum traditionem requirit. 124. 57.
Impotentia an excuset uasallum ab obsequio praestando. pa-
gina 326. 8.
Impuniti nil debet ei qui fecit quod debuit. 47. 19.
Impubes an dicatur decedere intestatus. 227. 25.
Impubes qualiter dicatur habere heredem. 225. 20.
Impubes, seu minor non moritur intestatus, cum testari ne-
queat. 506. 22.
Inclytus quis dicatur. 396. 126.
Indefinita quando equipollet uniuersali. 157. 15.
Indefinita uniuersali equipollet. 542. 27.
Indefinita in iure uniuersali equipollet. 466. 74.
Indefinitum equipollet uniuersali. 221. 2.
Indefinita quando non equipollet uniuersali. pagina. 412. nu.
mero 34. & 37.
Inductum in fauorem publicū quando quid dicatur, & quā-
do in priuatum. 67. 21.
Infeudatio per uasallum facta alij uasallo non alterat quali-
tatem & formam feudi. 100. 37.
Infeudatio ibi presumitur ubi praestati census inuenitur. pa-
gina 142. 36.
Infeudatio facta alicui & suis, qualiter intelligatur. pagina
196. nu. 44.
Infantium appellatione qui ueniant. 528. 34.
Infirmitas qua excusationem tribuat. 377. 84.
Ingratitudo qualiter & quando remissa censeatur. pagina
281. nu. 55.
Ingratitudo patris in dominum, an noceat filio. pagina. 280.
nume. 54.
Ingratitudo remittitur per receptionem seruitij consueti. pa-
gina 577. 27.
Inhabiles feudo tenendo qui dicantur. 214. 24.
Inimicitia sine culpa nemini nocere debet. 56. 15.
Iniuria quid sit. 257. 3.
Iniuriator ius firmare debet in posse illius, cui iniuriam intulit.
132. 7.
Iniuriarum actio an possit criminaliter intentari. 258. 7.
Instrumentum quare fieri soleat. 144. 6.
Instrumento uenditionis praesentato domino, an possint par-
tes aliqua causa à contractu discedere. 562. 64.
Instrumen

Index.

Instrumenta sunt de emptionis & uenditionis essentia. pagina
561. nume. 59.
Instrumentū de feudo qualiter feudum esse probet, & quan-
do. 533. 46.
Interpellatio pupillo facta absque tutore non constituit eū
in mora. 438. 43.
Intestatus proprie quis dicatur. 225. 19. & 326. 23. 24.
Intestatus an dicatur, qui testamentum fecit quidem, sed non
scriptum per publicam personam. 505. 43.
Intestia non soluitur de homine solido moriente intestato. pa-
gina 502. 1.
Intestia debetur de bonis mobilibus filijfamil. intestati post
mortem patris. 502. 3.
Intestia non debetur de bonis intestati impuberis. pagi. 506.
nume. 21.
Intestia qua ratione introducta. 506. 22.
Intestia quo casu in bonis pupillorum dominis non debeatur.
507. 23.
Intestia non debetur domino de bonis eius, qui testari non po-
tuit. 507. 25.
Intestia quare soluitur, si citra culpam quis intestatus mo-
riatur. 507. 26.
Intestia an soluitur domino de bonis, in quibus intestato fa-
cta est substitutio. 514. 58. & seq.
Instantia in causa ecclesia lapsu triennij non perit, in causa
patrimoniali clerici perit. 508. 30.
Inuestitura propria qua dicitur. 281. 57.
Inuestitura an absenti possit fieri. 282. 58.
Inuestitura duplex, uerbalis, & realis. 268. 9.
Inuestitura per procuratorem fieri potest. 266. 31.
Inuentario conficiendo uocari debent ij, quorum interest. pa-
gina 353. 19.
Ita, dictio quid significet. 162. 9.
Item, dictio quando repetitionem, & quando continuatio-
nem inducat. 86. 10.
Item, dictio continuationem inducit. 93. 1.
Iterum, dictio quid significet. 341. 15. & 16.
Iudex quando ius unius possit alteri conferre. 371. 66.
Iudex si contumeliam parti fecerit, eximitur ilico à sua iurisdictione. 259. 8.
Iudex secundum consuetudinem notoriam iudicare debet. pa-
gina. 4. 11.
Iudex in propria causa esse nequit, qui superiorem recogno-
scit. 450. 35.
Iudex an ex officio possit exigere iuramentum à domino. pa-
gina 336. 20.
Iudex per dominum uasallo assignatus in quo loco de qua-
stione feudi debeat cognoscere. 462. 59.
Iudex ordinarius non declinat, sed ei non suspectus adiungi-
tur. 456. 39.
Iudex ordinarius quando de causis inter uasallos & domi-
nos ortis cognoscat. 450. 12.
Iudex in arbitrarijs non tenetur sequi rigorem iuris. pagina
464. 65.
Iudex à quo assignetur, si de laudimio questio oriatur. pag.
254. 29.
Iudex ordinarius iure communi sententiam sui delegati exe-
quitur. 530. 37.
Iudex à quibus accipiat expensas, quas facit ueniendo ad lo-

cum iudicij. 530. 35.
Iudex quis erit, si uasallus se teneri negauerit. 252. 35.
Iudex in causa propria nullus esse debet. 131. 5.
Iudex non potest punire inobedientē sibi sine citatione. pag.
115. nu. 20.
Iudex competens quis inter uasallos eiusdem domini. 110. 36.
Iudex quando partes cogere possit ad cautionem de non of-
fendendo. 83. 33.
Iudex quando aliorum iudicum exemplum sequi debeat. pa-
gina. 566. 67.
Iudex ex officio debet facere restitui furtum, si de illo con-
stet per processum. 593. 100.
Iudicis arbitrio committuntur, quae sub regula non continen-
tur. 44. 8.
Iudices speciales locum sibi determinare possunt. 458. 47.
Ius diuinum per civile uel canonicum tolli nequit. pagina
484. 47.
Ius exorbitans non debet extendi. 119. 36.
Ius posituum omne mutari potest consuetudine. 378. 88.
Ius commune intelligitur, si ius indefinitē proferatur. pagina
576. 23.
Ius municipale, seu cōsuetudinarium iuri communi derogat.
576. 24.
Ius, uerbum indefinitē prolatum à consuetudine recipit in-
terpretationem. 176. 25.
Ius posituum consuetudine mutari potest. s. 11.
Ius posituum consuetudine mutari potest. 328. 16.
Ius Romanum quod dicatur. 326. 5.
Ius naturale qualiter dicatur mutabile, & qualiter non. pag.
503. 8.
Ius diuinum non tollitur, sed in casibus singularibus modifi-
catur per humanum. 503. 9.
Ius quid sit. 573. 11.
Ius posituum consuetudine mutari potest. 35. 7.
Iuri offerendi non potest prescribi. 542. 26.
Iura feudi post contradictam & interuersam possessionem
possunt prescribi. 159. 25.
Iura propria castri terminati sunt quatuor. 179. 49.
Iura specialia ideo restringenda, ne discrepent à iure commu-
ni. pagina. 90. 10.
Iura ad castrum terminatum pertinentia quae sint. 157. 19.
Iura quae de usu armorum tractare dicantur. 403. 139.
Iura qualiter in concordiam reducenda. 575. 19.
Iura quae transcant in heredem. 227. 29.
Iura non corriguntur, nisi id ipsum expresse dicatur. 197. 46.
Iura noua quando uetera corrigere dicantur. 194. 32.
Iura exorbitantia nunquam censentur repetita. 468. 79.
Iura noua qualiter corrigant antiqua. 467. 77.
Iura specialia à iure communi discrepantia, sunt restringen-
da. 511. 41.
Iura usaticorum an in clericis locum habeant. 507. 27.
Iura specialia non corriguntur per constitutionem genera-
lem. 487. 57.
Iura duellum permittentia, qualiter sint accipienda. pagina
484. nu. 49.
Iura an ualeant, quae duellum permittunt. 48. 244.
Iura specialia discrepantia à iure communi sunt restringen-
da. 575. 21.
Iura quae ueniant iuris appellatione. 576. 22.

Index.

Iuramento domini in quibus stari debeat. 100.29.
 Iuramentum calumnie à domino præstari debet in causa, quam habet cum homine suo. 333.4. & 10.
 Iuramentum calumnie in omnibus causis tam ab actore quam à reo præstari debet. 335.11.
 Iuramentum per rapantem præstandum qualiter formetur. 473.11.9.
 Iuramentum rapati quibus fiat uerbis. 473.10.
 Iustitiæ administratores non debent auro sanguinem uendere. 586.71.
 Iurisdicctio parium electorum an declinari possit. 456.38.
 Iurisdicctio an ueniat in castri concessione. 177.41.
 Iurisdictionem habent castra terminata habentes. pagi. 177. nume. 42.
 Iurisdictionem suam esse nemo potest iudicare. 452.25.
 Iurisdicctio domini non reddit nullum ordinarij iudicium. pa. 458.11.45.
 Iurisdicctio consuetudine in aliquos quæ sita quando extendatur ad alios. 187.18.
 Iurisdictioni castri an subijciatur habens bona in territorio ipsius. 183.66.

De litera L.



Laudimium domino non soluitur, si à parente feudum pro filia in dotem datur. 240.21.
 Laudimium duplex præstatur, si res emphyteutica ab emphyteuta in emphyteusim datur. pa. 123.11.7.

Laudimium, tertium, foriscapium an idem significant. pagi. 546.11.6.
 Laudimium iure communi domino directo debitum, est quinquagesima pars pretij rei uendite. 546.7.
 Laudimium an debeat statim domino, si emphyteusis ueniat cum gratia redemptionis perpetue. 253.33. & 42.
 Laudimium de feudo uedito ad quem spectet, ubi plures sunt domini subalternati. 54.7.10. & nu. seq.
 Laudimium de feudo uedito in tres partes est diuidendum. pa. 545.2.
 Laudimium an ab emptore, an uero à uenditore sit soluendum. 549.14.
 Laudimium an debeat domino directo de locatione ad longum tempus. 22.550.20.
 Laudimium an debeat uenditione conditionali ante purificationem conditionis. 253.31.32.
 Laudimium debetur domino, quando feudum uenit ad descendentes titulo oneroso. 572.3.
 Laudimium an debeat de re æstimata in dotem data. pagi. 557.11.46.
 Laudimium an debeat de donatione facta. 557.47.
 Laudimium an de diuisione sit domino debitum. 557.48.49.
 Laudimium an debeat de arboribus in fundo emphyteutico existentibus, uenditis per emphyteutam. 558.50.
 Laudimium an debeat de re uenditione facta per gratiam factam in priori uenditione. 554.36.
 Laudimium an debeat, si à uenditione discedatur. pag. 354. 111.37.38.39.
 Laudimium ut debeat, res uendita, necessario tradi debet. 355.111.40.

Laudimium an debeat pro recognitione. 567.7.4.
 Laudimium an usufructuario sit debitum. 558.51.
 Laudimium nõ debetur pro renouatione in filiũ facta. 558.52.
 Laudimium quantum debeat ex donatione inter uuos, reuocato usufructu per donatorem. 566.69.
 Laudimium debetur ex donatione facta cum pacto quòd donatarius alat donatorem. 566.70.
 Legatarius quis, & quando de feudo sibi legato laudimium soluere teneatur. 567.72.
 Legitimi an possint in feudo succedere. 432.16.
 Lex que ad duos sensus trahi potest, secundum mitiorem debet intelligi. 411.28.
 Lex à consuetudine interpretationem recipit. 599.5.
 Lex generaliter prohibens oppositionem exceptionis qualiter intelligatur. 602.9.
 Lex quandoque interpretatione sumit à consuetudine. 94.7.
 Lex indefinitè loquens æquipollet uniuersali. 61.7.
 Lex noua super materia legis antiquæ, in quo eandem mutat. 232.52.
 Lex specialis quando deroget generali. 240.22.
 Lex aut statutum non restringitur nisi per aliam legem, aut statutum. 227.26.
 Lex facta ad supplendam aliam legem in quibus locum habeat. 221.5.
 Lex generalis consuetudinem tollit specialem. 222.6.
 Lex specialis si præcedat legem generalem, non tollitur nisi specialem per legem generalem. 580.44.
 Lex una per aliam restringi & declarari potest. 53.4.
 Lex nulla seipsam corrigere præsumitur. 14.28.
 Lex noua quatenus ueterem tollat. 487.56.
 Leges priores corrigi possunt per posteriores. 314.6.
 Lex generaliter prohibens oppositionem exceptionis, qualiter intelligatur. 602.9.
 Lex singulariter in persona unius loquens, generaliter intelligi debet. 524.12.
 Lex generalis quando restringi possit. 487.58.
 Lex posterior quando & ad quæ extendatur. 205.77.
 Lex noua quatenus ueterem tollere dicatur. 192.23.
 Leges priores distinguunt posteriores. 193.24.
 Legis uerbu generale per alia legem restringi potest. 574.13.
 Legis dicta in uno capite, quando in sequenti repetita censentur. 95.8. & 9.
 Legem condere rescribendo quis dicatur. 415.39.
 Leges generaliter loquentes non extenduntur ad eum, qui aegritudine impeditur. 376.83.
 Leges priores trahi possunt ad posteriores. 61.8.
 Liber iure naturali quilibet præsumitur. 503.7.
 Liber homo triginta uel quadraginta annis præscribitur. pa. 333.11.4.
 Liber homo an possit se constituere hominem alterius. pagi. 351.11.14.
 Liber homo an possit fieri alterius. 328.15.
 Libera, hæc dictio quid importet. 49.28.
 Liberalitas in quibus actibus non præsumatur. 356.18.
 Liberè, aduerbium quid significet. 44.6.
 Liberè quid facere quis dicatur. 43.4.
 Libertas an sit de iure naturali. 327.11.
 Libertus cui legata sunt alimenta, non tenetur sequi heredem ad remotas regiones abeuntem. 387.106.

Libellus

Index.

Libellus, quo petitur tertia pars bonorum intestati, qualis. pa. 505.14.
 Libellus raptamenti an admitatur, si desint pignora. pagina 476.19.
 Libellus raptamenti qualis. 471.5.
 Libellus raptamenti an per curiam debeat recipi. 472.6.
 Libello raptamenti an sufficienter responsum sit per uerbum, tu mentiris. 488.61.
 Lingua quid operetur. 273.33.
 Lis non contestatur per uerbum, Tu mentiris. 488.63.
 Locus suspectus quis dicatur. 173.9.
 Locari an possit res emphyteutica ad decem annos. pagi. 128.76.
 Locare potest ad longum tempus, qui se non alienaturum iurauit. 550.21.
 Locatio ad decem annos fieri nequit sine domini translatione. 130.80.
 Locatio ad longum tempus quando fieri dicatur. 552.27.
 Locatio ad longum tempus quibus uerbis fieri debeat, ut ualida sit. 551.24.
 Locatio non est alienatio. 550.20.

De litera M.



Macellum fortiatum non potest castri dominus facere. 179.50.
 Mandatum de firmando directo an debeat in scriptis fieri. 18.42.

Manens in termino alicuius allodij, an censetur homo domini illius allodij. 347.36.
 Mansionem certam non habere quis dicatur. 502.2.
 Mansus quid, quid borda, & quid perna. 348.40.
 Manumissio quando fieri possit contra legis prohibitionem. pag. 424.19.
 Maritus rem donalem obligare non potest. 124.56.
 Maritus rei dotalis reputatur dominus. 237.4.
 Maritus quando homagium facere teneatur pro feudo uxoris. 351.13.
 Maritus quis uerè dicatur. 504.11.
 Maritus an possit uxoris feudum tenere. 239.19.
 Mariti nomine uenit, qui uxorem carnaliter cognouit, de cuius seminis perturbatione dubitatur. 504.12.
 Masculus in feudo præfertur femina in pari gradu existenti. 238.15.
 Mentiri quis dicatur. 488.62.
 Merces corrupta quando cum incorruptis mista uendi possint. 424.20.
 Miles uile quid faciens contra ducis edictu, punitur. 370.64.
 Minor læsus semper restituitur, nisi contrarium in iure exprimitur. 439.48.
 Minor, contra quem datur raptamentum, an super eo ius firmare teneatur. 481.37.
 Minor annis quatuordecim, cui feudum datum est, an teneatur fidelitatem præstare. 27.71.
 Minor annis quatuordecim, an debeat fidelitatem præstare. pa. 217.9.
 Minor in feudo succedens an teneatur homagium præstare. pa. 239.18.
 Minor non conficiens inuentarium restituitur in integrum.

pa. 541.11.22.
 Minores consuetudinibus ligantur, sed restituntur. pagina 542.11.24.
 Missionum nomine que comprehendantur. 15.30.
 Mobilia, que in mansata reperiuntur, mansata præsumuntur. 53.17.
 Moderatio quid significet. 60.3.
 Monachus in monasterio arma tenens, est excommunicatus. pa. 359.17.
 Monasterium an contineatur appellatione heredis, & an succedat in feudis. 406.20.
 Mora non purgatur, executione facta ipso iure. pagi. 475. nume. 17.
 Morantes in allodio alicuius, censentur eius homines. pagina 347.11.37.
 Morientis assertio super intersectoribus suis an probet. pag. 587.11.75.
 Mortuus quis proprie dicatur. 517.60.
 Mortuus uulnere neglecto, an præsumatur letaliter fuisse uulneratus. 271.26.
 Mox, seu incontinente dictiones, quantum temporis importent. 16.35.
 Mulier habens feudum paraphernale tenetur de eo homagium facere. 237.6.
 Mulier duellum nec offerre nec recipere potest. 482.38.
 Mulier quando homagium facere teneatur. 217.8.
 Mulier loco uiri ad collectas tenetur. 379.93.
 Mulier geminans consensum intercessionis, Velleiano non iuuatur. 328.13.
 Mulieris mansum ingrediens an efficiatur homo domini ipsius mansi. 347.35.
 Mulieres à muneribus excusantur personalibus. pagina. 359. nume. 16.
 Muliere uasalla mittente domino unum uel plures armatos, an teneatur dominus illos recipere. 352.15.
 Multitudini quando non parcendum. 591.90.
 Munus extraordinarium quod dicatur. 379.91.
 Munus personale est, ad bellum proficisci. 379.128.
 Munus quod reale, & quod personale. 391.113.
 Mutare quid sit, & quid cambire. 43.5.

De litera N.



Natus, seu pro nato habetur, in utero existens, cum de ipsius commodo agitur. 516.67.
 Nati qui dicantur. 497.30.
 Natura cuiusque rei quid sit. 289.35.
 Natura cuiusque rei quid proprie dicatur. 546.8.
 Naturalis non uenit filiorum appellatione. pagi. 513.111.52. & 53.
 Necessitas quod ex se illicitum est, licitum facit. pagi. 384.111. mero 103.
 Necessarii qui dicantur. 496.23.
 Negatio calumniosa rem dubiam non facit. pagina 533. mero 47.
 Negatiua uniuersalis omnem aufert potestatem. pagi. 408. nume. 17.
 Nepos ex filia quare non succedat in feudo. pagina 241.111. mero 28.

Index.

Nepos quando auctore succedere possit. 442.8.
 Filius uasalli feloniam committentis non succedit in feudo.
 pa. 442.9.
 Nepotes alij deficientibus in feudo succedere possunt. pagi.
 223. nu. 12.
 Nepotes an ueniant filij appellatione. 442.11.
 Nepotis nomine an ueniat fratris filius. 497.27.
 Nisi, dictio exceptionem significat. 64.7.
 Nobilitas quotuplex. 318.10.
 Noë filiorum per orbem dispersio, & eorum successio. pagi.
 342. nu. 20.
 Nomen seu actio, quando dicatur quidam mobile, & quando
 immobile. 519.77.
 Nomina debitorum non ueniunt nomine mobilium. 518.74.
 Nomina debitorum nec mobilia, nec immobilia. pag. 518. nu.
 75. & 76.
 Nominatio quid operetur. 175.31.
 Notarius a quo eligatur in causa inter dominum & uasalla
 lum agendam. 529.33.
 Nolle quis dicatur. 602.11.
 Nouitas non inducenda in homagij prestatione. 313.31.
 Nouum quando quid dicatur. 442.12.
 Nuntium ab hostibus captum quando teneatur mittens redi-
 mere. 401.136.

De litera O.

Occisor directum facere debet filio occisi. 341.14.
 Occisio seu interfectio an dicatur mors. 517.59
 Occupare uerbum uarijs capitur modis. 12.20.
 Occupare, uerbum quid significet. 154.6.
 Officium boni uiri quod sit. 99.25.
 Omnis, hæc dictio qualiter accipiat. 351.9.
 Oratio particularis quæ dicatur. 137.13.
 Ordinarius quoties aduandus. 448.8.
 Ordinarius inter dominum & uasallum cognoscit, deficien-
 tibus paribus. 455.35.
 Ordinarius quo casu cognoscat de questione feudi. 151.33.
 Ordinationem superioris quando licite transgredi possit in-
 ferior. 398.129.

De litera P.

Pactum ne fiat capella in fundo uendito, est ualidum.
 pa. 73.41.
 Pactum feudi naturam uincit. 72.37.
 Pactum plus in feudis operatur, quam in ipsa lex. 72.38.
 Pactum contra feudi naturam apponi potest. 72.39.
 Pactum plus operatur, quam ipsa lex. 103.4.
 Pactum contra emphyteusis naturam an sit ualidum. 122.51.
 Pactum plus potest, quam lex, aut consuetudo. 63.4.
 Pacis faciendæ ius quare mulieri non competat. 351.8.
 Pactiones in feudis appositæ sunt seruandæ. 392.116.
 Pactum personale transit in emptorem. 561.61.
 Pactum an ualeat, ne feudum ob ingratitudinem auferatur.
 pa. 280.54.
 Pactum quando seruandum. 328.17.
 Pactum de ingrediendo possessionem non afficit tertium pos-
 sessorem. 533.45.

Pactum de futura successione est à iure reprobatum. pagina
 499. nu. 38.
 Pactum in feudis quid operetur. 494.13.
 Pacta quæ in feudis apponi possunt. 194.30.
 Pacta & conventiones quacumque in inuestitura poni pos-
 sunt. 153.1.
 Pacta in feudis appositæ sunt seruanda. 494.12.
 Pagus quid sit. 502.6.
 Par in quibus bausijs peti possit. 487.59.
 Par qualis esse debeat. 488.60.
 Paraphernalia quæ dicantur. 237.9.
 Paratum esse ad aliquid faciendum quando non sufficiat. pa.
 523. nu. 7.
 Pares curiæ de quibus causis cognoscere possint. 452.26.
 Pares in feudo qui dicantur. 105.19.
 Pares curiæ an cognoscant, ubi quis se uasallum asserit, &
 dominus id negat. 457.40.
 Pares curiæ in quo loco debeant iudicari pro tribunali se-
 dere. 458.46.
 Pares curiæ per quem eligantur iudices. 454.33.
 Pares curiæ si nulli sint, quis inter dominum & uasallum co-
 gnoscet. 455.34.
 Pares curiæ qui dicantur. 454.31.
 Pares dati iudices an de eadem prouincia esse debeant. pagi.
 456. nu. 36.
 Pares curiæ qualiter eligendi. 468.80.
 Pares admissi in testes, desinunt esse pares. 468.81.
 Parentes qui sunt. 496.24.
 Partis appellatione quid ueniat. 260.21.
 Partis appellatione quid ueniat. 191.14.
 Pater feudum uni ex filijs assignare potest. 192.21.
 Pater qualiter filijs suis prouidere possit. 340.6.
 Pater fame urgente potest filium uendere. pagina 346. nu.
 mero 30.
 Pater filium de feudo hereditare potest. 251.1.
 Pater filio habili feudum dare potest, domino irrequisito. pa.
 534. nu. 49.
 Pater uni filiorum potest assignare feudum, pagina 264. nu.
 mero 15.
 Patria propria ab omnibus est defendenda. 395.123.
 Pater an usumfructum habeat in feudo, uel mansata filij ad-
 uentitia. 506.20.
 Patientia domini non contradicentis feudi alienationi, an ha-
 beat pro licentia. 199.53.
 Patre & filio homagium non offerentibus, an possit illud do-
 minus ab utroque petere. 254.19.
 Patria propria dicitur in qua quis natus est. pagina 373. nu.
 mero 71.
 Patrimonium clerici eodem, quo ecclesiæ, gaudet priuilegio.
 509.35. & seq.
 Patronus iura sua habet in liberto in patris potestate
 constituto. 506.19.
 Patronus libertum ingratum per procuratorem accusare po-
 test. 475.15.
 Patronus in bonis liberti tertiam partem habet. pagi. 502.
 nume. 4.
 Pauperes bello inutiles. 358.11.
 Paupertas à quibus excuset muneribus. 358.12.
 Paupertas à quibus excuset minime. pagina 358.13.

Index.

Pax & induciæ à quo fieri possint. 369.56.
 Pax facta cum principali authore belli ad quos extendatur.
 pa. 371.67.
 Pensio an debeat remitti propter bellum. 404.145.
 Per, dictio temporis denotat perfectionem. 333.6.
 Perdere, uerbum quandoque temporaliter, capitur. 204.73.
 Perpetuum esse quid dicatur. 253.34.
 Perpetuum quid dicatur. 245.6.
 Persuadens delictum quando puniatur. 273.34.
 Persona quacumque, hæc uerba quid importent. 211.8.
 Pertinentia castri quæ dicantur. 40.18.
 Pignus unde dicatur. 208.88.
 Pignoriatio feudi cum traditione reali prohibetur iure com-
 muni. 201.61.
 Pignori dare quis dicatur. 113.54.
 Pignoris obligatio an comprehendatur uerbo comparan-
 di. 224.58.
 Pignori obligari quæ res nequeant. 126.62.
 Pignoris datio uenit quandoque alienationis nomine. pagi.
 196. nu. 38.
 Placitum quid sit. 154.4.
 Placet, uerbum boni uiri importat arbitrium. 268.8. 271.8.
 Plures, dictio in quot uerificetur. 585.64.
 Poena statuti non abolet eam, quæ est iuris communis. pagi.
 394. nu. 120.
 Poena imperæ fractæ quæ dicatur. 116.24.
 Poenæ capitales non imponuntur pro delictis non consum-
 matis. 272.30.
 Poenam non meretur, quicquid permittente lege operatur.
 pa. 286.16.
 Poenæ remittuntur quandoque, ut scandalem uitetur. pagi.
 588. nu. 79.
 Poenæ hoc tempore sunt arbitrariæ. 592.94.
 Post dictio extremitatem temporis importat. pagina 426.
 nume. 5.
 Postliminium in quibus locum habeat. 367.47.
 Possessio quando sequestratione amittatur. 288.26.
 Possessio an per processum contra contumaces adquirat.
 pa. 391.115.
 Possessio uiolenta ob alio occupata quanto tempore præscri-
 batur. 156.13.
 Possessio indefinita & incerta uniuersali equipollet. pagina
 135. nu. 6.
 Possessio an per inuestituram queratur. 219.17.
 Possessio quibus modis tradatur, & apprehendatur. pagina
 218. nu. 10.
 Possessio incorporalium qualiter tradatur. 218.13.
 Possessio quando sine apprehensione acquiri possit. pagina
 36. nu. 8.
 Possessio quando uacua dicatur. 218.15.
 Possessiones uasalli in termino castri, præsumuntur esse de
 feudo. 157.17.
 Possessor male fidei ex fructibus perceptis impensas pro
 eisdem querendis factas deducere potest. 96.12.
 Possessor bonorum an ueniat heredis appellatione. pagina
 nume. 498.34.
 Possessor bone fidei fructus, quos percipit, suos facit. pagi.
 288. nu. 27.
 Possibile ut fiat quid dicatur. 284.7.

Posteri qui dicantur. 496.24.
 Potest, dictio quando necessitatem importet. 468.2.
 Potestas castri qualiter per dominum petenda sit. 10.27.
 Potestas castri in quo loco debeat peti. 11.8.
 Potestas castri ubi recipienda nulla existente habitatione.
 pa. 52.1.
 Potestas castri per alium nomine domini potest recipi. pagi.
 52. nu. 2.
 Potestas castri à nouo acquirentore non potest peti. pagina
 300. nu. 79.
 Potestas castri quare possit apprehendi, & feudum empara-
 ri. 522.1.
 Potestas castri quibus modis domino dari possit. 72.56.
 Potestas castri quanto tempore post demissionem dari
 debeat. 102.3.
 Potest, uerbum quando necessitatem importet. 86.10.
 Potestas plena castri quando domino censeatur tradita. pagi.
 76. nu. 5.
 Potestas de qua re domino feudi soleat tradi. 205.78.
 Potestas castri non potest præscribi. 143.1.
 Potestas castri an possit per procuratorem accipi. pag. 40.
 nume. 22.
 Potestas castri domino per uasallum tradi debet. 34.1.
 Potestas plena castri non dicitur dari, nisi uasallus terminos
 exierit. 63.3.
 Potestas de feudo quando capiatur per modum imperæ rea-
 lis. 205.79.
 Potestas castri an danda sit, quod tempore concessionis non-
 dum edificatum erat. 206.80. 81.84.
 Potestatis redditio peti debet ab ipso domino. 75.4.
 Potestas castri quando non dicatur plene tradita, aut reddi-
 ta. 606.23.
 Potestas castri si simpliciter ob recognitionem data fuerit,
 poterit tamen retineri castrum propter bellum. pagina
 598. nu. 2.
 Potestas qualiter tradatur, nulla existente habitatione. pagi.
 53. nume. 5.
 Potestas dictio, quid significet. 9.13.
 Potestas castri quibus casibus possit peti. 9.14.
 Potestas castri an per procuratorem domino tradi possit.
 pa. 10. nu. 15.
 Potestas libera aliquid faciendi qualiter intelligatur. pagina
 44. nu. 7.
 Potestas castri à quibus peti possit. 13.24.
 Potestas castri & seruitium quando fiant impræscriptibi-
 lia. 151.34.
 Potestas castri à possidente potest peti. 251.4.
 Pragmatica regis Alphonsi, quæ. 32.87.
 Pragmatica regis Petri, qualis. 32.88.
 Præter dictio quid operetur. 307.7.
 Præmium non debet inde quis consequi, unde poenam mere-
 tur. 267.3.
 Præses prouinciæ de quibus cognoscere possit. pagina 18. nu.
 mero 40.
 Præses prouinciæ in duplum tenetur subdito à se lesa. pagi.
 593. nu. 99.
 Præses prouinciæ an possit bellum indicere. pagina 368. nu.
 mero 49.
 Præses subditus opprimens, capite plecti debet. 462.58.
 Præsentare

Index.

- Presentare quis possit proprietarius, an feudum tenens, in quo est ius patronatus. 256. 24.
- Prescriptio noua à consuetudine feudorum inducta minores etiam ligat. 541. 23.
- Prescriptio quare adiuuata. 542. 28.
- Prescriptio in incorporalibus sola negligentia causatur citra possessionem. 542. 29.
- Prescriptio seu consuetudo contraria iure non trahitur ad alias res aut personas. 164. 24.
- Prescriptio non potest impediri pacto partium. pag. 128. nume. 21.
- Prescriptio quæ lege prohibita censetur. 204. 75.
- Prescriptio prohibita à testatore, equiparatur prohibita à lege. 104. 76.
- Prescriptio rei feudalis an requirat domini scientiam & patientiam. 164. 21.
- Prescriptio seu consuetudo longissima uim habet priuilegij. 163. 19.
- Prescriptio an quandoque currat contra iura castri terminati. 180. 55.
- Prescriptio sine possessione currere non potest. pagina 180. nume. 56.
- Prescriptio quæ obstat ei, qui se fundat in iure communi. 136. nu. 11.
- Prescriptio centum annorum currit non obstante consuetudine id ipsum prohibente. 136. 12.
- Prescriptio quibus uerbis tolli possit. pagina 67. nu. 23. 68. 24. 26. & seq.
- Prescriptio centenaria uim tituli habet, & priuilegij. pag. 66. nu. 18.
- Prescriptio an possit tolli pacto. 22. 66. 19.
- Prescriptioni trienniali quare non possit renuntari. pagina 67. nu. 20.
- Prescriptio quando currat ignorantibus, & quando non. pag. 70. 32. & 33.
- Prescriptio centum annorum an locum habeat in feudis. 66. 15.
- Prescriptio nequella currat, statuto fieri potest, pacto non. pag. 66. 16.
- Prescriptio an possit impediri consuetudine. pagina 139. nu. 25.
- Prescriptiones cum stricti iuris sint, non extenduntur ultra id quod agitur. 138. 19.
- Prescriptiones qua ratione fuerint introductæ. pagina 138. nume. 20.
- Prescriptione queri potest, quod priuilegio. 63. 5.
- Prescribere an possit male fidei possessor. 65. 12.
- Prescribi nil potest sine possessione. 174. 29.
- Prescribi an possit, quod alienari est prohibitum. pag. 204. nume. 74.
- Presumptio iuris pro liquida probatione reputatur. pagina 141. nu. 31.
- Præterquam, dictio est exceptiua. 162. 10.
- Præstatio longa præsupponit causam. 334. 9.
- Præstatio una quando sufficiat, & quando triennialis. pagina 334. nu. 9.
- Præstatio longissima quid operetur. 335. 16.
- Primogenitus per consuetudinem in feudo succedere potest. pag. 222. nu. 7.
- Primogenitus succedit in feudo comitatus. 221. 4.
- Princeps sine cuiusquam præiudicio locorum diuisiones facere præsumitur. 175. 33.
- Princeps solus castra terminata erigere potest. pagina 173. nume. 25.
- Princeps castrum & territorium concedens, uniuersitatem prædiorum intra fines positorum concedere censetur. pag. 178. nu. 45.
- Princeps contra diuinam legem nil facere debet. pagina 588. nume. 78.
- Princeps homicidij poenā remissurus quid attendere debeat. 588. 80. & seq.
- Princeps sine causa uasalli res seu bona capere nequit. pag. 407. nu. 11.
- Princeps solus de militibus & generosis personis cognoscit. 415. 38.
- Princeps beneficium à se collatum, sicut & legem à se conditam solus interpretatur. 451. 20.
- Princeps superiorem non recognoscens, de causa proprii feudi non cognoscit. 451. 18.
- Princeps censetur, qui superiorem non recognoscit. pagina 357. nu. 9.
- Princeps an possit componere de damnis bello illatis inuito populo. 370. 65.
- Princeps solus compellere potest subditos ad muros extruendos. 369. 58.
- Princeps an possit indicare collectas pro soluendis stipendijs militum. 382. 98.
- Princeps solus rescribendo, uel sententiando potest legem condere. 511. 42.
- Princeps quis, & unde dicatur. 296. 125.
- Princeps, seu ordinatio defensiones legitimas nemini tollere potest. 486. 53.
- Principis nomine quis ueniat. 357. 9.
- Principis sunt omnia, quæ sunt in regno, quod ad iurisdictionem attinet. 406. 7.
- Principi contra conscientiam non obediendum. 409. 19.
- Principi reseruaata quæ præscribi possint. 164. 20.
- Principe infirmo quis populum conuocare possit. 333. 73.
- Priuatius de suo captiuum redimens, quod insumpsit repetere potest. 579. 38.
- Priuilegijs collegio publicæ utilitatis gratia cõcessis non derogatur per constitutionem generalē. 423. 17.
- Priuilegium à principe concessum non ualet, quod in Reipublicæ periculum uergere potest. 398. 22. 9.
- Prius, dictio uarijs capitur modis. 594. 101.
- Priuilegium de non soluendis collectis, aut muneribus præstandis quando ualeat. 390. 95.
- Probatio alia non admittitur, ubi à iure certa probandi forma traditur. 73. 42.
- Probatio ex confessione resulsans iuris ordinem non requirit. 595. 106.
- Probatio tanti temporis, cuius non sit memoria, instar habet priuilegij. 176. 36.
- Probatio per instrumentum facta dicitur euidentissima. pag. 534. 48.
- Probatio legitima requiritur, ut quis puniri possit. pag. 312. nume. 28.
- Procurator an interuenire possit in causa raptamenti. 474. 14.

Index.

- Procurator in rem suam in actu extraiudiciali potest constitui. 561. 60.
- Proditor proclamari nemo debet, nisi in duobus casibus. pagina 312. 28.
- Proditor morte plectitur. 311. 27.
- Proditor quis proprie dicatur. 489. 67.
- Progenies quid significet. 496. 21.
- Prohibitio facta à lege, testatore, contrahente, & iudice, paribus incedunt passibus. 125. 60.
- Proles nomine quid significetur. 496. 21.
- Propinquorum nomine qui ueniant. 496. 25.
- Proprietas feudi si quid sit uniuersale, in rusticum alienari potest. 211. 7.
- Propter, dictio aliquando causam mediatam importat, aliquando immediatam. 537. 7.
- Propter dictio, causam proximam importat. 152. 9.
- Propter, præpositio quid significet. 285. 9.
- Protestatio contra uasallum an possit fieri sine scriptis. pagina 538. 8.
- Protestatio qualiter fiat contra uasallum inobedientem non comparentem. 539. 15.
- Protestatio unica an sufficiat contra uasallum inobedientem. pagina 538. 12.
- Protestatio contraria facta, an & quando inuict protestantem. 200. 60.
- Protestatio an possit fieri die feriata. 539. 13.
- Protestatio an fieri possit per procuratorem. 539. 13.
- Profapia quid significet. 496. 22.
- Provincia quid, & quot modis capiatur. 456. 37.
- Provincia una quando aliam inuare teneatur. 395. 124.
- Proximior est, quem nemo præcedit. 432. 15.
- Pugnantes in duello, an peccent mortaliter. 484. 48.
- Puniri quando quis possit pro alio. 113. 8.
- Pupillus feudatarius si interpelletur, & non tutor, an ipsi currat tempus. 438. 42.
- Pupillus uel adultus, an restituatur ob negligentiam tutoris, uel curatoris inuestituram non petentis. 439. 47.
- Pupilli quis dicatur. 237. 8.
- Pupilli quare à bello exempti. 379. 92.
- Pupillo quando currat prescriptio, & quando nõ. 541. nu. 21.
- De litera Q.
- Q**uadrans habens in territorio castri, an ad eiusdem iura teneatur. 171. 17.
- Quadra quid sit. 171. 18.
- Quadra quid sit. 140. 28. & 141. 29.
- Questio, dictio est æquiuoca. 131. 3.
- Quandocunque, dictio quid significet. 253. 35.
- Quantumcunque, dictio quantum temporis importet. pagina 543. 30.
- Quemadmodum, dictio quid significet. 169. 5.
- Querimonia quid, & quando fieri dicatur. 185. 8.
- De litera R.
- R**aptatus contumaciter non comparens quatuor litera puniatur. 480. 32.
- Raptatus de bausia quid facere debeat. 30. 84.
- Raptatus de bausia qualiter sese expiet. 30. 85.
- Raptatus an cauere debeat prius quam citatorium mandetur. 476. 18.
- Raptatus ob contumaciam proclamatus proditor, an possit moram purgare. 475. 10.
- Raptatus damnus confitens, & emendari uolens, an audiendebeat. pagina 473. 11.
- Raptatus pugnare paratus, an excusetur morbo raptatoris. 485. 50.
- Raptatus uictus qualiter puniendus. 482. 40.
- Raptati per quos possint sustineri. 481. 34.
- Raptator & raptatus, an in campo positi pœnitere possint. 482. 39.
- Raptatum defendere quis possit. 480. 31.
- Raptator an campionem dare possit pro se pugnaturum. pagina 481. 36.
- Raptator quando raptato ad expensas teneatur. pagina 486. 54.
- Raptator an hodie intentionem suam per instrumenta, uel testes probare possit. 486. 55.
- Raptamenti causa coram quo debeat tractari. 474. 12.
- Raptamentum super treugis fractis, an statim debeat admitti. 478. 24.
- Ratio ciuilis iura naturalia non corrumpit. 505. 16.
- Ratio finalis quandoque ex proœmio colligitur. pagina 594. 102.
- Ratihabitio retrotrahitur, mandatoque comparatur. pagina 911. 1.
- Ratum habere dicitur, qui non contradicit. 199. 54.
- Receptio potestatis castri, qualiter fieri debeat. pagina 523. 1.
- Receptio agnati per dominum facta non præiudicat proximiori postea uenienti. 431. 7.
- Reconuentio super re feudali, an locum habeat coram paribus curiæ. 457. 41.
- Redimens aliquem ab hostibus, solum, quod soluit, pretium recuperabit. 579. 35.
- Redimens aliquem ab hostibus, an possit ultra pretium redemptionis repetere. 400. 135.
- Redemptus ab hostibus loco pignoris tenetur. 579. 36.
- Reditus castri quando ad uasallum, & quando ad dominum pertineat. 89. 6.
- Refectio castri, quando ad uasallum pertineat. 57. 17.
- Regule semper statuntur, nisi de contrario doceatur. pagina 119. 35.
- Regula iuris quando seruari debeat. pag. 80. nu. 19.
- Remissio ad eundem iudicem quando fiat. 457. 43.
- Remissio homicidij facta per principem, an indistincte ualeat. 592. 97.
- Renouatio in re feudali, quando locum habeat. pagina 870. numero 18.
- Renouatio inuestituræ tribus inducitur rationibus. pagina 270. 19.
- Renouatio homagij antiqui quæ dicatur. 431. 10.
- Renuntiatio cum stricti iuris sit, extensionem non admittit. 578. 33.
- Requisitio de reddendo feudo qualiter fieri debeat. 78. 13.
- Rex reipublicæ caput dicitur. 419. 5.
- Rex an possit contra baronem producere homines baronis. 412. 33.
- Rex an super oēs homines sui regni habeat imperium. 413. 35.
- Regum autoritate nulla maior. pagina 2. nu. 3.
- Requisitio

Index.

- Requisitio de castro reddendo quota fieri debeat. pagina 78. nume. 14.
- Restitutio quare non detur contra prescriptionem quadraginta annorum. 59. 30.
- Restitutio quando detur contra prescriptionem. pagina. 59. nume. 31.
- Respublica quæ, & quot modis dicatur. pagina. 423. nume. 10. 15.
- Restrictionem non admittit uerbum ampliatiuum. pagina 574. nume. 16.
- Restitutio damnati facta per principem, an porrigatur ad bona iam in tertium translata. 401. 135.
- Res uasalli in castro relicte an querantur domino. pagina 39. nume. 5.
- Res emphyteuticaria sine consensu domini obligari non potest. 223. 54.
- Res emphyteuticaria an domino pro pensione sit tacite hypothecata. 127. 70.
- Rei nomine quæ ueniant. 35. 5.
- Res feudalis quare alienari prohibeatur. 155. 29.
- Reus probare debet, quando contra ipsum presumpcio laborat. 141. 12.
- Renocatio quotuplex. 457. 42.
- Rex in barones merum habet imperium. pagina. 410. nume. 10. 22.
- Rex non debet tenere bona alteri tributaria. pagina 107. numero 27.
- Rex rem, quam cum alio communem habet, uendere potest. pagi. 107. 28.
- Rex non debet bona regni alienare. 420. 9.
- Rex in suo regno generalem habet iurisdictionem. pagina 405. nume. 2.
- Regi fidelitas debetur ab omnibus regni hominibus. pagina 405. nume. 3.
- Rex in suo regno maior est comitibus. 419. 7.
- Rex uisitur hominibus baronis contra baronem. pagina. 406. nume. 13.
- Rex quando per se, & quando per alium possit populum conuocare. 82. 37. 4. 74.
- Rex Aragonum an possit bellum indicere. pagina 35. numero 39.
- Rex Aragonum an possit bellum Christianis indicere. pagi. 35. nume. 46.
- Rex Aragonum uadens contra Saracenos uasallis ministrat expensas. 31. 357. 5.
- Rex decem dies concessos ad tradendam castri potestatem abbreviare non potest. 17. 56.
- Rex superiorem non recognoscens supremam habet potestatem. 499. 37.
- Rex, cum iustitie sit debitor, non debet facile criminosis penas remittere. 585. 70.
- Rex Dei uices gerens in terris, misereri debet peccatorum. 590. 87.
- Regi se ignorasse feudum alienatum dicenti citra iuramentum creditur. 581. 49.
- Reges, qui contra Saracenos pugnare possunt. 355. 1.
- Reges, qui olim Saracenos expugnare consueuerunt. pagina 357. nume. 4.
- Rex uel filij ipsius raptatum de baufia in regno sustinere non possunt. 31. 85.
- Rege absente quis possit populum conuocare. pagina 377. nume. 85.
- Regem aliquem a numeribus eximere, an pars illius exempti debeat detrahi. 381. 96.
- Reges quas subditis collectas indicere possint. pagina 102. nume. 382. 90.
- Reges Aragonum qui fuerint. 344. 24.
- Rusticus quas emere possit dignitates. 212. 15.
- Rusticus uasallos habere potest. 333. 7.

De litera S.

- S**acerdotium non prescribit non sacerdos. pagina 335. nume. 15.
- S**acramentum fidelitatis an debeat prestari domino habenti simplicem iurisdictionem. pagina 348. nume. 38.
- S**acramentum fidelitatis qui prestitit, tenetur firmare dictum. 28. 75.
- S**alarium a quo soluatur iudici inter dominum & uasallum assignato. 529. 34.
- S**alaria custodum castri an ueniant nomine expensarum. 98. 20. & 21. & 99. 22.
- S**aracenis bellum per Christianos indici potest. pagina 356. nume. 2.
- S**atisfactio quid significet. 595. 103.
- S**atisfacere quando quis dicatur, dando fideiussores. pagina 595. nume. 103.
- S**atisfactio a lege imposta, ut laeso fiat, in foro conscientie seruari debet. 596. 107.
- S**cientia superioris non requiritur, quando contra iura subiectorum prescribitur. 164. 22.
- S**cire, & scire debere paria sunt. 763. 9.
- S**cire quis dicatur. 164. 10.
- S**criptura ambigua ex precedebus & sequentibus declaratur. 252. 7.
- S**ecundum, dictio quid significet. 284. 6.
- S**ecuritas quibus uerbis domino prestetur a uasallo. pagina 83. nume. 31.
- S**ecuritas a uasallo an sit cum fideiussoribus prestanda domino. 82. 27.
- S**ecuritatis definitio quæ. 81. 25.
- S**ecuritas quid, & quare seruanda. 33. 89.
- S**ecuritas uarijs prestatur modis. 81. 25.
- S**ecuritatem domino prestare debet pro se & tota familia. 82. 29.
- S**ecuritas domino prestata a uasallo ad quas extendatur personas. 83. 30.
- S**enex quis merito dicatur. 357. 10.
- S**enior quis intelligatur in materia feudali. 109. 35.
- S**eniores, sine domini qualiter castri potestatem apprehendant. 12. 22.
- S**ententia inter dominum & uasallum lata per quem executioni mandabitur. 530. 36. & 33.
- S**equester quando statim tollatur satisfactione prestata. pagi. 121. nume. 46.
- S**eruitium quid. 144. 4.
- S**eruitia fortia que dicantur. 162. 11.

Seruitium

Index.

- S**eruitium quod & quale pro feudo debeat domino. pagi. 145. nume. 7.
- S**eruitium quando a uasallo prescribi possit contra dominum. 145. 8. & 9. 10. 11. 12. 13.
- S**eruitium quare domino prestandum sit a uasallo. pagi. 146. nume. 11.
- S**eruitium tanto tempore prescriptum cuius initij memoria non extat, an dicatur prescriptum. 336. 19.
- S**eruitium feudi quod esse debeat. 392. 117.
- S**eruitium feudi an ab alienatore, an a nouo acquiretore peti debeat. 286. 18. 19. 21. 22.
- S**eruitium feudi personaliter non autem per substitutum debet prestari. 319. 6.
- S**eruitium feudi secundum posse uel conventionem fieri debet. 184. 1.
- S**eruitium qualiter cognoscatur prescriptum ex liberalitate, & non uel obligationis. 336. 17.
- S**eruitio negato potest illico dominus feudum emparare. pagina 288. 28.
- S**eruitia feudi per substitutum possunt explicari. pagina 351. 7.
- S**eruus quando habeatur pro derelicto. 375. 75.
- S**exagenarius miles quando possit duellum detrectare. pagi. 478. 26.
- S**exagenarius a bello excusatur. 359. 18.
- S**i, dictio conditionem importat. 320. 17.
- S**i dictio, uarijs capitur modis. 426. 4.
- S**ignorum usus prescriptione acquiri potest. 155. 7.
- S**ignificatio propria, in uaticis capi debet. 465. 68.
- S**implex, & simpliciter, quid significet. 408. 16.
- S**impliciter, dictio quid significet. 341. 11.
- S**ingularium bona auferri possunt ex iusta causa. 407. 12.
- S**ine, dictio sui natura est exclusiua. 190. 10.
- S**oldada quid sit. 151. 30.
- S**oror an succedat fratri in feudo sine filijs decedenti. pagina. 240. 25.
- S**oror an in feudo succedat fratri immediatè morienti. pagina. 240. 26.
- S**pecies quælibet sub genere uenit generis appellatione. pagina 190. 12.
- S**ponsa quando ueniat nomine uxoris, et quando non. pagina. 504. 13.
- S**purus an in feudis succedere possit collateralibus. pagina 230. numero 40.
- S**purus in feudo non ualens succedere an possit capaci uendere. 230. 41.
- S**purus an ueniat filiorum appellatione. 229. 36.
- S**purus an per extraneum possit heres uniuersalis institui, etiam in feudis. 229. 37.
- S**tatutum de habente pacem ab herede, an extendatur ad habentem pacem a testatore. 587. 74.
- S**tatutum quod minor non adeat hereditatem sine duorum consanguineorum consensu, qualiter intelligendum. pagina 428. 13.
- S**tatutum quod omnes cause compromittantur, qualiter intelligendum. 427. 9.
- S**tatutum iuratum non tollitur per uerba, non obstante. pagina 140. 23.
- S**tatutum mandans quid per se fieri, qualiter intelligatur. 185. 13.
- S**tatutum in fauorem publicum extendi potest. pagina. 226. nume. 22.
- S**tatutum correctorium quare non extendendum. pagi. 224. numero 16.
- S**tatutum an ualeat, quod dominus ex familiaribus teneatur. 190. 13.
- S**tatutum loquens de uxore an locum habeat in desponsata nondum transfusa. 503. 10.
- S**tatuto an fieri nequeat quod per pactum. pagina 73. numero 40.
- S**tatuta contra ius commune non sunt extendenda. pagi. 117. numero 27.
- S**tatuta proprie, & strictè sunt intelligenda. pagina 514. numero 54.
- S**tatum, dictio uaria habet significata. 103. 6.
- S**tatementum quid. 154. 4.
- S**tipulatio facta sine causa an obliget. 345. 25.
- S**tipulatio nulla est, que turpis est. 407. 10.
- S**terilis quis sit. 516. 66.
- S**tipendiarius bello captus an habeat stipendia tempore captiuitatis. 368. 50.
- S**tipulatio quando in heredem sit transmissibilis, & quando non. 494. 10.
- S**tipulor, uerbum quid significet. 326. 7.
- S**ubcastellanus in castro esse potest, qui superiori domino homagium facere tenetur. pagina 43. 579. numero 39. & 43.
- S**ubcastellanus quis, & quot modis dicatur. pagina 579. numero 40.
- S**ubditus ratione iurisdictionis an teneatur iurare fidelitatem. 26. 69.
- S**ubstitutus per quem uasallus seruire possit, qualis esse debeat. 149. 24. & 150. 25.
- S**ubstituere alium loco sui quando quis nequeat. pagina 319. numero 5.
- S**ubditi an dominum expensis proprijs ad prelium sequi debeant. 300. 12.
- S**ubstituere quando possit quis loco sui. pagina 377. numero 86.
- S**uccessio in feudis apud Cathalanos locum habet. pagi. 431. nume. 2.
- S**uccessio in feudis, an similis sit successione alijs. pagina 432. nume. 13.
- S**uccessiones possunt disponi per consuetudines. pagina 431. nu. 20.
- S**uccessor regis an teneatur seruare pacem datam per regem. 366. 57.
- S**uccessor singularis an ueniat nomine heredis. pagina 492. nume. 19.
- S**uccessor singularis non uenit nomine successoris. pagi. 259. nume. 4.
- S**uccedere in feudo quando possit quis ab intestato. pagina 264. nume. 16.
- S**uccedere ab intestato quis possit. 263. 8.
- S**uccedere qui potest in bonis, potest & in feudis. pagi. 437. nume. 39.

Index.

Successor domini an teneatur requirere uasallum. 259.6.
 Sufficiens ad aliquem actum quando quis dicatur. pagina. 49.
 numero 27.
 Sumptus in duello factos quis soluere teneatur. pagina 482.
 numero 43.
 Supellatiui natura qualis. 169.9.
 Surreptio contra impetrationem remissionis, seu indulgentie allegari potest. 592.95.
 Suus, sua, suum, dominium quoddam importat. pagina. 460.
 numero 53.
 Suus omnis agnatus est, non contra. 431.12.
 Suum pronomen dominium denotat. 50.4.
 Suum pronomen dominium denotat. 35.6.
 Sui qui sint. 496.26.

De litera T.



Tacens quando habeatur pro consentiente. pagina. 199.35.
 Taxatiua dictiones negatiue exponuntur. pagina 190.13.

Tanquam dictio ueritatem exprimit. 263.4.
 Tantum, dictio est taxatiua. 163.14.
 Tempus non currit legitime impedito. 45.11.
 Tempus domino concessum ad tenendam potestatem an sit continuum, et quando currere incipiat. 50.29.51.30.
 Tempus prefixum quando de momento computetur. pagina 103.8.
 Tempus longum quod dicatur. 129.77.
 Tempus non determinatum presumitur esse decem duorum. 129.78.
 Tempus nullum excludit dominium debitum contra signa euidentia. 154.3.
 Tempus datum uasallo ad recognitionem feudi, quando currere incipiat. 537.5.
 Territorium regis ibi est, ubi rex. 372.70.
 Terra omnis iure prisco libera fuit. 131.8.
 Testatus quis dicatur, quis intestatus, et quis intestabilis. pagina. 225.18.
 Testamentum quid sit. 263.8.
 Timens sibi ab aliquo magnate, potest iudicis officium implorare. 82.27.
 Timens offendi ab aliquo, an possit per iudicem eum cogere ad prestandam securitatem. 83.32.
 Titulus iustus quis dicatur. 156.12.
 Transiens de crimine an habeatur pro confesso. 196.108.
 Traditio rei uendite an requiratur, ut laudimium debeatur. 255.41.
 Traditio potestatis nulla exceptione impediri potest. 7.6.
 Transfuga quis dicatur. 370.63.
 Tribunal quid sit. 420.8.
 Tunc, dictio extremitatem temporis desiderat. 523.8.
 Tutor est uasallus tutela durante. 236.2.
 Tutor uel maritus contra fidelitatem facientes, censentur bausatores. 237.7.

De litera V.



Vacantia bona dicuntur eius, qui nullum successorem habet. 518.72.
 Valentia quid sit, et a quibus cui debeatur. 162.13.

Valuassor quis dicatur. 408.15.
 Vasallus uere quis dicatur. 245.2.
 Vasallus, qui homagium et fidelitatem prestat, non potest feudum deserere. 245.3.
 Vasallus quanto tempore castri custodibus expensas soluere teneatur. 60.5.
 Vasallus ultra decem dies non tenetur expensas facere custodibus castri. 61.6.
 Vasallus tradita castri potestate, non potest ibi remanere. 63.1.
 Vasallus in quibus non inuenitur prescriptio. pagina. 63. numero 2.
 Vasallus castri potestatem requisitus domino tradere debet. 15.32.
 Vasallus quanto tempore prescribat contra dominum. 9.6. 8.9.
 Vasallus an possit feudi prescribere libertatem. 70.34.
 Vasallus domino homagium facere tenetur. 75.3.
 Vasallus feudi partem alienans, a toto cadit. 78.15.
 Vasallo qualiter succurratur contra dominum noctem redere feudum. 79.16.
 Vasallo rebellante domino suo non requiritur acuidamentum. pag. 79.17.
 Vasallus quando dominum iuuare debeat, etiam non uocatus. 81.22. 23.
 Vasallus presumitur domino uelle auxiliari, nisi interpellatus negauerit. 81.24.
 Vasallus domino castri potestatem tradere debet, licet nondum fecerit homagium. 77.9.
 Vasallus quando licite potestatem castri possit retinere. pagina 77.10.
 Vasallus non tenetur domino castri potestatem tradere nolenti homagium ab eo recipere. 77.11.
 Vasallo decedente relicti filijs imperfectis, an teneatur dominus feudum uni illorum assignare. 233.54.
 Vasallus de feudo in filiam disponere potest, et inuestiri facere. 239.16.
 Vasallus offendens dominum domini, offendit etiam dominum proprium, et feudo priuatur. 104.10.11. 108.31.
 Vasallus duorum dominorum, utrum, uel neutrum iuuare teneatur. 104.12.
 Vasallus contra quos dominum iuuare non teneatur. 104.13.
 Vasallus an iuuare teneatur extra castri terminos. pagina. 104. numero 14.
 Vasallus contra quos dominum iuuare non teneatur. pagina 105. numero 15.
 Vasalli qualiter in eodem castro plures esse possint. 165.16.
 Vasallus rem feudalem alij infeudare potest. 105.17.18.
 Vasallus inferior tenetur pro iuribus domini superioris. pagina. 105.20.
 Vasallus feudum alij infeudans, iisdem conditionibus id facere debet, quibus ipsum habet facere. 106.21.
 Vasallus inferior forefactor post denuntiationem decem dies habet. 106.22.
 Vasallus secundus an priuetur feudo ob delictum primi. pagina. 106.23. 107.25.
 Vasallus primus an possit castri potestatem a secundo petere, domino eam non petente. 106.24.

Vasallo

Index.

Vasallo infimo crimen lese maiestatis committente, ad quem deueniat feudum. 107.26. 108.30.
 Vasallo pluribus filijs relicti decedente, an possit dominus duobus ex illis gratificari. 232.49.50.51.
 Vasallus facto iuris firmam domino prestare tenetur. pagina. 87.11.
 Vasallus recusans comparere qualiter puniatur. 20.49.
 Vasallus an possit uni filiorum in feudo gratificari. 235.62.
 Vasallus si acquirat feudum aliud, quod tenetur pro eodem domino, an cogatur dominus illud firmare. 235.63.
 Vasallus secundus oppressus a primo, an possit recurrere ad dominum superiorem. 109.34.25.
 Vasallus an cogi possit ad prestandam securitatem perpetuam. 84.34.
 Vasallus, qui castri domino tradidit potestatem, an debeat firmare directum ante castri receptionem. 85.3.4.5.
 Vasallus ultra iuris firmam homagium et securitatem prestare tenetur. 86.9.
 Vasallus asserens se habere allodium intra terminos castri, id probare debet. 140.27.
 Vasallus tenens fortalium intra terminos castri, regulatur ut castellanus. 139.24.
 Vasalli omnes in traditione possessionis feudi uenditi debent uocari. 216.5.
 Vasallus emptori inferioris conditionis non tenetur homagium facere. 217.7.
 Vasallo decedente intestato, pluribus filijs relicti, dominus gratificabitur cui uolet. 220.1.
 Vasallus nullo modo de feudo sine domini uoluntate potest disponere. 223.10.
 Vasallo decedente intestato, qualiter filij in feudo succedat. 223.11.
 Vasallus quando dicatur decedere intestatus. pagina 224. numero 17.
 Vasallus an et quando possit de feudo disponere. pagina 222. numero 8.
 Vasallus qualiter sine legali conditione dicatur decedere. pagina 227.27.
 Vasallo mortuo si dominus ante gratificationem decedat, an eius haeres eandem habeat. 227.28.
 Vasalli defuncti filio nolente feudum, an teneatur dominus alij gratificari, an uero sibi possit retinere. pagina 228. 30. 31.
 Vasallus feudum refutans non praedicit agnatis. pagina 228.32.
 Vasallus tradita castri potestate domino, non debet remanere in ipsius termino. 88.1.4.89.5.
 Vasallus nec ipsius famuli cum armis in terminum castri uenire debent, domino potestatem tenente. pagina 88. numero 1.
 Vasallus quandiu dominus castri potestatem tenet, nil debet de ipsius redditibus capere. 88.2.
 Vasallus de facto familiae suae tenetur. pagina 88. numero 3.
 Vasallus an possit excipere de damnis sibi datis per dominum. 23.57.
 Vasallus ante prestitum homagium an teneatur domino castri potestatem tradere. 23.58.
 Vasallus quando dicatur domino castri potestatem denega-

re. 24.63.
 Vasallus qui contradixit potestatem domino tradere, an possit moram purgare. 25.64.
 Vasallus domino fidelis esse debet. 25.66.
 Vasallus ad iurandum domino fidelitatem cogi potest. pagina 27.72.
 Vasallus non eligitur in parem, qui fidelitatem non iurauit. 26.70.
 Vasallus contra fidelitatem faciens, de bausia raptari potest. 28.77.
 Vasallus tradita domino castri potestate, non potest ibi remanere. 34.3.
 Vasallus castri potestatem domino dare differens, bausator efficitur. 35.4.
 Vasallus quot modis plenam potestatem non tradidisse dicatur. 36.9.
 Vasallus non extrahens cunctas res suas, an non uideatur dare plenam potestatem. 37.12.
 Vasallus contra seipsum non tenetur iuuare dominum. pagina 41.24.
 Vasallus habens guerram cum domino, an requisitus teneatur ei potestatem castri tradere. 40.23.
 Vasallus domino et custodibus castri tenentibus expensas facere tenetur. 60.2.
 Vasallus sine culpa non puniatur pro delicto familie. pagina 299.11.
 Vasallus quanto tempore expensas custodum castri soluere teneatur. 95.10.
 Vasalli plures in castro qualiter esse possint. pagina 102. numero 1.
 Vasallus immediatus uasallo suo mandare debet ut firmet ius domino superiori. 202.2.
 Vasallus requisitus potestatem tradere debet. pagina 143. numero 2.
 Vasallus famulos exhibens delinquentes an liberetur. pagina 91.34.
 Vasallus quibus casibus efficiatur bausator. pagina 103. numero 103.5.
 Vasallus domino a treuga et pace eiectus, an teneatur tradere potestatem castri. 21.51.
 Vasallus domino inhabili potestatem castri tradere non debet. 21.52.
 Vasallus domino excommunicato non tenetur castri potestatem tradere. 21.53.
 Vasallus allodium in termino castri habere potest. pagina 134.1.
 Vasallus nisi probauerit allodium, dicitur esse de feudo. pagina 134.2.
 Vasallus prescriptio contra dominum non iuuatur. pagina 134.3.
 Vasallus an recuperet feudum absque satisfactione expensarum. 96.13.
 Vasallus inferior an teneatur soluere domino medio, quas medius soluat superiori. 97.14.15.16. 98.17.
 Vasallus sine herede uidetur decedere ob maximam capitis diminutionem. 108.32.
 Vasallus ut infeudare possit rem feudalem, tria requiruntur. 100.37.
 Vasallus quo remedio utatur contra dominum nolentem tol-

Index.

- lere imperam. 122.47.
 Vasallus quo remedio euitet imperam. 122.48.
 Vasallus qualiter cogatur procedere contra suum emphyteu-
 tam. 115.21.
 Vasallus quod seruitiū domino exhibere teneatur. 146.14.
 Vasallus an cogatur domino seruitium offerre. pagina 147.
 nume. 27. & 18.
 Vasallus quantum feudum sit, ostendere tenetur. 135.7.
 Vasallus an teneatur ostendere titulum suę possessionis. pa-
 gina 136.10.
 Vasallus tenens domum ab aliquo domino, an presumatur
 omnes pertinentias habere de feudo. 137.35.
 Vasallus cui debeat fidelitatem, si dominus relinquat plures
 heredes. 214.22.
 Vasallo pluribus heredibus institutis decedente an tenean-
 tur omnes prestare fidelitatem. 214.23.
 Vasallus sine titulo non prescribit contra dominum. pagina
 154. nume. 3.
 Vasallus occupans iura retenta per dominum, tenetur eidem
 restituere. 154.2.
 Vasallus quid de castri iuribus occupare possit. 155.9. et 157.
 28. & 158.20.
 Vasallus quanto tempore possit iura feudi prescribere. 156.
 14. & 157.16.
 Vasallus an possit foris capia prescribere. 165.27.
 Vasallus quas de feudo alienationes facere possit. 189.6.
 Vasallus feudum deterius facere non potest. 150.7.
 Vasallus qualiter uideat dominium contra dominum prescri-
 bere possit. 161.1.
 Vasallus quo iure de feudo in ultima uoluntate possit dispo-
 nere. 196.42.43.
 Vasallus quid habere dicatur in termino castri. 158.21.
 Vasallus quando contra dominum possit intentare interdium
 unde ui. 158.22.
 Vasallus sine culpa non est a domino spoliandus feudo. pagi-
 na 158.23.
 Vasallus feudum domino suo inscio alienans, & item illud re-
 cuperans, an illud perdere debeat. 203.71.
 Vasallus quibus casibus cadat in commissum. 203.72.
 Vasalli non tenentur soluere debita domini. 182.64.
 Vasallus an teneatur iuuare dominum ad maritandam filiam.
 182.64.
 Vasallus utile feudi dominium non prescribit, nisi illud pro
 domino in feudum recognoscat. 161.4.
 Vasallus rem feudalem non debet facere deteriorem. 161.5.
 Vasallus, castellanus, & feudatarius eandem rem significant.
 190.9.
 Vasallus, nullo apparente instrumēto conuentionali, ea, que
 tenet, a domino recognoscere debet. 162.8.
 Vasallum posse feudum alienare propter necessitatem, qua-
 liter intedigatur. 192.19.
 Vasallus quando ad uotum possit de feudo disponere. pagina
 197. nume. 45.
 Vasallus an possit feudum sine domini consensu pignori da-
 re. 198.48.
 Vasallus an cadat a toto feudo, si partem indebitē alienaue-
 rit. 201.63.64. & 202.65.
 Vasallus feudum alienans an perdat illud ipso iure, an uerō
 requiratur sententia. 102.66.
 Vasallus nec feudum, nec ipsius partem alienare potest, do-
 mino partem reddituum capiente. 2189.1.2.
 Vasallus si feudum sine domini consensu uni obligauerit, alij
 cum domini consensu, uter preferretur. 208.87.
 Vasallo milite existente, non potest dominus castrum uende-
 re ciui rustico, aut uillano. 210.1.
 Vasallus feudum sine domini uoluntate uendere non potest.
 210.4.
 Vasallus an sine titulo possit unum mansum prescribere. pa-
 gina 138.18.
 Vasallus foralitiū intra terminos castri an possit prescri-
 bere res domini intra dictos terminos. 138.22.
 Vasallo quomodo succurratur contra dominum indebita ser-
 uitia exigentem. 150.28.
 Vasallus cuius expensis domino seruire teneatur. 150.29.
 Vasallus uasalli an teneatur primo domino seruire. 148.19.
 Vasallus an possit domino seruire per substitutum. 148.20.
 & 149.21.22.23.
 Vasallus an possit probare dominum mortuum non ex uul-
 nere, sed ob mala medicamenta. 271.27.
 Vasallus cogitans dominum offendere non perdit feudum,
 nisi ad actum processerit. 272.29.
 Vasallus utrum in dominum recognoscere debeat, si feudum
 duobus fuerit uenditum. 213.18.
 Vasallus si partem feudi alienet, dominus ab emptore pote-
 rit recolligere. 200.58.
 Vasallus quando excusetur impotentia uel impedimento do-
 minum non iuuerit. 602.100.
 Vasallus quando feudū pro allodio suo alienare possit. 194.
 30. & 33.
 Vasallus quando dominum feudi dominio priuare dicatur.
 194.31.
 Vasallus an possit impunē partem feudi alienare. 196.39.
 Vasallus non homagium, sed seruitium tantum prestare te-
 netur inferiori, in quem feudi proprietates translata est.
 212.12.
 Vasallus dicens se habere allodium in termino castri, an id
 probare debeat. 141.30.
 Vasallus cum contemptu & superbia dominum diffidans,
 feudum perdere debet. 603.15.
 Vasallo seruitium domino debitum denegante, non tenetur
 dominus potestatem castri reddere. 599.4.
 Vasallus stuprum committēs cum uidua domini quondam uxo-
 re, an priuetur feudo. 274.35.
 Vasallus fideiubens pro delatore domini in causa criminali,
 priuetur feudo. 272.31.
 Vasallus an perdat feudum ratione deteriorationis rei feu-
 dalis. 604.18.
 Vasallus an teneatur domini salutem proprie preferre salu-
 ti. 602.12.
 Vasallo petenti sibi feudi potestatem reddi, qualiter negetur
 per dominum. 501.8.
 Vasallus a rege conuentus super restitutione pacis, & treu-
 ge, si pignora ponere noluerit, feudo priuabitur. 606.25.
 Vasallus plura feuda ab uno domino tenere potest. 573.9.
 Vasallus habens plura feuda, ea inter filios diuidere potest.
 573.10.
 Vasallus filium suum in feudo instituere potest. 572.4.
 Vasallus quo iure possit de suo feudo disponere. 572.5.
 Vasallum

Vasallum

Index.

- do priuatur. 537.6.
 Vasallus existens iudex an possit dominum delinquentem pu-
 nire. 330.22.
 Vasalli plures qualiter idem feudum tenere possint. pagina
 538. nu. 10.
 Vasalli inferiores an feudum perdant ob inobedientiam pri-
 mi uasalli. 538.11.
 Vasallus recognoscens non dominum, an præiudicet domino.
 pagina 207.86.
 Vasallus an teneatur domino restituere missiones factas in
 emparamento feudi. 523.9.
 Vasallus an teneatur cautionē domino prestare de neganda
 iuris firma in posterum. 524.10.
 Vasallus feudi emparam uiolans qualiter puniendus. pagina
 524.11. & 12.
 Vasallus inferior quando domino superiori homagium face-
 re possit. 537.3.
 Vasallus intra quantum tempus domino homagium & fide-
 litatem offerre teneatur. 537.4.
 Vasallo feudum negante feudalis quæstio coram ordinario
 terminatur. 531.43.
 Vasallus an appellare possit a sententiā iudicis per dominum
 assignati. 528.28.
 Vasallo alienante feudum in personam inhabilem, & rursus
 inhabilis in habilem, quid faciet dominus. 567.73.
 Vasallus quid facere debeat si dominus ei iustitiam denega-
 uerit. 461.55.
 Vasallus de quibus coram dño respondere teneatur. 449.10.
 Vasalli an teneantur dñm sequi proprijs expensis. 363.34.
 Vasallus quando dño seruitium negare dicatur. 292.50.
 Vasallo decedente pluribus filijs relictis, an omnes teneatur
 fidelitatem & homagium facere. 584.62.
 Vasallus in causa, quam habet contra dominum, an teneatur
 iurare de calumnia. 335.13.
 Vasallus dominum accusare nequit, nec contra eum testifica-
 ri. 468.11.
 Vasallum quis iudicet. 448.6. & 9.
 Vasallum si quis se neget, cuius erit cognitio. 412.24.
 Vasallus, qui nondum fidelitatem iurauit, in parem eligi ne-
 quit. 454.32.
 Vasalli an possint iurisdictionem in alium, quam dominum
 uel pares prorogare. 458.44.
 Vasalli plures unus post aliū in eodem castro esse possunt.
 pag. 536.11.
 Vasallus per dñm grauatus ad principem recurrere potest.
 531.39.
 Vasallus ignoranter feudum alienās, illud nō perdit. 195.35.
 Vasallus ligius idem est, quod homo solidus. 448.11.
 Vasalli feloniam an puniatur in herede suo. 443.18.
 Vasallus duorum quando quis esse possit. 351.10.
 Vasallus feloniam committens a feudo eijcitur. 442.4.
 Vasallus domino non obediens quando priuetur feudo. 274.
 nu. 37. & nu. seq.
 Vasallus damnum dans domino, quod emendari nequit, feu-
 do priuatur. 275.39.
 Vasallus ne de malo illato domino suo teneatur, qua requi-
 rantur. 275.40.
 Vasallus ecclesię delinquens in episcopum omnibus feudis
 priuatur. 275.41.
 Vasallū nolentem prestare homagium uel ponentem subca-
 stellanum an possit dominus expellere. 582.51. & 60.
 Vasallus cui prestat fidelitatem domino decedente pluribus
 relictis heredibus. 584.60.
 Vasallus fidelitatem semper domino debet, siue feudum sit
 cum homagio, siue non. 582.54.
 Vasallus an possit castrum in feudum dare sine domini con-
 sensu. 580.42.
 Vasallus non tenetur duobus homagium facere pro eodem
 feudo. 583.55.
 Vasallus cui filiorum domini defuncti homagium facere de-
 beat. 583.56.
 Vasallus prestans homagium secundo domino, non nocet an-
 tiquiori non excepto. 316.16.
 Vasallus ex quibus causis prohiberi possit alij homagium fa-
 cere. 316.17.
 Vasallus si de facto feudum diuiserit, qualiter domino succur-
 ratur. 578.32.
 Vasalli si plures sint in eodem feudo, dominus superior ha-
 bet laudimium de uenditione eiusdem feudi. 545.1.
 Vasallus directum domino suo firmare tenetur. 6.1.
 Vasallus a domino spoliatus, an possit de hoc excipere. 76.5.
 Vasallus, qui domino castri potestatem tradidit, an post de-
 cem dies possit ingredi terminos. 51.31.
 Vasalli qualiter contendant firmare directum. 20.47.
 Vasallus quando domino dicatur castri plenam dedisse pote-
 statem. 41.10.
 Vasalli non tenentur dominis directum firmare extra suum.
 18.41.
 Vasallus an teneatur ire ad locum suspectum, ad firmandum
 domino directum. 17.38.
 Vasalli de quibus directum firmare debeant senioribus suis.
 17.37.
 Vasallus quando die placiti dicatur ad sua reuerti non posse.
 464.64.
 Vasallus dominū impedire nō debet quin liberē ponat custo-
 des in castro. 43.2.
 Vasallus rem feudalem deteriorare non debet. 54.8.
 Vasallus an prescribere possit contra dominum ne ei faciat
 homagium. 542.25.
 Vasallus dominum uiuum in bello relinquens, nec iuuans, feu-
 do priuatur. 600.6.
 Vasallus feudum in personam capacem alienare potest, non
 in plures. 574.15.
 Vasallus si inter duos feudum domino subscribente diuiserit,
 non poterit dominus seruitium petere ab alienatore, pa-
 gina 577.28. & 30.
 Vasallus, qui fidelitatem sine homagio, tenetur directum fir-
 mare, & seruitium facere, ac si homagium fecisset. 572.1.
 Vasallus minor an priuetur feudo, si intra tempus debitum
 inuestituram non petierit. 540.8.
 Vasallo offerenti homagium qualiter succurratur, si domi-
 nus nolit feudum restituere. 539.16.
 Vasallus an possit homagium facere per procuratorem. pag.
 539. nu. 14.
 Vasallus qualiter & qñ castri potestatem recuperet. 522.2.
 Vasallus an teneatur domino reficere expensas in castri ap-
 prehensione factas. 538.9.
 Vasallus intra tempus debitum non offerens homagium, feu-

Index.

- Vasallus non iuuatur quod sui predecessores homagium nunquam fecerint. 259.2.
- Vasallus ut homagium facere teneatur, quid requiritur. pagina. 259.3.
- Vasallus an presumatur ignorare dominum esse, quem offendit. 265.18.
- Vasallus annum et diem a morte domini habet ad renouandum homagium. 267.1. et 13.14. 15.16.
- Vasallus an teneatur dominum iuuare extra territorium. pagina. 271.23.
- Vasallus inhabilis an dominum iuuare teneatur. pagina 271. numero 24.
- Vasallus an debeat domini salutem proprie saluti preferre. 271.25.
- Vasallus quo casu homagium prestare non teneatur. pagina 261.16.
- Vasallus si in carcere detineatur, an iniuria domino inferatur. 258.7.
- Vasalli qui et quando dominum extra principatum sequi teneantur. 394.121.
- Vasallus an in scio domino possit feudalem hereditatem aditam repudiare. 437.40.
- Vasallo mortuo quis succedat in feudo. pagina 436. numero 34.
- Vasallus an possit domino feudum remittere. pagina. 435. numero. 30.
- Vasallo succedere potest in feudo, qui et in bonis hereditariis. 434.28.
- Vasallus secundus an possit superiori domino feudum uendere sine consensu primi. 428.12.
- Vasallus an possit uendere feudum domino superiori. pagina 426.7.
- Vasallus an domini quondam uxori usufructuarie teneatur homagium facere, et heredi proprietario. 255.21.
- Vasallus est perpetuus, qui homagium et fidelitatem prestat domino. 245.4.
- Vasallo ultimo feudum uendente, an sufficiat consensus domini superioris. 428.14.
- Vasallus quando domino superiori feudum uendere possit. pag. 426.4.
- Vasallus qualiter compellatur homagium facere. 249.23.
- Vasallus feudum siue dignitate potest ut libet alienare. pag. 191.17.
- Vasallus dominum contra quos iuuare teneatur. 410.23.
- Vasallus an possit domino feudum relinquere. 246.8. et seq.
- Vasallus an ante homagii prestationem possit filio feudum dare. 249.21.
- Vasallus an teneatur reficere expensas domino reddenti castri. 254.16.
- Vasallus uolens se eximere ab homagii prestatione an possit filio feudum dare domino inuito. 254.17. et 18.
- Vasallus non efficitur basator, nisi sciat dominum esse, in quem delinquit. 256.2.
- Vasallus quis efficitur ex aditione feudi paterni aut auiti. 262.3.
- Vasallus an de iure dominum sequi teneatur. 393.118.
- Vasallus domino feudi seruitium conuentum prestare teneatur. 393.119.
- Vasalli regis an illi seruire teneantur extra regnum. pagina 388. nu. 108.
- Vasallus dominum in bello iusto ubi et quando iuuare teneatur. 389.109.
- Vasallus an teneatur domini successori homagium facere in continenti. 259.7.
- Vasallus non cognoscit de iniuria sibi illata per conuasallum. pag. 257.2.
- Vasallus quando efficiatur basator. 464.11.
- Vasallus an et quando moram purgare possit. 26.10.
- Vasallus qualiter quis probetur, et qualiter dominus. pag. 260.12.
- Vasallus fidelitatem prestans, an priuetur feudo, nisi homagium etiam faciat. 260.13. et 261.14.
- Vasallus quibus casibus delinquens feudum non perdat. pag. 277.45.
- Vasallo homagium facere nolente, dominus potest feudum apprehendere. 277.40.
- Vasallus an possit de feudo disponere. 164.14.
- Vasallus non ualens dominum in bello iuuare, an priuetur feudo. 271.22.
- Vasallus non semper feudo priuetur, ubi eius opinio grauetur. 276.43.
- Vasallus an aliquando possit licite impugnare personam domini sui. 411.31.
- Vasallus quando dominum suum diffidare possit. pag. 412. numero 32.
- Vasallus quis dicatur. 301.82.
- Vasallus ex causa prohiberi potest ne alij faciat homagium. pag. 314.3.
- Vasallum fidelitatem facere nolentem non tenetur dominus inuestire. 281.56.
- Vasallus domino male faciens an indistincte debeat feudum perdere. 278.47.
- Vasallus inobediens an audiatur poenitens. 298.71.
- Vasallus ratione feudi homagium prestare tenetur. pagina 311. nu. 25.
- Vasallus qualiter liberari possit a feudo, pro quo homagium prestat. 312.26.
- Vasallus, qui promiserit domino non solido illum iuuare, et nullum alium contra ipsum, potest secundum iuuare per substitutum. 319.7.
- Vasallus iuuans secundum dominum per substitutum, non facit contra fidelitatem. 319.8.
- Vasallus gratificari potest cui uolet, si dubium sit, uter domini in homagio prior extiterit. 320.9. et 10.11.
- Vasallus cum inimicis domini amicitias inire non debet. pagina 315. nu. 11.
- Vasallus inimico domini irrequisiti homagium faciens, qualiter puniatur. 317.14.
- Vasallus pro feudis diuersis, duorum non solidus homo esse potest. 318.1.
- Vasallus dominum in bello iuuare tenetur. 318.2.
- Vasallus optionem habet utrum dominum iuet, primum scilicet, aut secundum. 318.4.
- Vasallus non tenetur duobus pro eodem feudo homagium facere. 307.10.
- Vasallus contra patriam dominum iuuare non tenetur. 308.12.
- Vasallus

Index.

- Vasallus quo casu domini prohibitionem negligere possit. 315.8.
- Vasallus quando et quale remedium habeat aduersus emparram realem. 295.58.60.
- Vasallus domino castri potestatem tradere debet, licet nondum homagium fecerit. 301.80.
- Vasallus an possit moram purgare domino. 299.76.
- Vasallus quo remedio impediatur dominum ne feudum emparrare possit. 299.77.
- Vasallus solidus an possit alij homagium facere non solidum. 307.8.
- Vasallus an pro feudo homagium facere teneatur. 307.9.
- Vasallus contra quos dominum iuuare non teneatur. 306.6. et nu. 11.13.
- Vasallus feudum emparratum quanto tempore possit recuperare. 298.70.71. et 72.
- Vasallus non homagium tenetur facere inimico domini non consentientis. 314.1. et 316.13.
- Vasallus dominum iuuare non tenetur contra habentem iurisdictionem generalem. 306.3.
- Vasallus neminem aut per se, aut per substitutum iuuare potest contra dominum solidum. 321.14.
- Vasallus quando directum firmare dicatur domino, qui castri apprehendit potestatem, uel feudum emparrauit. 29.297. numero. 66.
- Vasallus qualiter suam possit contumaciam purgare. 297.678.67.
- Vasallus an debeat pluries ad iuuandum dominum requiri. 323.24.
- Vasallus requisitus dominum iuuare recusans, feudo priuatur. 324.25.
- Vasallus iuuans secundum dominum animo nocedi priori domino, feudum perdit. 324.26.
- Vasallus an debeat iuuare secundum dominum contra primum. 321.16.
- Vasallus iuuans alium contra dominum, an sit infidelis. 322. numero. 17.
- Vasallus an teneatur dominum iuuare in bello iniusto. 321. numero. 18.
- Vasallus quando dominum necessario iuuare teneatur. 322. 19. et 20.21.
- Vestigal quid sit. 383.101.
- Vestigalia quare principi uendantur. 387.105.
- Vel quando pro et ponatur. 491.3.
- Vel, dictio quando copulatiue sumatur. 103.7.
- Venditor feudi tenetur emptorem mittere in possessionem. 216.14.
- Venditor feudi debet subditis uenditionem denuntiare emptori presente. 216.2.
- Venditor an emptori possessionem rei uendite uacuum tradere debeat. 218.14.
- Venditor sciens rem non liberam tenetur emptori ad interesse. 253.12.
- Venditor quando rem precise prestare cogatur. 219.16.
- Venditionis nomine an ueniat omnis alienatio. 551.26.
- Venditio cum gratia instrumento si fiat, si tempore conditionis purificatae alteri sit collatum beneficium, cui debeat laudimium. 256.44.45.
- Venditionis nomine non uenit pignoris datio. 126.64.
- Venditionis instrumentum quis domino directo presentare debeat, emptor, an uenditor. 560.57.
- Venditione prohibita non censetur prohiberi pignoris datio. 124.59.
- Venditione rei emphyteoticæ sub pacto de retro uendendo, an dominus debeat illico laudimium habere. 253.30.
- Verbum dubium in oratione positum declaratur ex uicinitate alterius uerbi. 464.67.
- Verbum ambiguum in oratione positum, declaratur per uerba uicina. 460.52.
- Verba impropriantur quandoque ex actus qualitate. 465. numero. 70.
- Verba non sufficiunt, ubi factio opus est. 87.12.
- Verba statuti generalia ad quæ sint restringenda. 427.10.
- Verba statuti generalia quatenus sint restringenda. 480.29.
- Verba legis aut statuti qualiter sint intelligenda. 86.8.
- Verba quando ob rationis identitatem extendantur. 137.17.
- Verba stricti iuris precisa quæ admittant interpretationem. 3. et 8.
- Verba geminata, dispositionem inducunt. 328.13.
- Verba qualiter sint intelligenda. 262.21.
- Verborum forma citra causam, non negligenda. 489.8.
- Villa quæ dicatur. 210.6.
- Villa quæ dicatur. 342.18.
- Violentia quando inter casus fortuitos annumeretur. 55.13. et 14.
- Vir bonus quis dicatur. 99.24.
- Vis maior facit ne quis teneatur. 46.14.
- Vincens in duello an expensas excedentes recuperet a uiceto. 489.68.
- Vniuersitas si magna sit, sufficit aliquod homagium domino facere omnium uice. 216.3.
- Vniuersalis dictio quæ comprehendere dicatur. 135.5.
- Vniuersalis dictio qualiter intelligenda. 301.83.
- Vniuersitatis nomine quæ ueniant, et quæ non. 230.39.
- Voluntas quid sit. 190.10.
- Vsus quid, et quid consuetudo. 269.11.
- Vsus qualis ueniat appellatione consuetudinis. 327.9.
- Vsufuctus feudi extraneo non potest cedi. 253.13.
- Vsufuctus aliquando ponitur pro utili dominio, proprietate pro directo. 252.9.
- Vsufuctus formalis quis, et quis casualis. 252.7.
- Vsufuctuarius feudi tenetur seruitium domino prestare. pagina 255.20.
- Vtilitas publica priuata est preferenda. 419.4.
- Vtilitas publica quot modis dicatur. 422.14.
- Vulneratus si illico uulnerantem secutus eum interficiat, non punitur morte. 589.84.
- Xor uiro mortuo cogitur bona mariti uendere, ut sibi et creditoribus satisfiat. 243.40.
- Xor quondam domini usufructuaria an possit uasallo, et emphyteutas inuestire. 255.22.
- Xoratus deferens habitum et tonsuram an possit tenere mansum. 516.63.

Index Cap. quæ in hoc Opere tractantur

Cap.	Pag.		
Si Dominus.	4	Homo Solidus	313
Si Petita	33	Si aliquis	317
Et Recipiendo	43	Licet de iure	324
Et si ibi	51	Homagium	331
Et si Dominus	59	Habito	337
Si autem	62	Nullus	349
Et finitis	73	Si aliquis Dñus	363
Item antequam	84	Barones	404
Si Domino	87	Si aliquis Baro	417
Item si Vassallus	92	Si in aliquo	424
Si duo	101	Si aliquis Vassallus	428
Eodem modo	110	Felonia	439
Si Minor	130	Si aliquis	446
Si Castellanus	133	Item Vassallus	468
Vassallus	142	Item si quando	490
Item si Certæ	153	Item si aliquis	500
Si Vero	159	Consuetudo	521
Si Vero aliqui	167	Item est	533
Si Allodiarius	183	Cautum	543
Castellanus	187	Est Consuetudo	568
Si Dominus	209	Item est Consuetudo	568
Si Venditum	216	Ius et Consuetudo.	568.569.570.
Vassallus	219		
Si defuncto	236		
Postquam	244		
Si Vassallus	250		
Si in aliquo	256		
Domino Vassalli	258		
Si Vassallus	262		
Domino defuncto.	265		
Si Castellanus	282		
Duplex est	309		

I
IO. DE SOCARRATIS
IN FEVDORVM CON-
SVETVDINES CATHA-



LONIAE PRINCIPATVS, COMMEN-

taria doctissima, in quibus, quod ad id
genus attinet, nil scitu dignum
neglectum voluit.

*

S Y M M A T R I V M.

1. *Authoritas legis condende non presumitur, nisi probetur.*
2. *Consuetudinem allegans, eandem probare debet.*
3. *Regum authoritate nulla maior.*
4. *Consuetudines feudales unde.*
5. *Consuetudo in legem scriptam transiens, vim suam perdit.*
6. *Consuetudo in scriptis redacta, nil minus dicitur ius consuetudinarium.*
7. *Consuetudines an possint glossari.*
8. *Verba stricti iuris præcisa quam admittant interpretationem.*
9. *Consuetudines Cathalonie an sint generales, uel locales.*
10. *Consuetudines Cathalonie an sint allegande et probande.*
11. *Index secundum consuetudinem notoriam iudicare debet.*



Illustrissimo, & potenti principi, ac inter Reges præclaro, & excelso domino, domino Ferdinando Dei gratia Regi Castellæ, Legionis, & Siciliæ, ac primogenito Aragonum Ioannes de Socarratis in legibus licentiatu oriundus villæ sancti Ioannis de Abbatissis diocesis Vicensis. nunc vero ciuis insignis ciuitatis Barchinonæ. Sciens autem maiestatem vestram fore scientia, & sapientia, ac virtutibus quam plurimum decoratam, iustitiæque amatricem, desideravi aliquod vobis exhibere, & præsentare donum, quod clementiæ vestræ debeat verisimiliter esse gratum. Et ob hoc labores pro vestri seruitio non metuendo calamum assumpsi, & ad laudem, & honorẽ vestræ excellentiæ hoc cõmentum super iuribus

vestri principatus Cathalonie duxi componendum, in quo glossare intendo commemorationes Petri Alberti, atque consuetudines Cathalonie, legereque aliquos vsaticos Barchinonæ, & ibi materias feudales, iurisque bellica, atque regaliarum processus, aliisque multa vtilia, tanquam penitus dignitatẽ regiam respiciẽtes pertractare: ut vtrumque tempus, & bellorum, & pacis vestra excellentia valeat gubernare, iustitiamque unicuique tribuere. Nam vnusquisque qui in domini scientia laborabit facere teneatur ex debito quod mente concepit, tanquam sub terra latens producat inde, exhibeat se soli, id est, intellectibus sapientium, ut si quidem dixerit vera, Deus laudetur, & opus approbetur. Si autem peccauerit, quod humanum est, erronea sua opinio teratur, rationibus evertatur, & eradicetur, hoc nostri maiores fecerunt. Nam disputationum & reprehensionum certamen pertinet ad laudem Dei, & ad statum mundi: & vnusquisque prudens malit potius præcorrigi quam damnabiliter iuari: & maxime inter hæc desiderantes sum, ego omni die discere non erubesco, famelico, muscas de ore prudentium rumino, irrisores, aut fabulatores non timeo: quia deridendum est quod non ratione fundatur. ff. de neg. gest. l. sed an vltro. §. j. ibi dicitur, sed istam sententiam Celsus eleganter deridet. Confusus ergo de Dei adiutorio aggredior præsens opus, quod diuino auxilio prosequendo, textus exponendo, notabilia colligendo, opponendo, & querendo, necnon adiacentes materias pertractando, ad finem vsque producam, multas alias materias ibi addendo, & commiscendo: nec tacebo eos, a quibus voce

mortua dicitur: quia honor est in honorate, & occultator laudis alienae furi par est. arg. ff. ad leg. falci. l. hereditatem. §. fin. Remissiones, quas faciam eliciendo conclusiones, ubi expediet, & dicta aliorum meliorando, & magis fundando declarabo, nec aliquid quod sit ponderis dimittā, quando eligam quod mihi videbitur, ut aptior sit via alijs intelligendi, supplendi, & etiam approbandi. Hoc igitur opus egregijs doctoribus & patronis huius civitatis melius me in his sententijs submitto corrigendum si quid inuenerim minus bene dictum. Et ideo protestor quod nihil dicere intendo assertiuē seu determinatē, nisi quantum ad ea, quae manifeste determinata sunt per ius commune & municipale. Caetera verò omnia accipiuntur tanquam scholasticē, & per modum exercitijs dicta, propter quod omnia dicta in hac lectura suppono correctioni cuiuslibet melius me in his sententijs, pium & charitativum flagitans correctorem. Et ne videar sub caduco opere aut ambagibus laborare, quero primò an istae commemorationes authenticae sint censendae: quoniam Petrus Albertus, qui eas commemoravit, erat canonicus Barchinonensis, ut referunt Iac. de monte iud. & Iaco. Callicij in vsatico, magnates, & non habebat auctoritatē legis condendae, ¶ quia non praesumitur data nisi probetur. ff. de regu. iuris. l. ij. §. placet. quia ea, quae sunt auctoritatis publicae, debent per publica documēta probari: ut l. j. C. de man. prin. C. de iur. fil. l. prohibitum. xcvj. distinc. c. nobilissimus. Nec iste Petrus Albertus in aliquo loco asseruit se auctoritatē habuisse: unde eius interpretatio probabilis est, & non necessaria, ut not. C. de legi. l. j. quinimo nec probabilis: quia loquitur, ut textum faciens, & legem ponens: ut C. de sac. sanc. eccl. l. decernimus. porro qui dicit has commemoraciones: aut consuetudines esse authenticas, debet hoc ratione vel lege probare: nā rubor est sine lege loqui. C. de coll. l. illa. in aut. de triē. & sem. §. consideremus. Nec dici possit quod istud sit ius consuetudinarius. ¶ Nam qui consuetudinem allegat, eā probare debet cum in facto consistat, & scientia non praesumitur, praesertim iuri communi contraria: ut extra de consti. c. j. li. vj. Bart. in l. de quibus. ff. de legi. & Bal. in l. ij. §. quod

observari. C. de iur. cal. Nam licet glo. dicat aliquid esse de consuetudine, non creditur ei, nisi probetur consuetudo, secundum Bald. in l. consentaneum. C. quo. & quando. quia ut credat doctori de consuetudine refert, si est communis opinio doc. creditur, secus forte si vnus vel duo illam asserant, secundum Io. de Imo. in l. j. §. nuntiatio. ff. de no. ope. nun. In contrariū, quia istae commemoraciones sint authenticae, solennes, & seruandae, probatur, quia multi doctores illas apostillarunt, inter quos fuerunt Arnaldus de Moraria, Bernardus de Ceua, Raynaldus de Area, & alij antiqui & moderni practici vtriusque iuris professores, & in cōmentis vsaticorum Bartol. eas tanquam authenticas allegarunt, & ad fundandum dictum eorum illas commemorarunt, inter quos fuerunt Iaco. de Monteiu. G. de Valleli. Iaco. de Calli. Iaco. Merquilles, & plures alij, qui super dictis vsaticis scripserunt. Itē in ipsis commemoracionibus sunt multa vtilia, & quae per dictos vsaticos fuerat decreta. Item dictae cōmemoraciones ad literam in iudicijs & extra pro authenticis allegantur, & reputantur. Ita dicit Iacob. Callicij in vsat. magnates, licet in contrarium arguerit in vsat. hic sunt, & in vsat. li. à vit. ¶ cecomitibus. & pro hoc facit quod dicit Baldus in capit. pastoralis. de fide instrumentorum. ubi dicit quod si dubitetur de extrauaganti, & aduocati eam allegant, quod praesumitur pro ea. Item quia in quibusdā cōstitutionibus per dominos Reges allegantur, quae auctoritas igitur potest esse maior, quam dñorum Regum: certe nulla: ut l. fina. C. de legi. Suntque ipsae cōmemoraciones in scriptis redactae inter volumina vsaticorum, & cōstitutionum, & habentur in libris iurisperitorū, & quotidie ex eis iudicatur. & pro hoc facit quod not. Bal. in l. exemplo. C. de proba. ver. secundus est. Itē, non modo fuerunt compilatae per dictum Petrum Albertū: sed etiā multae ex eis per Bertrandum de Ceua & Iaco. Vianyla: qui fuerunt doctores Cathalani, & multum practici in hac ciuitate, praesertim in iuribus feudalibus huius patriae, & omnes antiqui: qui & Moderni sapientes fuerunt ipsarum tanquam authenticarum recitatores, & nullas abnegantes, vel reprochantes. Corroboratur istud auctoritate Spec.

Spec. in tit. de loca. & in titulo de feud. & Ioan. de Blano. in ti. de actio. praed. ubi ferè maior pars ipsarum fuerunt positae, prout infra in suis locis declarabitur. Et istam partem in simili tenent Bal. in praelu. feu. & Io. An. & Nico. in c. ij. de feu. & per Iaco. in lib. tit. de condi. ex mori. pro re feu. quoniam, in feudis proceditur de similibus ad similia, secundum Bal. de feu. cog. & Iac. Calicij in vsa. magnates. ¶ Cōsuetudines enim feudorū ab antiquis vsibus fuerunt introductae, ut dicit Bal. qui feu. da. possunt. §. hoc autē, & pro hoc vsa. hęc sunt vsalia ibi: vsibus. Nā ibi sunt multi vsatici de materia feudali loquentes, quoniam causae feudales deciduntur consuetudine. de feu. cognitio. ubi Bald. c. j. Et consequenter concludo in hac quaestione quod dictae commemoraciones, siue consuetudines in foro contentioso causarum sunt seruandae. Secundo quaero, dicitur quod dictae cōmemoraciones dicuntur consuetudines Cathaloniae: contra quod oppono ¶ quod quoties consuetudo transit in legem scriptam perdit nomen consuetudinis, & vocatur lex: ut instit. de iur. natu. §. constat: sed illae consuetudines sunt translatae in scripturam: ergo debent appellari lex scripta. solutus est duplex. Primò quod scriptura non interuenit ut ius scriptum per eam fiat: sed ut memoria ius commēdetur, & tanquam notoria consuetudo non indigeat probatione ar. ff. de pig. l. conuincitur. & quod no. C. sol. matr. l. dos à patre. & C. de nup. l. j. & per Bal. in l. j. C. ut quae defunt aduo. Secundo respondetur quod ubi conficitur scriptura: tunc dicitur ius scriptum, quando habet ea, quae sunt iuris scripti, puta quia est lex, plebiscitum, senatusconsultum principum: magistratuum, qui possunt edictum facere, ius condere & interpretari: ut instit. de iur. natu. §. ius scriptum. Sed Petro Alberto non apparet quod data fuerit ista auctoritas. & ideo ipse refert, & non statuit. Et certe si ius ciuile refert praetorium, non facit praetorium esse ius ciuile: ut instit. de haer. quali. & disse. §. sed his permittitur praetor, & statutum municipale: vel alicuius vniuersitatis si refert ius cōmune, non facit quod ius commune dicatur municipale: ut not. in c. j. de consti. lib. vj. Et ita dicit Bald. in rubrica de feu. ¶ vel dic quod licet sint in scriptis

redactae, debent tamen dici ius consuetudinarium: quoniam scriptura non inducit, sed quod prius erat in scripturā redigitur: ut per eam probetur: ut l. cum res. C. de probat. ita dicunt Cyn. in l. j. C. de legi. & Bar. Bal. Ang. & Imo. in l. ij. in prin. ff. de vulga. & pupilla. facit gloss. in l. de quibus. ff. de legib. licet Rapha. in d. l. ij. contra. & nō bene. Vel dic quod ad eius obseruantiam, & ut melius possit teneri menti, potest redigi in scriptis ad memoriam eius: & nihilominus dicit consuetudo, ut dicimus de vsibus feudorum. Ita dicit Ange. de Aret. instit. de iur. natu. §. ex non scripto. & alleg. l. ideo. ff. de legi. & Cyn. in l. ij. C. de consue. Quaro tan istae consuetudines debeant glossari: dicitur quod nō, quia consuetudo, quantum habet de actu, tantum habet de potentia, & non plus, secundum Bald. in praelu. feu. §. consuetudo. Secundo, quia consuetudines non recipiunt extensionem ultra id, quod agitur. Bar. in authen. qui rem. C. de sac. san. eccl. Ludo. in l. vectigalia. ff. de pur. bli. Ang. de Are. instit. de iur. na. §. ex non scripto. & Andrae. de Sicil. in cle. ne Romani. de electio. & Ludo. in l. j. §. si stipulanti. de ver. ob. In contrarium facit: nam consuetudo, & statuta idem sunt secundum Ludo. in l. post dotem. ff. solu. matr. ad paria enim iudicantur, secundum Lud. in l. si is. ff. de vsucap. sed si in statutis cautum esset quod omnis interpretatio, omnisque glossa esset remota: attamen ista verba modicum importarent: quia per ipsa verba solum friuola interpretatio videtur remota: ut C. de veter. iur. enu. l. j. §. fin. & l. ij. §. placet. eo. ti. ista enim interpretatio bene potest fieri: ut l. j. C. de legi. secundum Bart. in l. omnes populi. ff. de insti. & iur. sed Bal. in authen. si qua mulier. C. de sac. san. eccl. vult quod ideo multum operentur, & quod non potest admitti interpretatio, vel glossa, nisi forte illa, per quam verus sensus, vel constructio, quasi grammaticaliter ad literam, vel ut intelligibilius exponatur, ut in c. exiui de paradiso. §. ceterum. & §. qui sub colore. de verb. signi. in cle. j. sed opin. Bart. credo verior rem existere, ¶ quoniam quibus verba etiam stricti iuris sint praecisa, attamen recipiunt limitationem, & interpretationem habitam: ut est tex. notabilis in l. si ita stipulatus sim. ff. de verbor. obliga. & ibi Barto.

Ange. & Imol. & Paul. de Cast. vide Bal. in l. ij. in ij. col. C. de execu. rei iudi. Si autē diceretur quod verba debeāt ad literam intelligi, intelligeretur vt vulgo exponatur: vt l. Labeo. & ibi Bar. ff. de supel. leg. Ita dicit Bal. in d. l. omnes populi. circa fin. Tu autem circa hanc q. vide Bal. in feud. de feud. cog. vbi sentit, quod possint glosari, si sunt generales: & ad glossandas triumphas, vel fabulas non ponatur ingenium.

¶ Quæro igitur, an istę consuetudines sint locales, vel generales? Et dico qd sunt generales, arguēdo à prima rubrica earū, vbi dicitur, Consuetudines Cathalonie. Nam rubrica est pars textus: & sic argui potest ab ea, secundum Ludo. in consilio xxxij. alleg. glo. in proœmio sexti libri, in verbo titulus. & aliam de pœn. dist. j. §. habet autem. Et aliā in rubrica. ff. si quis testamēto liber esse. & Ang. in auth. vt nulli cre. agri. & in authen. de incest. nupt. Rubrica enim ipsa generalis est: & quando rubrica est generalis, lex est generalis, secundum Barto. in l. plebs. C. de agric. & censu. Potest enim ex ipsa argui declarando textum: vt not. gl. in l. j. cōiuncta rubrica. C. ne lic. tertio pro. Ita dicit Ang. Are. in rubrica. Instit. & vltius dicta gloss. in proœmio vj. lib. in dicto verbo Titulus. dicit rubricas esse authenticas. Præterea aliqui ex dictis consuetudinibus incipiunt: consuetudo est Cathalonie. Et sic tam ex rubro, quam ex nigro probatur generalitas dictarū consuetudinum. Item dicta consuetudines in toto principatu Cathalonie, & in omnibus curiis obseruantur: & sic quod in pluribus curiis obseruatur, pro generali cōsuetudine obseruandū est, secundum Bal. de no. for. fide. Ita etiam dicitur de consuetudinibus feudorum, secundum Bald. de feud. cogni.

¶ Quæro, & vltimò, an cōsuetudines iste sint allegadæ, & probadæ? Et dico quod sic. Ita dicit Cyn. in l. ij. C. quæ sit lon. confue. & Barto. in l. de quibus. ff. de legi. & Ange. de Peru. insti. de iure natu. §. ex non scripto. Contrarium credo: quia, vt dixi superius, ista consuetudines sunt scripta in voluminibus statutorum, hoc est constitutionum, & vsaticorum: & sic præsumendum est, quod illas iudex scierit, secundum Ange. Aret. ff. de appel. circa fin. prin. Et in c. si expressim. eo. ti. Adde quæ dixi in additionibus, quas feci de pace & treuga. lxxxij. addi. sunt qd ipsa consuetudines notorie, ex quo sunt in scriptis redacta, vt superius dixi: & sicut non licet ignorare. generales leges, ita nec generales consuetudines, secundum Bal. de cōsue. rec. feu. Notoria enim consuetudines nō sunt probandæ, secundum Bal. in l. generaliter. C. de epif. & cler. ¶ Quando consuetudo est notoria, iudex secundum eā iudicare debet, & illā allegare, secundum Bald. in l. j. C. vt quæ defunt aduoca. iud. suppl. & Andr. de Sicil. in c. sepe. de app. vide simile in d. l. de quibus. in ver. xiiij. quæro an sit necesse quod cōsuetudo probetur. Et dicit Petr. tenere qd non: sed de ea allegata iudex se informabit: quia de iure scripto se informat in camera libros inspiciendo. Quod dictum dicit Ang. Are. in d. §. ex non scripto. posse tolerari in cōsuetudine notoria, argumento eius, quod not. glos. in l. j. C. si aduer. lib. Et istud credo verum in dictis consuetudinibus Cathalonie, quæ sunt notoria, vt dixi. in aliis verò consuetudinibus non notorijs, habet verum dictum Bartoli, Angel. & ita concordantur dicta opinioniones. Et his sic dictis descendo ad lecturam harum commemorationum.

Si domin

INCIPIVNT CONSVETVDINES CATHALONIAE, INTER DOMINOS,

& vasallos, tenentes castra per dominos, seu alia feuda, quod nulla exceptio expoliationis admittatur contra requirentem potestatem in iure & firmamentum.



I dominus petierit potestatem à vasallo suo si bi dari de Castro, siue de domo, quod vel quam pro eo tenuerit, vel firmamentum de directo, vasallus debet sine aliqua exceptione non obstante, etiam si opponatur expoliationis exceptio, quolibet istorum facere debet domino suo. Et breuiter, si dominus cum suo vasallo litigauerit in iudicio super re, quæ fidelitatem requirit, & vasallus dixerit se fore spoliatum à domino suo de aliqua parte feudi, siue de aliqua alia re, & ideo dixerit se non teneri respondere, donec fuerit restitutus, in hoc casu vasallus non est aliquo modo audiendus: quoniam contra ea, quæ fidelitatem requirunt, & bausia sequitur, si contradicatur, non admittitur aliqua defensio, &c.

S Y M M A R I V M

- 1 Dominus à vasallo castri potestatem petere potest. Vasallus directum domino suo firmare tenetur.
- 2 Exceptio spoliationis non iuuat vasallū contra dominū.
- 3 Exceptio contra fidelitatem debitam non admittitur.

- 4 Domus in quot, & quibus consistat.
- 5 Vasallus à domino spoliatus, an possit de hoc excipere.
- 6 Traditio potestatis nulla exceptione impediri potest.
- 7 Fidelitas unde dicatur.
- 8 Feudum amittitur propter bannum.
- 9 Consuetudo contra statutum iuratum non introducitur.
- 10 Defensio quando tolli possit.
- 11 Ius posituum consuetudine mutari potest.
- 12 Contradictio quid sit.
- 13 Potestas dictio, quid significet.
- 14 Potestas castri quibus casibus possit peti.
- 15 Potestas castri an per procuratorē domino tradi possit.
- 16 Fidelitas per procuratorem non prestatur citra mandatum speciale.
- 17 Potestas castri qualiter per dominum petenda sit.
- 18 Potestas castri in quo loco debeat peti.
- 19 Dominus quando propria auctoritate potestatem castri apprehendere possit.
- 20 Occupare uerbum uarijs capitur modis.
- 21 Feudum sine causa à uasallo non auferendum.
- 22 Seniores, siue domini qualiter castri potestatem apprehendant.
- 23 Emptor feudi quando expellatur citra causam cognitionē.
- 24 Potestas castri à quibus peti possit.
- 25 Dominus potestatem receptam an perpetuò retinere possit.
- 26 Directum quando factum esse dicatur.
- 27 Dominus quando uasallo potestatem reddere teneatur.
- 28 Lex nulla se ipsam corrigere presumitur.
- 29 Dominus castrum retinere uolens, debet causam exprimere. Propter dictio, causam proximam importat.
- 30 Missionum nomine quæ comprehendantur.
- 31 Expensarum appellatione quæ ueniant.
- 32 Vasallus castri potestatem requisitus domino tradere debet.
- 33 Dominus petens potestatem castri non tenetur causam allegare.
- 34 Dominus intra quod tempus uasallo castri potestatem reddere teneatur.
- 35 Mox, seu incontinenti dictiones, quantum temporis importent.
- 36 Rex decem dies concessos ad tradendam castri potestatem abbreviare non potest.

- 37 Vasalli de quibus directū firmare debeant senioribus suis.
 38 Vasallus an teneatur ire, ad locum suspectum, ad firmandum domino directum.
 39 Locus suspectus quis dicatur.
 40 Praeses provinciae de quibus cognoscere possit.
 41 Vasalli non tenentur dominis directum firmare extra suum.
 42 Mandatum de firmando directo an debeat in scriptis fieri.
 43 Firmamentum directi qualiter dominis fiat per uasallos.
 44 Forma iuris firmæ qualis hodie.
 45 Cautio idonea quæ dicatur.
 46 Dominus an possit iuratus cogi à uasallo firmantiam recipere.
 47 Vasalli qualiter contendant firmare directum.
 48 Contendere, quid significet.
 49 Vasallus recusans comparere, qualiter puniatur.
 50 Contumax quis, & quotuplex.
 51 Vasallus domino à treuga & pace eiectus an teneatur tradere potestatem castri.
 52 Vasallus domino inhabili potestatem castri tradere non debet.
 53 Vasallus domino excommunicato non tenetur castri potestatem tradere.
 54 Excommunicatio opponi potest, non obstante statuto, &c.
 55 Communicans cum excommunicato peccat mortaliter.
 56 Fidelitas domino infami subtrahitur.
 57 Vasallus an possit excipere de damnis sibi datis per dominum.
 58 Vasallus ante præstitum homagium an teneatur domino castri potestatem tradere.
 59 Dominus an possit feuda apprehendere existentia extra castri terminum.
 60 Dominus tenens castrum an fructus suos faciat.
 61 Fructus sui gratia recipiens, eos suos facit.
 62 Dominus an indistincte fructus lucretur.
 63 Vasallus quando dicatur domino castri potestatem denegare.
 64 Vasallus qui contradixit potestatem domino tradere, an possit moram purgare.
 65 Fidelitatem quæ requirant.
 66 Vasallus domino fidelis esse debet.
 67 Fidelitas quid proprie dicatur.
 68 Fidelitatem iurare qui teneantur.
 69 Subditus ratione iurisdictionis an teneatur iurare fidelitatem.
 70 Vasallus non eligitur in parem, qui fidelitatem non iuravit.
 71 Minor annis quatuordecim, cui feudum datum est, an teneatur fidelitatem præstare.
 72 Vasallus ad iurandum domino fidelitatem cogi potest.
 73 Ecclesia feudum recipiens an teneatur iurare fidelitatem.
 74 Homagium an fieri possit per procuratorem.
 75 Sacramentum fidelitatis qui præstitit, tenetur firmare directum.
 76 Fidelitatem iurare an plus importet, quam homagium facere.
 77 Vasallus contra fidelitatem faciens, de bausia raptari

potest.

- 78 Bausia sequi quando dicatur.
 79 Bausia quid, & unde.
 80 Bausia quale crimen, & qualiter puniatur.
 81 Bausiam, seu proditionem in priuatum committens, an debeat spoliari.
 82 Bausia cognitio ad quem spectet.
 83 Bausia quo differat à proditione, &c.
 84 Raptatus de bausia quid facere debeat.
 85 Raptatus de bausia, qualiter sese expiet.
 86 Rex uel filij ipsius raptatum de bausia in regno sustinere non possunt.
 87 Pragmatica regis Alphonsi, quæ.
 88 Pragmatica regis Petri, qualis.
 89 Securitas quid, & quare seruanda.
 90 Feudum tenens si adiuuit unquam hæres, tenetur crimine bausie.



Dominus. Diuide istud c. in tres partes. Primo dicit de potestate danda. Secundo quod contra eam non admittitur aliqua exceptio. Tertia pars redit rationem quare non admittatur. Prima pars incipit: si dominus. Secunda ibi: & breuiter. Tertia ibi: & ideò. vsque ad finem. Casus. Vasallus debet dare domino potestatem de castro, vel domo, si petita fuerit, vel firmare directum, neque admittitur aliqua exceptio, etiam spoliationis, in contrarium. Et est ratio, quia ea, quæ fidelitatem requirunt, & bausia sequitur si contradicatur, non admittitur aliqua defensio. hoc dicit. ¶ Nota primo quod dominus potest petere à uasallo potestatem de castro, vel domo, quod, vel quæ ab eo tenetur, concor. cum vfa. potestatem. Secundo not. quod vasallus tenetur firmare directum domino suo. concor. in vfat. omnes homines. Et de ista firma habetur in vfat. magnates. & in d. vfa. potestatem. Tertia not. quod vasallus in dando dictam potestatem, vel firmando de directo non potest opponere aliquam exceptionem. ¶ Quarto not. quod exceptio spoliationis de aliqua parte feudi, quæquam sit priuilegiata, vt in c. fi. de ordi. cog. non iuuat vasallum, quin dictam potestatem dare, aut firmam de directo facere teneatur. Simile dicitur quod spoliatio non impedit executionem, secundum Inno. in c. no uit. de app. nec admittitur in notorijs causis, secundum Ioan. And. & Gemi. in c. frequens. §. solet. de resti. spol. li. vj. vide Bal. & Ludo. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poss. & Pal. de Cast. in l. si de

si de vi. ff. de iudi. nec etiam exceptio prescriptionis iuuat vasallum in danda potestate: vt infra c. castellanus, siue vasallus. vide quæ ibi latius dicantur de hoc. ¶ Quinto not. quod in his, quæ fidelitatem requirunt, non admittitur talis exceptio, nec vasallus debet audiri. Sexto & ultimo not. quod contra ea, quæ fidelitatem requirunt, & bausia sequitur, si contradicatur, non admittitur aliqua defensio. concor. infra c. si defuncto. Expone literam. Dominus, scilicet maior, ad quem directo res feudalis pertinere dinoscitur, secundum Bald. de prohi. feu. ali. Nam appellatione domini in ista materia intelligitur de maiori, vt ibi: vasallo, qui recognitionem fecit, & homagium solidum, vel non solidum: nam aliàs non dicitur vasallus in materia feudali, secundum Iaco. de Callicio in vfat. magnates. & ibi Iac. Merquil. & per dictum Iaco. de Callicio in vfat. si quis contradixerit. alleg. c. duplex est homagium. & c. licet. & c. habito. j. & in c. ego. & in c. veritatis. cū ibi not. de iure iuran. Alio modo enim sumitur vasallus, scilicet ille, qui est subditus ratione generalis iurisdictionis, vt in feud. titu. qualiter iura. deb. domino vasal. c. vno. §. si vero domesticus. cum ibi not. per Bal. Potestatem. quot modis accipiatur potestas dicam infra in quæstionibus. Castro, quod dicatur castrum, dicam infra in c. si aliqui allodiarj, vbi tractabo materiam castri terminati. Domo, scilicet feudali: quia domus potest esse feudalis. Ita sentit Bald. de prohi. feu. ali. per Fre. §. prætereà. ¶ Domo enim in duobus vel tribus consistit: vt l. solum. ff. de rei ven. & l. eum, qui ædes. ff. de vsuca. secundum Bar. in l. ita. ff. de verb. obli. & proprie dicitur domus, quæ pariete constat. Ita dicit Lud. in l. j. §. domini. ij. ff. ad Sillania. Tenetur supple in feudum. Vel firmamentum de directo. id est, asscurare, siue satisfacere quod faciet ius senioribus, secundum Iac. de Monte Iuda. in vfat. omnes homines. Nam firmare de directo, est per firmam iuris asscurare, quæ in hac patria est satisfactio iudicatum solui. Ita dicit Iaco. de Monte Iuda. in vfa. magnates. & de ista firma iuris. in gl. d. vfat. omnes. & in vfat. seniorum suorum. Bausia, quæ multis modis per vasallum committitur, de quibus dicam infra. ¶ Oppo. primo ad istum

textum, & videtur quod si dominus spoliauerit vasallum, & postea petatur ab eo potestas castri, quod possit per viam exceptionis opponere de spoliatione, & suspendere petitionem potestatis: vt in c. cum dilectus. & in c. fi. extra de ordi. cog. & not. per Bar. & Lud. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poss. Nam vasallus non debet spoliari incognitionaliter à feudo, vt est tex. in feu. quo tem. mi. §. sancimus. & in vfat. similiter et si senior, nisi in casibus, propter quos feudum potest emparari, de quibus scribam late infra in c. si castellanus. quæstio enim spoliationis priuilegiata est. d. c. fi. Solu. Illud est de iure communi, & istud est de iure huius patriæ: quoniam sicut illa regula quod spoliatus est ante omnia restituendus, patitur plures limitationes, quæ enumerantur per Bal. in addi. & Ludou. vbi supra, & Paul. de Castr. in l. si de vi. ff. de iudi. & Ang. de Are. Instit. de actio. §. quadrupli. & Ioan. And. in c. frequens. de resti. spol. lib. vj. ita de iure consuetudinario, & Cathalonico in isto casu est speciale. ¶ Et fallit dicta regula quod nec per viam actionis, nec per viam exceptionis, non potest impediri traditio potestatis. Nam in vfa. potestatem. est dictio nullo modo, quæ omnem excipiendi potestatem tollit, secundum not. in gloss. & ibi Gemi. in cle. hi qui. de ata. & quali. quoniam dictio vniuersalis negatiua, vt puta nullo modo, posita in dicto vfat. omnem potestatem excipiendi auferit, atque tollit, & excludit: quia vniuersalis negatiua omnia particularia negando excludit, & tollit, secundum not. in c. j. de regu. iur. lib. vj. ¶ Oppo. secundo quod dominus eandem fidelitatem tenetur præstare vasallo, quam vasallus domino: vt in c. licet. infra eo. & per Spec. in tit. de feu. §. quoniam. sed domino non licet spoliare vasallum à suo feudo, vt in §. sancimus. quo tem. mi. in feud. ergo non præstat sibi bonam fidem, neque fidelitatem, eum spoliando. ¶ Nam fidelitas dicitur à fide, secundum Host. in Summa, titulo de feu. §. quid sit. & consequenter vasallus non tenetur sibi fidem, aut fidelitatem seruare, ex quo sibi non seruatur: vt est glo. in feu. de no. for. fide. §. inuestitura. & sic non tenetur dare dictam potestatem: ideò super his per viam exceptionis si petatur, debet audiri. ¶ Solutio. Illud est a 4 regulare,

regulare, istud est speciale de iure Cathalónico, & sic regula illa, quod dominus eandem fidelitatem seruare tenetur vasallo suo, quam ille vasallus sibi prestare tenetur: fallit in traditione potestatis, quod si petita est propter exceptionem spoliationis, non denegaretur, vt hinc. **Oppo.** tertio, quod si dominus est rebellis & bannitus banno imperiali, quod vasallus non teneatur tradere potestatem castri, quia solutus est à sacramento, & homagio fidelitatis, secundum Bald. in feu. hic fin. lex Fred. deinde incip. consuetu. reg. **Facit ad hoc c. Barones. j. e. †** nam propter bannum amittitur feudum, secundum Bal. an ille, qui interfe. fra. in feu. **Solutio.** Fateor contrarium, quoad ipse dominus fuerit rebellis, vel bannitus: nam ista absolutio à sacramento & homagio non est perpetua, sed temporalis, secundum Bal. vbi supra. Potest enim Imperator absolueri vasallos sui vasalli à fidelitate, secundum Nico. in cle. pastoralis. de re iudic. in verbo fidelitate. quod intellige verum cum causa, aliàs si iniuste, & sine causa id fecerit, hoc est sine iuris fatica, tunc vasallus inuenta iuris fatica in principe potest iniungere vasallis suis vt ipsum iuent, & defendant, & ipsi eum iuuare, & defendere tenentur, nec sunt soluti à sacramento fidelitatis, vt est text. in d. c. barones. in prin. & secundum istam oppositionem limitem hoc capitulum. **Oppo.** quarto quod ista consuetudo, per quam tollitur defensio, est irrationabilis, & contra publicam utilitatem, & sic non valet, etiam si esset obtenta in contradictorio iudicio, secundum Ant. de But. in c. cum causa. in vltima opp. de re iudic. est quod mala & abominabilis, & sic non debet seruari, secundum Bal. si vas. feu. priue. & Ange. in authent. vt nulli iudic. & nullus. & est contra constitutiones Cathalonice. c. item ordinamus. in secunda curia Montisalbi, per quam nullus debet condemnari, defensione legitima non concessa: & quæ constitutio est iurata, & sic non valet. **†** Nam contra statutum iuratum non potest introduci consuetudo, vt tenet Ant. de But. in c. si. de consuetu. & in c. j. de treu. & pa. & in c. quia circa. de consan. & affini. Defensio enim est de iure naturali: vt in cle. pastoralis. de re iudic. Et illa consuetudo dicitur iniusta, quæ contradicit iuri diuino,

naturali, vel gentium. Non enim tunc consuetudo appellatur, sed vsurpatio, secundum Angel. in l. iniuriarum. §. si quis. ff. de iniur. **Solutio.** † Aut dicta defensio competit de iure naturali, aut de iure positio: si de iure naturali, tunc dic quod nec per principem, nec per consuetudinem tolli potest: ideo talis consuetudo esset irrationabilis, & mala: & ita loquitur iura superius allegata. Aut dicta defensio competit de iure positio, & tunc per principem, & per consuetudinem tolli potest. Et de ista loquitur istud cap. Nam licet princeps non possit auferre ea, quæ sunt defensionis introductæ à iure naturali, potest tamen tollere formam defensionis, quæ est introducta à iure positio, sicut est spoliatio, & aliæ similes, secundum Gem. in c. non solum. de app. libr. vj. & Innoc. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. & Ang. Are. ff. quando app. sit. l. j. §. interdum. Nullum enim **†** est ius merè positio, quod consuetudine mutari non possit, secundum Bald. in feu. de prohi. feu. alie. per Fre. §. præterea. Nec obstat dicta constitutio, quia loquitur in alio casu multum diuerso ab hac consuetudine: nam dicit quod nullus debet condemnari ad mortem, vel membri mutilationem, defensione legitima non concessa: & sic est casus diuersus, & non aduersus. **Oppon.** quinto de vsatico, magnates. & de vsatico, si quis contradixerit, vbi dicitur quod dominus potest auctoritate propria apprehendere potestatem: hic verò, & in vsatico, potestatem habet peti à vasallo. **Solutio.** dicti vsatici habent locum, quando vasallus contenderit firmare directum, hoc est, quod fuerit contumax in non firmando de iure in loco, & prout dominus mādauerit, iuxta vsaticum, omnes homines. quia satis est quod intra terminum non firmauerit ius, sed fuerit contumax. Et ita intelligitur dictus vsaticus, magnates, vel contradixerit verbo, vel facto: quia non refert an contradictio verbo exprimat, vel facto ostendatur: vt **l. certum. ff. si certum petatur. †** Nam contradictio est aliquid facere in contrarium eius, quod fieri debet, secundum Bald. in l. si quis maior. C. de trāsa. Et ita intelligo dictum vsaticum, si quis contradixerit. Dicas igitur quod tunc demum potest apprehendi potestas castri, si vasallus contumaciter recusat firmare directum, vel contra-

dicit

dicit tradere illam: hic verò quando est contumax, vel non est aliqua recusatio, aut contradictio. (Sed contra istum intellectum est dicta constitutio Cathalonice quæ incipit, Item quod nos &c. Item est contra dispositionem iuris communis, quo cauetur quod nullus sibi dicat ius in causa propria. vt C. vt nullus. in rubro & in nigro. & l. nullus. C. de iudic. sed dic quod dicta constitutio & iura allegata limitantur per dictos vsaticos: & ita dicunt practici in vsatico, magnates. **Quæro primo quid sit potestas?** † Respondeo quod potestas tam de iure communi, quam municipalis, pluribus modis accipitur. Debes igitur scire quod nos habemus hic potestas masculini generis: & tunc accipitur pro magistratu, secundum Hostiē. in c. j. de offi. deleg. & Archid. in c. j. de iur. iur. libr. vj. & etiam accipitur pro quocunque officiali: vt in c. vergētis. de hære. & etiam accipitur pro iudice: vt in l. fideiussor. ff. de pign. est quod potestas de maioribus iudicibus: vt l. si. & ibi Bar. C. de sent. ex per. reci. & C. de vsu. lib. x. vide bonam gl. insti. de actio. §. rursus. in verbo, potestate: vbi multipliciter accipitur. Sed in vsaticis potestas masculini generis in singulari accipitur per principem, & comitem Barchinonæ not. gl. in vsatico, auctoritate & rogatu. in ij. & est text. in vsatico iudic. in verbo potestatis, quod exponitur pro comite Barchinonæ, & in vsa. & si à potestate, & in vsati. si quis in curia. vbi Thomas Mores istud tenet. & in vsatico, similiter & si senior, & in vsatico, omnes homines, & in vsatico, camini, & strata. Si autem reperitur in vsaticis verbum potestas in plurali, tunc de alijs comitibus etiam intelligitur. Ita tenent omnes doctores in dictis locis. Si verò in vsaticis vel commemorationibus, aut consuetudinibus reperitur verbum potestatis feminini generis, tunc accipitur pro potestate castri, vt in vsatico, potestatem. & in vsatico, magnates. & in vsati. si quis contradixerit. Et in hoc capi. & infra capitulo. si petita. & in c. iij. iij. v. vj. vij. viij. & in c. si duo. & in c. castellanus. & in capit. si defuncto. infra eodem. adde Guliel. de valesicha in vsatico, cum dompnus. §. hominem. & Iac. de Monte iud. vsati. potestatem. in addi. Et de ista potestate loquitur istud c. & de ista hic latius scribam. Adde

ad prædicta Ioā. And. in c. j. de offi. deleg. vbi dicit, quod quādo exprimitur verbum potestas in feminino, denotat dignitatē: quando denotat personam habentem dignitatem, ponitur in masculino. Et adde text. in l. idem fideiussor. in ver. petit à potestate. ff. de pig. & text. in l. episcopalem. in §. j. ver. à nostris potestatibus. C. de epif. au. & in l. j. in ver. potestatibus. & in l. iij. in ver. potestatibus. C. de offi. præfect. vi. tex. in c. inquisitam. §. prohibemus. de hære. lib. vj. & in c. sed nec. in ver. vt placeat potestatibus. ne cler. vel mo. & colligit Ant. de But. in d. c. j. quod appellatione potestatis venit potestas inquirendi. vide l. potestatis. de verb. signi. adde Nico. in c. fin. de iudi. Quæ autem dicatur potestas castri, colligitur in dictis vsaticis, commemorationibus, siue consuetudinibus supra proxime allegatis. Gul. præpositi in suo alphabeto super vsaticis in verbo potestas, dicit quod ista potestas castri nihil aliud est, quam exercitium liberum domino dare de suo castro: quia dominium directum iam est penes dominum, sed vile penes vasallum. Sed Gul. de valesicha. in vsatico, cum dominus. §. hoc enim fecit. In verbo, sola enim potestas, sic inquit, istud verbum sumitur pro voluntate principis, quæ est libera pœnam indicare delinquenti, vt infra, in vsatico, quia iustitiam, cum vsaticis sequentibus. Sed aliquando ponitur potestas pro iure, quod dominus habet in apprehendendo castrum per imperam realem, vel simplicem castri apprehensionem: inter quæ tamen est magna differentia, vt not. Iac. de Monte iud. infra in vsatico, qui fallierit. in addi. de qua potestate fit mentio in vsati. si quis suum feudum, & in vsatic. potestatem. Diuersis alijs modis sumitur verbum potestas, vt in vsati. ex magnatibus. & in vsatico: quia iustitia. & not. in c. cum contingat. extra de iure iuran. & vj. quæst. iij. c. scitote. extra. de sentent. c. omnis anima. & per Guido. xj. q. ij. c. magnum. & infra. de omnibus hominibus. in fi. Guliel. vbi supra. **Quæro in quibus casibus petatur potestas castri?** gl. in d. vsatic. magnates. & ibi Iac. de Monte Iudai. dicunt quod in tribus casibus, vel propter fatigam directi, vel propter damnum datum: vel propter recognitionem dominij. Sed Iac. de Callicio in vsatico magnates. dicit quod vasalli requisiti simpliciter

citer de dando potestatem ab eorum dominis, quia eam volunt habere pro nunc habent domini ex causa recognitionis, seu in signum dominij, habent eam tradere dominis absque aliqua exceptione, quotiens ipsi domini eam habere volunt, iuxta formam traditam in hoc c. ij. iij. iij. v. & vj. j. eo. & ita intellexit vsat. potestatem, & vsat. magnates. inver. si autem aliter. iuncto c. item not. quod potestas. j. eo. & iunctis not. per Iaco. de monte Iuda. in v. fatic. si quis suum. circa fi. in tantum quod ex sola voluntate domini quantumcumque voluerit ex causa recognitionis, vel in signum dominij habere potestatem castri, vel fortalitij a vasallo suo quod eam habeat, etiam inuito suo vasallo: vt colligitur ex praedictis allegatis. & ita continetur in infeudationibus Castrorum & fortalitorum Cathaloniae, quod vasallus potestatem castri vel fortalitij iratus vel pacatus dare habeat domino suo, quotiens ipse dominus eam petierit, & habere voluerit ab isto vasallo. nec dominus in ea requirenda vel petenda habet allegare causam, puta dicendo, requiro a vobis tali vasallo meo potestatem de tali castro, eo quod alienastis tales redditus dicti castri, vel commisistis talem culpam: sed sufficit ipsi domino quod in requirendo, & postulando ipsam potestatem faciat illam in forma inferius descripta, vel iuxta formam traditam per dictum Iaco. Callicij in dicto vsat. Et omnia praedicta sunt vera, exceptis duobus casibus, quos ibi addidit Iacobus Callicij, in quibus dominus de necessitate coactus cogitur, seu debet petere potestatem ab ipso vasallo suo de ipso castro vel fortalitio, quod ab ipso in feudum tenetur. Primus casus est in consti. si quis de magnatibus in pacibus, & treugis. & in consue. Cathaloniae. c. isti sunt casus. & item alius casus, in quo dominus Rex. Secundus est in forma iuramenti iudaeorum. si quis autem in ciuitatibus, & q. propter faticam de directo possit peti potestas, probatur in dicto vsatic. magnates. & in dicto c. isti sunt casus.

15 ¶ Quaro, an potestas peti possit per procuratorem, & sibi tradi? Et dico quod sic, vt est text. j. c. proximi. & c. & si non. in verbo, alius. facit ad hoc, quia per seruum, aut procuratorem queritur domino do-

minium & possessio: vt est text. & ibi Bart. Ang. Rapha. Io. de Imol. & Ludo. in l. qui mihi. ff. de donat. & per Ludo. in l. j. hanc que. ff. de acquir. posses. & facit etiam ad hoc quod feudi inuestitura potest fieri, & accipi per procuratorem, vt in feu. per quos fiat inuest. sed vtru. quanto fortius potestas peti potest per procuratorem, dum tamen de ea petenda & restituenda habeat speciale mandatum: quia petitio potestatis, & restitutio procedit ex fide, & est articulus valde specialis, & sic non comprehenditur in procuratore generali, nisi exprimatur. ¶ Nam licet fidelitas possit praestari per procuratorem, secundum glo. & Bald. in feud. quo tempor. mili. inuesti. nisi. attamen non praestatur sine speciali mandato. Ita dicit Bal. de pa. Constan. in verbo, consules, & fuit originalis opinio Guil. de Cug. in l. j. de procur. & Archi. lxij. distin. c. tibi domino. & Io. Mona. in c. periculosa. §. verum. lib. vj. & per Hostien. in ti. de feu. in summa. §. quid sit fidelitas. Et sic reperio fuisse consultum per Bertrandum de Ceua antiquum & famosissimum doctorem in materia feudali, & per Iaco. de monte iuda. Facit ad hoc, quia per procuratorem generalem non queritur dominium, neque possessio, vt est gloss. in l. qui mihi. & in c. si tibi absent. de praebend. lib. vj. & in c. accedens. eo. tit. in antiquis, & secundum hoc G. de Vallesicha in vsatico, potestatem, posuit distinctionem sub his verbis, quod aut procurator habet speciale mandatum petendi & restituendi potestatem, aut non. primo casu potest peti potestas, & habet dari per vasallum. secundo casu non. Et est ratio, quoniam primus casus petendi & restituendi potestatem procedit ex fide, vt superius dixi. Et sic refert ita fuisse consultum per dictum Bertrandum, & Iacob. de monte iuda. & Arnaldum de Moraria. & adde scripta per eum in vsatico, omnes homines a vicecomitibus.

Cum autem dicatur procuratorem habere speciale mandatum, vide Barto. in l. j. §. ite filium. ff. de fal. ¶ Quaro, qualiter sit petenda potestas? Et dico q. potest peti per dominum in propria persona, vel per procuratorem, vt dictum est, aut nuntium cum literis ipsius domini, arg. not. per Bal. in feud. de pac. iura. fir. §. firmissime. in verbo,

forma citationis potestatis castri

verbo, legitima, quae literae fiunt sub forma sequenti. Cum nos ratione dominij, & alijs de causis velimus habere potestate talis castri, quod pro nobis tenetur feudum: idcirco vobis dicimus, & mandamus quatenus decima die a receptione praesentium in antea computandorum continue numeranda detis nobis potestatem eandem, qua loco nostri tradat tali, vel cui voluerit loco sui. Nos enim cum potestatem ipsam sibi tradideritis, de vobis inde pacati erimus, & contenti. date & c. Et not. q. forma istius literae colligitur. j. in c. si duo vel tres. vbi habetur quod infra decem dies computandos a die requisitionis debet tradi potestas castri. Et pro hoc facit c. item est consuetudo Cathaloniae q. feudum. & vide Iaco. de Calicio extense in dicto vsatico, magnates. ¶ Querit G. de Vallesicha in vsatico, potestatem. In quo loco debet potestas peti? Et dicit quod in corpore castri: alias si dominus haberet hincinde perquirere suum vasallum, & ipsum interpellare, seu requirere vt daret sibi potestatem, nunquam, vel raro daretur potestas. Et dicit hoc sentire c. x. j. e. G. & pro hoc facit quod ille, qui tenetur aliquid denuntiare, debet denuntiare illud intra territorium. Absurdum enim esset pro denuntiando exire territorium. in authen. de fideius. §. j. Bart. in l. si alienatus. ff. pro socio. Hoc tamen intellige si petitio potestatis deueniat ad notitiam vasalli: quia mora sine scientia non committitur. l. quod te. ff. si cert. pet. secundum Bal. in feud. si de feu. defun. §. licet. Vide pro hoc Iac. Aluaro. in c. j. de mi. vas. qui cotu. vbi ponit modum citationis, & dicit quod si citandus est absens: quia citabitur ad domum per literas, & istae literatoriae dimittuntur ad domum citandi, non autem intelligas quod sit necesse quod perquirat ipsum per totam ciuitatem, vt notat gloss. in authentica de exhibend. reis. §. si vero. poterit etiam citari per edicta: quia schedula affigitur in albo praetoris, vel in foribus palatii illius terre: vel, si est iudex ecclesiasticus, fiet in foribus ecclesiae cathedralis, vt praedicta probant in cle. causam. de cle. digit. ulterius quod citatio verbalis non est ita tuta, quia vox praconis paucis innotescit. Ego vero crederem quod si dominus vult requirere vasallum, vt det sibi potestatem de

mora sine scientia non committitur

castro, vel vt faciat sibi seruitium, vel veniat ad renouandum homagium, vel similia, quod debet esse personaliter citare si inuenierit. iij. q. v. quisquis. qui mat. accu. pos. c. j. in c. venerabilis. de do. & contu. & in c. vlti. de eo, qui demum citari debet per procuratorem si quem dimisit, quem tenetur dimittere. tertio si non dimisit procuratorem, debet eum citare ad domum: vt in c. causam. de do. & contu. & ibi glo. Bart. in l. iij. §. praetor. ff. de dam. infect. & Bal. in l. consentaneum. C. quo & quando. quarto si non tenet domum, tunc credo opinionem dicti G. esse veram, quod debet fieri in corpore castri, argu. ad hoc c. venerabilis. de do. & contu. vbi si clericus citandus non potest inueniri, debet citari apud ecclesiam suam: & si castrum non est, sed est aliud feudum, non fortalitium, debet citari in loco, vbi est feudum, vt quia citatio affigatur in palatio illius loci, vel in alio loco publico illius loci, vbi consueuerunt fieri citationes, vel in ecclesia, secundum ea, quae notantur per dictum Iac. in d. c. j. de mi. & vas. Et pro hoc facit quod dicit Bald. in l. j. C. de sum. trini. quod quis potest citari per schedulam affixam in columna, & quod possit fieri in ecclesia Bal. in c. omnes. C. de epif. & cle. & adde Bal. in d. c. venerabilis. vbi dicit quod quando quis non inuenitur personaliter, q. forma citationis est primo q. apud domum vel ecclesiam, secundo publice. tertio, per literas loco affixas tanquam in albo. Et est casus in d. c. & quod potest fieri citatio ad ecclesiam si non habet domum, Nico. in c. causam. de dol. & contu. Et not. quod nunquam citatio facta domi reddit citatum contumacem absque literis, vt not. Bal. & Ang. in l. ij. C. de anna. except. & hoc facit ad ea quae dixi j. in c. vasallus q. requisitio literatoria debet fieri. ¶ Quero in quibus casibus dominus potest propria autoritate apprehendere castri potestatem? Circa quod dico quod in duobus casibus tantum. Primus casus est, quando vasallus contendit firmare directum pro ipso feudo domino suo, vel quando est repertus in alia fatica, vt in vsatic. magnates. iunctis ibi notatis per Iacobum Calicij. Secundus est, quando vasallus per dominum requisitus de danda potestate castri, recusat illam dare domino. sicut eam dare debet vt in vsatico, si quis

quia Vasallus tenet feodum, & se pro castri, & mare & rura & rura seruicium, & c. in manifestura conte & de infra ff. 583

tertio vbi citandus

contrarium in prima in stabilibus. Sic Bart.

quis contradixerit: & in vsati. potestatem. & in istis casibus: vt superius in v. opposi-
tione notauit, & notatur per Iacobum Ca-
licij in d. vsati. magnates. potest dominus
accipere propria auctoritate castri potesta-
tem: sed ego reperio alium casum infra
eo. c. si aliquis habet. in §. Item non potest
v̄dere: vbi in illo casu dominus potest feu-
dum occupare. Nam ibi est verbum oc-
cupare, de quo ibi latius scribam: quia ibi
improprie accipitur, cum verbum occupa-
re accipitur in malam partem, secundum
Gem. in c. praesenti. de offi. ordi. libr. vj. &
in c. auaritia. de elect. eod. libr. v. sed secun-
dum eum in c. generali. e. ti. & lib. v. potest
sumi proprie, & improprie: quoniam oc-
cupare dicitur, quando aliquis auctoritate
propria ingreditur animo adquirendi pos-
sessionem, quam ipse non habebat, sed eam
tempore ingressus alius habebat, quem ipse
intendebat spoliare, & sibi possessionem
acquirere, & sic vim & violentiam inferre,
secundum Paulum de Castr. in consi. con-
silio. cclxxv. sed hic non dicitur spoliatio vio-
lenta, quia fit lege consuetudinaria permit-
tente, & sic impropriatur. † Sed nunquid
de iure communi feudali dominus auctori-
tate propria possit feudum auferre a vasa-
llo? Dic quod non, secundum Bal. in feu. de
alodij. allegat de vasa. mil. qui contu. c. j.
& de feu. sine cul. non amit. vel dic, secun-
dum eum, quod aut inobedientia est noto-
ria, & dominus habet iurisdictionem: &
tunc sic si seruitium deberetur alteri pro-
pter contumaciam, posset illum mittere in
possessionem, saltem ex primo decreto, po-
terit mittere hunc in possessionem, vt no.
ff. de publi. l. commissa. & pro soc. cu. duo-
bus. §. idem respondit. Si autem sit talis do-
minus, qui non habebat iurisdictionem, tunc
oportet quod querelam proponat, & in
possessionem se mitti petat, ar. de re iudic.
l. si cum nulla. C. de execu. rei iudic. l. j. C. de
actio. & obliga. l. negantes. & C. de pac. l. si
pacto quo poenam. secundum Bal. vbi su-
pra. Adde Io. Iaco. in libello titu. de eadem
condi. ex mori. pro feu. vbi dicit qd si vasa-
llus est mortuus, in dubio dominus, si velit
potest feudum accipere ad conseruationem
iuris sui, maxime si nullum inuenerit possi-
dentem: na tunc neminem spoliat, reperien-
do feudum vacans: & in isto casu dicitur
simplex occupatio secundum Pau. de Cast.
vbi supra: vide Hosti. in summa, in titu. de

feu. §. quis possit. Adde Bald. per quos fiat
inuest. §. nulla. circa fi. vbi dicit quod si va-
sallus alienat feudum, dominus potest au-
thoritate propria eum disuestire a feu-
do. † Sed in Cathalonia de iure consue-
tudinario non potest feudum auferri sine
causa: vt infra. c. consuetudo. lo. iij. §. Item
consuetudo est Cathaloniae quod vasallus:
& est simile de iure communi feudali, vt in
feu. de feud. sine cul. non amit. & est casus
quando contendit firmare directum, vel
requisitus contradicit dare potestatem de
castro, vt superius dixi. Nec in hoc requi-
ritur distinctio Bal. an habeat iurisdictionem
vel ne. De hoc vide latius Iac. de Ca-
licio in d. vsatico, magnates. In secunda op-
positio. & eum vide, & etiam Thomam
Mieres in dicto vsatico, si quis contradi-
xit. super verbo, apprehendere, & super
verbo, licitam, & per Iaco. ibi in secunda
oppositio. adde Iaco. Alvaro. in feud. de leg.
22. Cora. §. similiter. in versi. auferre. † Qua-
ro, qualiter seniores videntur castri pote-
statem apprehendere, iuxta vsaticum, ma-
gnates? Et dic quod tunc videntur senio-
res potestatem castri apprehendere, si eo-
rum propria auctoritate in ipso castro in-
grediatur, vasallum ibi existentem expellendo
de facto, vel ibi non existentem possessione
ipsius castri priuando, & spoliando, & sibi
eam appropriando. Et istud importat ver-
bum apprehenderit, positum in d. vsatico,
magnates, vt colligitur in dicto vsatico,
& in vsatico, si quis contradixerit. iuncto
c. primus casus est. circa prin. infra eo. pro
hoc etiam. l. ij. C. vi bo. rap. secundum Iac.
de Calicio in d. vsatico, magnates. Nam
potestas deicit vasallum a possessione, &
ea domino applicatur, secundum Iaco. de
Monteiuda. in d. vsatico, magnates. Per-
missum est enim de iure Cathalonico in
casu denegatae potestatis vel firmamenti
de directo, occupare castrum, & sibi ius
dicere: secundum Iaco. Calicij in d. vsati-
co, si quis contradixerit. in secunda oppo.
Vide Bald. in l. j. ff. de sena. & ibi in dicto
vsatico, idem Iac. exponit verbum appra-
hendere, id est, propria auctoritate aufer-
re, occupare, & sibi appropriare. Adde
que superius dixi. Bene facit ad hoc quod
dicit Inn. in c. venerabilis. extra de cen. &
quae per eum not. extra de immuni. eccle.
c. j. & quod not. in libellis Io. de Bla. titu.
de actio. priui. per quam quaeretur an ali-
quis

quis sit liber vel seruus, sub rubricella
qualiter concipiatur: iuxta finem ipsius titu.
§. sed certum est qd aliquis homo meus. adde
Gul. de Vallesi. in vsatico, si quis suu. vbi
sic dicit. Et no. hic qd vasallo alienante sine
domini consensu, potest dñs per receptionem
potestatis, & per impera realem sibi pro-
uidere: & si non detur potestas petita, pot
dñs castrum ad manus suas recipere absq;
aliqua cause cognitione, si sit talis dñs qui
habeat iurisdictionem. Et ita fuit determi-
23. natum in facto vicecomitis de Bas. † Et
sic emptor absq; cause cognitione expel-
litur de possessione feudi empti: quod est
mirabile, & contra ius comune. Sed a tali
violencia excusatur dñs, quam facit vasa-
llo propter ius, quod habet. in art. xxxvij.
q. ij. c. si quis virginem. & l. factu. §. non vi-
detur. ff. de regu. iur. Et pro his facit not.
per Inn. in c. venerabili. extra. de cen. Gul.
vbi supra. pro cuius dicto adde Bal. vbi su-
pra. in eo quod dicit: si talis sit dñs, qui ha-
24. beat iurisdictionem. † Sed quare, secundum
dictum Gul. in vsatico, potestatem, quid si
potestas petatur a possidente feudum: & ta-
men possidens non est vasallus dñi peten-
tis potestatem, an debeat dari de iure pote-
stas? Item quid si feudum possideatur per
vxorem mortuo suo viro pro dote, & spon-
salitio suis, an ab ea possit de iure peti po-
testas, & si peratur, debeat dari? Idem Gul.
dicit qd quidam voluerunt dicere quod so-
lum a vasallo, debet peti potestas, vt hoc
c. & seq. & quasi per omnes alias comme-
morationes de hoc loquentes, que loquun-
tur in vasallo. Sed in ipsis duabus qua-
stionibus, credit ipse Guliel. quod tam a
possidete, quam ab vxore possit potestas
peti, & petita debeat dari. Et alleg. c. xxiij.
infra eod. ibi: vsufructuario. & ibi: possi-
dente: quoniam a quolibet debet presta-
ri domino homagium, vt ibi habetur. Et
istud credo verius. Etiam pro hoc facit
quod scripsi j. in hoc c. in quaest. quero, an
vasallus teneatur dare castri potestatem,
vel firmare directum domino, si nondum
praestitit homagium. & infra. c. castellanus
in q. quare iuxta tex. de qua re. Et duran-
te potestate hominis ipsius castri tenentur
domino, si vult facere sacramentum, & ho-
magium quod erunt sibi fideles durante
potestatis tempore. Et ita se habet consue-
tudo Cathaloniae antiqua, secundum eun-

dem Guliel. Adde ad praedicta Bertran-
dum de Ceua super dicto vsatico, magna-
tes. In verbo, apprehenderit. qd dominus
vt pars, non vt iudex, apprehendendo po-
testatem procedit, alleg. vsati. si quis con-
tradixerit. & vsat. si quis suum feudum. &
25. vsaticum, potestate. † Quare, an appra-
hensa potestate per dñm, dñs perpetuo
possit ea retinere, vel an vasallo detur ali-
quod remedium contra dñm potestate ca-
stri retinentem? Circa quod Guliel. de Val-
lesicha in vsatico, cum dñs. §. hoc enim di-
cit, si potestas recipiatur propter fatigatio-
nem directi, tunc non tenetur eam dñs suo
vasallo reddere, nisi prius habeat comple-
mentum iustitiae: vt in vsatico, magnates. & in
vsatico, si quis contradixerit. Aut recipitur
propter damnum datum: & tunc reddere te-
netur praestita satisfatione prius in manu
dñi. Aut propter recognitionem suae iurisdic-
tionis: & tunc prius debet dñs reddere ca-
strum qd acceperit a suo vasallo firmamentum
directi. Sed Iaco. de Calicio in d. vsatico,
magnates: dicit qd aut quare in casu dicti
vsatici qn potestas est apprehensa propter
contradictionem firmamenti directi a vasa-
llo dño factam, vel propter aliam fatigam iu-
ris: & tunc vasallus firmado de directo do-
mino suo secundum ipsum Iac. & non secun-
dum alios, vel sibi obediendo, & fatigam
iuris reuocando, seu amouendo, & omnes
expensas per ipsum dominum in apprahen-
sione potestatis factas, idem vasallus eidem
domino restituendo, vasallus debet recu-
perare ipsum castrum, & dñs tenetur ipsum
castrum restituere ipsi vasallo, nisi habeat
guerram, aut staticam ipse senior in ipso ca-
stro: vt in dicto vsatico, magnates. & infra
in cap. consuetudo. lo primo. & c. penult.
quod incipit primus casus. Alias nisi resti-
tuerit dñs ipsum castrum, vasallum indebitum
affligere videretur, & locus esset recursui
26. vsatici, similiter & si senior. † Et dicitur fa-
ctum directum, qn sit de facto, & cum ef-
fectu, & non verbo: vt l. iij. C. loca. & ibi
gl. Et ita voluit dicere gl. & Iac. de Mon-
teiuuda. in d. vsatico, magnates. Et factum di-
citur, quod vterius nequit fieri: vt l. in bel-
lo. §. facta. ff. de capti. & postlim. rei. er. &
quod non restet aliquid ad agendum. l. vl-
tima. C. ad Sillan. & de baptis. c. maiores.
& ibi gloss. Vbi enim opus est facto, ver-
ba non sufficiunt. text. de eo, qui mit. in
b

posse. causa rei seruan. cap. j. & ibi gloss. Et vide Bald. in prælu. feud. §. tertia diuisio. vbi dicit quod vbi est opus existentia facti, verba non sufficiunt. Plus enim est factum, quam verba. text. iuncta gloss. in capitu. dilecti. de appel. vbi enim factum est in obligatione, ex dispositione legali semper quis tenetur præcisè ad factum. I. stipulationes non diuiduntur. §. j. ff. de verborum obligatio. & ibi Bartol. Si enim vasallus prædicta non fecerit, non debet castrum recuperare. Nam qui non facit quod debet, non recipit quod oportet. Bald. qualiter dominus proprie. feud. pri. vnde dictum castrum non est restituendum, nisi realiter fuerit satisfactum. Et ad hoc l. sciendum. §. finali. cum l. seq. ff. de pigno. actio. Vnde vasallus semper debet directum firmare, & iudicem petere: vt in constitut. regis Petri. c. placet. & omnes expensas restituere, vt dixi, antequam castrum possit recuperare, esto quod millesies ius firmasset: quã firmam dominus admittere tenetur, licet non restituat castrum, donec vasallus omnia fecerit, & compleuerit, vt est dictum. Et ita colligitur in dicto vsatico, & ita innuit Iaco. de Monteuida. in gloss. factum. ver. & sic habetur. Et istud sequitur. Bertrandus de Ceua ibi: aut quaris in casu vsatici, ¶ sed Gulielmus præpo. dicit quod si vasallus dederit potestatem non propter contradictionem firmæ iuris, sed alia de causa est propter recognitionem domini: tunc dominus tenetur reddere vasallo potestatem antequam firmet directum. Et ita intellexit. §. si autem. Sed sapientes antiqui dicunt quod dominus potest retinere castrum quousque vasallus restituerit domino sumptus, quos dominus in custodia castri fecerit tenendo potestatem: & hoc siue potestatem simpliciter, siue ob causam retinuerit. Et elidunt hoc de primo responso dicti vsatici, magnates, vsq; ad §. si autem. dicentes quod ex quo in prin. facit mentionem de sumptibus, & in prædicto. §. si autem. non loquitur de sumptibus restituendis, videtur conditorem repetisse & intellexisse dictum. §. in restitutione sumptuum factorum ante restitutionem potestatis, arg. l. quæsitum. §. idem respondit. ff. de fun. instru. cum ibi notatis, secundum Bertrandum de Ceua, &

Guliel. de Vallesicha in d. vsatico, magnates. Et pro ista opinione facit illud regulare, quod ea, quæ in præfationibus dicuntur, in subsequentibus repetita videntur. Bartol. in l. j. C. de diuer. rescrip. & in l. si quis ita. §. Chrysogonus. de verbo. oblig. Et quãquam dictus. §. quo ad dictos sumptus sit imperfectus, attamen de hoc curandum non est. Nam etiam quod oratio sit imperfecta, dumtamẽ illa ex præcedentibus & sequentibus per intellectum suppleri possit, non curatur. ff. de leg. ij. l. cum pater. §. cum pater. ff. de hæc. insti. l. j. §. vlti. C. de fideicom. l. verbum. Bal. in l. id, quod pauperibus. C. de episco. & cle. Inno. in c. petitio. de procur. Ludouic. in consi. clxix. ¶ Non enim verisimile est quod lex seipsam corrigat, secundum Bal. in l. si duo. C. per quas personas. Nec aliqua ratio red di potest cur magis in vno casu, quam in alio restituantur dicti sumptus: ideò eadem est ratio in vtroque casu. Et sic idem ius statuendum est: vt l. illud. ff. ad legem Aquil. cum vulgaribus. Habes ergo secundum istam opinionem quod in vtroque casu, vt puta quando potestas castri est apprehensa propter contradictionem firmæ iuris, vel recognitionem domini, vasallus tenetur restituere sumptus antequam recuperet castrum: igitur dicas quod si dictum castrum fuerit apprehensum propter contradictionem firmæ iuris, tunc dominus non tenetur restituere dictam castri potestatem, nisi prius firmato sibi de iure, & restitutis dictis expensis eidem per dictum vasallum. Et quo ad firmam iuris differt a sequenti, non quo ad expensas: quia semper fit restitutio dictarum expensarum secundum intellectum, quem dedi dicto. §. si autem secundum d. Bertrandum, & Gul. Sed si dictum castrum fuerit apprehensum propter aliam causam, q̄ firmæ iuris, vt puta propter recognitionem dñi, tunc dñs restituit sibi dictis expensis secundum ea, quæ superius dixi, tenetur restituere dictum castrum, antequam vasallus firmet sibi directum: vt habetur in d. vsat. magnates. §. si autem aliter, alias affligere videretur, & esset locus recursum dicti vsatici similiter & si senior: vide quæ latius dicam. j. c. & finitis. & c. Itẽ si vasallus. Aut quaris in casu vsatici, si quis contradixerit, qñ potestas est apprehensa per dñm ppter contradictionem dandi potestatem a vasallo

sallo domino factam: & tunc vasallus emendando omnes expensas, & perduras quas dominus fecerit in apprehensione potestatis castri, vel fortaliti, & eius guarda, & iurando ipsi domino quod potestas castri non sit amplius sibi contradicta, dominus tenetur ipsum castrum vel fortalitiu restituere dicto vasallo, vt est text. in dicto vsatico, si quis contradixerit: alias locus esset dicto recursum dicti vsatici, similiter & si senior. Si dominus dictum castrum restituere recusaret, secundum Iacobum Calicij in dicto vsatico, magnates: & de hoc est ius consuetudinarium infra. in capitu. isti sunt. §. tertius casus: vbi ad literam istud dicitur. ¶ Et intellige quod quando dominus vult retinere castrum, nominatim debet exprimi causa: alias non posset retinere. Et sic inueni fuisse iudicatum propter verbum, propter hoc appositum in dicto vsatico, magnates, quoniam dictio propter, significat causam proximam, & immediatam: vt est text. in l. propter. ff. ad lilla. & de excusa. tuto. in l. propter litem. & instituit. eodem titulo. §. Item propter. Et ita accipitur in dicto vsatico. Aut quaris quando castri potestas est apprehensa, vel feudum emparatum propter hoc, quia dominus facit aliquam petitionem vasallo suo immediato: & ipse vasallus non vult respondere ipsi domino de directo, nec de fide, aut sibi facere homagium. & alter vasallus, qui tenet feudum cors a cors pro ipso vasallo inobediens venit coram domino, & facit sibi homagium: & recipit feudum: tunc dominus tenetur ipsi vasallo, qui sibi homagium facit, aut fecit, & non inobediens castri potestatem restituere: vt est textus, & ibi latius scribam. infra eodem cap. consuetudo. lo. ij. ¶ Quæro secundum Guliel. de vallesicha, in vsatico, potestatem. quid si aliquis tenet pro me in feudum vnum trocium terræ, & constituat postea ibi aliquod fortalitiu, an teneatur mihi tradere potestatem de dicto fortalitiu requisita? & dic quod sic secundum eum in dicto vsatico. & in vsati. magnates. quæstio. v. & alleg. c. castelanus. j. eo. vbi ego de hoc latius scribam. ¶ Quæro, an sub isto verbo omnes missiones adiecto in dicto vsati. magnates, contineantur salaria, & cibaria custodum castri vel

fortaliti per ipsum dominum per viam potestatis apprehensa exfolutar & Iaco. Calicij in d. vsatico, magnates: dicit quod sic quoniam in tex. dicti vsatici, vniuersaliter adijcitur omnes missiones. & qui omne dicit, nihil excludit: vt l. a procuratore. C. man. cum ibi not. per Cy. Præterea dominus saltem per apprehensionem potestatis per ipsum factam fuit damnificatus in dictis cibarijs, & salarijs custodum, & sic ipsi domino veniunt per vasallum rescarcienda, & emendanda per viam saltem illati damni: supposito quod ipsa cibaria, & salaria non contingerentur nomine missionum, seu expensarum: vt l. sed si hæreditas. §. j. ff. ad exhiben. & iuxta not. per glo. in l. eum, quæ temere. ff. de iud. Et pro hac determinatione est casus in vsati. potestatem. Et ad prædictam determinationem facit text. infra in c. & si dominus cum receperit: & in c. si vasallus non restituit plenè. & in c. placet: quod incipit, primus casus. ¶ verbum enim Expensarum, appositum in huiusmodi commemorationibus generale est, & sic generaliter accipiendum est: vt l. prima. §. generaliter. ff. de le. præstan. & eius appellatione venit quicquid circa rem illam expensum est, vt dicunt doctores. de istis expensis dicam latius infra. in c. item si vasallus. ¶ Quæro, iuxta text. an vasallus indistinctè potestatem domino tradere teneatur, vel ex quibus causis illud facere debeat? ¶ Et breuiter dico quod vasalli requisiti simpliciter iuxta formam per me superius positam de dando potestatem ab eorum dominis, quia volunt eam habere ex causa recognitionis, seu in signum domini, vasalli habent eam tradere dominis, quoties ipsi domini eam habere voluerint, iuxta formam hinc traditam, & in capitulis sequentibus. & ita intelliguntur vsaticus, potestatem. & vsaticus, magnates. §. si autem. iuncto. c. Item not. quod potestas petita, & data simpliciter. infra eodem, & iunctis not. per Iaco. de Monteuid. in vsatico, si quis suum. circa finem: intantum igitur quod est in sola voluntate domini quandocumque voluerit ex causa recognitionis vel in signum domini habere potestatem castri vel fortaliti a vasallo suo, quod eam habeat, etiam inuito suo vasallo, vt colligitur ex prædictis allegatis. Et ita continetur in infeudationibus castrorum, &

fortalitiorum, quod vasallus potestatem castri, vel fortalitij iratus vel pacatus habeat domino suo tradere, quoties dominus eam petierit, & habere voluerit ab isto vasallo. † Nec dominus in ea requirenda vel petenda habet allegare causam, puta dicendo, requiro à vobis tali vasallo meo potestatem de tali castro, ex eo quod alienastis tales redditus castri, vel commisitis talem culpam: sed sufficit ipsi domino quod faciat requisitionem praesertim insertam, vel sic quod in requirendo & postulando ipsam potestatem adiciat in ipsa requisitione, cum vos talis teneatis tale castrum vel fortalitium pro me in feudo: & ego ut dominus velim habere pronunc à vobis in signum recognitionis & dominij potestatem de ipso castro, vel fortalitio, pro tanto vos requiro quatenus ipsam potestatem mihi tradatis, prout tradere debetis, & tenemini, iuxta conuenientias, & alias iuxta vsaticos, & consuetudines Cathalonie. Et omnia predicta regulariter procedunt, & sunt vera, exceptis duobus casibus, in quibus dominus de necessitate coactus cogatur, seu debet petere potestatem ab ipso vasallo suo de ipso castro, vel fortalitio, quod ab ipso in feudum tenetur. Primus casus est, si vasallus fuit conuentus à domino Rege, vel vicario suo super restitutione pacis & treugæ, & pignora ponere noluerit: nam statim dominus Rex, & suus vicarius debent recipere potestatem castri vel fortalitij, vel emendare male facta: ut in vsat. si quis de magnatibus regni in pa. & treu. domini Regis Petri, & infra. in c. isti sunt casus. §. Item alius casus. Secundus casus est quando vasallus domini Regis receptauit malefactores: nam tunc vicarius domini regis ab ipso receptatore querere debet malefactorem, & rapinam, ut in forma sacramenti vicariorū. §. si quis autem in ciuitatibus. quæ forma habetur per constitut. quanquam ita sit contenta argum. c. ego. de iureiurand. Ita dicit Iaco. de Calic. in d. 34 vsatico, magnates. † Quæro, data plenarie potestate castri vel fortalitij per vasallum domino, ipse dominus per quod tempus habeat ipsi vasallo eam reddere. Nam ut vides, textus vsatici, magnates. & in vsatico, potestatem non limitat, & nec taxat aliquod tempus. Et breuiter dic

quod regulariter finitis decem diebus postquam receperit dominus libere potestatem, ipse dominus de antiqua & approbata consuetudine Cathalonie intra decem dies tenetur reddere castrum vasallo si fuerit ab eo requisitus, & vasallus sibi tenetur facere homagium, si nondum sibi fecerit, & dare ei securitatem de non damnificando custodes, qui positi fuerunt per dominum ad custodiendum castrum tempore potestatis, per se, aut familiam, vel alios valitores suos: & alia tenetur facere prout hæc, & alia ad literam describuntur infra. in capitulo. & finitis decem diebus, vbi de hoc latius dicam. Et ideo sis cautus, ut incontinenti lapsis diebus decem diebus ipsius potestatis formis requisitionem domino pro parte vasalli, in qua requisitione vasallus se offerat ad contenta in dicto capitulo. & finitis decem diebus, & postea concludendo petat potestatem sibi reddi, alias protestetur de indebita afflictione, & de habendo recursum ad remedia dicti vsatici, similiter & si senior. quoniam si facta oblatione, & requisitione, dominus recuset offerre, & reddere potestatem vasallo, locus esset predicto recursui. Et notanter dixi, regulariter: quoniam data regula fallit in pluribus casibus enumeratis infra. in capitulo. placet. quod incipit, primus casus. vbi latius scribam, recitando opinionem Iacobi de Calicio, qui aliquos ex eis approbat, & aliquos addidit: & ibi ponam opinionem meam. Et de ista redditione castri vide Iacobum Calicij in dicto vsatico, magnates, & de ea latius scribam in dicto capitulo. & finitis. Querit Gulielmus de valesicha. in vsatico, potestatem, quid si dominus Rex mandat vicario Barchinone quod de castro de Ceruillione, quod pro eo tenetur in feudum, mox vel incontinenti recipiat potestatem, nunquid tenetur vicarius dare, seu assignare vasallo decem dies ad tradendum sibi potestatem: Et dicit quod sic: † quoniam verbum Mox, & incontinenti, continent in se tempus aliquando decem dierum, aliquando vnus mensis, aliquando plus, & minus: ut l. j. circa finem. cum ibi not. per gloss. & Bart. ff. si certum petatur. & l. fructus. ff. soluto matrimonio. & ibi Bart. & xx. quæst. ij. c. j. & l. ad preemptorium. c. l. se. ff. de iud. Item quia

quia isti decem dies dantur vasallo, ut expellat totam suam familiam, & bona mobilia, si vult, de feudo: quod impossibile sibi foret facta interpellatione per vicarium: ad quod nullus obligatur: quia impossibile nulla est obligatio, ut in regula iuris Gulielmus. Quam opinionem ego credo veriore: nam per consuetudinem datur decem dies ad tradendum potestatem: & sic verbum Mox, vel incontinenti, debet intelligi iuxta materiam præiacentem. l. si vno anno. cum ibi nota. per Bartol. ff. loca. & Ludouic. 36 in l. is qui. ff. de acquirend. hæredi. † Nec dominus Rex per rescriptum potest alterare, aut abbreviare dictos decem dies datos à consuetudine: quia ligatur ab ea, secundum Baldum in feud. de inuestitu. feud. inter domi. §. hoc autem. Non enim dilatio, data ab statuto vel consuetudine prorogari, vel abbreviari potest, secundum Baldum in l. finali. §. siquidem. C. de iure deliberan. vide eum in capitulo. primo, de milite vasal. qui contumax. & in l. prima. C. de requirendis reis. & in authentica. iubemus. C. de iudicij. ad fin. & in l. si ea. C. qui accusa. non possunt, & in l. j. ff. de iure delibe. in quibus iuribus habetur de breuiatione temporis, & de illius prorogatione, vide eum in dicto. §. siquidem. & in authentica. qui semel. C. quomodo & quando. † Quæro iuxta textum, an de omnibus causis vasalli ad mandatum suorum seniorum debeant firmare directum ipsis senioribus suis? Et breuiter, secundum Iacobum de Monteuda. & Iacob. Calicij in vsales magnates, quod non, sed tantum de illis, in quibus dominus habet cognitionem & potestatem dandi iudicem. Et istud probatur per textum vsatici, omnes homines. Sed quæro, quæ sunt causæ, de quibus dominus habet cognitionem & potestatem dandi iudicem? Vide latius infra in capitulo. si aliquis habet, vbi per extensum de materia iurisdictionis feudalis: & dandi iudicem, ac cognitionis causæ feudalis per extensum scribam, cum ibi proprie cadat ista materia. † Quæro, quid si dominus mandat vasallo, ut sibi firmet de iure, & assignat sibi locum suum, non tamen tutum & securum, quid agat vasallus? Et secundum Iac. de Calicio vasallus

poterit constituere procuratorem ad comparandum coram domino, & allegandum ipsum locum assignatum ad firmandum sibi esse suspectum, & ad petendum locum congruum sibi assignare ad firmandum de iure, & ad auerandum ipsam allegationem perhorrescentiæ, seu loci suspecti coram dicto: & cum isto procuratore vasallus poterit mittere procuratorem ad comparandum, & prædicta excipiendum coram domino: & dominus tunc debet assignare locum tutum, & idoneum vasallo ad firmandum. Hæc practica dicit quod colligitur in c. statutum de rescrip. & per Inno. & Ioan. Andr. in c. ij. de dila. & per Bar. in l. ij. ff. si quis cau. Tu autem adde quod dicunt Hosti. & Ioan. And. in c. ex parte. de app. vbi dicunt quod ista exceptio loci suspecti debet coram domino qui assignat locum, proponi, & eum requiri ut alius locus eidem non suspectus assignetur: etiam quod notorium sit esse suspectum. Nam notorium non excusat à propositione exceptionis, licet posset excusare à probatione veritatis. † Quæro, quis locus dicatur suspectus? Dic quod ille, in quem vasallus libere, & sine periculo ire non potest: ut est text. in d. c. ex parte. iuncta glo. in verbo, ire. vbi gloss. dicit quod debet esse sine periculo pro se, & suis: ut d. c. accedens. ut lite. non contest. & adde Ange. & Ioan. de Imol. in l. cum res. cum ibi not. per gl. ff. de le. j. & cle. pastoralis. de re iudi. in verbo Pisana. & Ang. Are. insti. de actio. §. præterea. nam perhorrescere locum iudicij, nil aliud est nisi timere. l. omnibus. de re iudi. Bal. in authen. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oport. querit Iac. Calicij in d. vsati. omnes. quid si dominus iuxta prædicta requisitus recusat assignare locum tutum ipsi vasallo, super isto articulo perhorrescentiæ, aut loci suspecti non vult assignare iudicem, nec eius cognitioni se subijcere: dicit quod tunc dicitur vasal. grauare & affligere. d. c. ex parte. & sic tanquam indebitè grauatus, & afflictus potest recurrere ad principem: ut in vsatico, similiter & si senior. quod credo verum. Et adde ad hoc quod qui non dat iudicem subdito, vel alias iustitiam denegat, opprimit: quia auferre iudicem, est auferre ius & iustitiam ut ff. de ori. iur. l. ij. §. post originem. & ibi hoc no. Bal. Crederem tamen quod si

ropterea principis non posset haberi, quia esset in remotis, & dominus procederet, quod a tali denegatione, & procedimentis posset appellari: ut est text. & ibi Hosti. & Ioan. And. in d. c. ex parte. & Archid. in c. cordi. de app. lib. vj. & in c. venerabilis. de sent. excom. eod. lib. vel saltē in hoc casu recurrere ad Gubernatorem Cataloniae t̄quam praesidē prouinciae: T̄ cum praeses de talibus oppressiōibus habeat cognitionem: ut est textus in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. praesi. & C. in quib. cau. colum. j. lib. xj. & ibi hoc not. Ioā. de Pla. & etiā not. ibi quod possunt adire quemlibet praesidem, etiam nō ordinarium ref, & est speciale in hoc casu, ut ibi dicit Ioā. contra glo. per literam tex. in l. j. & ij. eod. tit. Et de Gubernatore vidi ita multoties practitari: & sic minimē sunt mutanda, & c. l. minime. ff. de legib. Et ad praedicta adde quod etiam cum literis salui conductus non debet se sine capitalibus inimicis fidare: ut est textus in d. c. accedens. & vide Bart. in l. is. ff. de pub. iudi. & Bal. de pa. iura. fir. §. Item sacramenta. & Ange. & Ioan. de Imo. in l. de atate. ff. ad Treb. Et de ista perhorrescentia, & loco suspecto scripsi latissimē in meis additiōibus pacis & treuge, in addi. lxxxix. ¶ Quæro, an vasalli debeant firmare directum senioribus eorum mandantibus, non tamen in suo, sed alibi extra suum: Et breuiter gl. in d. vsatico, omnes determinat q̄ non: & illam sequuntur Iaco. de Monteuida. & Iaco. de Calicio. Et sic patet quod in domo conducta, vel precario concessa, non potest mādare placitum. Sed tu dic de hoc prout latius scribam in d. c. si aliquis habet: ¶ Quæro: an mandatum, quod facit senior vasallo de firmando de directo, debeat fieri in scriptis, vel sine: Et dicunt ipsi doctores quod utroque modo potest fieri: sed dicunt quod est tutior via quod postmodum per notariū faciat de eis instrumentum publicum, vide textum, & ibi canonistas in c. quoniam. extra de proba. Quærun quod spatium dierum debet in se continere dictum mandatum: Et dicunt quod debet continere spatium x. dierum. allegāt vsaticum. placitum. ibi: decem dies: & infra. in capitu. si duo vel tres. circa finem. Qualiter autem comites valuasores, ciues, & burgenses debent

firmare directum videlicet comites comiti Barchinonae, & dicti valuasores, ciues, & burgenses eorum senioribus: Et dic secundum Iacobum de Calicio in dicto vsatico: omnes, quia bene loquitur, & nil ei dem addere. ¶ Quæro, quomodo fiet istud firmamentum a dictis vasallis eorum senioribus: dicit gloss. secundum Iacobum Calicij in dicto vsatico, omnes quod satis videtur quod vasalli ex quo possident feudū, siue illud consistat in proprietatibus, siue in redditibus descendenti- bus ex proprietatibus, quod euitant satisfactionem & tarnationem pignorum, iuxta. l. sciendum. ff. qui satisda. cog. cum ibi not. per gloss. & Bartol. solum igitur vasalli hodie iuxta practicā curretem non distincta qualitate & conditione personarum & feudorū, prout hæc distinguuntur, firmant de iure senioribus suis super bonis suis pro decem solidis, & augmento, vel pro quinque solidis, & augmento, vel pro decem aureis de parēdo, seu stādo iuri ipsi senioribus suis in causa, & pro his firmiter attendendis, & complendis, obligant omnia eorū bona mobilia, &c. ¶ Forma autem ipsius iuris firme talis est secundum practicā hodie currentem. Talis firmavit ius & de iure pro decem solidis cum augmento iuris facere complementum Titio in, & super omnibus & singulis actionibus, quæstionibus, petitionibus, & demandis, quas habeat, vel habere intendat contra ipsum, & eius bona, ratione talis feudi, vel quauis ratiōe. Et promisit comparere diebus, & horis sibi assignandis, iudicio listi, & iudicatum solui, cum suis clausulis vniuersis. Et hanc iuris firmam meliorare promisit ad cognitionem talis domini, vel iudicis. Et pro praedictis omnibus & singulis attendendis obligauit omnia bona sua presentia & futura, vbi que habita, & habenda in posse notarij, seu scribæ stipulantis, & recipientis, & specialiter dictum feudum, &c. Sed quæro, an pro ista firma iuris debeant dari pignora, vel fideiussores: Et videtur quod sic: nam ista cautio est pratoria & ad sui esse desiderat fideiussores. l. pratoria. ff. de prato. stipulat. Secundo, quia quando in vsatico, si quis suum feudum, sunt ista verba, bene assicuratum: & istud verbum bene, idem est quod

quod idonee: sed verbum idonee, importat quod debet caueri cū fideiussore, vel pignore, secundum Bartol. in d. l. pratoria. Bald. in l. j. C. de procu. & Ludo. in l. diuortio. §. interdum. ff. solu. mat. Et quod istud verbum bene, importet cautionem cum fideiussore, vel pignore, facit: nā verbum Competens, de quo in text. c. solet. de sen. excom. lib. vj. significat cum fideiussore vel pignore, ut est gloss. in l. si debitori. ff. de iudic. Item facit: nam quando adijcitur verbum sufficiens, intelligitur cum fideiussore vel pignore. Ita est gloss. in c. quoniam frequenter. §. in alijs. extra ut lite non contesta. & in c. qua fronte. de appel. & in c. ex parte. de verb. sig. iij. in c. si. de pig. & in c. j. de sequest. poss. Si igitur ista verba idonee competens, vel sufficiens, importet dationem fideiussoris vel pignoris, ergo idē debet importare verbum bene appositū in dicto vsatico, si quis suum feudū, cum verba aliquid debeant operari, ut dicit Bar. in d. l. pratoria. circa fi. Tertiō hoc declarat vsatic. de omnibus nanque communibus causis. vbi habetur q̄ directum debet formari per plures, id est fideiussores, vel pignora. In contrarium facit constitutio Regis Iacobi ij. in ij. curia Barchinonae. c. xxij. Item quod omnis firma, vbi habetur quod cum fideiussoribus vel pignoribus nō firmatur, nisi pro pace & treuga, vel batallia, & sic tanquam ius posterius & illi gratius standum est ei, secundum Inn. in c. j. de rescri. Itē quia ibi est dictio omnis, & sic æquipollet vniuersali: nam qui totum dicit, nil excludit. l. a procuratore. C. mand. sed ibi illa dictio restringitur per ipsammet cōstitutionem in firmis iuris, quæ fiunt quando firmatum est de iure in posse domini regis procuratoris, vel officialium suorum: hic verō quando firmatum est de iure in posse domini directi ipsius feudi: & sic cū ipsa constitutio sit stricti iuris, secundum Bar. in l. constitutos. ff. ad muni. ergo non recipit extensionem ad alias personas, in posse quarum firmetur de iure, quam ibi expressas, secundum Bartol. in l. non quali. ff. rem pup. fal. fo. Tu igitur concludēter dicas quod licet prima pars sit de iure verior, attamen secūda est communior, quā sequuntur doctores practici, & signanter Iac. de Calicio, & Thomas Miles in d.

vsatico, omnes. Et sic non recedas in iudicando & consulendo a communi opinione, præterquam in diocesi Gerūdenfi, vbi est cōsuetudo tenoris sequentis. Si feudatari⁹, ut comes, vicecomes, vel miles firmet ius in posse domini ratione apprehensa potestatis, vel emparamenti feudi, sufficit dare fideiussorem vnum militem quātuncunque inopem: & dominus eum non potest recusare. ¶ Quæro secundum eundem Iacobū de Calicio in dicto vsatico, omnes, an si dominus nolit a vasallo firmantiam accipere, ideo velit ipsi firmantiam renuntiare, nunquid est compellendus ipsam firmantiam recipere: Et dicit ipse Iaco. quod glo. ibi dicit quod nō. quod dictum Iaco. limitatur, si dominus velit remittere vasallo mandatum de firmando directum eidem vasallo factum: aliās si nollet mandatum de firmando directum reuocare, vel firmantiam accipere, videtur vasallū iniuste affligere, ut in vsat. similiter, & vasallus posset eo casu recurrere ad ipsum vsaticum, & eius remediū. Si autem vult mandatum de firmando directū reuocare, & ab eo desistere, hoc facere potest dominus: quia in iudicijs semper potest desistere quousq̄ libellum suū ediderit, seu actionem suam proposuerit: ut in authen. qui semel. C. quo. & quando.

Quæro, quid si plures castellani sunt in castro, qui sunt locati de ipso castro, nunquid habebitur respectus ad eos secundum quod ipsi possident, & habent in ipso castro, an firmare debeat directum primus vasallus domino, & non solum pro factis suis pro ipso castro, sed etiā pro factis aliorum vasallorum inferiorum: Et glo. dicit quod omnibus vasallis inferioribus vasallus primus pro ipso castro habet de iure firmare. Et est ratio, quia primus vasallus videtur possidere ipsum castrum, cum alij inferiores vasalli nomine suo ipsum possident. Et pro ista determinatione est casus expressus. j. c. si duo vel tres vel plures vasalli. Facit ad hoc no. per Bald. de prohi. feu. ali. per Fred. §. insuper. Formam requisitionis firmandi de directo, vide per Iac. Calicij in vsatico, omnes homines. & ibi etiā vide formam firmandi. de iure secundum eum. Verū quia in dicto vsatico, magnates, dicitur quod si magnates cōtenderint firmare directum.

47 Quæro igitur, † qualiter vasalli videantur contendere firmare directum pro feudo eorum dominis? Ad quod Iac. Calicij in dicto vsatico, respondet, quod eo ipso quod ipsi vasalli allegant defensiones, iuxta istud. c. vel alias frustrationes, aut ambages, curad firmandum de directo eorum dominis pro ipso feudo nō teneantur. Nā tunc dictas defensiones & frustrationes allegando vasalli dicuntur contendere firmare directum eorum dominis pro ipso feudo, argu. l. ij. C. qui pot. in pig. ha. cum alijs per eum allegatis. & etiam quando expresse contradicunt firmare directum, dicendo quod nolunt, vel non debent firmare directum, videntur contendere firmare directum. Item quando requisiti fuerint contumaces in non firmando de iure in loco, & prout dominus mandauerit, iuxta vsaticū, omnes homines firmare debent: quia satis est quod intra terminum non firmavit ius, quia tacuit, & contumaciter renuit cōparere, & stare iuri: nā contra contumacem potest perueniri ad sententiam. Bartol. in authen. si omnes. C. si se ab hæ. absti. Constat enim de contumacia vasalli in non firmando de iure, eo ipso quo ipse fuit requisitus, & non comparet, vel non misit procuratorem, secundū eum in feu. de mi. val. qui cōtu. vbi latē de hoc.

48 † Contēdere enim est contradicere firmare directum: & contradicere est facere cōtrarium eius, quod facere tenetur. Vide in vsatico, si quis contradixerit. & ibi Iacob. de Calicio. Vel dic quod contendere est impugnatio veritatis agnitæ cum fiducia clamoris, secundū Archi. de pœn. dist. ij. c. j. Vel dic, & melius, quod contendere accipitur pro quæstione, vel litigio. Ita accipitur in cōstitutione regis Petri secundij, in curia Barchinonæ. c. lv. vbi dicit quod dominus Rex non debet emere res in contentione positas. Et ita habet vulgare, quod verbum contentio accipitur pro litigio: & in expositione verborum debet attendi vsus, & consuetudo, secundū Bal. de capi. qui cur. ven. Et secundū hoc quotiescunque vasallus de facto facit, aut mouet litigium domino, videtur sibi contendere firmare directum: argum. ad hoc quod dico de facto mouet litigiū per glo. in c. pro illorum. de præc. In verbo. cōtradictores. Et ibi doctores. de isto verbo

contradictio. j. in c. consuetudo. ij. & in c. cautū. facit ad hoc quod dicit Bald. quod contradicens dicitur, quia in contrarium supplicat. Vide eum in l. si quis maior. C. de transact. Nec ista friuola contradictio potest impedire procedimentum dicti vsatici: quoniam illicita contradictio habetur pro non contradicente, vt dicit Ludo. in l. si cum dotem. §. si pater. ff. solu. mat. In tantum quod dominus potest denegare audientiam vasallo suo frustratorie, & calumniose excipienti, secundū not. per Bal. in l. peremptorias. C. sent. rescin. non pos. vbi dicit quod iudex potest denegare audientiam calumniose excipienti. Nec ex hoc posset recurrere ad beneficium vsatici, similiter & si senior. quia non videtur afflictus; qui tales opponit defensiones. Adde Guliel. de Vallecha in vsatic. magnates. in verbo, firmare directū. vbi dicit. Non interdum contradicatur, seu denegatur firma, & habet locum ipse vsaticus, interdum potestas, & habet locum vsaticus, si quis contradixerit. Interdum hostis, vel caualcata, & habet locū vsaticus, qui fallerit. Interdum cōtradicitur iuuamen, & habet locum vsaticus, qui viderit, & vsaticus, qui seniores. Et prædicta in non faciendo: in faciendo verò interdum offenditur dominus, & habet locum vsaticus, qui traductus, & vsaticus, qui seniores. & vsaticus, qui se sciente. † Quæro, si vasallus non cōtendit, seu contradicit firmare directū domino, ideo requisitus firmat eidem domino directum, sed facta firma iuris recusat comparere corā paribus aut iudicibus per dominum assignatis super causa exinde intentata ratione requisitionis firmamenti directi, aut præstationis ipsius firmamenti directi, vel obtemperare eorū assignationibus & iusionibus suis, nunquid locus erit procedimento dicti vsatici, magnates? Et dicit Iac. Calicij quod sic. Facit ad hoc quod superius dixi de contumacia in præcedenti. q. Et quod dicit Bal. in l. scimus. C. de iudi. vbi dicit quod contumax est triplex, inter quos quando reus citatus venit, & stetit, sed non vult respondere: & alius est quia venit, & illicitatus recessit. Nam dicit Specu. in titu. de contu. §. j. ver. ij. quod citatus, qui venit, nō debet recedere intempestiue, siue illicitatus. Quærit etiam idem Iac. qualiter vasalli

vasalli videntur contendere firmare directum senioribus suis, sicut eis facere debent. Ad quod Iacob. Calicij respondet quod tunc demum si contendunt firmare directum senioribus eorum iuxta formam traditam in vsatico, omnes homines. Et iuxta practicam hodie occurrētem, & per dictum Iaco. ibi, & per me superius descriptam, & ad illam formam dictus vsaticus, magnates se refert: alius nō videretur per vasallum domino directo firmatum sicut facere debet, si non firmaretur de directo iuxta ipsam formam, per l. quoties. ff. qui satis. cog. † Quæro iuxta text. ibi dum dicit quod vasallus tenetur dare potestatem de castro, vel firmare directum, nulla obstante exceptione; quid si dominus est eiectus à pace & treuga, nunquid vasallus requisitus ab eo tenetur sibi tradere potestatem castri, vel firmare directum? Et videtur quod sic: quia nulla exceptio admittitur, vt hic est textus, & in vsatico, potestatem. vbi est dictio nullo modo: quæ dictio est vniuersalis negatiua. & sicut dictio vniuersalis affirmatiua omnia affirmādo includit, ita dictio vniuersalis negatiua omnia negando excludit, vt not. per Ioan. And. in c. j. de regu. iur. lib. vj. Et pro hoc vide not. in cle. hi. qui. de æta. & quali. in verbo, nullo modo. vbi istud verbum negatiue vniuersaliter positum omnem exceptionem tollit. In contrarium facit, quia eiectus à pace & treuga, est sub acuydamēto domini regis, vt in constitutione diuinarum. circa finem ibi, nō habebit meū amorem, sub acuydamēto meo erit: & in constitutione. si quis de magnatibus. ibi: tenēt pro se & acuydamēto. Et in pragmatice regis Petri data Parpiniani vj. die decēbris anno à natiuitate domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto. Et facit textus cum ibi not. per Iac. de Monteud. in vsat. autoritate & rogatu. Quid dicendum? Credo vltimam partem fore veram. Nam sicut eiectus à pace & treuga comparatur relegato, vt dicit Iacob. Calicij in xxiiij. dubio. §. sed quæro cui comparetur. ita & bannitus iuxta statuta Italiae, illi comparatur, vt dicunt Freder. de sta. & Ang. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad trebel. & Bar. in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capit. dimi. & in l. j. C. de hære. instit. & in q. per eum disputata: sed bannito nō est tradenda potestas,

vt dixi superius in tertia oppositione. & cōsequenter neq; eiecto, æquiparando eiectū ipsi bannito, per supra dicta, & per ea, quæ scripsi in meis additionibus pacis & treuge: in addi. xj. & in addi. lxxvj. Nec obsit̄ tex. istius c. & tex. vsatici, in verbo nullo modo. & iura alia superius in prima parte allegata: † quia ad hoc quod vasallus teneatur tradere potestatem domino, requiritur quod dominus sit habilis. Recipiunt ergo dicta iura interpretationem de habilitate, vt est text. in l. vt gradatim. ff. de mune. & hono. Lex enim, vel statutum quātuncunq; generaliter loquens, patitur limitationē de habilitate, secundū Bart. & Io. de Imo. in l. j. ff. de noui oper. nun. §. nuntiatio. & Ange. de Are. Instit. de actio. §. in personam. Cum igitur propter dictam eiectionem sit inhabilis, per iura supra in secunda parte allegata: ergo non est sibi tradenda potestas, nec est firmadum sibi de iure. Facit, quia si per statutum prohibitum est quod nullæ opponantur exceptiones, potest opponi contra agentem quod est bannitus, secundū Angelum Are. in l. j. ff. à qui. app. lit. & ibi Io. de Imo. & adde Bart. in l. ij. C. de edic. diui Adria. tollen. facit etiā ad hoc, quia omnis exceptio per quam remouetur altera de tribus personis principalibus iudicij, impedit processum, secundū Bal. in l. exceptio. nem. C. de proba. † Quæro, quid si dominus est excommunicatus, nunquid vasallus tenetur sibi tradere potestatem, vel firmare sibi directū? Et videtur quod sic: quia hic text. dicit, non obstante aliqua exceptione. & in tex. dicti vsatici. potestatem. est verbum. Nullo modo, quod est vniuersale negatiuum, vt dixi superius in proxima q. igitur ipsa excommunicatio non impedit traditionem potestatis, vel firmamentum de directo. Item quia actus extraiudiciales non interdiciuntur excommunicatis, secundū Innocē. in c. veritatis. de do. & cōtu. & Ang. aret. insti. de capi. dimi. §. minor. In contrarium facit in feu. hic finit lex Fred. deinde incip. constit. feu. & ibi Bald. vbi habetur quod si dominus est excommunicatus, vasallus non tenetur eum iuuare: ergo à simili nec sibi potestatem tradere, vel firmare de directo, procedendo de similibus ad similia: quod argu. locū habet in feudis: vt est tex. & ibi Bald. in feud. de feu. cog. & Iaco. de Calicio in vsatico, magnates.

54 gnates. † Prætereà si statuto cauetur q̄ nulla admittatur exceptio, potest opponi quòd est excōmunicatus, secundum Angel. Aret. vbi supra. Facit ad hoc, quia excōmunicatus æquiparatur relegato, vt est gloss. in c. pastoralis. §. verum. extra de appel. Item æquiparatur deportato, vt est glo. insti. de capi. dimi. §. media. Item æquiparatur bannito secundum Bal. in l. j. c. de hære. insti. vbi dicit quòd sicut excōmunicatio deijcit hominem ab omni communicatione, ita bannum deijcit interim hominem ab omni bono publico. Et hanc æquiparationem de excōmunicato ad bannitū facit Lu. in l. possideri. §. si seruus. ff. de acqui. pos. licet Bal. non alleget. Sed Ang. in disputatiōe incipiēti, duo sunt litigantes: concludit q̄ excōmunicati sunt quædam species hominum damnatorum per se, ita quòd propriè non æquiparantur relegatis, nec deportatis: sed in his, in quibus habent conformitatem cū deportatis, deportati censentur: & idem in relegatis: sed relegatis, deportatis, aut bannitis non esset tradenda potestas, aut firmandum de iure, cum sint inhabiles, & incapaces, meritò nec excōmunicatis, tenendo æquiparationes gloss. Bal. & Ludo. in locis præallegatis. Adde gloss. xj. q. ij. c. qui multos. vbi dicit quòd filius emancipatus tenetur euitare patrē excōmunicatum. Quid igitur est dicendum? Reperio Thomam Mieres tenere primā partem in vsatico, magnates. allegando dictum Inno. in c. veritatis. quòd facit cōtra eum, si bene intelligatur, vt dicam infra. Ego verò teneo contrarium, & credo vltimam partem esse veram, per iura ibi allegata. Et ita tenet Iaco. Calicij in vsatico, omnes homines. in ij. opposi. Nec obstat iura in contrarium allegata, quia speciale est in hoc casu propter cōmunionem euitandam: quia excōmunicatus vitari debet, vt extra de senten. excommu. c. cum non ab homine. & c. cum desideres. & nec iudicialiter, nec extraiudicialiter ab eis cōmunionem, aut participium haberi debet, reparticipentur in excōmunicatione: quia qui cum excōmunicato scienter comunicat, excōmunicationis pœnam contrahit cum eodem, de sen. excommu. cum desideres. in si. j. rñsi. intantū quòd non potest fieri per constitutionem, aut statutum

quin excōmunicati vitentur, secundum Archid. in c. vt animarum. in verbo, promulgatur. de constit. lib. vj. & de sentē. excommuni. c. statuimus. el. j. in verbo alijs constitut. xij. q. ij. c. si is. Nam lex positua non excusat in foro pœnitentiæ, secundum Bald. in l. cum quis. c. de iur. & fact. igno. quia licet dicatur quòd lex ciuiliis sit pars legis diuinae, secundum Bald. in prælud. feu. not. in cle. ne cler. vel mo. c. super specula. Et ideo in foro conscientia sint leges seruandæ, attamen si inducerēt peccatum, vt hîc, secus secundum Bald. in proœm. feudorum. † Communicare enim cū ligato maiori excōmunicatione, est peccatum mortale. extra quòd vi. met. cau. c. sacris. Nec aliqua constitutio, aut consuetudo excusat aliquē in mortali. extra de cō. sang. & affi. non debet. & de consue. c. vltimo. Non enim seruanda est lex, quæ est contra salutem animæ, secundum Inno. in c. plerique. de immu. eccle. text. autem legis tunc debet seruari, quando non sumus in materia peccati, secundum Ang. Aret. Inst. de excep. §. prætereà. deinde illa cōsuetudo dicitur iniusta, quæ contradicit iuri diuino, naturali, vel gentiū: quia tunc non dicitur consuetudo, sed vsurpatio, secundum Ange. in l. iniuriarum. §. si quis. ff. de iniur. Sed si intelligeretur quòd etiam excōmunicatis tradi haberet potestas, aut firmari de directo, & quòd ipsa exceptio opponi non posset, esset cōtra ius diuinū, induceretq̄ peccatum. Igitur non valet. Prædicta autē habent locum, quandiu dominus est excōmunicatus. Nam ipso absoluto omnia recuperat: quia excōmunicatio non liberat vasallū à vasallagio, & fidelitate, sed suspendit, secundum Bal. in feu. hîc si. lex Fre. deinde inci. cōsue. Reg. Nec obstat. quòd dicitur quòd actus extraiudiciales non interduntur excōmunicatis, secundum Innoc. in d. c. veritatis. Nam idem Innoc. ibi in propria materia, & etiam Host. & Ioan. And. dicunt q̄ pendente excōmunicatione suspendunt effectus fidelitatis: & sic opinio Thomæ Mieres fundans se super dicto Inno. non est vera, cum faciat dictum Inno. in cōtrarium. Et pro hoc facit quòd dicit gloss. & Bal. in feu. per quos fiat inuest. §. nulla. vbi

55 † dicit q̄ statim q̄ dñs perdit famam, putata quia est excōmunicatus, potest ei sub-

trahi

trahi fidelitas: quia fidelitas pariter cum fama domini finitur, tamen pariter cum fama domini restituitur. Et istud sequitur Iaco. de mōteuid. in vsatico, potestatem. & ibi Thomas Mieres. Nec obstant huiusmodi. c. & dictum vsatic. potestatem. quia recipiunt interpretationē de habilitate, vt dixi superius in proxima dicta q. Quæro, nunquid sint alij casus, propter quos possit quis excipere in non tradendo potestatem de castro? Et credo quòd sic, vt puta si dominus obligauerit eam vasallo ad tempus, vel ad in perpetuum, vel si vasallo fuerit remissa per dñm, secundum Bertrandum de Ceua in vsatico, potestatem. & Gul. de Valleli. ibi, qui addidit quòd aliqui ponunt tertium casum, si non fuisset per vasallum præstitum homagium domino tempore, quo fuit potestas petita. Sed istud vltimum non credit verū per ea, quæ ibi dixit in vij. q. & credo q̄ bene, vt in hoc c. inferius dicam, & j. c. castellanus.

Vide supra
in d. rñsi.
no 58.
in pagin.

57 † Quæro, nunquid vasallus possit excipere de damnis datis sibi per dominum? Et videtur quòd non aliquo modo: quia istæ petitiones generales sunt, & de fide agitur, & nullo modo potest domino contradici, vt in vsatico, potestatem. & in hac consuetudine. Quæro, an vasallus teneatur dare castri potestatem, vel firmare directum domino, si nondum præstitit homagium domino ratione feudi castri? Et secundum Iacob. Calicij in vsatico, si quis contradixerit: quòd non: quia non dicitur vasallus, qui possidet feudum, donec fecerit homagium. Et super hoc vide quæ superius dixi. Ex quo debes notare quòd antequam quis teneatur tradere potestatem, habet constare de duobus. Primò q̄ petens eam sit dominus. Secundò quòd ille, à quo petitur, sit immediatus vasallus. Et hoc sequitur Thomas Mieres in in d. vsatico, si quis contradixerit. probatur in c. vasallus, siue castellanus. j. ibi sufficit quòd iste sit dominus, qui petit, & ille sit castellanus, siue vasallus à quo petitur. & ibi, q̄ constet per publicum instrumentum super hoc inde confectum. & ibi: ex quo publicum instrumentū inde apparet, per quod constat quòd petens est dominus, & a quo petitur sit castellanus, siue vasallus. Sed contra opinionem Iaco. de Calicio facit tex. j. in c. si vasallus vel castella-

nus. §. si verò. circa finē. & j. c. & finitis. verfed antequam reddat. vbi tex. innuit quòd potestas castri datur ante præstationem homagij. Nam dicitur ibi quòd si filius, qui habet feudum ex hereditamento, vel donatione paternis, tenetur facere homagium domino castri, siue feudi, & si nō fecerit, & propter hoc castrum, siue feudum apprehenderit, & c. Item dicitur in text. & finitis. q̄ antequam reddat dominus castrum vasallo, poterit dominus petere ab ipso vasallo quòd faciat sibi homagium si nōdum fecerit, & c. ergo innuit tex. quòd potestas tradenda est, etiam si homagium non sit præstitum. In contrarium facit gl. in vsatico. tutores, vel baiuli. In glo. arg. est hîc, & c. vbi dicitur quòd prius debet fieri homagium, quam detur castri potestas. & sic dicit quòd sic habet cōsuetudo. Quid igitur est dicendum. vide Guil. de Valleli. cha in vsatico, potestatem. vbi sic inquit.

58 † Sed quaritur, an vasallus ante præstitum domino homagium pro feudo, teneatur requisitus tradere potestatem? Et videtur quòd nō, vt in hoc vsatico, cum ibi no. in glo. & in vsat. tutores. glo. manibus. Sed veritas se habet in contrarium, vt in c. vasallus, siue castellanus. in comme. Petr. Alber. quoniam forefactura per talē vasallum potest contra dñm cōmitti: & bausia cadit in ipso, vt alleg. c. si vasallus. & est c. xxvij. quoniam propter recognitionem domini petitur potestas, vt not. in vsat. magnates. per Iaco. de mōteuid. ergo adhuc non præstitit vasallus domino sacramentum, & homagium. Et pro hoc faciūt no. per Hostiē. in lectura in c. intellecto. extra de iure iurā. cum natura feudi obliget possidentem: vt c. veritatis. extra de iure iur. cū ibi not. & c. presbyterum. xxvij. dist. cum gl. & vide not. supra in vsatico, magnates. q. v. G. Tu adde q̄ potestas afficit feudū, sicut seruitus afficit rem, argu. ff. de seruit. rusti. præd. l. via. §. si fundus. & Bal. in feu. de prohi. feu. al. per Frede. c. j. §. illud. in j. q. de hoc ego latius scribam in dictis capitulis vbi melius cadit quam hîc. & adde pro decisione huius quæstionis quæ scribam. j. in c. castellanus. in q. quæro iuxta

59 tex. de qua re. † Quæro, si dominus potest apprehendere feuda. existentia extra terminum ipsius castri. & Iacob. de Calli. in vsatico, si quis cōtradixerit. dicit quòd in

in casu ipsius vsatici: quod sic, dummodo ipsa feuda sint dependentia ex ipso castro. Et hoc probat litera, quae dicit, per ipsum castrum: quasi diceret, secus de alijs feudis, quae sunt principaliter, & per se, nec dependent ab ipso castro. Et illud sequitur Thomas Mieres ibi, & bene. Nam dicta feuda veniunt ex consequentia, & tanquam accessorium sequuntur principale, per regulam, accessorium. & quia de connexis idem est iudicium. ff. de mino. l. etiam. Oldra. in consilio xxvij. Statutum enim in vno connexorum, intelligitur etiam in alio, secundum Gem. in c. eos. §. clericis. de elect. lib. vj. Ludou. in l. si vero. §. de viro. ff. sol. mat. xliij. fallē. vers. xj. vide quae latius de hoc scribam.

60 j. c. si autē. in j. q. ¶ Quæro, an dominus tenendo castrum faciat fructus suos? Et Iacob. de Callicio in dicto vsatico, si quis contradixerit: tenet quod sic in casu ipsius vsatici. Et idem Iaco. de Monteud. pro hoc facit j. c. si castellanus. & c. consuetudo. circa si. vbi est tex. quod dominus non tenetur restituere ea, quae habuit de feudo. vide dictos Iacob. de monteud. & Iaco. Calicij in vsatico, si quis suum feudum. vbi late examinant istum passum, & concludunt pro ista parte. Et pro ista parte facit, quia dominus est bonae fidei possessor, cum possideat lege feudali permittente: & sic eo ipso quod fructus sunt separati à solo, pertinent, & efficiuntur ipsius domini, tanquam bonae fidei possessoris, secundum Ange. in l. ex diuerso. ff. de rei vendi. facit etiā ad hoc, quia omnis dilatio concedit fructus possessori, secundum Bal. in feud. de feud. da. mi. Iste enim dominus eosdem recipit iure suo dilatione pendente, id est, interim, donec vasallus fecerit quae in dicta consuetudine continentur. Et est regula, quod ille qui gratia sui recipit fructus, eos non restituit, sed facit illos suos proprios, secundum Bald. vbi supra. alleg. ff. ad Treb. l. postulate. sed hic dominus iure suo ac gratia sui illos recipit, quia nomine suo possidet: igitur eos suos facit. Et vide super hoc Bald. in feud. qui feud. ali. pos. §. marchio. vbi dicit quod ciuilibis acquisitio est, fieri dominum fructuum. de acquiren. pos. l. iij. §. ex contrario. In glo. ordin. vide quae scribam in d. c. si castellanus. & in c. si domino. in iij. opposi. cū seq.

61 ¶ Sed quæro, an dominus indistincte lucretur fructus, an solum industriales?

Et dic quod solum industriales: naturales vero restituere tenetur, quatenus factus est locupletior, secundum Bar. & Ang. in l. ex diuerso. ff. de rei vendi. & Angel. in l. item veniunt. §. fructus. ff. de peti. hered. In contrarium facit textus dicti c. si castellanus. & c. consuetudo. qui generaliter loquitur, & sic generaliter debent intelligi, vt in l. j. §. generaliter. ff. de leg. praest. & Ludo. in l. si vero. §. de viro. ff. sol. mat. Nec ipse consuetudines distinguunt, nec nos distinguere debemus: vt l. de pretio. ff. de publi. Preterea ipsae consuetudines indefinite loquuntur: & sic ipsa indefinita aequipollet vniuersali, secundum Dynum, & Ioā. And. in regula. j. de regu. iur. lib. vj. Barto. eo. titu. l. j. tex. glo. Dy. & Barto. in l. si pluribus. ff. de lega. ij. Barto. in l. qui adificium. ff. de ser. vba. praed. & gloss. & Gem. in c. vt circa. de elec. lib. vj. Quid igitur est dicendum profecto super his vellem videre decisionem Casaream: quia forte prima pars est vera de rigore iuris, sed in practica secunda pars seruatur, & seruari vidi, sic quod non fit distinctio, an sit locupletior vel ne, sed omnes indistincte retinentur: & sic minime sunt mutanda, & c. l. minime. ff. de legi.

63 ¶ Quæro, qualiter vasallus videatur contradicere potestati castri domino suo? Et secundum Iac. Calicij in vsatico, si quis contradixerit. quando vero vasallus denegat domino tradere potestatem, dicens, nolo tradere, vel non tradam, vel similia verba in effectu. Item factio contradicit, cum videns dominum venientem claudit ostium, & requisitus non vult aperire ianuam: vel quando de facto prohibet, vel non permittit dominum ingredi castrum: quia non refert an verbis, vel factis potestatis contradictio fiat, vel exprimat: vt l. certum. & l. non codicillum. C. de testa. & xj. q. iij. c. aestimāt. Tu autem assume istam regulam, quod quotiescumque vasallus facit actum contrarium traditioni potestatis, dicitur contradicere: argu. notatorum per Bald. in l. si quis maior. C. de trasac. & que not. in gl. in c. pro illorum. de praeben. In verbo, contradictores. sed quo ad clausuram ostiorum nota, quod dominus potest autoritate propria illa aperire, secundum Innoc. in c. j. de immu. eccle. & Bald. in feud. de feud. suc.

Sed quæro secundum G. de Vallelcha in vsatico, potestatem, quid si potestas petitur,

titur, & vasallus contumaciter renuit eam tradere, & minus coram domino comparere, faciendo iuris firmam in posse eius, nunquid dominus poterit dānificare guarificando, seu aliās vasallum suum? Et ipse G. dicit quod sic, nec requiritur acuidamentum in hoc casu: quia promissum est domino suum ius potestatis manu militari tueri. Et pro hoc facit dictum Inno. in c. olim. ver. item quilibet si habet iurisdictionem. extra de restit. spol. & ita dicit quod se habet consuetudo Cathalonie. Et idem viceversa si tradita potestas fuerit integra, & lapsis decem diebus dominus renuat eā reddere, & minus firmam iuris in posse suo oblatam per vasallum recipere, potest vasallus dominum sine acuidamento guarificare, iuxta not. in vsatico, cunctum malū. & vsat. omnes homines. de hoc latius scribam j. c. & finitis. Et adde ipsum G. in vsatico, cunctum malum. ¶ Quæro, an in casu si quis contradixerit vasallus, post contradictionem, & ante potestatis apprehensionem possit moram purgare? Et secundum Iaco. Calicij ibi, dic quod sic, resarcitis expensis, & damnis, per not. in vsatico, magnates. Tu adde quod ultra restitutionem expensarum & damnorum, tenetur prestare cautionem, de qua in dicto vsatico, & tunc credo quod mora potest purgari. Nam facta dicta restitutione, & praestita ipsa cautioe pauca est ipsa mora, & pauca mora non nocet. gloss. in l. si cum in lege. §. colonus. ff. loca. Et semper de equitate canonica admittitur purgatio morae. c. tuam. de poenis. Hostien. in Sum. de arbit. §. qualiter. vers. sed nunquid. & Bal. in l. si pacto quo poenam. C. de pact. & in feudis si ius ciuile discrepat à iure canonico, seruatur cano. Bald. de prohib. feu. ali. per Fredericum. §. praeterea. Et quotiescumque non habemus in feudis iura specialia, sequi debemus ius commune, secundum Bald. de natu. feud. Quæro iuxta textum. ibi dum dicit, dicitur quod contra ea, quae fidelitatem requirunt, & bausia sequitur, non admittitur defensio: ¶ quae sunt ergo illa, quae requirunt fidelitatem? Et dic quod feudum. Nam feudi natura est, quod regulariter requirit fidelitatem, intantum quod vasallus, qui tenet feudum à dño, tenetur sibi de fidelitate: quia feudum dicitur à fidelitate, siue fide, vt est tex. & ibi Bald.

in feud. per quos fiat inuest. §. nulla. & quid praec. deb. inuest. & in praelu. feu. Omne enim feudum regulariter, vt dixi, est cū iuramento fidelitatis, secundum Petr. Iacob. in libel. de ead. conditio. ex more. pro feu. & de cau. ex qui. do. de. amit. propria. §. ix. vbi dicit, nisi ex pacto acquisitum sit, vt sine iuramento fieri habeat. Tamen siue feudum sit cum iuramento, siue non, semper debetur à vasallo fidelitas domino, aliās amitteret feudum, vt ibi dicit Petr. Iacob. & probatur infra c. consuetudo. §. Item est consuetudo, quod pro valente. Tu vide G. de Vallelcha, in lectura sua in vsatico, si quis suum feudum, vbi sic inquit. Nota ex hoc vsatico, quod de natura feudi est fidelitatem & homagium facere, & seruitiū, & potestatem dare, si est, vel fuit fortalitiū, nisi per sententiam, vel pactum, seu aliās de contrario apparet: vt infra c. consuetudo. §. item est. & adde Ioan. Andre. in addit. Specu. vbi dicit quod in feudis possunt apponi pacta contra naturam feudi, vt puta quod iuramentum fidelitatis non praestetur. Et pari modo, à domino debetur vasallo fidelitas, licet eam non iuret, secundum eundem Petr. Iaco. ibi. Nam eandem fidelitatem debet dominus vasallo, quā vasallus dño, secundum Spec. tit. de feu. & 66 est tex. j. c. licet. ¶ Omnes enim vasalli tenentur domino ad fidelitatem, secundum Bald. de prohi. feu. ali. per Fred. §. praeterea ducatus. Et bene dixi, quod regulariter omne feudum est cum iuramento fidelitatis. Et pro hoc c. dño vasalli. j. & quae ibi dixi: quia fallit quādo concessum est vt de eo nulla fidelitas praestetur, vt dixi: quia isto modo potest concedi feudum secundum Hosti. in Sum. tit. de feu. §. vnde. Et §. qualiter. & ibi quod dicatur feudum sine fidelitate: & vide Petr. Iacob. de cau. ex quib. do. debet amit. propria. §. ix. distinct. vbi dicit quod feudum aliud cum sacramento fidelitatis, & aliud non. Innuit ergo, quod sine sacramento fidelitatis potest esse feudum. Et facit text. & ibi Bald. quae fuit prima causa benefic. amit. §. est. Secundò fallit, quando feudum est tenue: quia occasioe illius vasallus fidelitatem praestare non tenetur secundum Lud. in l. si vero. §. de viro. ff. sol. mat. in xij. fal. len. vers. quinto. & in feu. per quos fiat inuesti. §. nulla. & de hoc est textus, infra c. consuetudo. lo iij. §. item est vsus Catha.

loniæ. vbi dicitur quod pro feudo valere viginti solidos, vel minus miles homagium militi facere non tenetur, nisi consuetudo vel conuenientia ipsius feudi exigeret contrarium. Aliam fallentiam dedi in dicto c. domino. in fine. **Quæro, quid sit fidelitas?** Et dico quod est sacramentum, quod vasallus præstare tenetur domino suo, secundum Hosti. in feud. in Summa. §. quid sit fidelitas. Vide Bald. per quos fiat inuestitu. §. nulla. Vel dic quod fidelitas est, cum quis alteri iurat quod sibi fidelis erit: vel cum quis alteri fidelitatem promittit iurando, vt in feud. qua. vas. de iura. fide. domino. c. vnico. §. si verò. & per Ioan. Andr. & Anto. de Buttr. extra de sumo. c. ex diligenti. Quæ autem contineatur sub fidelitate, habes xxij. q. v. de forma. Et quæ sit differentia inter iuramentum & fidelitatem, vide Ioan. Andr. in d. c. si diligenti. & in c. j. §. verum. de sta. regu. lib. vj. & vide Gul. de monte Lau. in cle. pastoralis. §. denique. de re iudica. **Quæro, qualiter vasallus iurare debeat domino fidelitatē.** vide in feud. qua. vasallus iura. deb. do. fi. & de for. fid. & de no. for. fid. & vbiq. Bal. & xxij. q. v. c. de forma. & Bal. per quos fi. inuest. §. nulla. **¶ Quæro, qui sunt illi qui iurare teneantur fidelitatem?** Et dic quod omnes homines à vicecomitibus vsque ad inferiores milites eorum honorem, id est, feudum habentes, debent ad potestatem, id est, comitem Barchinonæ: quia loquitur in singulari iurare fidelitatem, vt est text. in v. fatico, omnes homines, per quem text. fundatur in Cathalonia quod omnes vasalli feudum tenentes pro illo feudo regulariter fidelitatem præstare tenentur. Fallit vt superius dixi. Et vide quæ latius de hoc scribam infra. c. duplex. **Quæro, an dictum v. faticum comprehendat comites, duces, vel marchiones, quæ sunt dignitates Regiæ, secundum Bal. de feu. March. quia dictus v. faticus solum facit mentionem de vicecomitibus, & alijs inferioribus?** Et dic quod sic, si tenent feudum à domino Rege. Nam omnis qui tenet feudum ab eo, sibi fidelitatem iurare tenetur, cum illa sit natura feudi: vt superius dixi. Et ita fecit Rex Maioricarum, qui pro dicto regno, quod in feudum tenebat pro domino rege, præstitit iuramentum fidelitatis dicto domino Regi: & etiam prælati, & religio-

si, vel alij clerici tenentes honores, siue feuda pro domino Rege, sibi fidelitatem præstare tenentur: vt in c. intellecto. de iureiur. **¶ Sed quæro, an subditus ratione iurisdictionis debeat iurare fidelitatem?** & Bal. in feu. quali. iur. de domino vasallus. dicit quod sic: nam subditi debent iurare fidelitatem illi, sub cuius iurisdictione sunt, secundum Petr. Iaco. in dicta ix. distinct. vide Baldum, de pac. Constantiæ. in verbo, vasalli nostri. vbi dicit quod omnes vasalli tenentur iurare fidelitatem principi. quod intellige, dum tamē iurauerit libertates & constitutiones Cathalonie: vt est text. in capi. item quod eorum successores in secunda curia Barchinonæ Regis Iacobi secundi. Et Hostien. in Summa de feu. §. quid sit fidelitas. versic. sin autem domesticus. Adde G. de Valesicha. in dicto v. fatico, omnes homines. vbi querit, sed nūquid homines, in quibus aliquis habet simplicem iurisdictionem, teneantur dicto domino habenti iurisdictionem, sacramentū fidelitatis præstare? Et dicit quod sic. Et pro hoc facit not. per Hosti. in dicto versic. sin autem domesticus. ibi: sed quia sub iurisdictione. Et ita fuit determinatum: vt ipse refert in hominib. balneolarū, in quibus Abbas habet simplicem iurisdictionem, & in causa Bernar. de friano militis contra homines villæ de Armenteriano. adde quæ dicam infra capitulo si aliqui.

Sed nunquid homo alicuius tenetur facere sacramentum fidelitatis domino castri, vel loci, habenti in eo iurisdictionem ratione domicilij, quod fouet in eodem castro? Et dicit idem Guliel. quod sic: vt ex prædictis apparet. Et pro hoc facit, secundum eum. l. non videtur. §. qui iussu. ff. de regu. iur. & in feud. quali. vasal. iura. deb. c. primo in fine. Adde quæ scribam infra c. habito. circa finem. & in capit. nullus. circa finem. De triplici iuramento, & quæ persone debent præstare fidelitatem, Bald. in dicto titulo quali. iura. deb. domino si. vide quæ super hoc scribam infra cap. si aliqui alodiarij. in prima oppo. **¶ Vnum tamen nota, quod si vasallus fidelitatem non iurauit, non eligitur pro pari, nec eligitur super cognitione feudi inter alios pares, secundum Petrum Iacobum vbi supra. Quæro, si vasallus recusat præstare fidelitatem, an amittat feudum?**

potest compelli ad iurandum fidelitatem? Et dico quod sic causatiue: hoc est, quod nisi hoc faciat intra tempus arbitrio curiæ terminandum, priuabitur beneficio, de quo verbaliter erat inuestitus, & debebat realiter inuestiri. Secus si ex pacto nō tenebatur ad fidelitatem, vt est text. & ibi Bal. in feud. quæ fuit pri. cau. benefi. amit. §. est & alia. Vide j. c. domino vasalli. & c. domino defuncto. & c. consuetudo. §. verū tamen. vbi præfigitur tempus ad præstandum fidelitatem: sed ibi non loquitur de verbalis inuestitura: sed in quibus casibus habent locum dicta capitula, vide quæ in eis latius scribam. Nota tamē quod pro mobili non præstatur fidelitas, secundum Bald. si de feud. defunct. ab alio fuerit inter. Nota etiam, quod eo ipso quod feudatarius est priuatus feudo, vasalli sunt soluti à fidelitate: vt not. Gemi. in c. ad apostolica. de re iud. lib. vj. §. nos itaque. Sed quæro, filius familiaris recepit feudum, & iurauit fidelitatem domino contra omnem hominem, demum mortuo patre successit illi in alio feudo, quod requirebat talem fidelitatis formam, an perdat feudum illam præstare nolens: vide Io. And. in addi. Spe. tit. de feu. §. quoniā. **¶ Quæro, quando ecclesia recipit feudum, vtrū teneatur iurare fidelitatē?** Et Bald. in prælu. feu. §. alia diuisio feudorum, aliud ecclesiasticum. dicit quod in quodā libro reperitur tale capitulū. De negotio, in quo nos consulere voluisti, tibi secundum vsum currentē feudi breuiter respondemus quatenus pro feudo, quod ab alio retinetur, nulla sit fidelitas faciēda: quod ipse dicit esse verū nomine ecclesie, sed bene debet fieri nomine prælati: vt patet in Spec. de feud. Ecclesia enim deierare nō videtur, sicut nec pupillus, sed prælatus sic. Et hoc facit p. eo, quod superius dixi, quod prælatus, religiosi, & alij clerici tenentes feuda pro alijs, tenentur illi præstare iuramentum fidelitatis. Sed quæro, an ista fidelitas possit præstari per procuratorem? Gul. de Valesicha in v. fatico, si quis suum feudū. querit, ¶ an homagium possit fieri, & præstari dño per procuratorem vasalli? Et dicit quod sic, vt in c. xxij. j. co. circa fin. & c. Ludo. lxxij. dist. & ibi not. Et ita tenuit Io. And. in c. periculosa. §. verū. de sta. mo. & in c. j. in feu. per quos fiat inuef. Adde quæ scribā j. c. consuetudo. §. verum.

dum. Et dic quod sic, nisi ex pacto non tenebatur ad fidelitatem: vt est text. & ibi Bal. quæ fuit prima causa benefi. amit. §. est & alia. Et sic facit pro eo, quod superius dixi, quod ex pacto potest fieri quod fidelitas non præstetur. Adde Bal. in feu. quando do. proprie. feu. pri. vbi dicit quod si vasallus, qui debet iurare, requisitus à domino non vult iurare fidelitatem, quod dominus non incidit in aliquam pœnam: quia qui non facit quod debet, nō recipit quod oportet. Vide quæ super hac q. dicā j. c. domino vasalli. & c. domino defuncto. & in c. consuetudo. §. verū tamen. In quibus capitulis habet quod non amittit dictū feudum, nisi præcedat requisitio. Et hoc corroboratur ex dicto Bald. quando do. proprie. feud. Ibi, iurare requisitus. Verū tamen not. quod non omnis, qui venit contra iuramentum fidelitatis, perdit feudū, sed solum in casibus priuatis, secundum Bal. in feu. quib. mod. feu. amit. §. similiter. licet Iaco. Merquilles in v. fatic. omnes homines. simpliciter dixerit quod si vasallus nō seruauit fidelitatē, priuatur feudo. **¶ Quæro, an minor quatuordecim annis, cui datum est feudū, cogatur facere fidelitatē?** Et de iure cōi feudali dicitur quod nō, vt est text. & ibi Bal. si de feu. defunc. §. si minori. de iure verò Cathalonico est contrarium, vt in v. fatico, tutores. & j. c. si defuncto: sed ibi præstatur per tutorem. Not. tamen quod fidelitas & seruitium sunt connexa, & simul habent procedere, secundum Bal. vbi supra. Et etiam not. quod vasallus vasalli nō tenetur iurare fidelitatem primo dño: quia pro eodē feudo nō cogitur plures habere dominos, secundum Bal. de prohi. feu. alij. per Fredericum. §. in super. Et hoc innuit text. j. c. consuetudo. versic. & si fortē. ibi: veniēdo coram dño maiori, & faciendo ei homagium. Præstatur ergo fidelitas à vasallo immediato domino, vt dicit Bal. vbi supra. Hoc autem fallit, quando dominus accepit potestatem de castro, & retinet eam: quia homines castri tenentur sibi præstare fidelitatem, quod erunt sibi fideles, quādiu durabit potestas: vt dicā latius. j. c. proximo. sed ista non est fallentia, quia nō loquitur de vasallo, sed de hominibus castri, qui propriè non dicuntur vasalli, vt colligitur j. in c. si duo vel tres. Itē fallit in casu c. consuetudo. lo. ij. j. Nunquid autem vasallus

potest compelli ad iurandum fidelitatem? Et dico quod sic causatiue: hoc est, quod nisi hoc faciat intra tempus arbitrio curiæ terminandum, priuabitur beneficio, de quo verbaliter erat inuestitus, & debebat realiter inuestiri. Secus si ex pacto nō tenebatur ad fidelitatem, vt est text. & ibi Bal. in feud. quæ fuit pri. cau. benefi. amit. §. est & alia. Vide j. c. domino vasalli. & c. domino defuncto. & c. consuetudo. §. verū tamen. vbi præfigitur tempus ad præstandum fidelitatem: sed ibi non loquitur de verbalis inuestitura: sed in quibus casibus habent locum dicta capitula, vide quæ in eis latius scribam. Nota tamē quod pro mobili non præstatur fidelitas, secundum Bald. si de feud. defunct. ab alio fuerit inter. Nota etiam, quod eo ipso quod feudatarius est priuatus feudo, vasalli sunt soluti à fidelitate: vt not. Gemi. in c. ad apostolica. de re iud. lib. vj. §. nos itaque. Sed quæro, filius familiaris recepit feudum, & iurauit fidelitatem domino contra omnem hominem, demum mortuo patre successit illi in alio feudo, quod requirebat talem fidelitatis formam, an perdat feudum illam præstare nolens: vide Io. And. in addi. Spe. tit. de feu. §. quoniā. **¶ Quæro, quando ecclesia recipit feudum, vtrū teneatur iurare fidelitatē?** Et Bald. in prælu. feu. §. alia diuisio feudorum, aliud ecclesiasticum. dicit quod in quodā libro reperitur tale capitulū. De negotio, in quo nos consulere voluisti, tibi secundum vsum currentē feudi breuiter respondemus quatenus pro feudo, quod ab alio retinetur, nulla sit fidelitas faciēda: quod ipse dicit esse verū nomine ecclesie, sed bene debet fieri nomine prælati: vt patet in Spec. de feud. Ecclesia enim deierare nō videtur, sicut nec pupillus, sed prælatus sic. Et hoc facit p. eo, quod superius dixi, quod prælatus, religiosi, & alij clerici tenentes feuda pro alijs, tenentur illi præstare iuramentum fidelitatis. Sed quæro, an ista fidelitas possit præstari per procuratorem? Gul. de Valesicha in v. fatico, si quis suum feudū. querit, ¶ an homagium possit fieri, & præstari dño per procuratorem vasalli? Et dicit quod sic, vt in c. xxij. j. co. circa fin. & c. Ludo. lxxij. dist. & ibi not. Et ita tenuit Io. And. in c. periculosa. §. verū. de sta. mo. & in c. j. in feu. per quos fiat inuef. Adde quæ scribā j. c. consuetudo. §. verum.

tamen. Not. Gul. de Vallesicha in vfatico, omnes homines. quod milites habentes honorem, seu intra terminum alicuius castri honorem possidentes, non ab alio, sed à seipsis, & sic est honor allodialis, tenentur præstare sacramentum fidelitatis domino castri, in cuius termino habitant. Et hoc dicit, si in litera ipsius vfatici est verbum Eius, scilicet potestatis, vel principis: si autem habent in litera, Eorum, & tunc exponit, id est, militum: hoc est dictum quod ipsi milites habentes honorem non ab alio, sed à seipsis possidentes in termino alicuius castri, ratione illorum honorum tenentur illi præstare sacramenta fidelitatis, cui potestas, hoc est dominus castri voluerit, non quod honor pro ipso teneatur. Et per ipsum vfaticum dicit idem Guil. quod tenetur: quod homines prælatorum, baronum, militum, & civium, licet essent in locis allodialibus, tenentur præstare domino Regi, vel comiti Barchinonæ sacramentum fidelitatis. Quærit idem G. in dicto vfatico, omnes. an in casu, in quo quis præstat sacramentum fidelitatis sine homagio, vtrum ille, qui præstat sacramentum ratione ipsius fidelitatis teneatur firmare directum. Secundo est quærendum an plus vel minus sit præstare sacramentum fidelitatis, quam homagium. Tertio, an talis possit raptari de bausia, si forte fecerit contra fidelitatem, in his, quæ habentur in vfat. qui se sciète. & in vfat. de alijs, & in vfat. potestatem. ¶ Super prima q. respondetur per eum quod tenetur firmare ratione fidei, quæ promissit, & iuravit: cum de eo quod ad fidelitatem requirit seu pertinet tenetur quis firmare directum: vt in vfat. omnes homines habent. Item tenetur etiam firmare ratione rei pro qua præstat fidelitatem, cum etiam sine aliqua fidelitate pro censu sine aliquo seruitio debito tenetur firmare directum ex vsu approbato, iuxta not. per Iac. de Monteud. in allegato vfatico, omnes homines. Quod credo verius: & prout ego allego c. j. supra vbi in text. est dictio, Debet, quæ de sui natura importat necessitatem, secundum Nico. in c. intelleximus. extra de iud. Nec in dicto vfatico, omnes. nec in c. j. supra distinguit, an fecerit homagium, vel ne: & sic nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de publi. Et pro decisione huius q. ego allego casum in capit.

consuetudo. j. ibi. & firmare directum. Et 76 ibi: ac si homagium sibi fecisset. ¶ Super ij. q. dicit quod plus est facere & iurare fidelitatem, quam facere solum homagium. In homagio enim solo verbo & manuali repromissione promittitur fidelitas. In sacramento autem fidelitatis non solum verbo se obligat ad fidelitatem, sed etiam sacramento. Et plus est, sacra tangere, quam folas manus ponere. Et plus est, præstare iuramentum promissionem, quam facere manualement repromissionem: vt c. super eo. de senten. excommunic. Vide quæ latius scribam infra c. duplex. In tertia & vltima 77 quæstio. dicit quod si fecerit contra sacramentum fidelitatis, poterit raptari de bausia, cum talis faciendo contra fidelitatem periurus, & perfidus censeatur: vt xxij. q. vltima. c. de forma. in fin. Et ita dicit sentire dominum Regem Petrum. Alij contra, quod non potest raptari de bausia, sed de infidelitate, vel prodicione. Sed in hoc dicit, quod dominus Rex nullam facit differentiam. Ideo dicit idem G. quod idem est bausia quod prodicio: vt in vfatico, sacramentum. super hoc vide quæ scribam j. in hoc c. & in pragmatica ibi inferenda.

Quæro iuxta text. qualiter dicatur sequi bausia: Et de intellectu istorum verborum in textu positorum dicas quod bausia sequitur, quando vasallus contradicit dare potestatem castri domino, & sibi firmare directum, vt est text. in vfatico, potestatem. & infra c. si duo. & in c. si defuncto.

Item efficitur bausator, quando vasallus dedit potestatem castri dno, sed non plenam: vt j. c. si petita. & ibi dicam quædo dicitur vasallus plenam non dedisse potestatem. Item si mulier succedit in feudum, prout potest, vt dicam alibi, & constituat marito in dotem castrum, quod tenet in feudum, maritus tenetur facere homagium, & dare potestatem castri, & facere seruitium, & firmamentum de directo: alias esset bausator: vt est text. infra si defuncto castellano. Et idem dicitur in tutore, vt ibi. Item bausia sequitur in casu capiti, si vasallus. Item etiam sequitur bausia in casibus notatis in vfatico, qui se sciète: & in ordinationibus duelli. c. si aquell, qui es raptat. & ibi habes quis dicatur bausator.

Item qui violat iuramentum, & homagium, vt in quadam pragmatica Regis Petri data Parpiniani

Parpiniani. xxiiij. Nouēbris Anno à natiuitate dñi m. ccc. lv. Et vide Tho. Mieres in vfatico, iudicia. & in tractatu de homagio. Item etiam sequitur bausia in alijs ingratitudeibus, siue infidelitateibus, quæ sunt contra fidem homagij domino præstiti, quod continet clausulas, vt tile, tutum, & c. de quibus habes in epistola Philiberti. de forma fidelitatis, quæ est xxij. q. v. c. de forma. super hoc vide vfaticum. de alijs, qui loquitur de illis bausijs, quæ emendari, & redigi possunt. Adde quæ dicam infra c. si duo. Quæro, quæ dicatur bausia: Et 79 dic quod bausia dicitur à bausio, siue osculo: quia dominus & vasallus, dum præstatur fidelitas, & homagium, ad mutuam osculantur, vt dicitur j. in c. duplex. vbi tractabo materiam homagij. Ita dicunt doctores antiqui. & ita tenet Guil. Præpos. in suo alphabeto. in verbo, bausia: facit pro hoc vfatikus, statuerunt. vbi si aliquis osculatus fuerit aliquem, ipsa die aliquid nullo ingenio contra eum forefaciat. Quæro, quæ sit poena committentis crimen bausiæ: 80 Et dico quod crimen bausiæ inter capitalia crimina enumeratur: vt in vfatico, ex magnatibus. & in d. pragmatica habetur. Tamen est attendendum & considerandum maleficium commissum contra homagium, puta cædes, vulnera, vel alia capitalia crimina, vt habeat locum quod dixi. Si autem homagium esset præstitum super civilibus, puta debitis, vel hostagijs tenendis, & similibus, dicunt quidam non esse ita acriter puniendum. Nam vfatiki faciunt differentiam inter bausias: quoniam si commisit bausiam, quæ non potest redigi, sicut est in illis quinque casibus, qui enumerantur in dicto vfatico, qui se sciète. & dic quod punitur poena perpetui exilij à toto principatu Cathalonie: vt in d. c. si aquell, qui es raptat. in ordinationibus duelli. quia talis bausator non debet remanere, aut morari inter legales, vt ibi. Si autem commisit bausiam, quæ redigi potest, de qua loquitur vfatikus, de alijs. & dic quod punitur arbitrariè, cum incidat in crimen stellionatus, in quo ponitur poena temporalis exilij: vt l. fina. ff. de crimi. stelliona. Ita dicit Guliel. de Podio antiquus aduocatus Barchinonæ, in vfatico, si quis in curia. & Guliel. de Vallesicha in lectura. Ex quo enim non reperitur in iure cautum qua poena debeat

puniri committens bausiam quæ redigi potest, est arbitraria. Nam vbi poena non est determinata à iure, est arbitraria: vt not. in l. nemo martyres. C. de sacr. sanct. eccle. l. sanctio legum. ff. de poen. & ff. de effrac. & expila. l. j. §. expilatores. & l. lege. §. ædes. ff. ad legem Iulii. repetunda. In Cathalonie verò hodie poenæ sunt arbitrariæ, id est, secundum arbitrium potestatis imponendæ: vt in vfatico. iudicia curiæ. in fine. & in vfatico: quia iustitiam: & ibi Iacob. de Monteud. & adde Bald. in l. j. C. de summa trinita. sed Iacob. Merquilles in dicto vfatico, quia iustitiam dicit quod est poena capitalis, ex eo quia inter capitales poenas connumeratur. Quod intelligit Thomas Mieres ibi de maiori bausia: vt in d. vfatico, qui se sciète. Bene tamen faceret dominus Petrus Rex, si id apertius declararet: quia profecto decisione Casarea indiget. ¶ Quæro, quid si contra priuatam prodicionem, seu bausiam aliquis committat. an bona delinquentis debeant confiscari? Dic quod non, nisi commiserit tale crimen, ex quo de iure communi perderet bona: nec de eo credo esse aliquam vsantiam in Cathalonie. ideo vfatikus, de alijs nanque bausijs. innuit contrarium, quod in multis causis, dicatur quis proditor, vt not. xj. q. iij. c. nolite temere. & xlvi. dist. c. clericus. secundum G. de Vallesicha in vfatico, qui se sciète. Tu adde quando de iure communi bona sint confiscanda, Bald. in l. j. ff. de bo. dam. Bal. de pa. te. & eius vio. & in authen. vt nulli. §. si. & late Ang. Aret. in trac. maleficio. super verbo, & eius bona. Vnum tamen nota, quod de crimine bausiæ cognoscit solus princeps: de quo præstat argu. vfat. si quis in curia: sed in ordinationibus duelli, quas composuit Petrus Alber. c. primo, fit mentio de vicario. & reperitur in libris antiquis curiæ vicarij Barchinonæ, quod coram eo de bausia fuit cognitum. Quæro, an pro bausia habeat locum batallia? Et distingue aut sit batallia pro illis quinque casibus contentis in vfatico, qui se sciète. & in d. c. si aquell, qui es raptat. Et tunc habet locum, vt ibi, & in capit. primo ipsarum ordinationum. & in vfatico, batallia. Aut pro alijs bausijs minoribus, de quibus loquitur textus vfatiki, de alijs nanque bausijs. & tunc secus: quia istæ emendari, & redigi pos-

sunt: & sic non debet pro eis induci duellum: sed vasallus debet firmare ius domino, & illi facere prout sibi fuerit indicatum: ut in dicto vsatico, de alijs. Non ergo ad iudicabitur batallia in casu vsatico, potestatem. quia non erit baufator nisi quo ad dñm: cū dicat vsaticus, baufator suus erit: quasi dicat, non autē cōtra alios: & poterit sustineri. Fallit tamē quādo raptat à principe: quia tunc potest duellum fieri: ut in vsat. & si à potestate. & dicam in sequenti q. Aliqui voluerūt dicere, quod per hunc vsat. & per dictum c. j. qui indistincte loquuntur quod pro baufia potest fieri batallia, non distinguendo de maiori vel minori, & etiam potest fieri batallia pro minori: & dicunt esse casum in d. vsatic. qui loquitur de minori. sed ego credo esse speciale in principe: & sic secus sit in alijs: quia ex quo illa baufia potest redigi, & emendari, non debet indici duellum, cum sit odiosum, & à iure diuino & ciuili reprobatum: ut latius scribam j. in c. si aliquis. §. itē vasallus. & ideo potius debet restringi, quā amplari: ut c. o. dia. de reg. iur. ut dicam in d. §. itē vasallus. adde hīc quā ibi de hoc scribā. Nota tamen quod baufia est proditio, & nō ecouerso: quia proditio est genus, & baufia species. Nā proditio multipliciter committitur, baufia vero non nisi in certis casibus, de quibus superius dixi. Quæro, an raptatus de baufia debeat se ponere in manu & posse potestatis: Et dic quod aut raptatur à principe: & tunc debet se in eius manu ponere, & duellum ingredi: ut in vsat. & si à potestate. Hoc tamen intelligas, si raptatur de minori baufia: quia dicit text. vsatici, redigere, & emendare. Nam maior baufia redigi, seu emendari non potest, ut in vsatico, qui se sciēte. quoniam raptatus de maiori baufia necessariō se habet expiare, vel venire ad voluntatem raptantis: ut not. in dicto vsat. qui se sciēte. Aut raptatur ab alio: & tunc non habet se ponere in manu eius, sed in manu communis curiæ vel fidelis communiter electi: ut in vsatico, si quis in curia: & in vsatico, similiter. secundum Iacob. de monteuid. in vsatico, & si à potestate. Quæro, raptatus de baufia quid facere debet. vide nota. in vsatico, & si à potestate. † Tu autem dicas quod debet se more solito excusare secundum

modum. & formam traditam in vsatico, si quis in curia. aliās debet à principe distringi, ut ibi. Et intellige de baufia maiori: quia de minori non habet locum batallia, ut dixi. Et vsaticus iste dicit, quod debet se expiare, id est, defendere, & purgare per batalliam in subsidium. Nam litera dicit, per iudicium, vel laudamentum curiæ, id est, per sententiam & indictionem batallia. iuxta quod quærit G. de Vallecha in vsatico, qui se sciēte. coram quo debet vasallus de contentis in dicto vsatico cōueniri: Et primō dicit coram seniore: ut in vsatico, placitare. Postea dicit q. coram potestate: ut in vsatico per bonum. Potest dici, secundum eum, q. corā seniore, ubi senior habet merum imperium. Et sic intelligitur vsaticus, placitare. supra allegatus: quia ibi loquitur de comite, & alijs, qui habent merum imperium. Aliās coram potestate. Facit quod no. Innoc. in c. verum. glo. quilibet. extra de foro cōpe. & c. cū contingat. eod. tit. † Qualiter autē iste raptatus de baufia se debeat expiare, & defendere: Et dic, quod si noluerit se excondire, debet redigere & emendare damnum, & malum, atque deshonorem quod fecerit. Si autem velit se per batalliam expiare, id est, se purgare, & defendere, hoc potest ad parem de genere, honore, & valore, cū damno & pro do. Hæc omnia habentur, & colliguntur in vsatico, & si à potestate. Et sic ibi habes formam expiandi se per batalliam. Et dicit parem, scilicet de genere & honore, ut ibi, & etiā de corpore secundum gloss. & Iacob. de Monteuid. ibi. & habetur latius in ordinationibus belli. Et ex his ortū habuit quod dicimus ad parem, & consimilem. Nam ista tertia pars, de corpore, potius dicitur similitudo, quā paritas. Ad iudicatur enim in hac patria duellum solū ex tribus, scilicet pro baufia, proditio, & treugis fractis: ut in dictis ordinationibus. & not. per Iaco. de Monteuid. in vsatico. & si à potestate. & habes hodie casum in constitutionibus curiæ Gerundensis. v. c. xxv. Itē statuimus, & etiā ordinamus & c. No. tamen quod in primo casu, scilicet baufiæ, inspicitur trina paritas, scilicet de genere, & honore, & de corpore, ut dictum est: in alijs vero, scilicet in proditio, & treugis fractis, sufficit paritas, siue consimilitudo, scilicet

scilicet generis. Et super his vide dictam constitutionem, & etiam constitut. Regis Iacobi secundi in prima curia Barchinonæ. c. xxiiij. Item si aliquis fuerit raptatus. Quid si fuerit dignior vel nobilior eo, & quid si fuerit senex, vel pauper, vide dictam gloss. in dicto vsatico, & si à potestate. Et super his assume istas conclusiones, quod raptatus debet emendare principi damnum sibi datum, malum, & deshonorem. Item raptatus de baufia à principe debet se purgare cum sacramento, & duello ad parem, & consimilem de suo valore, cum damno, & pro do, id est, commodo & lucro: quia produm est vulgare in Cathalonix: & exponitur, scilicet dan, e prou. id est, dan, & profit. 86 Item not. quod dominus rex, & filij sui non possunt raptatum de baufia, vel proditio sustinere in Cathalonix, nisi se excondire voluerit: ut in constitut. regis Petri secundi in secunda curia Barchinonæ. c. Item quod nullus, & in constitut. pacis regis Iacobi, Notum sit cunctis. §. Item statuimus quod nullus. Item not. quod miles raptatus de baufia per seniore suum, donec ab ea sit excusatus, aliās expiatus aut senior destiterit, de alijs querimonijs respondere non tenetur: ut in vsatico, miles. Quæro, aliquis vendidit centum solidos de censuali mortuo vel violario, & promisit venditor emptori solvere dicta centum certo termino, & nisi fecerit, promisit, & iurauit tenere hostagium in certo loco: pro quo præstitit iuramentum, & homagium ore & manibus commendatum in posse vicarij Barchinonæ, accidit quod dictus venditor requisitus per emptorem, quia deficiebat in soluendo pensiones, noluit, seu recusauit tenere hostagium: emptor enim videns contumaciam tenendi requisitum vicarium Barchinonæ ut declararet, & voce præconia publicaret dictum venditorem esse transgressorem: & violatorem sacramenti, & homagij: & quod dictus venditor requisitus renuit tenere hostagium: quæro an dictus vicarius hoc ciuilitate facere possit: Et videtur quod non, per consuetudinem Cathalonix, quæ loco legis habetur. l. de quibus. ff. de legib. Et pro hoc videtur tex. in pragmatica regis Alphonfi, & in vsatico, nolimus, quæ

loco legis communis haberi debet: ut l. j. ff. de constitut. princip. Nec huic legi. seu consuetudini per pactum tacitum vel expressum renuntiari per venditorem potest: cū intersit reipublicæ Cathalonix, quæ est fundata legalissimis hominibus, non esse proditorem, vel proditores: nec tales proclamari: cū prædicta res publica sic denigraretur, & difformaretur. Et pro hoc l. ij. ff. de pact. dōra. & l. j. §. si mulier. ff. soluto matrimo. & l. filius fami. j. §. veterani. ff. de procurato. Et de hac renuntiatione nota. per Cynum in l. si quis in conscribendo. C. de pact. Item pro hac parte facit, quia frangenti homagium, si cōuincatur, committit baufiam, & proditio, & est damnandus perpetuo exilio: ut in ordinationibus duelli §. si a quel, qui es raptat de batalla es vencut. sed talis sententia nō potest ferri in absentem. ff. de poeni. l. absentem. ergo & c. Et ita fuit seruatum, & consultum per honorabiles Franciscum Romæ. Iac. de farco, Guliel. de Podio, P. Terreni, Iacob. de Vallecha in facto dels ocelons, qui fuerant voce præconia publicati de consilio Bernardi olzinellis legum. docto. & postea fuit dicta præconizatio reuocata de consilio dictorum Francisci Romæ, & aliorum. In contrariū videtur quod frangens tale homagium appositum super contractu tali non dicitur proditor, sed tantum baufator minori baufia: quæ redigi potest purgando contumaciam, & tenendo hostagium: argumēto vsatici, potestatem: & vsatici, si quis in curia. & vsatici, si quis se sciētes. & vsatici. de alijs nam que baufijs. & ibi no. per Iacob. de Monteuid. Et sic cessante ratione legis, cessat & lex. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patrona. Cū igitur talis non possit dici proditor, merito possit ut violator homagij etiam absens condemnari: quia non poena exilij perpetui, sed temporalis puniri conuenit: ut l. si. ff. de crimi. stellio. sic & dicta. l. absentem. §. aduersus. ff. de poeni. Et hoc voluit tenere Petr. Iacobi quando do. proprie. feud. priue. §. j. versic. circa quod homagium. & versicu. sed quid importabit. Et de his homagijs, super quibus debeant præstari, & super quibus non habetur in capitu. graue. extra de excess. præla. & extra de limo. capitu. si diligenti.

& capitulum. *fin.* extra de reg. iur. & hoc voluit tenere Bernardus de Burdillis legum doctor Gerundæ. Quid dicendum? crederem medium tenendum, & ita esse distinguendum. Aut in contractu venditionis dicti censualis, seu scripturæ tertij inde secutæ sunt apposita verba sequentia, quod nisi dictus venditor teneret hostagium requisitus per emptorem, q̄ haberetur pro falso, seu proditore, aut bau-
 fatore, secundum vsaticos Barchinonæ, & foros Aragoniæ, et quod non possit se excusare per bellum, siue aliquod genus armorum: ideo quod ad ostensionem folij instrumenti haberetur pro conuicto. Aut non sunt talia verba. Primo casu credo quod publicatio fieri non debeat: quia ex hoc tota natio Cathalanorum denigraretur: quod euitat consuetudo Cathalonæ, & pragmatica regis Alphonsi, nisi in casibus ibi exceptis. Et sic intelligo primam partem argumentorum, seu rationum. Secundo casu credo quod possit fieri publicatio: quia ex tali violatione homagij non efficitur venditor proditor, sed simplex baufaktor: quæ bauusia potest redigi, seu emendari, tenendo hostagium, prout promissit, vel soluendo pensiones, sumptus, & damna emptori. Et sic intelligo secundam partem rationum: quod satis videtur consonum rationi, ac iuri. Et hoc tenuerunt multi sapientes, tam ciuitatis Gerundæ, quam Barchinonæ, & secundum hoc consilium fuit lata sententia in facto comitis impuriarum, & Francisci Bertrandi, Petri de Gualbis, & Ludouici de Gualbis: & ita etiam fuit sententiatum per Guiliel. de vxio quondam vicarium Barchinonæ in facto de Guimerano, & aliquorum ciuium Barchinonæ, prout constat in processu in curia vicarij Barchinonæ actitato. Et hæc referunt Guilielmus & Franciscus de Podio, qui istud fecit consilium. Et quia in prædicto consilio fit mentio de pragmatica regis Alphonsi, illam volui inferere hic pro complemento materia: & est tenoris sequentis.
 87 † Alfonso Dei gratia rex Aragonum, &c. dilecto nostro Raymundo de Coponibus gerenti vices procuratoris, &c. Existenti in obsidione castri de Ottina, volumus tamen quod ipsos vt proditores Cathalonæ, nemo possit proditor procla-

mari, nisi conuictus fuerit per bellum, vel ad bellum citatus contumaciter renuerit comparere: possunt tamen illi, qui proditores sunt, alias iudicialiter conueniri, & pro prodicione, si præsentis sint, vel in posse iudicantis, sententialiter condemnari. Datum Barchinonæ quarto Calendas Decembris, Anno domini Millesimo trecentesimo trigesimo quinto. Et pro dicto consilio, & pro his, quæ superius dixi, facit quædam alia pragmatica, quæ est continentia subsequenti. † Petrus Dei gratia, &c. Nobili & dilectis, ac fidelibus nostris Petro de Montecatheno consiliario nostro, & procur. Cathalonæ, Necnon vicarijs, &c. Salutem, &c. Ad nostrum peruenit auditum quod complures, qui tam in contractibus pacis & concordia, quam in venditionibus censualium, & violariorum, necnon in alijs contractibus, de eis seruandis & pactis, vel promissionibus initis cõplendis iuramenta & homagia, ore & manibus cõmendata præstiterunt, adiectis etiam pœnis pecuniarijs tam nobis, quam pars parti, si contra fecerint, adquirendis, talem præsumunt suscitare malitiam, vel errorem, quod allegat nullã eis imminere pœnam si ipsa iuramenta, & homagia nõ seruent, & pœnas pecuniarias in huiusmodi venditionibus censualium, & violariorum appositis non debere, nec consuevit exigi vel leuari. Sanè attendentes quod securitas, & obligatio cum iuramento, & homagio facta in nostro principatu firmissimæ reputantur, & vt crimen bauusia, in vsatico Barchinonæ inter capitalia crimina cõnumeratur, vt habetur in vsatico, ex magnatibus. Quodq; talis obligatio fortissima extimatur, multisque sub tali iuramento & homagij securitate, & præsidio confidunt, & intendunt sub pace quiescere & letari. Et cum graue sit fidem fallere, & iuramenti & homagij soliditatem, & vinculum rumpere, nihilque magis naturale existat, quam pacta & fidem firmissimè obseruare. Et propter talium intentionem huiusmodi malitiam & errorem in contrarium excitantium detestabilem reputantes vobis, dicimus & mandamus tam nomine proprio, quam vt pater & legitimus administrator incliti & magnifici infantis. Ioan. &c. quatenus

nus quilibet vestrum intra cõmissam sibi iurisdictionem curetis, & faciatis iuramenta, & homagia obseruari, & eorum transgressores debite puniatis, pœnasque, & pacta in dictis contractibus venditionum censualium, & violariorum appositae exigatis, si commissæ fuerint, & leuetis, prout iustitia suadebit iuste, & debite fuerit faciendum. Datum Parpiniani. xxiiij. Nouembris Anno à Natiuitate Domini Millesimotercentesimo quinquagesimo quinto. Ex hac pragmatica collige notabilia. Primo nota, quod securitas est obligatio cum iuramento, & homagio quæ in hoc principatu firmissimæ reputantur. Secundo nota, quod violator ipsarum criminum bauusia committit. Tertio nota, quod crimen bauusia inter capitalia crimina connumeratur secundum vsaticum, ex magnatibus. Quarto nota, quod existentes sub iuramento, & homagio cõfidunt sub pace quiescere, & letari. Quinto nota, quod graue est fidem fallere, & iuramentum, & homagium violare: concor. l. j. ff. de constitu. pecu. & Bald. in prælu. feud. Sexto nota, quod pacta & fides firmissimè debent seruari, cum naturalis sit eius obseruatio. Septimo nota, quod officiales debent iuramentum & homagium facere obseruari. Octauo nota, quod transgressores & violatores dictorum iuramenti & homagij debent per officiales puniri. Nono & vltimo nota, quod pœnas appositae in contractibus censualium & violariorum debent exigi, & leuari. † Et nota, quod qui tenet feudum, licet non fecerit homagium, tenetur de crimine bauusia, si adiuuit tanquam hæres feudum, vel ipsum acceperit ex donatione hæreditaria: & talis vasallus compellitur retinere feudum, & facere homagium: vt infra capit. postquam capitulum. j. & cap. si vasallus. & facit. c. si aliquis vasallus. & vide quæ in dictis capitulis dicam. Et adde Ioan. Blanch. qua. feu. commit. habet vasal. §. j. facit vsati. potestatem. & vsatic. per bonum. De materia homagij latissimè scribam infra. in dicto capitulo duplex. Verum quia superius dixi in quibus locis fit mentio de bauusia, ultra illa addendo dicas quod de ea fit mentio in vsatic. sacramentum, & in vsati. ex hæredare. & in vsati. ex magnatibus. & in vsatic. miles verò postquam: & in curia

Gerundæ. c. ad supplicationem. & infra. c. secundo. & capit. si duo vel tres. & cap. si vasallus. † Et nota, quod proprie bauusia in Cathalonæ dicitur cum aliquis delinquit contra dñm: proditio habetur, cum contra alium. Ita est communis opinio, licet per scripta non clare fundetur: ideo etiam dicitur proditor, qui cõtra dominum delinquit: vt in constitu. diuinarum. §. proditores. & in constitu. in Christi nomine. §. proditores. Dic quod proditio, vt dixi, est genus, & vtrumq; comprehendit: Bauusia verò species, & committitur quando in dominum delinquitur.

De modo dandi potestatem.



I petita fuerit per dominum potestas à vasallo de suo castro, dabitur in hunc modum.

Vasallus abstractus de castro & eius termino cum omnibus rebus suis sine omni retentione & contradictione delibet rabit castrum domino suo, & intrante domino suo vel alijs pro eo: & in fortitudine ipsius castri dominus faciet ascendere in summitate turris duos vel tres, vel quot voluerit homines suos, qui magnis vocibus clament & aduocent nomen domini sui: & tunc vasallus exibat de toto castro & termino eius: non enim debet remanere, nisi quando fuerit de expressa voluntate domini, vel nisi in proprio allodio ipsius vasalli si ipsum habuerit in termino ipsius castri, alioquin quantum vasallus remanserit in termino ipsius castri non intelligetur potestatem donasse: & baufaktor remanebit iuxta consuetudinem Cathalonæ quamdiu distulerit dare plenam

nam potestatem.

S V M M A R I V M.

- 1 Potestas castri domino per uasallum tradi debet.
- 2 Dominus per alium castri potestatem capere potest.
- 3 Vasallus tradita domino castri potestate, non potest ibi remanere.
- 4 Vasallus castri potestatem domino dare differens, bausator efficitur.
- 5 Rei nomine que ueniant.
- 6 Suum, pronomem dominium denotat. Dominium feudi ad quem spectet.
- 7 Ius posituum consuetudine mutari potest.
- 8 Possessio quando sine apprehensione acquiri possit.
- 9 Vasallus quot modis plenam potestatem non tradidisse dicatur.
- 10 Dominus et uasallus in feudis ad paria iudicantur.
- 11 Correlatiuorum idem est iudicium.
- 12 Vasallus non extrahens cunctas res suas, an non uideatur dare plenam potestatem.
- 13 Ambiguitas scripturae unde declarationem recipiat.
- 14 Ablatiuus absolutus conditionem importat. Conditionis natura, que.
- 15 Res uasalli in castro relicte an querantur domino.
- 16 Dominus qui recepit potestatem castri, an possit eo uti.
- 17 Consuetudo prescripta intelligitur in dubio.
- 18 Pertinentie castri que dicantur.
- 19 Castrum recognoscens tenere in feudum, an recognoscat territorium.
- 20 Ciuitas damnata ad murorum destructionem, non potest destructos rursus struere.
- 21 Dominus castri potestatem accipiens, an possit a uasallo fidelitatem petere.
- 22 Potestas castri an possit per procuratorem accipi.
- 23 Vasallus habens guerram cum domino an requisitus teneatur ei potestatem castri tradere.
- 24 Vasallus contra seipsum non tenetur iurare dominum.
- 25 Consuetudo iniusta non seruanda.
- 26 Allodium quid sit, et quotuplex.



Ipetita. Diuide istud capit. in quinque partes. In prima parte dicit qualiter potestas castri petita datur a uasallo. In secunda parte dicit qualiter dominus, vel alius pro eo intrat dictum castrum. In tertia parte dicit, qualiter facit clamare, & aduocare in summitate turris nomen suum. In quarta parte dicit quod uasallus exit castrum, & terminum, & non potest ibi remanere nisi de voluntate domini, vel in allodio ipsius: alias non intelligitur potestatem dedisse. In quinta par-

te, & ultima dicit quod bausator est, quādiu differt plenam tradere potestatem. Prima pars a principio usque ad uer. & intrant. Secunda usque ad uer. & dominus faciet. Tertia ibi usque, & tunc uasallus. Quarta ibi, usque ad uer. & bausator. Quinta usque ad finem. Casus. Datur potestas castri per uasallum domino, quando per eum petita fuit modo, & forma in hac consuetudine contentis. hoc dicit.

- 1 Collige notabilia. Primò not. quod potestas castri petita datur per uasallum, domino suo. Secundò nota quod quando ipsa potestas datur, uasallus tenetur extrahere omnes res suas a dicto castro, & eius termino: uide glos. in ufatico, magnates. glo. fina. & per iacob. de Monteuid. ibi, in uerbo, redirectas. & Guliel. de uallesicha in ufatico. potestatem. Et adde quæ dicam infra, in quaestionibus. Tertiò not. quod uasallus sine retentione & contradictione tenetur desliberare & vacuare castrum domino suo. Quartò no. quod tam ipse dominus, quam alius pro eo, potest accipere dictam potestatem. concord. infra eodem capit. & si non. & in feud. per quos fiat inuesti. §. sed utrum. ubi quo ad hoc est similis text. & ibi Bald. & dixi supra, in cap. j. & de nouo feu. inuesti. §. inuestituris. Quintò not. quod tradita dicta potestate dominus facit ascendere in summitatem turris duos vel tres, vel quot uult homines suos, & magnis uocibus clamant, & aduocant nomen dicti domini. concord. cum capi. & si non est infra, ubi dicit quod ponet de familia sua. Sextò no. quod uasallus eo tunc tenetur exire dictum castrum, & eius terminum, cum terminus sit de territorio castri: ut ff. de ui & ui arma. l. j. §. illud. & de solut. l. si stipulanti. facit constitutio. Item quod uicarij curiæ Barchinonæ regis Petri secundi. & constitutio. Item quod nos, & curia. Septimò nota quod uasallus non potest remanere infra castrum, & eius terminum, sine voluntate domini. Octauò nota quod si adest uoluntas domini, uasallus potest ibi remanere. Nonò nota quod si uasallus habet allodium proprium in dicto termino, potest remanere in eo, uel si in instrumento conuentionali sibi liceret: ut infra c. si autem. Qualiter autem uasallus potest habere allodium inter termino castri, uide infra. c. si castellanus.

Decimò

Decimò not. quod si uasallus contra uoluntatem domini remaneret in castro, uel termino, nisi in proprio allodio, quod non intelligitur potestatem dedisse. Idem, si uasallus impederit dominum suum ne poneret in eo sufficentes custodes: ut j. c. proximo. Idem, si non posset eos mutare, seu cambiare, ut ibi. Nec iuuatur prescriptione, aut consuetudine, quin plenam dare teneatur potestatem: ut infra. si autem. & c. uasallus. & c. si uero: quia appellatione possessionis de plena intelligitur secundum Bal. de inuest. inter do. & uas. Nec intelligitur uasallum plenam dedisse potestatem in casibus.

- 4 j. c. si domino. ¶ Undecimò & ultimò no. quod quādiu uasallus differt dare potestatem castri petitam, bausator efficitur iuxta consuetudinem Cathalonix. concord. cum ufat. potestatem, & supra. c. j. & que ibi dixi. Expone literam, Si petita. uerbo uel scriptis uidelicet literatoriè, ut communiter fit, uel per publicum instrumentum, ut dixi supra, in precedenti c. Dominum. scilicet maiorem, ut dixi supra, in c. j. uasallo. Quis dicatur uasallus, dixi in capi. precedenti. suo respectu uilis dominij, ut dicam infra, in oppositiõibus. **Rebus. id est, bonis Mobilibus.**
- 5 ¶ nam hic non accipitur secundum ueram significationem, quæ est ut omnia comprehendat, corporalia, & incorporalia. ff. de uer. sig. l. rei appellatione. & l. rei appellatione. quia hic strictè accipi debet, sicut accipitur in c. si de rebus. xxij. q. viij. Desliberabit. id est, dabit, & tradet fortitudine. Quādoque accipitur pro fortitudine mentis, quādoque corporis, quādoque rei inanimatæ, ut turris, castrum, domus, & alia similia: & ita accipitur hic. & in feud. si de feud. defum. mi. §. in generali. in fin. per Bal. uide c. fortitudo xxxij. q. iij. & sic hic debet exponi fortitudo pro fortalio: quia magis proprie in ista materia, & in casu huiusmodi c. & aliorum capitulorum, seu comemorationum, ubi ista dictio fortitudo ponitur, accipitur pro fortalio potius, quæ pro fortitudine. Summitatem. i. altitudinem. Aduocent. i. nominent, designent, & appellent. Voluntate. id est, licentia. Allodio. Quid sit allodium, dicam infra. Bausator. quis dicatur bausator, & de materia bausæ, tractauimus amplissime supra, in c. j. circa finem. Oppo. primò quod castrum feudale non sit uasalli, ideo est domini: & sic non bene dicit text. de suo ca-

stro: quia suus, sua suum, denotat dominium, secundum Barto. in princ. Digesti noui. Solutio. Aut loqueris respectu directi dominij, aut respectu uilis dominij. Primò casu directum dominium spectat ad dominum iure feudi, secundum Bald. in feud. per quos fiat inuesti. §. fin. & quib. causis feud. amitta. Secundò casu dicit quod uile dominium spectat ad uasallum, secundum Bald. in feud. in prelu. feu. & de capi. Cora. §. Præterea. & de inuesti. de re ali. §. rei. & quib. cau. feud. amit. Et ita loquitur hic. Et uide Iaco. de Calicio in ufatico, si quis suum feudum. Oppo. secundò, quod uasallus non teneatur extrahere res suas a termino dicti castri: quia sufficit eas extrahere ab ipso castro. Nam quando aliquis tenetur tradere possessionem uacuum alicuius fundi, sufficit vacuare illum, & quod a nemine detineatur: ut est text. & ibi Barto. in l. ij. §. j. ff. de actio. emp. & in l. cum res. C. de proba. Solutio. Illud est de iure communi: & istud est de iure consuetudinario: quoniam nullum est ius mere posituum, quod consuetudine mutari non possit, secundum Bal. in feud. de prohi. feu. ali. per Fre. §. præterea. lo. j. uel dicit quod speciale est in traditione potestatis castri: quia non modò debet euacuare dictum castrum, sed etiam illius terminum, ut hic: secus uero est in alijs rebus, ut in dicto. §. j. Oppo. tertio quod etiam quod uasallus cum rebus exeat a dicto castro, non uideatur tradita potestas: ut est text. ff. de do. lo. l. cum quis. solu. contrarium est uerum, nisi animo deferendi possessionem recedat, & fuerit ab alio occupata, & apprehensa. ut ibi dicit gloss. Et ita intelligo istum textum, ita quod uasallus animo deferendi possessionem castri cum rebus exeat ab illo, & eius termino, & dictum castrum a domino occupetur, & apprehendatur. Oppo. quartò quod in tradenda potestate non requiratur quod ascendatur ad summitatem turris, uel fortalitij: quia sufficit quod uasallus discedat, & dominus ingrediatur: ut est bonus textus ad hoc in l. fistulas. §. per fundum. ff. de contrahenda emptione. & in l. permisceri. §. species. ff. de adquirenda possess. Solutio. Dicit quod ultra recessum a castro per uasallum, & ingressum domini uel procuratoris, iuxta dictum §. per fundum. requiritur

ritur quod in summitate turris, vel fortalitij fiat dicta clamatio, & aduocatio iure consuetudinaria: quia ita ex consuetudine forma est tradita: & vitata forma vitaretur actus. c. cum dilectus. de rescrip. Et vide Gemi. in cap. quamuis. §. parte. de offic. ordina. lib. vj. & in c. cordi. §. si appellato. de appel. lib. vj. & in c. j. de postul. praela. eodem libro. & Bald. in l. humanum. C. de legibus. Nam ex consuetudine potest tradi forma accipiendi possessionem, secundum Innocen. in c. ij. de consuetu. vbi dicit quod ex consuetudine potest introduci quod sine apprehensione possessio nanciscatur. Et dicit quod forma est seruanda. Ita est in hoc c. Adde Bald. in l. vt inter diuinum. C. de sacrosan. eccle. vbi dicit quod statutum potest continuare possessionem, & transferre. Et adde Bartol. in l. raptores. C. de episco. & cle. vbi dicit quod potest lex statuere quod etiam absq; apprehensione, & absq; traditione vlla transferatur ipso iure possessio, sicut domini. & dicit non esse alibi, secundum Alexand. de Imola in l. cum haeredes. ff. de adquiren. posses. & vide eundem Alexand. in l. qui vniuersas. eodem tit. & Ang. ibi. & in l. j. ff. de distr. pigno. Bal. in l. traditionibus. C. de pac. & de consuetu. rec. feu. vbi dicit quod tribus modis traditur possessio.
 9 **Oppon.** quinto quod vasallus non possit remanere in allodio suo, sibi est fortalium, per not. per Bartol. in l. ratio. §. j. ff. de contrahenda emptio. vbi dicit quod qui promittit restituere castrum alteri, non videtur illud restituere, vbi retinet sibi fortalium, quod ipsemet detentor fecit fieri: quia vacuum possessionem non restituit. solutio. contrarium est verum, si vasallus fecerit fortalium contiguum cum dicto castro, quod retineret, vel si erat seorsum a dicto castro, & non esset allodium dicti vasalli, tunc non posset ibi remanere, quia non diceretur plenam dedisse potestatem, nisi omnia vacuaret.
 9 **¶ Quæro** primo, quot modis dicatur vasallum plenam non dedisse potestatem: Et dico quod septem modis cum modificatione in vij. casu infra scripta. Primo, quando vasallus non exierit de castro, & termino eius, sed ibi contra voluntatem domini remanebit, vt in hoc c. sine consuetudine. & infra. c. si domino. Secundo, si vasallus impederit

dominum ne posset ponere sufficientes custodes in ipso castro. Tercio, si vasallus impederit dominum ne posset ipsos custodes intra decem dies, intra quos potest retinere potestatem, mutare seu cabiare. Hi duo casus colliguntur in c. sequenti. Quarto, si vasallus exierit, & venerit, & redierit in termino dicti castri absq; voluntate domini, vel aliquis, seu aliqui, de eius familia, seu valitores de mandato ipsius castellani. Quinto, si ipse vasallus, vel aliqui de familia sua, vel de suis valitoribus de mandato ipsius vasalli acceperit aliquid de redditibus castri. Hæc colliguntur infra in c. si domino tenete. Et c. & recipiendo. circa finem. Sexto, si vasallus non dederit potestatem cum pertinentiis eiusdem castri: quia non videtur dedisse, aut soluisse, qui partem dedit, aut soluit, & partem retinuit: vt l. j. §. illud. ff. vnde vi. & de solut. l. si stipulatus. Et istud probatur ex consuetudine infra per inerecitata, vbi dicitur quod potestas castri debet dari cum pertinentiis suis. Aliqui addunt septimum, si vasallus dedit potestatem castri deteriorati, & nil allegant. Sed ego allego pro eis casum in c. si vero. infra ibi: nec potest castellanus domino suo feudum deteriorare. Idem dicit Gemi. in capi. ad apostolica. §. sed licet. de re iudi. libro sexto. Et idem dicit Bald. qui. mod. feud. amit. §. rursus. & per eum de inuesti. de reali. §. quid ergo. & Iacob. de Monte iuda. in vfatice, magnates. Sed his non obstantibus, credo contrarium. Nam licet vasallus non possit rem feudalem deteriorare, attamen non reperitur iure cautum quod præter illos septem casus per me supra positos dicatur, vasallum, plenam non dedisse potestatem: & est fortissimum argumentum: quando dicimus, non est iure cautum, secundum Compos. in c. bonæ. de elect. & quando lex non dicit, nec nos dicere debemus. secundum Bal. si de feu. defum. mi. §. si vasallus. Nec est nostrum legem extendere maxime consuetudines, secundum Bald. de feu. cog. & in prælud. feu. & Ludo. in l. j. §. si stipulanti. de verborum obligatio. maxime in casu odioso: quia si plenam non dat potestatem, efficitur baufator, vt in hoc c. Crederem tamē quod vasallus teneretur meliorare, adaptare, & reficere dictum castrum: quia ei ad meliorandum datur, & non ad deteriorandum, secundum ea, quæ dicuntur j. e. & si non

& si non: vbi tractabo materiam castri diruti. Alioquin non videretur plenam dedisse potestatem. Et in isto casu, quo nollet meliorare, & reficere dictum castrum, quod deteriorauerat, puto dictum septimum casum habere locum, argumento no. j. in c. & finitis. vbi dominus tenetur restituere castrum vasallo absq; detrimento: et si detrimentum intulerit, & illud non restituerit vasallo, q; non intelligeretur plenam reddidisse potestatem: **¶ quia in feudis dominus & vasallus ad paria iudicatur: vt in vfatice cunctum malum. & eandem fidem sibi adinuicem præstare tenentur: vt. xxij. q. vlti. c. de forma. & in Spec. tit. de feu. post phi. Adde Iac. Merquilles in dicto vfatice, cunctum malum. vbi dicit quod paræ poenam pateretur dominus, quam sustineret vasallus: vt puta, si vasallus priuaretur feudo: & dominus proprietate priuaretur. Et adde Bald. de for. fide. vbi dicit q; in quibuscunq; vasallus fidelis esse debet domino suo, ita & dominus suo vasallo: hoc enim est ex natura correlatiuorum, vbi dispositum in vno censetur dispositum in alio: vt l. si. C. de indic. vidui. argumento. l. si. ff. de accepti. **¶ Constitutio enim dispones super vno ex correlatiuis, extenditur ad aliud correlatiuum, dato q; de eo non fecerit mentionem. gl. in c. cupientes. §. deniq; de elec. li. vj. in verbo, de notorijs. & ibi Gemi. Modus enim traditus in vno ex correlatiuis, in alio expressus intelligitur, secundum Bal. in feu. si de feu. def. mi. §. domino. facit quod scribit Albertus in summa sua notabili vbi exponit illam autoritatē Philo sophi, correlatiua sunt simul in natura, id est in naturali intelligentia. Faciunt ad hoc quæ dicunt Bar. & Bal. in d. l. si. de indic. vidui. q; si apponitur poena vendenti frumentum in platea, videtur apposita ementi. Et vide Bal. in l. nemo martyres. C. de sacrosanct. eccle. & in l. si. C. de peri. & cō. rei ven. & Bar. i. d. l. si. de accept. & in l. j. C. de cupre. lib. x. & in l. bona fides. ff. de actio. emp. facit etiam dictum Bal. in l. j. C. de interd. vbi est eadem ratio, ibi est idem casus formalis, considerata mente iuris, licet non sit eadem materia. Et sic fortius hic, vbi est eadem materia. Et dicit esse glo. Ioan. an. in c. si postquam. de elect. lib. vj. facit dictum Bal. in l. his solis. C. de reuo. dona. q; vbi cunq; ratio statuti in vno est eadem, in****

alio sit extensio: quia ratio legis inspicitur, & non verba. Vide ibi Bar. facit c. j. §. porro. in titu. que fuit prima cau. benefic. amit. vbi in poenalibus proceditur de similibus ad similia. & ibi Bal. alleg. Bart. dicit esse verum vbi cunq; statuto inest ratio naturalis, vel ciuilis: & sic vbi dicta deterioratio non reficeretur, crederem, vt dixi, dictum septimum casum procedere, & esse verum. Adde que dixi j. c. licet. & etiam pro hoc adde G. de Vallesicha in vfatice potestatem. vbi querit, quid si tradatur potestas castri, retentis aliquibus terminis eiusdem per vasallum, an censetur tradita. Et dicit quod non. & allegat hoc. c. Item quia plena est danda potestas, & integra, de omnibus terminis qui sunt eiusdem territorij, argumento l. si stipulatus. §. j. ff. de solut. & C. depo. l. iij. & q; tradat sine deterioratione: alias non videtur tradita, argumento. l. sicut. ff. commo. & ibi glof. notabilis super verbo reddita, in versu, secus in actione bonæ fidei. nam tota res petetur. Et est certum quod dare alicui feudum, non est in Cathalonix nisi commanda. & ita se habent instrumenta feudorum Cathalonix principatus. Item quia feudum dando per vasallum potestatem non traditur in eadem forma, qua fuit traditum, ideo deterioratum: & sic non est liberatus vasallus quo ad dandam plenam potestatem, argumento. l. iulianus. §. sed & si quis. Gulielmus vbi supra. Sed tu intellige dictum Gulielmi prout supra dixi. Prædicti septem modi veniunt limitandi tribus modis. Primo, si vasallus remanserit in dicto castro. Secundo, si de voluntate domini vel in proprio allodio, vt in hoc c. dicitur. Tercio si in instrumento conuentionali sibi liceret vt j. c. si autem. **¶ Sed quæro**, nunquid si vasallus non extraheret omnes res suas, an videat plenam non dedisse potestatem: Et dic quod sic, cum dicatur in textu, quod vasallus abstractis de castro, & eius terminis, omnibus rebus suis, &c. & sic videatur sentire, vel præbere argumentum, quod nisi illas extraxisset, non videretur plenam dedisse potestatem. Item per verbum alioquin, ibi positum, quod exponitur, id est, si non omnia præmissa adimpleuerit, vel fecerit. ita exponitur per glo. Archi. & Gemi. in c. vt circa. de elect. lib. vj. in verbo alioquin. Præterea, ea quæ

in præfationibus dicuntur, in subsequen-
tibus repetita videntur, per iura per me in
præcedenti capitulo allegata. Sed in fine
huius capituli dicit non intelligitur pote-
statem dedisse, quæ verba ad omnia præ-
cedentia referuntur, per iura in dicto capi-
tulo præcedenti allegata: igitur &c. Tu
autem, his non obstantibus, dicas quod
vasallus de necessitate non tenetur illas ex-
trahere, probatur in hoc capitulo, in verbis
quantumcunque vasallus, &c. ubi tantum
loquitur, & fit mentio si vasallus remanse-
rit in dicto termino: & non dicit aliquid
de rebus: & consequenter ubi lex non di-
cit, nec nos dicere debemus, secundum
Bal. si de feu. def. mi. §. & si vasallus in feu.
Nam quod dicit de rebus, est consilium,
ne ipsæ res vastarentur. Nec obstat huius-
modi tex. in verbis abstractis, &c. ex qui-
bus assumitur argumentum ad partem con-
trariam. Nam quando sumitur argumen-
tum ab aliquo tex. sequitur quod non est
casus de hoc, per c. forus. §. argumentum.
de verb. significa. & per id, quod no. Ioan.
An. in c. j. de pact. secundum Andre. de Si-
cil. in c. si diligenti. de præscrip. & conse-
quenter non debet assumi, ex quo hic in
contrarium est casus in dictis verbis, quæ
tuncunque vasallus, &c. Vbi tantum de
persona loquitur, & non de ipsis rebus.
Vbi enim per argumentum sumptum re-
sultaret iuri communi contrarius intelle-
ctus, non habet locum tale argumentum.
C. de condi. infer. l. ij. glo. in c. vno. de æta.
& quali. lib. vj. & in c. cum apostolica. de
his, quæ fi. à præla. secundum Ludo. in re-
pe. auth. similiter. C. ad legem fal. ver. xix.
circa specialitates ultimæ voluntatis. Et
ita esset in nostro casu, cum resultaret con-
trarius intellectus ad dicta verba, ubi tan-
tum fit mentio de persona: vt dixi. Nec
obstat quod dixi, quod illa verba, Non in-
telligitur potestatem dedisse: ad omnia præ-
cedentia referantur: quia illud est verum,
cum commode, & salva pace recti sermo-
nis referri debet, secundum Ludo. in l. ex-
timatis. ff. solut. matr. quod secus est hic,
per ea, quæ superius dixi. Vel dic quod
clausula in fine appolita, non refertur
ad omnia superiora, quando est dare ra-
tionem quare magis ad vnum, quam ad
aliud refertur, secundum gloss. in c. statum.
de rescrip. li. vj. in verbo, locis. & ibi

Gemi. & in c. vt circa de elect. eo. libr. in
verbo, coram. Nec etiam obstat dictum
verbum Alioquin, quia declaratur ex ver-
bis subsequentibus ibi: quantumcunque
vasallus remanserit in termino dicti castri.
13 ¶ Nam ambiguitas scripturæ ex vicin-
te verbi in oratione positi declarationem
recipit, secundum Ludo. in l. si verò. §. de
viro. in xliij. fall. ver. xv. idem dicit Iacob.
de monte Iu. in vsatico, si quis suum feudum
in versicu. emparare. Adde ad hoc. G. de
Vallesicha in vsatico potestatem. ubi sic
inquit: Sed quid si tradita sit potestas ca-
stri, seu feudi domino per vasallum, reli-
ctis rebus vtenilibus, & alijs mobilibus
in castro, an videatur plena data potestas?
Et videtur quod non. Et allegat hoc cap.
ibi: omnibus rebus suis: alias non videtur
tradita plena potestas: vt hoc c. versi. alio-
quin. Contrarium credit: quia licet bona
mobilia remaneant in castro, censetur po-
testas plenè tradita: vt j. c. iij. Nec obstat
contraria, & primò non obstat hoc c. quia
loquitur de consilio, ad hoc vt bona mobi-
lia non destruantur, seu deuantentur. Nec
obstat ver. alioquin. quoniam in persona
ipsius vasalli loquitur remanente intra ter-
minos feudi: & tunc non censetur potestas
tradita. secus si mobilia bona remaneant:
quoniam de illis habet dominus, seu cu-
stodes ad emprinium, seu seruitium, vt di-
cto capi. iij. ¶ Sed contra opinionem com-
munem facit, quia hic sunt ablatiui absolu-
ti, qui faciunt conditionem, secundum Bal.
in l. j. C. quando liceat ab emp. disce. Bar. in
l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obl.
& Ange. in l. ab emptione. ff. de pac. Na-
tura enim conditionum hæc est, quod de-
bet formabiliter, & indubitabiliter adim-
pleri, secundum Bar. in l. fi. C. ad legem fal.
& Bal. in feu. de pa. iura. fir. §. conuenticu-
las. Et pro hoc tex. in l. Iulianus. & l. qui he-
redi. ff. de condi. & demon. Si igitur ista
verba faciunt conditionem, ergo ipsa non
impleta non videtur plenam datam fuisse
castri potestatem. Oportet enim vt ipsa con-
ditio verificetur, quod bona extrahantur à
termino castri, & tunc censetur ipsam
conditionem purificasse: sed contra hoc for-
titer facit c. & si dominus. j. ubi videtur ca-
sus quod etiam si res reperiantur in ipso
castro, quod ex hoc non consequitur ple-
nam non fuisse datam potestatem. Nisi di-
cas quod

cas quod ibi non remanserunt in castro
omnia bona, sed solum pars: quia ibi est
dictio aliqua, quæ verificatur in qualibet
particula. gloss. secundum Nico. in clemē.
j. de foro competenti. in verbo, earum par-
te. sed ista ratio non tollit contrarium: quia
in huiusmodi. c. est dictio omnibus: & sic
qui omne dicit, nil excludit: vt l. à procura-
tore. C. man. Item facit in contrarium quod
verba conditionalia non inducant disposi-
tionem præcisam, vt patet in l. si quis sub
conditione. ff. si quis omif. cau. tes. & l. ex
facto. ff. de hære. insti. secundum Ludo. in
l. si cum dotem. ff. solu. mat. & l. donatio-
nes. §. species. ff. de dona. Quid igitur est
dicendum? Ego verò in hoc dubitabili
passu non recederem à communi opinio-
ne in iudicando, propter autoritatem di-
ctorum doctorum, & per iura & rationes
15 per me super allegatas, & factas. ¶ Quæ-
ro, nunquid si vasallus non abstraxerit di-
ctas res, an illas amisisse videatur, & quæ-
rantur domino ipsius castri, siue feudi: Et
dicunt quidam quod sic: quia custodes
positi in dicto castro à domino possunt
eas expendere: vt j. c. & si dominus. & in
c. Item si vasallus. Si ergo domino non
acquireretur, non possent per dominos
expendi. Et ita dicunt fuisse seruatum de
facto ex consuetudine. Sed certè dictæ con-
suetudines superius allegatæ hoc non di-
cunt, imò innuunt contrarium. Nam va-
sallus tenetur soluere & restituere expen-
sas custodum, vt in dictis capitulis, & si
dominus. in fi. & in c. Item. Et sic si expen-
derentur dictæ res pro dictis custodibus,
compensarentur cum debito ipsarum ex-
pensarum dictorum custodum, ad quas
soluendas vasallus tenetur, & obligatus
est. Et si acquirerent domino, non heret
de eis ipsa expensa custodum: nec fieret
compensatio de eisdem rebus cum dictis
expensis, imò vltra dictas res vasallus te-
neretur soluere dictas expensas, & alias
non recuperaret dictum castrum, nisi ipsis
expensis exsoluitis. Præterea esset contra
rationem, & mentem ipsarum consuetu-
dinum: quia cum sit introductum in fau-
orem vasalli quod possit extrahere dictas
res ob hoc, vt non possint destrui, vel con-
sumi, & consequenter non debet in eius
læSIONEM retorqueri. C. de legi. l. quod fa-
uore. Item quia potius concernit fauorem

domini, quam damnum, eo quia facilius
& sine incommodo domini soluuntur di-
ctæ expensæ custodibus, si ipsæ res inue-
niantur in castro, quam si essent ab illo ex-
tractæ: quia dominus teneretur illas face-
re de suo, vt dicit tex. j. c. si dominus. licet
eas posset postea repetere, & recuperare à
vasallo, vt ibi: & meli⁹ est retinere, quam
solutum repetere: vt l. ij. ff. de compen. Et
ita dicunt antiqui sapientes fuisse decisum
in consilio domini Regis apud Barchino
nam super potestate, quam dominus rex
petijt ab Huguetto de stâpace. Et credo
quod bene: & sic hoc vltimum est tenen-
dum. Et pro hoc adde quod si dictæ res,
quæ remanent in dicto castro acquirere-
tur domino, non est verisimile quod vasal-
lus illas ibi relinqueret: quia nemo præsu-
mitur iactare res suas l. cum de indebito.
16 ff. de proba. ¶ Quæro, vtrum dominus
quàm diu teneat dictum castrum post tra-
ditionem potestatis possit vti ipso castro?
Et dicas secundum Arnaldum de Mora-
ria, & alios antiquos sapientes Barchino-
næ, quod est consuetudo Cathalonix, ac
vsus inueteratus quod dominus retinen-
do potestatem vtitur, & vti potest ipso ca-
stro, & eius termino ad votum & voluntatem
suam: & quod potestas castri est danda cum o-
mnibus pertinentijs ipsius castri, cum te-
nente domino potestatem castri, illo tem-
pore censetur dominus castri: & homi-
nes ipsius castri debent præstare sacramen-
tum, & homagium quod erunt sibi fide-
les, dum durabit ipsa potestas. Et sic ser-
uanda est ipsa consuetudo: quia consuetu-
dines feudorum ab antiquis vsibus fue-
runt introductæ, secundum Bal. qui feud.
da. pos. §. hoc autem: sicut fuerunt vsatici
Barchinonæ: vt in vsatico, hæc sunt. & di-
cit Iaco. Calicij in vsati. magnates. quod in
causis feudalibus multum attenditur con-
suetudo: & in consuetudine non semper
exigimus quod sit rationalis, sed quod
sit tolerabilis, & vsu approbata, secun-
dum Bal. de feu. cog. iudicandum est enim
secundum dictam consuetudinem. Nam
quod est consuetudinarium, non est arbi-
trarium, secundum Bal. in l. quicumque. C.
17 de seruis fug. ¶ & in dubio consuetudo in-
telligatur præscripta, secundum Bald. de
feu. cog. & Gemi. in c. j. de offic. ordi. libr.
vj. §. nec. & in c. Romana. de app. eo. lib. &

in c. cum de consuetudine. & in c. non est. quia consuetudo in perpetuum viget, nisi sit mutata, secundum Bal. per quos fiat inuef. §. sed. Ligant enim consuetudines principē, secundum Bal. de inuef. feu. inter do. §. hoc autem. & eas seruari facere tenetur, secundum Bal. qui feu. da. pos. §. capitanei. Sed tu intellige istam consuetudinem secundum no. per Iaco. de monte iuda. in vsatic. magnates. in illa q. quæro iuxta istum tex. quando dominus post decem dies. & c.

18 Sed quæro, quæ dicantur pertinentiæ ipsius castrī: Dicas q. territorium. Ita dicit Inno. in c. cum ad sedem. de restit. spo. Et petito castro, tacite videtur peti territorium, secundum Bald. super Inno. ibi. De petitione cum pertinentiis, tex. & glo. in c. cum venerabilis. de reli. domi. & simile in l. de possessione. C. unde vi. & Oldra. in consil. consilio. ix. No. tamen q. qui allegat castrum habere territorium, vel certos fines, debet illud probare legitime secundum Bar. in consil. consilio. cxcvj. Et qualiter probetur, colligitur ex no. per Inno. & Io. And. in c. cum causam. de proba. † An autem recognoscens tenere castrum in feudum, videatur territorium recognoscere? Bal. de capi. qui cur. ven. De his & alijs vide quæ latius scribam in c. si aliqui allo diarij. vbi amplissime tractabo materiam castrī terminati.

Quæro, quid si vasallus exiit de castro, & eius termino, postmodum intra decem dies post apprehensam potestatem rediit intra illum, nunquid videatur à dicto termino exiisse? Et videtur quod non: quia non videtur aliquem abfuisse, qui in breui est reuerfurus. tex. doct. & Baptista de sancto Petro in l. cum antiquitas. C. de testa. facit ad hoc q. causa exclusionis durare debet. glo. & Bal. in auth. si aurum. C. de sen. nupt. facit ad hoc, q. si aliquis est condemnatus dis gubernare domum, & dis gubernare, quod non potest postea ingubernare. Bar. in l. sicut. §. superuacuum. ff. qui.

20 mo. pig. vel hypo. sol. facit pro hoc † q. si ciuitas est condemnata ad destruendum castrum, vel muros, quod iplis destructis non potest iterum reedificare, secundum Bart. in l. si quis adulterium. §. si quis. ff. de adul. & Ang. in l. in numerationibus. ff. de solu. Et de hoc est casus j. c. pximo. ver. si redierit. & versic. non redierit. Quæro, nunquid si traditum est castrum, omnes possessiones

ad ipsum castrum pertinentes traditæ intelligantur: videtur quod sic. ff. de acquir. posses. l. j. §. veteres. & l. prædia. & l. possideri. in prin. argumento. ff. de acquir. hære. l. si solus. & ff. de serui. rus. prædi. l. vna est via. Super hoc distinguitur, quia aut ipse possessiones sunt distinctæ, aut cōtinuæ: vnde de Bart. in d. l. possideri. Quæro secun-

21 dum Sperantem in deo Cardona, Fan dominus, qui accepit potestatem de castro, possit petere fidelitatem à vasallo: Et allegat. l. omnis. §. si. ff. vsuf. quemadmo. ca. & ibi glo. super verbo, in rem. Et credo q. bene dicit: & est consuetudo supra per me recitata. Et istud vult dicere. j. ca. & finitis. ibi dum dicit, poterit dominus petere ab ipso vasallo q. faciat sibi hominaticum, si nondum fecerit ei. Ergo apparet ex verbis dictæ consuetudinis, si subtilius intelligatur, q. ibi est casus q. dicta fidelitas fuit præstita post receptionem potestatis, & ante eius redditionem: & sic videtur q. potest peti, et illam debere præstari. adde que dixi supra c. pximo. Quæro, vtrum quando vasallus exiit de castro, & eius termino, teneatur exire vna cum eius familia: Et credo q. sic. casus est j. in c. si dominus. & hoc sequitur Sperans in deo Cardo. Quæro, dicitur in tex. q. vasallus non debet ibi remanere: quid si pretendat vasallus, q. ex consuetudine, vel præscriptione longissima ibi possit remanere: nunquid sit audiendus, vel bene dicat? Et dicas q. non. casus est in c. si autem. secundum Cardona, & bene.

22 † Quæro, nunquid potestas potest accipi per procuratorem? Et dico q. sic. Casus est hic, in verbo, Alius. & j. c. & si non in verbo, alius. & dixi supra in no. & latissime in c. præcedenti. Quæro, quid si non est turris, vel fortalitium, quia castrum est dirutum, qualiter fiet dicta apprehensio: Dic vt j. in c. & si nondum. No. hic in verbo bausator, & c. q. si vasallus dederit potestatem castrī, sed non plenarie, bausator efficitur. † Sed quærit G. de valesicha in vsatico, potestatem, quid si vasallus habet guerram cum domino, durante guerra petitur potestas ab ipso vasallo, an vasallus teneatur eam tradere? et dicit q. sic: quia de fide agitur, & contra fidelitatem, ex qua possit bausa sequi, nulla admittitur defensio, vt supra. c. j. circa finē. Ego verò distinguere sic: quia aut dominus fuit inceptor guerre

23 contra

contra vasallum, aut econtra vasallus contra dominum. Primo casu subdistingue: aut fuit inceptor iuste aut iniuste: si iuste, & tunc credo quod opinio Gulielmi est vera: & hoc per tex. & ibi Bald. in c. j. in feu. hic fini. lex Fre. deinde inci. consue. reg. Et idem credo si est dubium. Si autem notorium sit quod guerra fuit iniuste mota: & tunc credo quod vasallus potestatem tradere non tenetur, argumento dicti text. & quod ibi not. Bald. vbi dicit quod est vnus casus, quod vasallus dominum iuuare non tenetur, quando iniustitia domini est notoria, & dominus fuit inceptor guerre allegando Aristotelem quod non incipit qui ira aliquid facit, sed qui ad iram prouocat, sic. ff. de iudic. l. in tribus. Secundo casu principali subdistingue, quia aut vasallus se fatigauerit in dominum, & eum postea in eius contumaciam & faticam acuydauerit: & tunc credo quod non tenetur potestatem tradere, argumento vsatici, cunctum malum. à contrario sensu: & vsatici, si quis dixit. Nam in Cathalonia quilibet potest diffidare dominum suum: vt est tex. in vsatico, Item constituerunt. & ibi Gul. de valesicha, & alij doctores antiqui. Si autem dominus non fuerit à vasallo fatigatus, & acuydatus: & tunc vera est opinio Gulielmi: quia ad hoc vt vasallus dominum suum iuste guerrificare possit, requiritur fatigatio & acuydamentum, vt dicto vsatico, cunctum malum. & ibi scribentes antiqui. Super hac distinctione an guerra sit iusta vel iniusta, vide Iacob. Calicij in vsatico, magnates. circa fi. Et pro ista distinctione facit quod in feudis proceditur de similibus ad similia. text. & ibi Bald. de feu. cog. & per eum, quæ fuit prima cau. benefi. amit. §. porro. & Iacob. de Calicio in d. vsatico, magnates. Nec obstat ratio. G. quod agitur de fide. † Nam vasallus ex vi iuramenti fidelitatis non tenetur iuuare dominum contra seipsum: vt tenet Bal. in §. contra omnes. in titu. proxime allegato: quia qualibet res naturaliter appetit conseruationem sui esse: vt no. ff. de verb. obl. l. liberorū. nec aliqua obligatio teneret, vt contra seipsum iuuare teneretur: vt. ff. de lega. j. l. ab omnibus. §. si à Titio. ergo quanto fortius non tenetur contra seipsum castrī potestatem in guerra iniusta domino tradere. Non enim ad facino

ra aliqua obligatio se extendit: vt. ff. de pac. l. iuregetium. §. ob maleficium. nec societas nec cōfœderatio: vt. ff. p. socio. l. nec pretermittendum. quoniam etiam expressa obligatio non valet: vt ff. de fideicom. lib. l. si à reo. Nam quæ ad turpem causam referuntur, non oportet ad effectum perducere: vt. ff. de annu. lega. l. Quintus Mutius. in fi. Item quia hæc sunt contra ius diuinum: vt no. C. de nup. auth. quod eis. Præterea si dominus est inceptor guerre iniustæ, vel fatigato vasallo, in eo non vult de se iustitiam facere, ipsemet prouocat guerram actiuam & passiuam, & sic sibi imputari debet. Nam quod quis sua culpa sentit, sibi imputare debet: vt l. j. §. quæsitum. cum ibi no. ff. de separa. damnnum enim, quod quis sua culpa sentit, sibi imputari debet, vt in regula, damnnum. ff. de procu. l. qui proprio. §. si. & quod me. cau. l. similiter. §. j. & ad legem Aquil. l. si putator. & l. quemadmodum. & quod ibi notatur. ff. de noxa. cum similibus. Insuper si dominus ducit iniustam guerram, non debet propulsare legitimum aggressorem: vt C. de his, qui ad eccle. confu. l. si seruus. Item quia dictus vasallus tradendo potestatem castrī domino suo ad guerram iniustam, est præstare sceleratissimum patrociniū defensionis: quod est legibus & ipsi nature contrarium: vt C. ne sanc. baptif. l. si. in fin. & C. de defen. ciui. l. omnes. bella enim iniusta sunt quædam latrocinia: vt not. ff. de iusti. & iure. l. ex hoc iure. Nec obstat quod refert Calicius in dicto vsatico, magnates. quod homines de paratico prætedunt ipsos iuste posse guerrificare in hoc principatu de consuetudine: quia abominabiles consuetudines non sunt seruandæ. Nam consuetudo dicitur iniusta quando contradicit iuri diuino, naturali, vel gentium. Non enim tunc consuetudo appellatur, sed vsurpatio, secundum Ange. in l. iniuriarum. §. si quis. ff. de iniur. Nec etiam valet consuetudo, etiam in contradictorio iudicio obtenta, quando est irrationabilis, vel contra publicam vtilitatem, secundum do. Ant. de But. extr. de re iudi. c. cū causa. in vltima opp. Nullus enim tenetur dare arma contra se: vt argumēto. l. qui accusare. C. de eden. Nec obstat vsaticus, potestatem, quia licet lex generaliter, id est, præcisè loquatur, attamen recipit rationabiles excusationes, secundum Bal. in

l. filius & procurator. ff. de procu. sed hic va-
 fallus rationabilem habet excusationem ad
 non tradendam potestatem ad guerram a-
 ctivam vel passivam. iniustam igitur, &c.
 Nec etiā obstat. c. j. supra in ver. non obsta-
 te, &c. nam nunquā lex generaliter exclu-
 dens aliquid opponi posse, intelligitur ex-
 cludere oppositionē exceptiōis, quā resul-
 tat ex his, quā facit ipsemet quod faciens
 vel petens, secundum Ludo. in l. si verō. §.
 de viro. ff. fo. ma. in. xxxij. fallē. v. ex quo
 tollitur. sed si dictus dominus guerram a-
 ctivam vel passivam cum vasallo iniuste,
 meritō ipsa exceptio opponi potest: quia
 resultat ex facto ipsius domini: & sic non
 ipse vasallus eum excludit, sed ipsemet do-
 minus semetipsum excludere videtur. Si
 autem dicta iura aliter intelligerentur, con-
 tinerent absurditatem. verba autem consti-
 tutionis, etiam si sunt uniuersalia, restrin-
 guntur, seu restringenda sunt, vt absurdi-
 tatem in se non contineant: vt dicit tex. de ex-
 cur. tuto. l. scire oportet. in §. illud. ver. sed &
 si. secundum Ludo. vbi supra ver. vltimo.
 Et istam limitationem potes addere ad il-
 las, quas dedi supra in c. j. quando vasallus
 non teneatur tradere potestatem de castro:

Quæro iuxta tex. ibi: in proprio allodio.
 quid dicatur allodium? Et Bal. in auth. Itē
 C. de epī. & cle. dicit q̄ sunt tria genera allo-
 diorum, sed omīsis eis, quæ ibi dicit, dicas
 26 ¶ secundum eum in feu. de allodij. q̄ allo-
 dium est, quod est proprium alicuius, & a
 nemine recognitum, nisi a deo. Et de allo-
 dio tangitur. ff. de relig. & sumpt. fu. l. at si
 quis. §. interdum. & ibi glo. & per eundem
 Bal. in l. ingenuū. C. de inge. manu. allodij,
 allodij, dicitur hereditas, quam vendere,
 aut donare possum. Et ista est materia pro-
 pria, secundum Bal. de allodij. Quæro,
 quando dicatur quis habere allodium pro-
 prium in termino? Et dic q̄ quando vasal-
 lus ostendit rem illam esse allodiam, &
 ab alio non recognitā: aliās nisi illud osten-
 deret, teneretur pro domino castri, nec iu-
 uaret in hoc dicto vasallo præscriptio: vt j.
 c. si Castellanus. quod qualiter intelligatur
 ibi dicam latius. No. tamen q̄ allodiarus
 potest allodium vendere, aut donare eccle-
 siæ, aut cui voluerit, exceptis bautilis nobi-
 lium: vt in vsatico. Præcipimus. c. ij. & etiā
 excipitur Rex, qui non potest emere allo-
 dium intra terminos castri: vt in constitu.

item q̄ nos & successores nostri curiæ Bar-
 chinonæ Regis Petri. ij. de materia allodij
 dicam. j. in d. c. si Castellanus.

De his quæ impediunt plenā dare potestate.



NT recipiendo po-
 testatē dñs ponet
 liberē, et absq̄ im-
 pedimēto aliquo
 custodes castro,
 tot quot fuerint
 necessarij ad custodiendū castra. Et
 si vasallus, vel aliquis, seu aliqui no-
 mine suo impederint dñm, ne pos-
 sit ponere sufficientes custodes, vel
 mutare, seu cambiare custodes intra
 illos. x. dies, nō intelligetur vasallus
 plenam & liberam potestatē donas-
 se de castro: nec currit domino in
 isto casu spatium decem dierum, si-
 cut nec tunc, cum remanserit, aliās
 remanserint in termino ipsius Ca-
 stri, vel postquam exierit terminos
 Castri, si redierit intra illos. Sed tūc
 incipiet currere, cum plena, & li-
 bera, & absque aliquo impedimen-
 to facta fuerit potestas, & non re-
 dierit intra illos terminos.

S P M M A R I V M.

- 1 Dominus recepta castri potestate custodes in illo pone-
re debet.
- 2 Vasallus dominum impedire non debet quin liberē po-
nat custodes in castro.
- 3 Dies decem dati domino ad tenendam castri potestatem
quibus impediuntur currere casibus.
- 4 Liberē quid facere, quis dicatur.
- 5 Mutare quid sit, & quid cambire.
- 6 Liberē, adverbium quid significet.
- 7 Potestas libera aliquid faciendi qualiter intelligatur.
- 8 Iudicis arbitrio committitur, q̄ sub regula nō continetur.
- 9 Dominus qñ castri potestatem domino reddere teneatur.
- 10 Vasallus qñ dño dicatur castri plenā dedisse potestatem.
- 11 Tempus non currit legitime impedito.
- 12 Custodia castri quando commissa presumatur.
- 13 Dominus an vasallo teneatur, si durante potestate castri
mittatur. 16. 17.

- 14 Vis maior facit ne quis teneatur.
- 15 Derunctio alicui facta constituit eum in mala fide.
- 18 Dominus accipiens castri potestatem tēpore guerræ, an
teneatur de uolentia. 20. 21. 22. 23. 24. 25.
- 19 Imputari nil debet ei, qui fecit quod debuit.
- 26 Dominus habens potestatem castri, nil debet permittere
in eo dirui.
- 27 Sufficiens ad aliquem actum quando quid dicatur.
- 28 Libera, hæc dictio quid importet.
- 29 Tempus domino concessum ad tenendam potestatem an
sit continuuum, & quando currere incipiat. 30.
- 31 Vasallus, qui domino castri potestatem tradidit, an post
decem dies possit ingredi terminos.



ET recipiendo. Diuide istud c. in
 quatuor partes. prima pars est vsq̄
 que ad ver. & si vasallus. Secūda
 pars est vsq̄ ad ver. nec currit.
 Tertia pars est vsq̄ ad ver. sed tunc. Quar-
 ta pars est vsq̄ ad finem. Et in summa. h. d.
 Dominus, dñ recipit potestatem de castro
 potest ponere in eodem custodes ad custo-
 diendū: nec videtur plenam recepisse pote-
 statem, si vasallus impedit dñm ponere in
 eo sufficientes custodes, vel eos mutare, aut
 cambiare: nec currunt sibi decem dies, sicut
 nec tunc, qñ vasallus remansit in termino,
 vel redijt intra illos: & q̄ ipsi decē dies cur-
 runt dño, quando vasallus plenā sibi dedit
 potestatem, & non redijt intra illos. Collige
 notabilia. ¶ Not. j. q̄ dominus ponit custo-
 des in castro recipiendo illius potestatem li-
 berē, & absq̄ impedimento. Secūdo no. q̄
 dominus pot ponere custodes in dicto ca-
 stro tot, quot sunt necessarij ad custodiendū
 ipsum castrū. concor. l. quarundā. ff.
 de acqui. posse. vbi per appositionē custo-
 dis videtur apprahēdi possessio. Tu tamē
 vide Gul. de Valle sicha in vsato. potestatem.
 vbi querit, quot custodes Dñs poterit po-
 nere i custodiendo potestatem: Et primō di-
 cit q̄ tot, quor sibi placuerint. & alleg. hoc
 cap. Sed ipse contrariū credit, si vasallus de
 hoc conueratur: qm̄ arbitrio boni viri, &
 feudī qualitate, & domini, si habet inimi-
 cos sunt ponendi, & soluendi custodes: vt
 j. c. vni. §. fin. ¶ Tertiō not. q̄ vasallus, nec
 aliquis eius nomine nō debet impedire do-
 minū, quin possit ponere sufficientes custo-
 des in castro, vel mutare, aut cābiare eos in-
 tra decē dies. Quartō no. q̄ si vasallus, aut
 aliquis eius nomine præstat impedimentū
 in his quæ dixi in præcedētī notabili, nō vi-
 detur plenā dedisse potestatem. Et sic hic col-

ligūtur duo casus, ex quibus nō intelli-
 tur vasallus plenā dedisse potestatem de ca-
 stro, scilicet si vasallus aut alius eius nomi-
 ne dedit impedimentum dño, vt non pos-
 sit ponere sufficientes custodes in castro, vel
 eos mutare, aut cambiare. vide quæ dixi su-
 præ. c. ij. Quintō not. q̄ si vasallus dederit
 dictum impedimentū, non currit dño tem-
 pus dictorū decem dierum. Sextō not. q̄
 etiā non currit dño dictum tempus decem
 dierum, qñ vasallus remanet in termino di-
 cti castri post dationē potestatis, vel qñ exi-
 uit terminū, & redijt in illū intra dictos de-
 cem dies. ¶ Ex quibus collige hic quatuor
 casus, qui impediunt cursum dictorū de-
 cem dierum. Primus est, si vasallus impedit
 dñm ne possit ponere sufficientes custodes
 in castro. Secundus est, si nō permittit eos
 permutare, aut cambiare. Tertius est, si va-
 fallus remanet in termino castri post tradi-
 tionē potestatis. Quartus est, si vasallus
 exiuit terminū castri, & intra illos decē dies
 redijt in dictū terminū. Septimō & vltimō
 not. q̄ tunc currunt dicti decem dies dño,
 cum plena & libera absq̄ impedimēto da-
 ta fuit potestas, & vasallus nō redijt intra il-
 los terminos. Ex quibus habes qñ dicti de-
 cem dies currere incipiāt. Collige ergo ex
 his duo ad cursum dictorū decem dierū, q̄
 potestas sit plenē data, & vasallus non re-
 deat in terminum intra illos. Expone lite-
 ram liberē. i. absolutē. ¶ Nam ille dicitur
 posse liberē actum facere, qui non exigit
 cōsensum alterius in actus exercitio, secun-
 dum Gemī. in c. cū plures. de offi. dele. lib.
 vj. & in c. j. de renū. eo. lib. vel liberē, i. non
 obstante aliqua appellatione, vel contradi-
 ctione, secundum Host. & Gemī. in c. pro
 humani. de homi. cod. lib. in verbo, liberē.
 Impedimento. concor. in Clemē. hi qui. de
 aeta. & quali. in verbo, impedimēto. Necessarij,
 vide gl. & Bar. in Procem. C. supra hic
 quæret necnō. Aliquis nomine suo, vel fau-
 tores eius: qm̄ paria sunt impediri per illū,
 cōtra quem debet fieri actus, vel per alios
 eius fautores, secundum Gemī. in c. statui-
 mus. de off. dele. li. vj. Mutare, seu cābiare.
 id est, vnū vel plures loco aliorū iam posi-
 torum ponere. ¶ Quia mutare proprie est
 de aliquo ad aliquid, secūdū gl. in l. Iulian⁹
 ff. qui satis. cogā. & gl. & ibi Lud. in l. pos-
 sideri. §. illud. ff. de acqui. pos. Et cābiare, id
 est permutare. Et ita accipitur i feu. de cō-

trouer. inuest. §. cum autem. & ibi Bald. in verbo cambium. Decem dies. intra quos dominus potest retinere potestatem castrum: vt j. in c. & finitis. & quæ ibi dicam latius de hoc, & capit. isti sunt. §. septimus. Et dic quod quadrupliciter est dies. vide quæ scribam j. c. domino defuncto. in verbo dies. Liberam. De isto verbo vide tex. & Bald. in feud. de allo. circa finem. intra illos, scilicet terminos, vt infra dicitur in fine. Currere scilicet tempus decem dierum. Potestas, supple ipsius castrum. Et nõ redierit: scilicet vasallus. Terminos, supple dicti castrum. Oppon. primò quod iste dominus recepta potestate potest ponere in dicto castro custodes ad eius voluntatem: quia hinc in tex. est verbum Libere, ¶ quod importat liberum, id est, francum arbitrium: quia est indefinitè prolatum, secundum Bald. de capi. qui cur. ven. & cum est positum in materia extrajudiciali, vt hic, tollit moderamen iuris. Et ad hoc allego glo. in cle. dudum. in §. nos autem. In verbo Libere. de sepul. & glos. in c. Romana. de cens. lib. vj. & ibi Gemi. de quo de preben. licet episcopo. per Io. And. e. lib. & in c. de illis. de spon. & in c. si quem. de procu. eod. lib. & in c. de multa. & per Andra. de Sicil. in c. directæ. extra de appel. Solutio. text. iste tollit contrarium: quia sunt ibi verba subsequencia tot quot fuerunt necessarij, quæ restringunt verbum libere, sic quod dominus non potest ponere custodes ad eius voluntatē. Ideo si vasallus de hoc conqueratur, soluentur expensæ custodum arbitrio boni viri: vt j. in c. item si vasallus. §. & si vasallus. Et super hoc vide quæ scripsi supra, in secundo not. Facit ad hoc, ¶ quia quando datur libera potestas alicui exercendi actum, intelligitur quod faciat actum canonice, & secundum formam illi actui statutam, secundum Gemi. in c. eos. §. clericis. de elect. lib. vj. Facit etiam ad hoc quod dicit Ange. in l. si. ff. de custo. & exhi. reo. quod custos castrum ad euitandum culpam, debet habere tot custodes, quot sunt necessarij ad custodiam: ergo secundum hoc nõ debet habere nisi quot sunt necessarij. Et ita est hic. Et hoc sequitur Gul. de Vallecha in vsatico, potestatē. vbi dicit quod si vasallus conqueratur de hoc quod arbitrio boni viri, & feudum qualitate, & domini, si habet inimicos sunt ponendi, & soluendi custodes, vt

in allegato c. item si vasallus. §. si. Oppo. secundo, quod vasallus potest impedire dominum ad ponendum custodes in castro, si ultra modum, & quam sint necessarij ibi, dominus custodes poneret: quia tex. dicit tot quot sunt necessarij: ergo si ultra necessarios poneret, posset dominum impedire, a contrario sensu: quod arg. est fortissimum in iure: vt l. j. ff. de offi. eius, cui mandata est iurisdictio. Solutio. Dico quod ex quo data est potestas domino de castro, vasallus nullo modo potest impedire dominum quin vltur ipso castro, & ponere possit custodes quos voluerit. Sed si ultra necessarios poneret, non repeteret expensas custodum, nec vasallus ad eas soluendas teneretur, nisi quatenus per arbitrium boni viri venirent soluenda, qui eas arbitrabitur secundum firmam dicti c. item. §. si. & quis erit iste bonus vir, ibi dicam. ¶ Adde quod ea, quæ non sunt sub regula tradita, iudicis arbitrio committuntur, secundum Bal. in feu. qui. cau. feu. amit. Oppo. tertio, quod dominus non potest custodes mutare: quia quod semel placuit, amplius displicere nõ potest: vt in regula iuris. Secundo, si res non sit integra, non potest mutare voluntatem: vt l. si quis prohibuerit. de publi. & de condi. ob cau. l. pecuniam. cum simi. Solutio. Illæ regulæ fallunt in hoc cap. vbi permittitur mutatio: vel illud de iure civili, hic de iure consuetudinario. Tene quæ volueris. Oppo. quarto, quod post receptionem potestatis dominus tenetur intra decem dies, vel in decima die reddere potestatem de castro eius vasallo. & sic dicti decem dies currere incipiunt dicto domino eo ipso quod receperit dictam potestatem: vt j. c. & finitis. circa prin. Solutio. intellige dictum c. secundum istud, hoc est, ¶ quod tunc demum dominus tenetur reddere dictum castrum, cum plenam, & liberam vasallus dederit potestatem: vt in d. c. & finitis. in verbo libere: & in si. huius cap. §. fin. Secus ergo, si plenam & liberam non dederit: quia tunc non currunt domino dicti decem dies: vt in isto capitulo quia expedit iura iuribus concordare. capitulo cum expediat. de elec. lib. vj. Oppo. quinto, quod etiam si vasallus remaneat in termino castrum, videtur plenam dedisse potestatem, & sic currere dicto domino tempus dictorum decem dierum, vt supra c. si petita. ver. nisi quantum & c. & verli. vel in proprio, & c.

& c. Solutio. contrarium est verum, quando ibi remanet de voluntate domini, vel in proprio allodio, vt ibi. Secus verò est, quando sine voluntate domini, vel non in proprio allodio, vt hic. Vel dic quod istud est regulare: quod ibi dicitur de voluntate, & de proprio allodio est speciale, & etiam quando in instrumento conuentionali sibiliceret: vt infra capitulo. si autem. vt ibi dixi. Et sic hanc regulam in illis tribus casibus dico limitandam. ¶ Quæro primò quando dicitur vasallus plenam dominum dedisse potestatem: Et dico quod pluribus concurrentibus, vt puta quando vasallus sine retentione, & impedimento deliberauit, dedit, atque tradidit domino suo, vel alteri pro eo, castrum: & vasallus exiit de ipso, & eius termino. ista colliguntur supra. in c. si petita. Item quod vasallus non impediat dominum inponendo custodes necessarios ad custodiendum dictum castrum, vel quin dominus possit eos mutare, & cambiare. Item quod postquam exierit de dicto castro, & eius termino, vasallus, nec eius familia, aut valitores eius mandato non redeant, vel veniant intra illos terminos, vel domino tenente potestatem aliquid non accipiant de redditibus eiusdem castrum: vt ista habentur & colliguntur in hac consuetudine, & infra capi. si tenente. Et istis concurrentibus plenam videtur vasallus dedisse potestatem, & sic currere sibi tempus decem dierum, vt hic. Facit ad id, quod dixi de impedimento, quod impedito per factum aduersarij non currat dilatio legalis, secundum Baldum in l. intra. ff. de minori. & ibi gloss. C. de adulteris. l. finali. circa finem. C. de anna. exceptione. lege prima. & l. vt perfectius. ff. de offic. prelid. l. senatus. & quod plene not. Bald. in hoc articulo distinguens in l. & Atticilinus. quæ est continuata cum §. precedenti. ff. de seruitutib. rusti. prædi. & Ludouic. in l. j. §. occisorum. ff. ad Silla. & vde textum in capitulo. diuersitatem. de concessione præbendarum. Adde Gemi. in c. cum eo. de elect. libro sexto. §. elapso. vbi dicit quod adstrictus sub poena ad aliquid faciendum, excusatur, si iuste fuerit impeditus. & in §. annus. ¶ dicit quod legitime impedito non currit tempus. Et quis terminus iuris sit peremptorius, attamen fallit, quando legitimum probatur impe-

dimentum, secundum Bald. de prohi. feu. ali. per Lothar. §. quoniam. Crederè tamen quod dominus teneretur allegare dictum impedimentum: quia non sufficit quem esse impeditum, nisi alleget impedimentum, secundum Gemi. in c. cupientes. §. quod si. de elect. lib. vj. & ultra allegationem impedimenti tenetur dominus illud probare: quia qui allegat impedimentum, illud, quod ita sit in veritate, probare tenetur, secundum Baldum in l. si idcirco. C. ex quibus caus. maio. & Bartol. in l. qui comatus. §. dum tamen. ff. de re mi. Et ultra præmissa dominus, qui est impeditus tenetur protestari, secundum Gemi. in d. c. cupientes. §. quod si per viginti. vbi dicit quod qui ex iusta causa est impeditus, si non potest facere actum, quem facere tenebatur, nõ excusatur, nisi fuerit protestatus: & his omnibus sic gestis, & probatis, tunc videtur dominum esse impeditum, & sic non videretur plenam datam fuisse potestatem, nec currere domino dictos decem dies, vt hic in textu. Quæro, ecce quod dominus posuit custodes in castro, ipsi custodes sunt inuitati de prodimento, nunquid possint illud facere reuelando domino? Dic quod sic secundum Ang. in l. si quis. C. de fur. quod qualiter fiat, vide ibi late. ¶ Quæro, quando præsumatur custodia castrum commissarij: Et dicit Ioan. de Pla. & Ange. Aret. instit. de actio. §. sequen. quod si rocha, vel castrum commendatur in manibus alicuius, videtur eidem custodia, & gubernatio commissarij, per l. Lucius. la. j. ff. de po. Nota tamen quod custodia aduersus vnum, cui resisti non potest, parum prodest, vt est textus. iuncta gloss. in l. si ea res. ff. de actio. empti. & Ludouic. in l. si quis. §. si quis. ff. ad Sillan. Et nota etiam quod custos castrum dicitur habere officium. l. neque. cum glossa. C. de dignitatibus. libro duodecimo. & Petrus de Anchara. in capitulo primo. de constitutio. ¶ Quæro, dominus posuit custodes in castro, illi custodes commiserunt custodiam alijs, & castrum fuit amissum: & sic lapsis decem diebus ipse dominus castrum restituere non potest, an dominus teneatur? Et dic secundum Ang. in l. si a bonæ fidei. ff. de rei ven. & Io. An. in addi. Spe. in rub. de loca. quod si dominus posuit idoneos custodes, & ipsi custodes posuerunt alios custodes

custodes diligentes, & quos quilibet paterfamilias elegisset, crederem quod dominus excusaretur. Et pro hoc alleg. glo. in capit. illud. xl. distinctio. Adde quæ latius dicam in sequentibus quæstionibus.

Quæro, lapsis dictis decem diebus dñs fuit requisitus ut restitueret dictum castrum, ipse dominus non vult illud restituere, & interim fuit occupatum ab inimicis, & destructum, an dominus teneatur: dico sine argumentis quod si dominus fuerit in dolo, vel culpa lata, vel leui, aut magna negligentia, iustum est ut teneatur. ff. de positi. l. j. §. si quis seruum. ff. loc. l. qui mercedem. cum l. sequen. & l. si quis fundum §. Imperator. ff. commoda. l. si ut certo §. videntum. aliàs extra hos casus de violentia non tenetur: quia illa inter casus fortuitos numeratur, sicut latronum incurfus. C. de positi. l. j. C. de pigno. actione. l. quæ fortuitis. ff. pro socio. l. cum duobus §. damna fatalia. institui. quib. mod. re contrahi. oblig. §. Item his. C. commoda. l. j. & dicta l. si ut certo §. quod verò. C. locati. l. j. ff. manda. l. inter causas §. nō omnia. Nec mirum, cum nulla cura prouideri possit, ne damnum violentia, vel iniuria detur. ff. locati. l. si de damno. ff. cōmo. l. ad eos. † Vis enim maior, cui resisti non potest, eum, qui eiectus est, teneri non facit. ff. locati. l. si merces §. vis maior. ff. de actio. empt. l. si ea res. nisi eiectus vasallo denuntiare potuerit, ut contra violentiam inferentem succurreret, neque denuntiauerit. Ad hoc ff. loca. l. item queritur §. exercitus. Tu autem super hoc distingue, aut dictum castrum fuerit amissum intra dictos decem dies, quibus illud retinere potest, aut non. Primo casu dominus nō tenetur de illius amissione, nisi in dictis casibus supra proxime relatis per iura supra allegata. Secundo casu subdistingue. Aut dominus retinuerit sibi castrum in casibus per iura patriæ sibi permisis, ut infra c. isti sunt. & quæ ibi latius scribā, aut non. Primo casu dico idem. Secundo casu dico quod si dominus fuerit requisitus à vasallo, ut sibi restitueret dictum castrum, secundum quod habetur in capi. & finitis infra. Et dominus illud sibi restituere recusat, quod tunc ipse dominus censetur in mora constitutus: quoniam vnica interpellatio, etiam extraiudicialis, quæ habet vim peremptorij, dominum in mora

constituit. gloss. in l. qui Romæ §. cohæredes. ff. de verborum obligationi. l. Titio §. vsuras. & ibi Bartol. ff. de legatis secundò. glossa & Bartol. in l. si tempora. C. de fide instrumento. & iure hastæ fisca. libro decimo. Anto. de But. post Innocen. in capit. cum olim. de electio. Ioan. Andr. de iure iurando. c. ego. † Per denuntiationem enim constituitur quis in mala fide, secundum not. per Bartolum, in l. ait prætor §. si quis particeps. ff. quæ in frau. credito. quoad iuratur igitur dominus detinet dictum castrum post dictam interpellationem ultra casus à iure patriæ sibi permisos, videtur in mora, & more suo tenetur de casu fortuito, etiam si pariter contigisset penes vasallum, argumen. l. si filiofamil. §. si post diuortium. ff. solu. matrimo. cum ibi notatis. & in l. item si verberatum §. finali. ff. de rei vendi. Adde text. & Bart. in l. nemo §. si post moram. ff. de verborum obliga. Pro hoc facit, quia dominus, qui non reddit castrum vasallo, videtur eum spoliasse. ad quod de restit. spolia. sæpe. de re iudica. suborta. in Specu. titu. de instrumen. edi. §. nūc aliqua. versicu. de hoc autem qui. circa fin. Hoff. in cap. ex parte. de deci. dominus spolians vasallum, vim committere videtur, & sic delinquit, & venit puniendus: ut l. si quis ad se fundum. C. ad legem iuli. de vi pub. vel priua. & l. prima. & secunda. ff. ad l. iul. de vi. cum ibi not. per glo. & Barto. Ideo tenetur ex delicto, de periculo rei, & interitu, etiam si eodem modo res esset peritura penes vasallum actorem. Nam ille, qui tenetur ex delicto, tenetur de periculo & interitu rei, etiam si pariter penes actorem peritura esset. De quo per Bartolum, Angelum, & moderniores in d. l. nemo §. j. Ita dicit Bartolus in l. prima §. rectissime. ff. de vi & vi arma. & in l. merito. eodem titulo. † quia iste dominus, qui non restituit castrum, opprimit vasallum, & efficitur violentus expulsor: & talis æquiparatur furi, & ipse est in maiori mora, quam debitor frustrator: ut dicta l. merito. & ibi Barto. quia eo ipso quod furati sunt, vel per violentiam inuaserunt, vel retinent res alienas, sunt in mora: & sic à principio, & semper dicuntur fuisse in mora: ut l. in re furtiua §. primo. & l. finali. ff. de condi. fur. & l. inter stipulantem §. placet. ff. de verborum obligationib. igitur non est mirum si propter

si propter delictum suum, & tam continuatam moram, non habetur illa distinctio an res eodem modo esset peritura, vel non. vide Ange. Are. insti. de actio. §. quadrupli. vbi late de hoc. † Concludendo igitur dicas, quod si dominus, qui tenendo dictum castrum fuit ab inimicis eiectus à castro, & ab eis castrum illud fuit occupatum, & à domino amissum, non tenetur dominus in primis duobus casibus videlicet quando castrum est amissum intra dictos decem dies, vel post intra illud tempus, quo ipse dominus per iura patriæ potest illud retinere, nisi fuerit in dolo, culpa, aut negligentia, aut non denuntiauerit domino, cum denuntiare posset: ut prædixi. Et hoc tenet Old. in consil. consil. xciiij. & Ioan. Andr. in addi. Spe. in rub. tit. loca. Tu adde, vel nisi culpa casum præcessisset, ut puta quia custodes non posuit, vel non idoneos, vel finito tempore, quo custodire tenebantur, alios non posuit, vel in numero insufficienti, vel arma, aut necessaria victualia deficiebant, & alia similia: tunc enim ex quo culpa præcedit casum, tenetur: ut l. j. C. commo. ff. depo. bona fides. & dicta l. si ut certo §. interdum. & l. penultima. ff. soluto matrimo. de lega. j. l. cum res. ad fin. ff. loca. l. si merces §. culpæ. ff. ad legem Rhod. de iact. l. si vehenda §. j. de rei vendica. l. qui petitorio cum simi. secundum Ludouic. in l. si mora. ff. solut. matrimo. in tertio verò casu dico quod dominus tenetur de illius amissione prout superius dixi. Qui enim idonei custodes dicantur, vide Bal. in l. ex diu. C. loca. quod custodes, qui magnis rebus adhibentur, debent esse nobiles, prudentes, & fideles. Et intelligas de nobilitate bonorum morum, secundum eum ibi, vbi de hoc multa dicit. Et adde hinc ea, quæ ibi dicit. Sed iuxta hoc quæro, † quid si dominus acceperit potestatem de castro tempore guerræ, an de violentia teneatur? Distingue inter guerram, & guerram: aut loquimur de guerra, quam dominus rex & comes Barchinonæ potest indicare cum alio Rege, vel principe, vel etiam in viam exequutionis iustitiæ contra suos subditos inobedientes, & rebelles: ut fuit modernis temporibus cum ciuitate Barchinonæ, & alijs locis illi adhærentibus inobedientibus domino Regi: de qua guerra me remitto ad

per me dicenda infra. in capitu. si aliquis dominus. & præsertim in quarto notabili. Aut loqueris de guerra indicta per aliquem de paratico: de qua guerra me remitto ad ea, quæ scripsit Iacob. de Calicio in viridario militiæ. Primo casu dico quod si tempore ipsius guerræ dominus acceperit potestatem de castro, videtur in se custodiam suscipere, & sic de violentia teneri: tacite enim ratione qualitatis temporis actum videtur quod tanta præstetur diligentia, quod violentia perdi non possit. Tacite enim actum pro expresso habetur. ff. si certum petatur. l. cum quid. de verborum obligationibus. l. triticum. Et est ratio, quia cum plurimum per hostes solitum sit violentia inferri, videtur custodiam recipiendo ita promississe tacite, scilicet se tam diligenter custoditurum, ut violentia nullo modo possit inferri. Clarum est autem quod si per pactum quis ad casum violentiæ se astrinxerit, efficaci iure est obligatus: ut capitu. bona fides. extra depositi. & de contrahenda emptione. l. fistulas §. frumenta. & deregul. iur. l. contractus: & quod plene nota. in l. si quis §. quæsitum. ff. si quis cau. Imputandum est enim domino, qui tali tempore potestatem accipere voluit. Facit ad hoc quod dicit Baldus in l. si ea. C. de vsu. & de paco. constan. in verbo, vasalli. & Ludouic. in l. cotem §. qui maximos. ff. de public. de illo, qui tempore guerræ conduxit possessiones aut passatium, vide Ludouic. in l. si mora. ff. soluto matrimonio. vbi dicit quod in simili quæstionem habuit de facto. & in ea consuluit in ciuitate Matuæ. Sed contra prædictam determinationem facit hoc capit. in eo, quod dicit quod dominus ponat custodes in ipso castro tot, quot fuerunt necessarii: & sic si ipse dominus posuisset dictos custodes iuxta formam huius consuetudinis, tunc non tenetur de violentia. † Nam ei, qui facit quod debet, nil imputari potest, etiam si perditionis casus sequatur. ff. de rei vendicatio. l. vtique §. culpa. & de vsufr. l. arboribus §. nauis. & dicta l. si ut certo §. planè. & ad legem Aquiliam quemadmodum §. nauis. secundum Ludouicum. vbi supra. Istud tamen contrarium, si esset verum, veniret limitandum, nisi dominus non idoneos posuerit custodes: quia in culpa

culpa est eligēdo malos custodes. l. ex maleficijs. §. fi. ff. de actio. & obli. instit. de obli. quæ ex quasi delict. §. fi. & l. fi. nau. caupo. stabu. & l. j. fur. aduer. nau. secūdum Io. Fab. in d. §. fina. & est bona glo. in l. videamus. ff. loca. in verbo, nomine. Vel nō posuit custodes: quia qui tenetur custodire, & non custodit, in culpa est, secundum Bar. in l. iij. in prin. ff. de offic. præfect. v. gi. Vel non posuit sufficientes custodes, & tot, quot fuerunt necessarij, vt in hoc capitulo. Nā in culpa est, qui non facit quod facere debet, vel diligens fecisset. glo. in d. l. videamus. sed prima limitatio veniret limitāda, nisi vasallus approbaret dictos custodes. l. eum qui. ff. commo. secūdum Io. Fab. vbi supra. Sed istud contrarium crederem nō ob stare, ex quo tempore guerre dictam potestatem castri accepit, sibiq; imputandum est, & sic custodiā, & violentiam præstare tenetur, per iura superius allegata. Istud tamen crederem esse limitandum, & intelligendum nisi dominus posuerit idoneos custodes, & quos diligentissimus homo posuisset, & de quibus verisimile erat fore confidendum, & ipsi, aut alter ex eis castrum prodiderint, & tradiderint inimicis: quia tunc excusatur dominus: quia erat verisimile eos illud facere non debere ratione fidelitatis debitæ. Casus ergo fortuitus est, quod dupliciter probatur. Primò ex eo quod dicit Bal. in d. l. ex diui. vbi dicit quod proditor est, qui custodiam deserit: quia affidatum à se credit. l. si quis. de re mili. l. xij. & ex eo quod concludit gloss. in d. §. damna. & in l. j. C. de po. volent. argu. l. eum, qui. §. idem scribit. ff. de furt. furtum ab vxore, domesticisve, quos obseruatio debitæ fidelitatis adstringit, factum casui fortuito adscribi. Secundo ad idem tex. singularis. ff. de custo. reo. l. vlti. ver. si interdum. vbi vult fugam, quæ carcerat⁹ fecit opera vnus ex custodibus, esse casui fortuito adscribendam, non autē culpe, & ideo custodem alium non teneri: hoc ideo, quia non erat verisimile socium in custodis officio fraudem aliquam committere velle. ¶ Concludendum enim est igitur, dominum in hoc casu excusatum esse. Et enim parcendum est, qui fortuitum maioris violentiæ casum nō prouidit, aduersus quem quia insidiosum nullum hominum consilium prouidere potuisset: di-

cit pulcher tex. ff. de adm. rer. ad ciui. pertinen. l. ij. §. si eo tempore. de actio. & oblig. l. j. §. is quocq;. de dam. infect. l. fluminū. §. feruus. præsumere enim debuit, & potuit ipsos custodes, ex quo idonei credebantur, aduersus dominum nullo modo seditionē facturos, cui fidelitatem se seruatuos iurauerant. Quilibet enim præsumitur velle quod iurat. dicit tex. ff. de capt. & postlim. reuer. l. postliminij. Tu autem ad omnia prædicta dicas illa aliter declarando, & distinguendo, & ea omnia hic resumendo. Nam aut loquimur in tempore decē dierum, per quod tenere potest dictum castrum, aut post decem dies, quibus elapsis illam regulariter restituere tenetur: primo casu solum de dolo, & lata culpa tenetur, nō autem de casu fortuito, & leui. Ad hoc tex. not. in d. l. si mora. & l. illud. ff. de peri. & commo. rei ven. ¶ Secundo casu subdistingue, aut dominus in mora fuit restituēdi dictum castrum, quia fuit requisitus: & tunc de casu violentiæ tenetur. Præcedens enim mora ad casum fortuitū quem obligat: vt l. si ex legati. & l. nemo. §. j. cum simili. de verbo. oblig. Et adde ad hoc iura per me in proxima q. pro hoc allegata. Aut dominus non fuit requisitus, & sic nō fuit in mora: quia primò dominus requirendus est vt restituat castrum: aliàs non tenetur illud restituere: vt j. c. & finitis. & Iacob. de Calic. in vfatico, magnates. Vel vltra dictos decē dies dñs retinet castrū ex aliquibus casibus, de quibus in c. isti sunt. & que ibi dicā: & tunc secus, per iura supra allegata. ¶ Secundo casu principali, quādo dominus accepit potestatem castri tēpore guerræ, quam ipse habet cum aliquo, quæ permissa est in Cathalonia inter homines de genere militari, iuxta not. per Iacob. de Calicio in viridario militiæ: & tūc si dominus opus habet dictum castrum propter guerram, propter quam illud castrum retinere potest, iuxta vfatikum, magnates. & ibi late Iacob. de Calicio. & in c. placet. j. quod incipit, primus casus. & in c. consuetudo est generalis quod si dominus castri maior. & c. item not. quod potestas. Credo qd si dictum castrum amiserit, quod tunc nō tenetur, nisi solum de dolo, & lata culpa, & non de casu fortuito, aut leui, per iura superius allegata. Et idem dico de alijs casibus enumeratis in dicto c. isti sunt. & per Iacob.

Iacob. de Calicio in dicto vfatiko, magnates. in quibus castrum retinere potest. Nā dominus recipiēdo potestatem castri, vel eam retinendo in casibus per vfatikum, & commemorationes præarratas permissis, non tenetur in casu amissionis: quia vitur iure suo: & nemini facit iniuriam, qui iure suo vitur. c. cum ecclesia Vulterana. de elect. & l. iniuriarū. §. j. ff. de iniur. Non enim est periculū domini, ex quo sibi permissum est retinere castrum pro guerra, vel in alijs similibus causis, ex quibus sibi datur retentio, argumen. l. si vt certo. §. plane. ff. commo. vbi si sic commodauit equū, vt eum ad bellum duceres. & quod not. Cy. & Salic. in l. quoniā multa. C. ad legem Iul. de vi pub. & Inn. in c. sicut. de iure iur. ¶ Accipiendo autem potestatem de castro, vel eam retinendo in casibus permissis, fecit quod quilibet diligentissimus fecisset, & sic caret culpa. Nam à culpa excusatur, qui facit, quod quilibet diligentissimus fecisset: tex. cum gl. in l. si merces. §. qui columnam. ff. loca. in verbo diligentissimus. Præterea dictum castrum necessariū habet ad guerrā: & nullus est in culpa, qui facit quod necessariū fieri debet. gl. fina. in l. in naue. eo. tit. Nec potest culpari si bonos posuit custodes, & diligentes. l. argentum. ff. commo. l. si vendita. versicu. quam ob rem. ff. de pericu. & commo. rei vendi. Tu adde quod si culpa præcedit casum secundum ea, quæ in specie superius scripsi, dominus etiā tenetur, per iura ibi allegata. ¶ Si autem dominus vltra dictos decem dies post dictam requisitionem, & extra dictos casus, ex quibus sibi permittitur retentio, dictum castrum retineret, tunc dico dominum de omni culpa & casu fortuito teneri, prout superius latius scripsi, per iura ibi late allegata. Et sic concludo in hac q. quam nulla antiquorum & modernorum prudentia ita large, & distincte determinauit. Tu tamen adde ad hoc quod scripsit Iacob. de Calicio in vfatiko, magnates. In illa q. quæro, quid si dominus retinuit post decem dies, & c. vide gloss. in vfatiko, castellanij. ¶ Nota tamē quod si dominus tenēdo dictum castrum permittat aliquid de eo destrui, tenetur, secundum Gem. in c. in generali. de elec. lib. vj. Quæro, dominus posuit custodes in castro, & propter eorum malam custodiā

castrum fuit amissum: an dominus liberetur exhibendo dictos custodes: Et intellige istā q. in casu, quo dominus teneatur, iuxta per me nota. in præcedenti q. Et dico quod non: quia exactissima custodia requiritur, secundum Bal. in d. l. ex diui. C. loca. Nam dominus, qui apposuit custodes, ad periculum se astringit. l. si vt certo. §. si autem rogauero. ff. commo. quod verum est, si malos apposuit custodes: quia est in culpa in mala electione, secundum Bal. ibi. Quæro iuxta text. in ver. sufficientes custodes. quæ sufficientia requiratur in ipsis custodibus. vide que dixi superius, vbi quæsiui, qui idonei custodes dicantur. ¶ Ad quod adde ¶ quod illud dicitur sufficere quod ad perfectionem actus non indiget alio adminiculo. gloss. est singularis, quæ hoc sentit in c. statutum. de rescri. lib. vj. in verbo, canonicis. exponens illud verbum, sufficit. secundum And. de Sicil. in cle. j. de elec. Et qualiter dicatur aliquē sufficienter probasse: glo. in d. verbo, sufficit. & Nico. in c. j. de postul. & Ludo. in l. cum mulier. ff. solu. matr. Et de differentia inter verbum sufficere, & requiri, Gem. in d. c. statutum. Quæro de isto verbo Plena, quid importet, vide gl. in c. cōquestus. extra de foro compe. vbi si quis concedit plenam iurisdictionem, videtur concedere iurisdictionem spirituales & temporales, secundum glo. in cle. j. de proba. vbi plenaria probatio non recipit probationē in contrarium. Bal. in l. per hanc. In prin. C. de tempo. app. & gloss. in l. cum plenissimā. ff. de offi. procon. & l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. & hoc nota. quando Papa concedit plenariam indulgentiā. & vide Bal. in d. l. per hanc. quando dicitur plenum vel plenissimum. ¶ Quæro de isto verbo libera, qualiter accipiatur. vide tex. in authen. omnes peregrini. in verbo, liberam habeat facultatem. Nam intelligitur libera à iuris ordine, & solemnitate, secundum Ang. in d. authen. sed dominus Anto. de Butrio in c. irrefragabili. de offi. ordin. dicit quod vbiunque alicui conceditur potestas liberè procedendi, non videtur concessum vt tollatur forma introducta à iure: ideo dicit quod si fiat commissio arbitris vt liberè possint procedere, non possunt procedere ordine iuris nō seruato. Sed tu pro concordantia dicas

quod ubiunque verbum liberè exprimitur in actu iudiciali, non tollitur forma iuris. Ita procedit tex. in d. c. irrefragabili. qui loquitur in actu iudiciali. Sed si exprimitur in actu extraiudiciali, tunc tollitur ordo requisitus à iure. Sed hic in tex. apponitur verbum, *Libera* in actu extraiudiciali: ergo sequitur, quod videtur sublata forma iuris. Istud fuit dictum Ioan. de Imol. in d. c. irrefragabili. in princi. & probatur per Io. And. in c. licet episcopus. de præb. lib. vj. gl. in cle. dudum. de sepul. & in cle. fi. de æta. & quali. & c. lator. de homi. & facit c. j. de rescript. c. fi. in fi. de consue. in vj. vbi Gemi. c. de multa. de præb. c. omnis. de pœ. & remis. c. iij. de resti. spol. c. bonæ. ij. de postu. præ. c. de illis. de spon. c. si quæ. de procu. lib. vj. c. statui mus. de reg. c. cum à nobis. de elect. c. cum dilectus. de consue. c. reprehensibilis. de app. c. si pluribus. de præbend. lib. vj. c. ad petitionem. & c. cum olim. de accu. l. imperiale. §. callidis. de prohib. feu. al. per Fre. l. j. C. de sac. sanc. eccle. Attende, quod istud verbum *Libera* facultas, tollit consuetudinē contrariā, & statuta contraria. Ita firmat glos. in d. authen. omnes peregrini. Quæro iuxta text. in verbis, quod domino non currit tempus decem dierum. de quo tempore loquatur iste text. quia ibi non determinatur? Et dic quod de tempore, intra quod tenetur restituere regulariter vasallo suo potestatem de castro. Nam dominus post receptam plenam potestatem castri tenetur vasallo suo reddere dictam potestatem intra decem dies, vel saltem in decima die ipsorum decem dierum: vt probatur. j. eo. c. & finitis. & clarius j. c. isti sunt. §. septimus. vbi in vtroque eorum latius de hoc scribam. Et sic istud tempus declaratur per dicta capitula, & finitis. & §. septimus, quoniam nō est nouum priores leges trahere ad posteriores: vt ff. de legi. l. nō est nouum. cum seq. nec est nouum vnam legem distinguere & declarari per aliam, secundum Ludo. in l. post dotem. ff. solu. matrimo. † Quæro, ecce quod vasallus exiuit de termino post datam castri potestatem, & in fine dictorum decem dierum rediit in illud, & statim egressus est, nunquid dominus habebit alios decem dies de nouo post vltimū egressum, aut solum illos dies restantes de ipsis decem diebus post ipsius ingressum, & egressum?

Et videtur quod restantes: quia in hac consuetudine, & j. c. & finitis. & in c. si domino. in fin. non distinguatur, an dominus habeat decem dies continuos, aut interpolatos: & consequenter si lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de publi. cum simili. Præterea in hac consuetudine dicit quod non currit tempus domino decem dierum, cum remanet in eo si redierit in eodem: quasi velit dicere quod quoad vasallus manet in dicto termino non currit dictum tempus domino: sed non dicit quod si postea exiuit, si habebit residuum tempus, an omnes dictos decem dies de nouo. Et est bonum argu. quando lex non dicit: in authen. de nō eli. secundò nuben. §. cum igitur. ibi: nec quælibet lex, secundum Bal. in l. ex testamento. C. de secund. nup. & quando lex non dicit, nec nos dicere debemus, secundum Bal. si de feud. defunc. mi. §. & si vasallus. Item in dicto c. & finitis: dicitur quod dñs postquam receperit potestatem, finitis illis decem diebus debet illa restituere. Et sic non est curandum an habuerit continuos, an interpolatos. In contrarium est veritas, vt est tex. j. eo. §. fina. vbi dicit, quod tunc demum incipiunt currere dicti decem dies, cum plena & libera uasa fuit castri potestas, & vasallus non rediit intra terminos. Et sic si vasallus rediit intra illos, nunquam dicti decem dies currere incipiunt. Nam statim quod se ingressus fuit terminos, interrupti sunt ipsi decem dies. Debet igitur illos habere continuos, & non interpolatos: quia omne tempus regulariter est continuum, secundum Bal. quo temp. mi. §. sancimus. & nisi vasallus steterit per decem dies continuos quod non redierit intra illos terminos, non videntur dicti decem dies cucurrisse, vt colligitur in dicto §. fin. argumen. l. interdum. §. quoties. ff. de publi. in verbo, Anno continuo: sed pro prima opinione facit quod dicit gloss. in c. eum, qui certus. de regul. iur. libr. vj. quærendo an si quis iuxta finem anni exiuerit religionem debeat eidem postmodum reitranti dari nouus annus ad profitendum? Et determinat quod non. Sed pro ista opinione facit quod dicunt Bartol. & Ludo. in dicto §. quoties. vbi dicunt quod nō inducitur professio religionis, si quis steterit in religione per annum interpolatum, non

non autem continuum. Tu super hac materia vide Ioan. Andr. & Petrum de Anch. in c. j. de vita & hon. cle. lib. vj. facit ad hoc etiam quod dicit Ang. in dicto §. quoties. in aliquibus suis recollectis, quod si statutum dicit quod si quis steterit in carceribus per annum, debeat eximi, quod intelligatur de anno continuato, non autem de interpolato: licet in contrarium sit lex, Paulus respondit. §. Cayus. de libe. lega. vbi benesicium libertatis consequitur seruus, qui interpolato anno secundum testatoris preceptum seruitur heredi, licet testator dixerit de continuo: sed ibi fauore libertatis, quæ habet multa specialia. Nec obstat quod dicitur, quod ista consuetudo non distinguit, & c. quia per clausulam finalē huius c. satis distinguere videtur: & sic clausula ipsa in fine apposta refertur ad superiora, ex quo non datur ratio quare magis ad vnum, quam ad aliud referatur. Bartol. in l. idem. §. si vna actio. ff. de iurisdic. om. iudi. & in l. j. C. de hære. præ. & exhære. & Gemi. in c. j. de postu. lib. vj. Lud. in l. Cayus. & in l. æstimatis. ff. solu. matrimo. Minus obstat secunda ratio: quia est subauditus intellectus qui inducit finis dictæ consuetudinis correctionem, & sic non valet: vt in c. cupientes. de elect. lib. vj. & nō est verisimile, quod ipsa consuetudo seipsam corrigat, argumen. not. per Bal. in l. si duo. C. per quas person. vbi dicit quod non est verisimile, quod lex seipsam corrigat. Nec etiam obstat tertia ratio d. c. & finitis. quia ibi vult text. quod potestas liberè sit tradita: & non videtur liberè tradita, si vasallus intra dictos decem dies redierit intra terminos dicti castri, vt in hoc c. & dixi superius in multis locis. † Quæro, an vasallus prohibeatur redire intra terminos dicti castri lapsis dictis decem diebus, si dominus ipsis elapsis vult retinere dictum castrum ex causis contentis in c. isti sunt casus vel aliquibus ex eis? Et credo quod non. Nam in isto capitulo. & in c. & finitis. & in c. si domino. & in c. isti sunt. §. septimus. nō fit mentio nisi de decem diebus, per quos videtur prohibitum redire intra dictos decem dies: ergo ultra illos videtur permissum l. pater. §. fundum. ff. de lega. iij. vbi habes quod post terminum videtur permissum illud, quod intra terminum fuit prohibitum. Nec est nostrum prohibitiones

extendere de tempore ad tempus, argum. l. epistola. §. si. ff. de pact. & C. loca. l. si cum Hermes. & quod not. Bal. in feu. qualiter dominus feud. priue. Facit ad hoc, quia omnia videntur permilla, nisi reperiuntur prohibita. gl. in l. quinquaginta. in verbo, cogendus. ff. de probatio. Cum igitur non reperiatur prohibitum, nisi intra decem dies post datam plenam potestatem, ergo in alijs videtur permissum. Et hæc tibi sufficiant quo ad hoc capitulum.

Qualiter datur potestas castri, si castrum est destructum.



N si tibi non est aliqua turris, vel fortitudo, seu habitatio castri: quia castrum destructum est totaliter, vt in pluribus locis contingit: tunc dñs vel alius, qui nomine suo recipit potestatem intrabit intra terminos castri, exeunte castellano terminos ipsius castri. & dominus ponat duos vel tres, vel quot voluerit homines de familia sua in domo alicuius rustici, siue in aliquo pariete alto ipsius castri, qui altis vocibus aduocet nomen domini sui, figendo in fundo illo palum, vel lanceam, vel aliquod tale in signum receptæ potestatis.

S V M M A R I V M.

- 1 Potestas castri ubi recipienda nulla existente habitatione.
- 2 Potestas castri per alium nomine domini potest recipi.
- 3 Receptio potestatis castri qualiter fieri debeat.
- 4 Lex una per aliam restringi & declarari potest.
- 5 Potestas qualiter tradatur, nulla existente habitatione.
- 6 Castri diruti resectio an ad uasallum, an uero ad dominum spectet.
- 7 Castrum dirutum reficitur secundum conuentiones inuestituræ. l. o. ii.
- 8 Vasallus rem feudalem deteriorare non debet.
- 9 Feudi & emphyteusis idem iudicium.

12. *Dammum in re dotali, locata, uendita, commodata, ad quem spectet.*
 13. *Violentia quando inter casus fortuitos annumeretur.*
 14. *Inimicitia sine culpa nemini nocere debet.*
 15. *Dominus quando de damno illato castro teneatur.*
 17. *Refectio castris, quando ad uasallum pertineat.*
 18. *Allodiarij et homines loci quando castrum dirutum re-
ficere teneantur.*
 19. *Allodiarij quo differant ab hominibus proprijs.*
 20. *Allodiarij quando teneantur ad opera castris.*
 21. *Castellanus quis proprie dicatur.*
Familie nomine qui ueniant.



T si ibi non. Istud c. est pars c. si petita. supra. & debuit continuari immediate, cum illo: quia unum recipit declarationem, supplementationem, & additionem per aliud. Et istud c. diuiditur in quatuor partes. Prima pars dicit, quando castrum est dirutum, & nulla est in eo turris, vel fortalitium, qualiter danda sit potestas. Secunda pars dicit qualiter dominus dum recipit castris potestatem intrat terminos castris, & uasallus exit illos. Tertia pars dicit qualiter dominus ponit duos vel tres homines in aliqua domo, vel fundo castris in quarta parte: & ultima, est qualiter in signum potestatis receptae ponitur lancea, vel palum. Prima pars ibi: & si non usque ad uersu. tunc dominus. Secunda pars ibi usque ad uersu. & dominus. Tertia pars ibi usque ad uersu. figendo. Quarta pars ibi usque ad finem.

Et in summa h. d. Dominus si castrum, de quo datur potestas, est dirutum, sic quod ibi nulla sit habitatio, datur potestas castris domino modo, & forma hic contentis.

1. Collige notabilia. ¶ Nota primo, quod si in castro, de quo recipitur potestas, non sit turris, fortalitium, aut habitatio, quia est dirutum, potestas castris potest recipi in aliqua domo, vel fundo ipsius castris. ¶ Not. secundo quod potestas potest recipi per alium, quam per dominum, eius nomine, & sic per procuratorem. concord. capit. si petita. Et adde hic quae ibi dixi. Nota tertio, quod intrante domino terminos castris pro receptione potestatis, uasallus teneatur exire terminos dicti castris. ¶ Not. quarto, quod dominus in receptione potestatis, quando nulla est habitatio in castro, propter eius dirutionem, ponit duos, vel tres, vel quot uoluerit homines de familia sua in aliquo fundo alto ipsius castris.

concord. quo ad positionem hominum cum dicto capitulo. si petita. sed hic additur quod ponet eos de familia. Nota quinto, quod dicti homines cum positi sunt in dicta domo, vel fundo, debent aduocare nomen domini. concord. cum dicto capitulo. si petita. Nota sexto & ultimo, quod dicti homines positi debent figere in illo fundo palum, vel lanceam, vel aliquid tale in signum receptae potestatis. concord. l. quod sineque materia. ff. de pericul. & commo. rei ven. ubi signatio tantum facit quantum traditio. Bartol. in l. prima. ff. eodem titulo. Et simile in l. mortis. C. eodem titulo. Vide Baldum in authent. dos data. C. de donatio. ante nup. Vbi dicit quod signum in rebus mercatorie appositum facit praesumi res ipsas esse ipsorum mercatorum, quorum signum fuit appositum. Exponere literam. Ibi, id est, in dicto castro, de quo datur potestas. Dirutum. sic quod ibi habitare non possit: quia sequitur uerbum totaliter. Alius supple, habens mandatum speciale a dicto domino, ut dixi supra, in d. c. si petita. Castellano, id est, uasallo: ut declarabo infra. Familia, quis dicatur famulus, inferius dicam in quaestionibus. In domo alicuius rustici: supple, quae sit intra terminos castris. Vel in alio. ubi erat castrum, scilicet in mola vel in planitie. Et ita fit secundum quosdam. Aduocent, id est, proclament, & nominent. Figendo, supple, & erigendo. Potestatis supple ipsius castris. Oppon. primo de capitulo. si petita supra allegato, ubi dicitur quod intrante domino, vel alio pro eo, in fortalitio ipsius castris, faciet ascendere in summitatem turris duos vel tres homines: hic uero dicitur secus. Solum ibi quando non est dirutum: hic quando nulla est turris, fortalitium, aut habitatio, sed castrum est totaliter dirutum. Opponitur secundo, de dicto capitulo. si petita. superius allegato: ubi dicitur quod uasallus desliberabit castrum domino: hic uero dicitur quod dominus intrabit intra terminos exeunte castellano terminos, & sic si ingrediente domino uasallus exire teneatur, non potest desliberare castrum, cum requiratur praesentia uetriusque in traditione potestatis. Solutio. Verbum desliberabit, accipitur, id est, euacuet. Nam in dicto capitulo. si petita. dicitur, extractis omnibus rebus, scilicet a dicto castro,

castro, illud euacuando: & ipso euacuato, tunc dominus intrat dictos terminos. Si autem accipiat desliberabit, id est, tradet: tunc dicit quod in ingressu domini uasallus extractis omnibus rebus suis a dicto castro, & illo euacuato tradet dictum castrum domino: & ipso tradito uasallus exhibet dictos terminos. Nam omnia ista possunt fieri eodem momento vel instanti. Et sic istud c. cum illo concordat: quia expedit iura iuribus concordare. capit. cum expediat. de electio. lib. vj. & l. j. C. de inoffic. don. uerba enim ita debent interpretari ut repugnantiam non contineant, secundum Ludum in consil. consil. lvi. G. Non tamen intelligas quod uasallus habeat de necessitate extrahere res suas a dicto castro, sine termino, ut dixi in dicto c. si petita. Opponitur tertio iterum de ipso c. si petita. ubi solum dicit, quod dominus ponet duos, vel tres, vel quot uoluerit homines suos, & non distinguit, an de familia sua, vel de alijs. & sic ponitur indefinita, quae aequipollet uniuersali, tam in legibus, quam in statutis, secundum Bartol. in l. qui aedificium. ff. de serui. uerba. praedio. & in l. j. de regu. iur. & in l. si pluribus. ff. de lega. ij. & Ioan. And. in c. j. de regu. iur. & Bal. de pac. iura. fir. Hic uero restringitur ad duos, vel tres, vel quot uoluerit homines de familia sua. Solutio dicit quod dictum capitulo. si petita. restringitur, & declaratur per istud capitulo. quod fieri potest. ¶ Nam una lex bene potest restringi per aliam legem, secundum glossam Bartol. & Bal. in l. non dubium. C. de legi. Vel dicit quod in dicto capitulo. si petita. est dictio suos: & idem est, ac si diceret de familia sua: quia suus sua suum multipliciter accipitur: sed pro hoc intellectu tu uide glossam in capitulo. quicumque. de sent. excō. lib. vj. super uerbo ministros. & ibi Gem. & tex. & gloss. fina. in capitulo. fina. de uerbo. significa. eodem lib. & secundum hoc non contradicunt. Opponitur quarto, & iterato de ipso capitulo. si petita. ubi tantum dicitur quod dominus faciet ascendere in summitatem iuris duos, vel tres, vel quot uoluerit, homines, & magnis uocibus aduocent nomen domini sui: hic uero dicitur quod figent in fundo illo palum, aut lanceam, aut aliud simile. Sol. Dicit quod illud capitulo. suppletur, aut illi additur per istud, vel ex-

tenditur. Sic reperitur tam in legibus, quam in canonibus: quia una lex, vel unus canon suppletur per aliam, vel alium: & sic non potest firmari contrarium. Et pro hoc dixi in principio, quod istud capitulo. est pars dicti capitulo. & si petita. Vel dicit quod istud capitulo. habet locum, quando accipitur potestas de castro in aliquo manso, vel fundo propter dirutionem castris: & sic ut cognoscatur quod potestas fuit apprehensa, fit dicta positio palis, aut lanceae, vel similis, ut notorium fiat tibi, quando recipitur in ipso met castro: quia non est dirutum: quia eo tunc satis est notoria dicta apprehensio dicti castris per detentionem illius, & appositionem custodum: & sic non requiritur appositio alicuius signi. Tene quam uolueris: quia utraque solutio suffineri potest. ¶ Quero primo si turris, fortalitium, aut habitatio castris sunt diruta in parte, pars uero alia remansit non diruta, sed tamen effecta est inhabitabilis, nunquid tradetur potestas de ipsa parte castris: an uero tradetur iuxta formam huius capituli? Dicit quod tradetur secundum huiusmodi consuetudinem: quia dicitur, si non est ibi aliqua turris, fortitudo, aut habitatio, quia castrum sit dirutum. quoties ergo non est ibi turris, fortitudo, aut habitatio fit traditio potestatis, secundum formam huius capituli. In contrarium est rei ueritas, cum sit in textu dictio totaliter, quae est uniuersalis, secundum Baldum. in l. uirum. C. de fideicommissis. in lectura antiqua: sicut dictio omnes, secundum Baldum. de capitulo. qui cur. ven. & sic totalem dirutionem castris significat. Nam qui totum dicit, nihil excludit. l. Iulianus. & ibi Bartolus. ff. de legatis tertio. ¶ Quero si castrum est dirutum, ad quem pertinet illius refectio? Et intellige istam quaestionem, inter dominum castellanum, siue castellanos, atque homines castris. & super hac quaestione Gulielmus de Valle sic in uasatico, castellanus. sic inquit. Sed quid si castrum est dirutum, dominus conuenit castellanum ut reedificet castrum, castellanus conuenit homines castris: quaeritur, quis tenetur castrum reedificare, & cuius expensis sit fiendum? Dicit quod si culpa castellani est factum, non est dubium quod ad ipsum reedificatio pertinet: quoniam feudi con-

cessio datur ad meliorandum, & non ad dirutandum. Si autem non est dirutum culpa castelli, tunc ipse, & homines castri tenentur castrum reparare, seu reedificare. Si autem ante feudum concessionem erat dirutum: dominus, & castellanus vassallus & homines castri tenerentur in reedificando contribuere, nisi aliud sit conuentum. Ecce verba istius Guliel. quae indigent maiori examine: quia ipse nil allegat: sed ex suo capite dicta fuere. Tur igitur latius sic distingue. † Aut est conuentio inter eos, qualiter fienda est refectionis: & standum est ei. Nam quaecumque contentio fuerit inter dominum & vassallum, siue feudatarium: verba, & conuentiones, quae in dando feudum sunt recipienda, & attendenda, & secundum illas conuentiones est conuentio discernenda: vt infra capitulo si aliquis habet. §. certum. Si autem non est conuentio, subdistingue: quia aut apparet ex tenore inuestiturae quando fuit infeudatum quod erat castrum non dirutum, sed ex postfacto fuit dirutum culpa ipsius castelli: & tenetur ipse castellanus illud reedificare: quia ad meliorandum, & non deteriorandum datum fuit illud castrum. Non enim recedendum est a tenore inuestiturae, secundum Baldum, quae fuit prima causa beneficij amittendi. denique. & in dicto. §. certum. Nam ad tenorem inuestiturae semper recurrendum est, secundum Baldum, in praesud. feud. §. quarta. quia derogat omni feudorum naturae, secundum Baldum, de eo, qui sibi & haere. & semper debet aliquid operari, secundum Baldum. de successio. feud. §. hoc quoque. † Non enim vassallus debet deteriorare rem feudalem, secundum Gemin. in capitulo ad apostolicam. §. sed licet. de re iudicata. libro sexto. & infra capit. si vero. vassallus autem non potest domini conditionem facere deteriorem, secundum Baldum. quibus modis feu. amit. §. rursus. & de inuest. de re. ali. §. quod ergo. & Iacobus de Monteuda. in vsat. co. magnates. quoniam vassallus tenetur circa rem feudalem de dolo, lata, & leui culpa, argumen. not. in glos. in authen. de non ali. aut permutan. collatione secunda §. scire. in verbo, facere. & Baldus in authen. qui rem. C. de sacrosanctis ecclesijs.

9 quae glossa licet loquatur in re emphyteuticaria: attamen idem est in feudo. † Et feudum & res emphyteuticaria pari passu ambulant: vt infra capitulo. eodem. & vide Bald. de controuer. inter mascul. & foemin. in feud. & in capitulo. an ag. vel fil. & in feudis proceditur de similibus ad similia. Bald. de feud. cogn. & Iacobus Calicij in vsat. co. magnates. Aut apparet quod erat iam dirutum tempore inuestiturae & concessionis ipsius castri: & tunc dic quod si apparet ex tenore inuestiturae quod dominus onus dictum castrum reficiendi assumpsisset, quia tunc standum est eorum conuentioni, per iura superius allegata. † Si autem castrum illud fuit dirutum post traditionem potestatis, durantibus decem diebus, quibus illud retinere potest, vel durante alio tempore, quo permittitur domino retentio dicti castri, in casibus contentis in capitulo. isti sunt. Et tunc dic quod refectionis castri pertinet ipsi domino. Nam dominus absque aliquo detrimento illud restituere tenetur: vt infra capitulo. & finitis. Sed istud dupliciter est intelligendum. Aut dictum castrum fuit dirutum culpa, & negligentia domini in non tenendo eum condirectum: & tunc dico quod tenetur. Et ita intelligo dictum capitulum & finitis. 11 † Aut dictum castrum fuit dirutum per inimicos, illud expugnando: & tunc credo, quod esset distinguendum an guerra esset iusta, aut iniusta, aut esset dubium. Si enim esset iusta, vel est dubium: & tunc dico quod si castrum est dirutum ex causa ipsius guerrae, quod refectionis ipsius castri non pertinet ipsi domino, per iura per me allegata in capitulo si petita. in illa questione, sed quaerit Gulielmus de Valleicha in distinctione, quam ibi fecit. Si enim dominus potest retinere castrum propter guerraem, periculum dirutionis illi non spectat, argumen. l. si vt certo. §. plane si sic commodaui vt ad bellum. & quae not. per Cyn. & Salicetum in l. quoniam multa. C. ad legem Iuliam. de vi. Si autem guerra est notorie iniusta: & tunc credo quod refectionis ipsius castri diruti in ipsa guerra iniusta pertinet, & spectat ipsi domino: damnum igitur in re feudali illatum ab inimico, cuius inimicitiae causam dedit culpa domini, eius periculo adscribitur. ff. loca. l. si merces.

12 ces. §. culpa. & quod not. Ludouicus in l. in his. ff. soluto matrimonio. vbi dicit quod damnum in re dotali, & consequenter locata, vendita, vel commodata illatum ab inimico, cuius inimicitiae causam dedit culpa mariti, commo datarij, conductoris, vel venditoris, eorundem periculo adscribitur. Sed contra praedictam determinationem in eo quod dixi quod si guerra est iusta notorie, vel est dubium, quod tunc dominus non teneatur ad refectionem, cum eius culpa facta non sit, facit glos. in d. §. culpa. vbi dicit quod si damnum est datum ab inimico, cuius inimicitia absque eorum culpa interuenit, alias processit, quod idem est, ac si causam ipsius inimicitiae dedisset. Et eandem gloss. sequitur Bartol. in d. l. in his. dicens quod quocumque violentia adhibetur contra te propter aliquam indignationem aduersus te habitam tui culpa vel sine: & tunc de damno ex violentia contingente obligaris, quasi illud tui culpa adscribitur: vt in dicta l. in his. & dicto. §. culpa. † quandoque vero violentia committitur contra te, non contemplatione tui, sed pariter commissa fuisset contra quemcumque inuentum in depradationibus, quae fiunt in strata, vel ciuitate, vel quando propter guerraem principis: & tunc illa violentia casu fortuito annumeratur, nec ratione damni ex ea contingetis obligaris. ff. commo. l. ad eos. C. eo. l. damnum. & l. si merces. §. vis maior. de actio. empti. l. si ea res. de regu. iuris. l. contractus. cum simi. Cyn. vero, quem sequitur Bald. vt refert Ludou. in d. l. in his. tenent contrarium, dicentes contra omnem naturalem equitatem fore, quod iste casus violentiae aduersus me contracta per inimicum, cuius inimicitiae causam non dedi, culpa adnumeretur, ex quo culpa inimicitiae non praecederet. Vltimus subiicientes quod vbi casus violentiae, odium, vel inimicitiam praecederet, nunquam culpa adscriberetur: quod probat ibi multis exemplis, & allegationibus. Sed moderniores ibi dicunt primo veriore videri gloss. in d. §. culpa. ea ratione quod licet sine culpa quis puniri non debeat, tamen hoc verum est, nisi subsit causa: vt in regula, sine culpa. de regulis iuris. libro sexto. & in capitulo. ij. de constitut. cum ibi not. Causa autem in

nostro casu subesse videtur, ex quo propter alterius odium recipit quis damnum. Postmodum vero ex aequitate distinguunt secundum Ludouicum, quod aut sciens se habere inimicitiam non fecit diligentior custodiam: & tunc quia propter hoc videtur esse in culpa, procedit opinio glo. & Bartol. Aut faciebat diligentior custodiam, & prout quilibet diligentes scientes se habere inimicos facerent: & tunc ex quo propter hoc in culpa esse non videtur, procedat haec opinio Cyni, & Baldi. Et dicunt hoc esse considerationem glossae, recte intuenti in dicto §. culpa. Et dicit Ludouicus hanc quidem opinionem veram: & eius primum membrum fundat per legem. Item quaeritur §. exercitus. ff. locati. & legem, sed de damno. ibi dum dicit, siue custodire potuit, ne damnum daretur, & caetera. vbi patet ad inimicitiam exercitus, quae alias annumeratur casu fortuito, tunc culpa adscribi, cum ille, contra quem commissa est, resistere potest, neque resistit. Ita ergo in proposito violentia domino illata ab inimico licet absque sui culpa, cui resistere potuit, diligentior custodiam adhibendo, culpa domini adscribitur, si talem custodiam non adhibuit, propter quam resistere posset. 14 † Secundum membrum probatur ea ratione: quia violentia, etiam cui ex diligentia custodiam resistere non potuit, casu fortuito adscribitur. ff. de actione empti. l. si ea res. ff. commoda. l. ad eos. Ad idem accedit textus in simili in lege, qui cum maior §. si tamen quis libertum. de bonis libertorum. ibi, dum dicit, nec enim imperitia aut seueritas iudicantis obesse debuit patroni filio, qui crimen leuius deduxit, & caetera. vbi patet quod non perdit filius ius patronatus in liberto patris, si eum ita leuiter de crimine accusauit, vt ex eo poena capitis imponenda non veniret, iudex etiam per seueritatem, aut odio ductus eum capitaliter damnauit. Non enim iudicis odium, seu seueritas in libertum absque culpa accusatoris procedens obesse debet accusatori, qui quantum in eo fuit, ita diligenter accusationem instituit, vt non veniret libertus capitaliter damnatus. Ita ergo in proposito

posito non debet imputari domino inimicitia sine sua culpa prouenienti, scilicet si in quantum in eo fuit, ita diligentem custodiam adhibuit, ut inimicus ipse damnum inferre non debuerit. Ad idem textus not. in lege prima §. cum quis. ff. de quaestio. vbi est expressum quod inimicitia sine mei culpa contingens non omnino mihi nocet quominus admittatur in testem contra te, cuius facto inimicitia est causata. Ad idem etiam textus nota. in l. cum in tabulis §. primo. ff. de his quibus ut indign. vbi etiam est expressum, inimicitiam non legatarij culpa, sed testatoris prouenientem sibi non nocere, in hoc scilicet ut legatum intelligi debeat reuocatum. Vltimo ad idem est textus in dicta lege. in his, & optime à contrario sensu ibi, dum dicit quod Gracchi culpa ea seditio facta esset, & cetera. Ergo sequitur quod si sine Gracchi culpa inimicitia processisset, seu seditio illa, culpae Gracchi non adscriberetur, sed casui fortuito. Ex omnibus enim superius dictis & allegatis resultat vna conclusio, quod aut guerra propterea venit ex culpa domini, sic quod notorie est iniusta: & tunc ipse tenetur ad damnum dirutionis. Aut est iusta, & non venit ob culpam domini, vel est dubium: & tunc aut dominus fecit diligentiore custodiam, & prout quilibet diligentissimus sciens se habere inimicos fecisset: & non tenetur. Nam excusatur à culpa, qui facit quod quilibet diligens fecisset: ut est textus cum glossa in lege si merces §. qui columnam. In verbo diligentissimus. ff. locati. alias secus: quia in culpa est, qui non facit quod quilibet diligens faceret. glossa in lege. videamus. in fi. in verbo, suo nomine. eodem titulo. Sed contra hanc distinctionem facit vsaticus, magnates. ibi dum dicit, nisi senior habuerit guerram, ad quam opus habeat castrum, &c. & capitulo isti sunt casus §. Secundus etiam. vbi non distinguitur an guerra veniat ex culpa domini, vel non, aut sit iusta vel iniusta: & sic ex quo non distinguunt, nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de publicianis. generaliter enim loquuntur, & sic generaliter debent intelligi. ff. de legat. praestandis. l. j. §. generaliter. Sed istud contrarium non militat: nam vna lex distin-

guitur per aliam, ut nota. per glossam & Bartolum, & Baldum, in lege non dubium. ff. de legibus. & etiam quod vna lex non distinguat, tamen nos distinguere possumus, ut not. in lege quamuis. ff. de in ius vocan. Recipiunt ergo dictus vsaticus, & dictus §. secundus distinctionem, & declarationem à capitulo. domino hic finitur lex Frederici. deinde incipit consuetudo regni, & à notatis ibi per Baldum, & ab alijs iuribus per me superius allegatis, vbi similis sit distinctio. Et ita distinguit Iacobus Calicij in dicto vsatico, magnates. circa finem. Et pro hoc facit not. per Bartolum in l. omnes populi. In materia interpretationis. ff. de iustitia & iure. In feudis enim procedimus de similibus ad similia: ut dixi superius in alijs capitulis. Et idem in consuetudinibus, ut dicit Iacobus Calicij in dicto vsatico, magnates §. vnus. & Andreas de Sicilia, in clementina prima. de electione. Igitur ad omnia praemissa concludenter sic dicas, quod si dominus est in culpa, quia non posuit custodes, vel posuit, sed non tot, quot sunt, vel erant necessarii, vel posuit necessarios, sed non idoneos, & sufficientes, sed malos, vel non fecit diligentiore custodiam talem, qualem fecisset quilibet diligens, vel cum resistere potuit non restitit: vel alijs de causis emuneratis in praecedenti capitulo, & per Iacob. Calicij in dicto vsatico, magnates. In illa quaest. quaro, quid si dominus renuit post decem dies: vel guerra erat iniusta ex parte ipsius domini tam actiue quam passiuè, vel alijs similibus causis, quas per te colligere potes: & tunc credo quod dominus tenetur de damno dirutionis: nam qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur: ut l. qui occidit §. in hac. ff. ad legem Aquilia. alias secus. Nam si dominus fecit quod debet, & quod quilibet diligens fecisset: & culpa eidem imputari non possit, etiam si casus perditionis aut dirutionis sequatur, non tenetur, secundum Ludouicum in l. mora. ff. soluto matrimonio. Et ista colliguntur per nota. per me in hoc capitulo. & in capitulo praecedenti. & adde hic quod ibi dixi. Si autem guerra illa erat indicta per dominum Regem contra alium, vel per alterum contra eum, secundum ea, quae in praecedenti cap.

ti capitulo dixi: tunc si dominus retinuerit castrum ex aliquibus causis contentis. j. in c. isti sunt: & quae ibi scribam, & per Iac. de Calicio in d. c. magnates, tunc dico quod dominus solum teneretur quo ad ipsum damnum dirutionis de dolo, & lata culpa, non autem de leui, aut casu fortuito. ad hoc l. si mora. ff. solu. mati. & de pericu. & commo. rei vendi. l. illud. & per alia iura per me superius allegata. Sed istud, quod dixi, quod non teneretur de casu fortuito, quando dominus fecit diligentiore custodiam, vel posuit custodes necessarios, & idoneos, vel fecit resistantiam, quam debuit, alias his cessantibus etiam de casu perditionis & dirutionis teneretur: vel si arma necessaria, aut victualia, aut munitioes vel alia necessaria ad custodiam castrum deficiebant, vel non denuntiauerit vasallo: ut contra violentiam inferentem succurreret, ut ff. loca. l. Item quaritur §. exercitus. vel ex alijs causis superius in praecedenti capitulo enumeratis. ¶ Si autem apparet castrum tempore concessionis esse dirutum, & non exprimitur in infeudatione ad quem pertinet resectio: & tunc crederem ad vasallum pertinere, & etiam ad vasallos, modo inferius declarato. Nam ad meliorandum dictum castrum videtur concessum esse, ut praedixi, & ita est consuetum concedi: & in feudis multum attenditur consuetudo, secundum Iaco. Calicij in vsatico, magnates. Causae enim feudales deciduntur consuetudine. de feud. cog. c. j. vbi Bal. iudicandum enim est in feudis secundum pacta. Secundo secundum consuetudinem regionis, secundum Hostien. in summatu. de feud. §. quid sit feudum. Videtur enim feudum concessum fuisse iuxta consuetudinem loci, vbi est, secundum Bal. de pac. constan. in verbo, si qua controuersia. Et imputandum est vasallo, qui ita acceptauit: argumento nota. per Ludouicum in l. cotem §. qui maximos. ff. de public. in fi. praesumendum est igitur illud ita acceptasse ut illud reficeret: cum sit de natura feudi illud debere meliorari à vasallo: & semper praesumendum est feudum concessum fuisse secundum eius propriam naturam, nisi eius alteratio probetur, secundum Bald. in feud. quid sit inuestri §. praeterea. ¶ Si autem dictum damnum dirutionis non prouenit ex culpa domini aut vasalli: & tunc iterum

subdistingue, aut in castro sunt aliqui alodiarij, aut non. Si autem sint alodiarij: & tunc dic quod ipse castellanus aut castellani, si plures sint, & ipsi alodiarij, ac alij homines populati intra terminos eiusdem tenentur reficere, operari, & facere dictum castrum, hoc videlicet modo, quod dicti alodiarij tempore guerra tantum, alij vero homines intra terminos castrum populati, vtroque tempore, scilicet guerra, & pacis, tenentur facere opus foraneum, ut puta facere totam manobram ad dictum opus necessariam, si ad turres, muros, barbicanas, archeras, & alia fortiam facientia, & quae necessaria sunt ad munitioem, & defensionem castrum: ut haec colliguntur infra in capitulo, si aliqui alodiarij. & in capitulo, consuetudo §. Item vsus. & quae notantur per doctores in vsatico, hoc quod iuris est sanctorum. Et ita esse de generali consuetudine Cathaloniae: ut referunt antiqui sapientes Cathaloniae. Adde quod hoc dicam in dicto capitulo. si aliqui alodiarij: vbi tractabo materiam castrum terminati. Aliqui tamen antiqui sapientes apostillantes dictum capitulum, si aliqui alodiarij, dixerunt quod inter alodiarios & homines proprios est ista differentia, quia alodiarij tantum tenentur ad opus foraneum, sed homines proprii tam ad opus foraneum, quam intus castrum: argumento dicti capituli, si aliqui alodiarij, cum sit privilegium alodiariorum, & non illorum, qui sunt homines proprii. Sed ego credo eos non bene dicere: quia ius castrum de quo loquitur glossa in vsatico, hoc quod iuris est digefforum, quod homines castrum tenentur ad illius opus: non loquitur nisi de foraneo: & dictum capitulum ex quo fundant eorum opinionem potius facit contra, quam pro eis: quia dicitur ibi quod alodiarij tenentur tempore guerra ad omnia, ad quae tenentur omnes alij habitatores. Et sic secundum hoc parificantur, & non fit differentia inter eos. Dicunt etiam ibi dicti antiqui sapientes, quod dominus tenetur habere magistros, calcem, & omnia camenta, & dare comestiones, vel certum quid. Et allegant quandam sententiam antiquam, in qua continebatur quod tenebatur dare quatuor differentias pro quolibet die, & pro quolibet animali media quarteria annonae: & referunt consuetudinem

dinem & obseruantiam sapius obtentam in diocesi Gerundensi, quae sequitur sub his verbis. Item est consuetudo & obseruantia sapius obtenta in diocesi Gerundensi, quod iura castrī terminati, quae sunt imprae scriptibilia, de quibus loquitur vsaticus, hoc quod iuris est fororum sunt quatuor: sonus, cornu, gayta, bada, & opus foraneum fortitudinis. Verumtamen si aedificia castrī sunt contigua parietibus fortitudinis foraneae, dominus castrī habet providere magistris in logerio & cibo tantum, quandiu opus durauerit in illa parte, vbi ipsa aedificia fortitudini foraneae ita sint contigua, & homines castrī terminati cuiuscunque domini tenentur eorum sumptibus facere totum illud opus. Et ita fuit iudicatum de castro de Santistie, & in pluribus alijs: vide Bartolum in l. hac prouidentissima. C. de quibus mune. vel praescri. liceat se excusa. libro decimo. Et pro ista parte fuit per binas sententias iudicatum, & declaratum per Michaelem de Boscho dominum castrī de Vilassar, videlicet quod eius allodiarij tenentur ad opera castrī tam tempore guerrae, quam pacis, dum tamen sint opera necessaria pro tempore guerrae, vt in dictis sententijs de consilio maioris partis aduocatorum ciuitatis Barchinonae, satis latius continetur, & fundantur super alijs diuersis sententijs antiquis in processibus dictarum sententiarum appositis & insertis. † Sed contra hoc quod dicitur sententiatum fuisse dictos allodiarjos teneri ad opera foranea tam tempore guerrae, quam pacis, videtur contra dictum capitulum. si aliqui allodiarij: vbi tantum cautum videtur quod tempore guerrae ipsi allodiarij ad opera castrī tenentur. Sed quod hic dicitur, videtur aequius vt tempore pacis ipsi allodiarij faciant dicta opera necessaria pro tempore guerrae. Et crederem debere ita iudicari, cum casus occurrerit. Nam licet iudex non teneatur sequi exemplum aliorum iudicum, vt l. nemo. C. de sententijs & interlocu. omnium iudicum: illud est verum secundum gloss. ibi, nisi tot essent sententijs similes, quod inducerent consuetudinem, vt in nostro casu: tunc enim iudex arctatur ad sequendum exemplum aliorum iudicum: vt l. minime. ff. de legibus. Ita voluit Bald. in l. j. C. quando prouo. non est neces. Nico. & Andrae.

de Sicil. in c. in causis. de re iudi. & Angel. Aret. ff. de app. l. si expressum. Cetera vero addictam refectionem necessaria facere tenentur dominus maior & castellani, siue vasalli siue sint vnus aut plures, iuxta redditus, quos recipiunt in dicto castro, & eius terminis, videlicet pro solido & libra dictorum reddituum. Declarato tamen quod vnus dictorum castellanorum, ad quem spectat habitatio dicti castrī habet conferre & soluere medietatem expensarum in hoc necessariarum, & in alia medietate fiet contributio inter dominum & alios castellanos per modum proxime dictum: & sic quilibet feret onus iuxta modum emolumenti: argumento. l. prima. §. pro secundo. C. de cadu. tollen. Pro quo facit l. Titius rogatus. §. j. cum ibi not. super verbo, pro rata pecuniae. ff. ad Trebellia. l. omnes. C. de fundis patri. libr. vndecimo. quando & quibus quarta pars. l. secunda. §. aequē ex diuerso. libro decimo. ff. de tras. l. controuersia. cum simil. Et quod omnes ad praedictam refectionem secundum modum praedictum absque nulla excusatione teneantur, est ratio, cum omnibus sit profutura. Patet in l. ad portus. C. de operibus publicis. l. finali. C. ex quibus mune. praesta. ne liceat se excusa. l. finali. libro decimo. Non enim est fienda separatio inter praedictos, quin omnes cōferant addictam reparationem, & refectionem, cum omnibus, vt praefertur, profutura sit l. j. C. de colla. fund. patrimo. libro vndecimo. Et ita fuit decusum per Raymundum de Area egregium patronum ciuitatis Minorissae Bagiarum multum in iuribus patriae expertum & practicum in quaest. suscitata super reparatione castrī de Seuanga, in quo erant & sunt post dominum Episcopum Vrgellensem dominum maiorem dicti castrī plures castellani, post multas altercationes & diuersa doctorum consilia. Et ita consuluit quidam Gulielmus Salmons antiquus aduocatus super quaestio. refectionis castrī siue turris de Priuigfel dirute propter terremotum, propter quod per dominum fuerat apposita empera realis, ex quo alter ex castellanis volebat contribuere in dicta refectione modo pracontento, nec stare iuri in posse dicti domini parium, aut iudicis: ideo dicebatur quod erat repertus in fatica: & quia exposit fuit paratus

paratus contribuere pro parte sibi contingenti in dicta refectione, & stare iuri, fuit consultum per dictum Gulielm. dictam emperam esse subleuandam. Nec obstat quod aliqui dicunt quod castellanus tenetur ad instar vsufructuarij ad dictam refectionem: quia castellanus non dicitur proprie vsufructuarius, secundum Baldum in praesud. feudorum. & quibus causis feud. amittatur: nam vt ibi dicit Baldus vsufructus ponitur ibi pro vtili dominio, vt dicam infra in capitulo. si vasallus. † Quae iuxta textum, in verbo, castellano. quis dicitur castellanus? Et dic quod est vasallus tenens castrum in feudum pro domino: quia omnis castellanus est vasallus: sed non omnis vasallus est castellanus: vt infra capitu. si castellanus siue vasallus, vnde castellanus, id est, pro castro, vasallus quasi castrī custos. Super hoc vide textum cum glossa, in lege quicumque. C. de fund. limitroph. & vide Iaco. Calicij in vsatico, castellani. Quae iuxta textum in verbo, familia, quis dicitur vel veniat appellatio, ne familia. Super hoc quia nihil tibi adderem, vide Baldum in l. prima. C. de episcop. & clericis. Ioannem Andrae. in capitulo. sicut. de verborum significationibus. libro sexto. in nouella. Bartol. in l. prima. §. familia. ff. de public. & in l. pronuntiatio. §. familia. ff. de verbo. significatio. & in l. tutelae. de capi. dimi. & in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebel. & ibi Ange. & Ioannes de Imola, & Baldus in l. finali. C. de verborum significatio. & ibi simile Angel. & Bald. Et quia non facit ad praesentem materiam, sufficit tibi remissio. Adde gloss. in capitu. in literis. de testibus. Sed quid si dominus non habet nisi vnum familiarem? Dic quod non sufficit: quia textus dicit duos vel tres. In contrarium est rei veritas: quia appellatio familiae in vno verificatur. l. filius. §. cum pater. ff. de legatis primo. & hic in text. post ipsa verba duos vel tres, sequitur, vel quot voluerit homines. Et ipsa dictio voluerit meram & liberam voluntatem importat: vt l. cum quidam. & ibi Bartolus. ff. de legatis secundo. & ff. de fideicommiss. libertatibus. l. fideicommissaria libertas.

De rebus uasalli inuentis in castro, uel eius dominio quando dominus recipit potestatem.



R si dominus cum receperit potestatem de castro inuenit aliquas res sui vasalli in ipso castro vel eius termino dominus & custodes sui poterunt eas accipere & expendere moderate quantum de necessitate fuerit dum castrum tenuerint; & si non sufficient ad opus custodum, dominus faciat expensas de suo; sed vasallus tenetur eas restituere domino.

S V M M A R I V M.

- 1 Dominus res uasalli in castro & terminis inuentas accipere potest.
- 2 Vasallus domino & custodibus castrum tenentibus expensas facere tenetur.
- 3 Moderatio quid significet.
- 4 Suum pronomen dominium denotat.
- 5 Vasallus quanto tempore castrī custodibus expensas soluere teneatur.
- 6 Vasallus ultra decem dies non tenetur expensas facere custodibus castrī.
- 7 Lex indefinitè loquens equipollet uniuersali.
- 8 Leges priores trahi possunt ad posteriores.
- 9 Dominus qua actione recuperet expensas à uasallo.



R si dominus. Istud c. continetur ad praecedentia, & diuiditur in duas partes. In prima parte dicit quod dominus & custodes possunt expendere res uasalli si inuenta fuerint in ipso castro, vel termino. In secunda parte dicit quod dominus & custodes si non inueniunt res uasalli, vel inuenta non sufficiunt dominus facit expensas, sed recuperat à uasallo. Prima pars incipit, & si dominus: usque ad ver. & si non. Secunda pars ibi, usque ad finem. Casus. Si res uasalli inueniuntur in castro, & eius termino, dominus, & custodes possunt eas recipere, & expendere moderate quantum necessarium fuerit: & si non inueniuntur, vel inuenta non sufficiunt,

ciunt, dominus facit dictas expensas de suo: sed vasallus tenetur ad illarum restitutionem. hoc dicit. Collige notabilia. ¶ Nota primò quòd dominus & custodes possunt recipere vasalli inuentas in castro, & eius termino. Not. secundò, quòd dominus & custodes possunt expendere dictas res moderate in quantum necesse fuerint, dum tenent dictum castrum. Not. tertio, quòd si res vasalli non inueniuntur, vel inuentæ non sufficiunt ad expensas custodum, dominus facit dictas expensas de suo. ¶ Not. quartò, & vltimò quòd vasallus tenetur eas restituere domino. concor. infra c. Itē si vasallus. Expone literam. Res supple mobiles. vide quæ dixi supra. in c. si petita. super verbo Rebus. & adde hinc quæ ibi dixi. & probatur hoc infra c. Itē si vasallus. in verbo Mobilia. Moderatè, id est, temperatè cum mensura, & non excessiue, vt hinc colligitur, & j. c. Item si §. fin. ¶ verbū enim istud Moderatè, cōtinet diminutionem, nō autem augmentū: vt est gl. in c. cupientes. de elec. lib. vj. in verbo Moderatè. & ibi Gem. qui dicit quòd facit pro statutis, quibus datur potestas moderandi: quia nō potunt augmentare pœnam, possunt tamen pœnam statuere. Et facit pro hoc. ff. de dam. in fec. l. damni. circa prin. vbi dicitur quòd moderata extimatio est faciēda: quia honestus modus seruandus est: & ideo non immoderata cuiuscunq; luxuria subsequēda, & c. Necessè, id est, necessitas exegerit pro expensis soluendis in & pro custodia dicti castri: vt j. c. Item si vasallus. Tenuerint, scilicet, dominus & custodes, quamdiu enim retinetur custodia castri, retinetur etiam possessio & tenuta, secundū Raph. in l. si finita §. si quis. ff. de dam. in fe. Inuenire. supple ipsas res. Custodum. qui custodiunt dictum castrum. Eis scilicet custodibus. Suo, id est, de bonis suis proprijs. ¶ Nam istud verbum suus sua suum denotat dominium, vt dicam infra ca. si aliquis habet. vbi tractabo de iurisdictione feudali. Eas, scilicet expensas. Oppon. primò de eo quod dicit Bart. in l. si. ff. de impen. in re. do. fac. & in l. cum quæretur §. si. ff. de legatis tertio. vbi dicit quòd expensæ factæ per maritum causa custodiæ castri, deducuntur ex fructibus: & sic secundum hoc res vasalli non possunt accipi pro dicta castri custodia, cum ex fructibus dicti

castri, qui recipiuntur, debet fieri ipsa impensa custodiæ castri. solut. Illud est de iure ciuili: hoc de iure consuetudinario. vel dic quòd hinc intra tam modicum tempus ipsorum decem dierum nulli fuerunt fructus qui sufficerent ad dictas expensas. Vel dic secundum Ange. in l. diuortio. ff. soluto matrimo. quòd ipsa impensa est in causa repetitionis, tanquam utilis & necessaria: non enim videtur facta gratia cultura, sed rei, secundum eum. Opp. secundò, de eo quod dicit Ludo. in d. l. si diuortio. vbi dicit quòd si expensæ sunt factæ pro custodia castri temporali, vt in casu huius. c. quòd tunc illæ ex fructibus deducuntur: & sic vasallus ad eas restituendis non tenetur. Solutio si ipsæ expensæ sunt factæ extra tutelam, siue custodiam necessariam castri, tunc est vera opinio Bartol. Et pro hoc allego tex. in l. quod dicitur. In verbo, extra tutelam. ff. de impen. in reb. do. fac. & argumento. c. & recipiendo. supra eo. in verbo necessarij. & infra capitu. Item si vasallus. in verbo necessarij à contrario sensu. Si autem custodes fuerunt positi tot, quot fuerunt necessarij. in custodia castri, & sic expensum sit in tutelam necessariam castri, & tunc est verum quod hinc dicitur, argumēto dictarum consuetudinum. Vel dic quòd dicti fructus sunt ipsius domini, vt dixi supra. in capitulo primo. & sic de ipsis dominus expensam custodum facere non tenetur, cum de proprio illam facere non teneatur, vt hinc. Quæ autem dicitur expensa in custodia necessaria facta, relinquatur arbitrio boni viri, iuxta formam dicti capi. Item si vasallus. ¶ Quæro, per quod tēpus vasallus tenetur soluere dictas expensas custodum: Et dic quòd per decem dies, per quos dominus post traditam potestatem potest tenere dictum castrum regulariter. hoc probatur hinc in verbo dictum castrum tenuerint, & colligitur supra in capitu. & recipiendo: vbi videtur quòd intra decem dies dominus potest mutare & cābiare custodes. vide quæ ibi dixi & infra capitu. & finitis. vbi finitis decem diebus vel in decimo die dominus debet reddere castri potestatem: & vasallus tenetur dare securitatem custodibus positus in castri custodia, quòd cum omnibus bonis eorum possint ad sua redire. Hoc tamen intelligendum & declarandum

dum videtur, dum tamen vasallus plenam domino dederit potestatem, vt in dictis capitulis no. & restituerit domino expensas, quas fecit in custodibus positus in dicto castro: vt infra c. Item si vasallus. & in vsatico, magnates. ¶ Quæro, dominus vult retinere castrum vltra dictos decem dies ex aliquibus causis enumeratis infra capi. isti sunt: & per Iaco. Calicij in vsatico, magnates, nunquid vltra dictos decem dies poterit in illo ponere custodes, sic quòd illorum expensas vasallus soluere teneatur: Et credo quòd non: quia non reperitur aliquo iure municipali cautum. Et est fortissimum argumētum dicere quòd non est iure cautum. Compostellanus in capitulo bonæ. lo. secundo de electionibus. Non enim est nostrum iura patriæ extendere. l. si verò §. de viro. ff. soluto matrimo. cum vulgaribus. Nec etiā reperitur quòd aliqua consuetudo de hoc reperitur, sed tantum reperitur de decē diebus, per quos retinere potest castrum regulariter: ergo vltra illos soluere nō tenetur. nam consuetudo quantum habet de actu, tantum habet de potentia, & nō vltra secundum Bal. in prælu. feud. §. consuetudo, nec consuetudo potest extendi vltra ea, ad quæ introducta fuit, secundum Bart. in auten. qui rem. C. de sacrosanct. eccle. Ludo. in l. vectigalia. ff. de public. & in l. j. §. si stipulanti. ff. de verborum obliga. & Bald. in prælu. feud. Et hoc voluit dicere Iaco. Calicij in vsatico, magnates. ibi: quæro quando dominus vltra decem dies datæ potestatis, & c. Et hoc credo verius: & colligitur supra in c. & recipiendo. & infra c. & finitis. & c. Item si vasallus. Sed contra hoc facit huiusmodi. c. ibi, dum castrum tenuerint. & non distinguit de tempore: nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de pub. ¶ Et quando lex indefinitè loquitur, æquipollet vniuersali. Bartol. in l. j. ff. de regulis iuris. & Ioan. And. in c. j. eodem tit. lib. vj. quando enim lex generaliter loquitur, generaliter debet intelligi. l. j. §. generaliter. ff. de leg. præst. Solu. Istud. c. debet intelligi secundū alias consuetudines: nam nulla consuetudo tollit aliam, nisi sit præscripta, secundum Bald. qui feud. da. pos. §. notandum. Expedi enim iura iuribus cōcordare, vt iurium correctio euitetur. c. cum expediat. de ele.

lib. vj. & l. j. C. de inoffic. do. Debent igitur ipsa verba. Dum castrum tenuerint, intelligi cū subaudiōe, scilicet per decem dies, per quos regulariter potest tenere castrum. Et sic ipsa verba sunt restringenda pro concordantia ipsorum iurium, & correctione vitanda. Potest autem vna lex restringi per aliam, secundum Bartolum & Bald. in l. non dubium. C. de legi. ¶ Non enim est nouum priores leges trahere ad posteriores. l. non est nouum, cum sequē. ff. de legi. Colligitur enim in dictis. c. & recipienda. & c. & finitis. quòd vltra decem dies custodes ibi ponere non possunt. Igitur standum est eis. l. præcipimus. C. de app. Nulla enim lex corrigitur, nisi quatenus hoc expressè inueniatur. In authentico de non al. aut permut. §. vltimo. & ibi gloss. in verbo. nisi tantum, collat. ij. vide gloss. in clemen. j. §. duro. de hære. hinc in gloss. sed nunquid. & gloss. in c. constitutionem. de regul. libro sexto. super verbo prorogamus. Semper autem leges debent concordari, vel per aliquam distinctionem, vel limitationem saluari, iuxta not. per Bartol. in extrauaganti ad reprimendum, in verbo non obstantibus. ¶ Quæro iuxta text. quid si vasallus non vult restituere ipsas expensas domino, quod remedium habeat dominus aduersus vasallum pro earum repetitione, & recuperatione: Et dic quòd habet duplex remedium, si res vasalli inuenta in castro vel termino non sufficiunt ad illas. Primum est per viam actionis conditionis huius capituli. Secundum est per viam retentionis castri: vt ista duo probantur infra capitulo. Item si vasallus ibi: ipse dominus potest hæc, & omnia supradicta petere à vasallo, priusquam restituat castrum. & in vsatico, magnates. ibi: non debent eis reddere, & c. & ibi: re directas missiones, quas senior fecerit per apprehensionem castri & eius custodiam. Super hoc vide quæ dicam infra capitulo. Item si vasallus: quia istud indiget maiori examine: cum dicta verba ipsius vsatici prima facie videntur sentire, quòd in casu, quo dominus propter contradictionem firmæ directi apprehenderit potestatem castri, habeat locum retentio castri, & non in alio casu, vt in fine dicti vsatici. Hinc non sunt alia.

Non iuuat praescriptio in non dando plenam potestatem.



I autem in tradenda potestate de castro vasallus non habens allodium in termino ipsius castri, & remanserit in villa ipsius castri, vel in alio aliquo loco termini ipsius castri, & dixerit se, & antecessores suos tali modo dedisse potestatem de ipso castro, & ita assuetum fuisse dare potestatem spatium quadraginta annorum, vel etiam amplius, nunquam potest vasallus iste se tueri tali consuetudine, nec etiam tali praescriptione: quia non datur sic plena potestas de castro, etiam si dicatur quod non extat memoria hominum, quod ipse, vel antecessores sui nunquam dederunt potestatem alteri de ipso castro: quia secundum consuetudinem, & obseruationem generalem Cathaloniam non datur sic plena potestas de castro, nisi instrumento conditionaliter contineatur, quod tali modo datur potestas. Quae conuentio, si apparuerit, poterit esse contra generalem consuetudinem, & obseruantiam Cathaloniam.

S V M M A R I V M.

- 1 Vasallus tradita castri potestate, non potest ibi remanere.
- 2 Vasallus in quibus non iuuatur praescriptione.
- 3 Potestas plena castri non dicitur dari, nisi vasallus terminos exierit.
- 4 Homo liber pacto se proprium constituere potest. Pactum plus potest, quam lex, aut consuetudo.
- 5 Praescriptione queri potest, quod privilegio.
- 6 Consuetudine induci potest id, quod & privilegio concedi.
- 7 Nisi, dictio exceptionem significat.

- 8 Vasallus quanto tempore praescribat contra dominum.
- 10 Consuetudo posterior praescripta tollere potest priorem.
- 11 Actio omnis tollitur triginta annis.
- 12 Praescribere aut possit male fidei possessor.
- 13 Feudi natura qualis.
- 14 Dominus an possit castrum retinere ratione alicuius loci in terminum sibi non traditi.
- 15 Praescriptio centum annorum an locum habeat in feudis.
- 16 Praescriptio ne ulla currat, statuto fieri potest, pacto non.
- 17 Amplius, dictio ampliat, nec restrictionem admittit.
- 18 Praescriptio centenaria uim tituli habet, & privilegium.
- 19 Praescriptio an possit tolli pacto.
- 20 Praescriptioni tricennali quare non possit renouari.
- 21 Inductum in fauorem publicum quando quid dicatur, & quando in priuatum.
- 23 Praescriptio quibus uerbis tolli possit.
- 25 Feudo per uasallum alienato an possit domino currere praescriptio.
- 29 Ignorantia quare & quando cursum praescriptionis impedit.
- 39 Restitutio quare non detur contra praescriptionem quadraginta annorum.
- 31 Restitutio quando detur contra praescriptionem.
- 32 Praescriptio quando currat ignorantibus, & quando non.
- 34 Vasallus an possit feudi praescribere libertatem.
- 35 Consuetudo posterior legi derogat priori.
- 36 Potestas castri quibus modis domino dari possit.
- 37 Pactum feudi naturam uincit.
- 38 Pactum plus in feudis operatur, quam ipsa lex.
- 39 Pactum contra feudi naturam apponi potest.
- 40 Statuto an fieri nequeat quod per pactum.
- 41 Pactum ne fiat capella in fundo uendito, est ualidum.
- 42 Probatio alia non admittitur, ubi a iure certa probandi forma traditur.



I autem. Diuide istud c. in quatuor partes. In prima parte dicit quod vasallus qui non habet allodium in castro, non potest se tueri consuetudine, quin teneatur exire castrum, & eius terminos, quando tradita est potestas castri. In secunda parte dicit quod in his vasallus non iuuatur praescriptione. In tertia parte dicit quod per consuetudinem non datur sic potestas, nisi in instrumento conuentionali contineatur. In quarta parte, & ultima dicit quod potest esse conuentio contra consuetudinem generalem. Prima pars incipit ibi: si autem usque ad uer. nec etiam tali praescriptione. Secunda pars ibi, usque ad uer. quia secundum. Tertia pars usque ibi: quae conuentio. Quarta pars usque ad finem. Et hoc dicit in summa. Casus. Vasallus non iuuatur consuetudine, aut praescriptione in tradendo plenam castri potestatem, nisi in instru-

mento

mento conuentionali contineatur quod aliter castri potestas dari debeat: quia potest fieri conuentio contra generalem consuetudinem. Et sic iste tex. ponit regulam & exceptionem a regula. Est enim regula quod in his consuetudo, aut praescriptio non iuuat vasallum. Exceptio a regula, nisi conuentio sit in contrarium. Collige notabilia. ¶ Not. j. quod si vasallus non habet allodium in termino castri, non potest ibi remanere post traditionem potestatis castri. concor. supra eo. c. si petita. & quae ibi scripsi. & j. c. si dominus. Not. ij. quod si vasallus, & sui antecessores consueuerint dare potestatem de castro, ipsis remanentibus in eodem, vel in aliquo loco termini illius, quod ex hoc vasallus non potest se tueri tali consuetudine quin teneatur dare illam illo exeunte castrum, & eius terminos, si non habet ibi allodium. ¶ Not. iij. quod in his non iuuatur vasallus praescriptione, etiam quod non sit memoria hominum quod nunquam ipse vel sui antecessores aliter dederint castri potestatem. Aliud casum habes, in quo vasallus non iuuatur praescriptione. j. c. si castellanus. in fi. & duos alios habes. j. c. vasallus. & uide pro eis gl. in uaticano, potestatem. Alios casus habes. j. c. si uero. uer. quia in his. Est alius casus. j. c. domino. De iure communi uide casus, in quibus non currit praescriptio, in c. cum non liceat. de praescrip. & gloss. & Bar. in l. agros. C. de omni agro deser. adde ad hoc uaticano hoc quod iuris est sanctorum. Et quod hic dicitur de memoria, uide j. c. vasallus. ubi sunt similia uerba. ¶ Not. iij. quod iuxta consuetudinem generalem Cathaloniam non datur plena potestas castri, nisi vasallus exeat dictum castrum, & eius terminos: de qua consuetudine loquitur. Dic quod de consuetudine c. si petita. & c. & recipiendo. in fi. supra & j. si domino. Not. v. quod per pactum aut conuentionem fieri potest, quod potestas aliter tradatur, quam in dictis capitulis continetur: dum tamen de ipso pacto vel conuentione appareat per instrumentum. Not. vj. quod per pactum potest recedi a modo dato per consuetudinem tradendi potestatem de castro. Adde etiam quod per pactum potest liber homo se constituere hominem proprium: ut in c. licet. j. ubi habetur in fine quod pactioes licite custodiendae sunt. Not. vij. quod per pactum potest fieri, quod non potest per con-

uetudinem. concor. gl. & Bar. in l. si inter. ff. de feru. urb. praed. & Cyn. in l. j. C. de feruis fugit. In feudis enim plus operatur pactum quam lex de feu. mar. ubi Bal. §. duo. per pactum enim licet, quod sine pacto non licet. Bal. in feu. de feu. & qui. feu. da. §. hoc autem. Et ita est hic: nam per pactum potest recedi a modo dandi potestatem: quod aliter non liceret. Vide Io. An. in c. constitutis. de elec. an idem potest pactum quod consuetudo. & uide not. in l. j. C. de agri. & cen. li. xj. & de decu. in rub. & Bal. in l. de quibus. ff. de legi. sed pactum & consuetudo non sunt omnino similia not. C. quae sit longa consue. l. ij. ¶ Sed contra, quia ubi aliquid est quasi privilegium potest queri ex longissima praescriptione, secundum not. per Bar. in j. consti. Digestorum §. si. ubi iura non possunt legi nisi in locis privilegiatis, ut ibi: & tamen Bar. ibi dicit quod in locis non privilegiatis ex longissima praescriptione legi possunt. Sed in contrarium faciunt tex. in c. cam. quae. & c. accedes. de praescrip. uide etiam Bar. in l. hostes. ff. de cap. & postli. reuer. ubi dicit quod sicut quis potest se subtrahere ab uniuersali dominio Imperatoris per privilegium, ita potest se subtrahere per praescriptionem. Adde ulterius quod consuetudo similis est privilegio. l. quisquis. C. de epi. & cle. de aqua quotid. & aesti. l. hoc iure. §. ductus aquae. not. de ferui. rusti. praed. l. Imperator. dicit enim Inn. extra de fo. cope. c. cum contingat. ¶ & de praescrip. si diligenti. ¶ Quod quicquid potest privilegium concedi, & per consuetudinem induci, cum tacito consensu superioris firmetur: ut not. lxiij. distin. quia. & Inn. de iudi. nouit. adde Bal. in l. sed reprobari. ff. de excu. tut. Et adde ad ea, quae dixi in hoc notabili quod per pactum potest fieri, quod non potest per consuetudinem: uide Anto. de But. in c. tuus. de censu. & adde Imo. in l. testamenti factio. ff. de test. ubi dicit esse bonum argu. de statuto ad pactum, & per consequens ad consuetudinem. Et idem dicit Bar. in l. iura. in singulas. ff. de legi. An autem quod potest fieri per legem, possit fieri per pactum, Bald. in l. si. C. de fideius. ubi dicit in effectu quod haec regula praecedat affirmatiue, uidelicet quod quicquid potest fieri per pactum, potest fieri per statutum seu consuetudinem. & ita etiam tenet punctaliter do. Ant. in c. ij. de consue. lib. vj. ut refert ibi Gem. qui late istum pactum, ibi examinat. Sed Gem. ibi dicit bre-

uiter quòd regulariter ista procedunt à pari, nisi quando interea subest ratio dissimilitudinis. Et de hoc vide Bar. in l. nec ex prætorio. de iure iur. gl. in l. dominū prædiorū. de agri. & cen. lib. xj. Butrio. in c. j. de his, quæ si. à ma. part. ca. Bart. in l. omnes. ff. de iusti. & iur. Butr. in c. fi. de ordi. cog. & melius quæ alibi Gemi. post Archi. in c. consuetudinis. xj. dist. vide Ang. in authen. vt eccle. Rom. centū an. Bart. in l. non possibile. in fi. ff. de pac. & Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. trinita. Not. viij. & vltimò quòd probatio est faciēda per instrumentum. concor. j. c. vassallus. & c. consuetudo. lo. ij. & l. si alterius. C. si cum mi. fe. ma. dif. & in casibus not. in l. pactum. ij. C. de pact. & in c. j. de cen. lib. vj. & in constitutionibus censualium. & per Bal. in l. gesta. C. de re iudi. glo. & ibi Bart. in l. contrahitur. ff. de pig. va. Expone literam. Allodium. quid sit allodium, dixi supra, in c. si petita. Dixerit supple dictus vassallus. Antecessores. Differentiam inter antecessorē, præcessorem, & prædecessorem vide per glo. in c. ij. de renun. libr. vj. & Gemi. in c. j. de cle. coniu. eo. lib. & in proemio, & in c. cū non. de elec. el. j. vbi quærit quis veniat appellatione prædecessoris, & vide eum in c. quia. de pac. eo. lib. vbi ponit differentiam inter decessorem, & prædecessorem. Tali modo. scilicet, quod non exhibant de castro, vel eius termino. Ita. f. quod remanebant in castro vel eius termino. Amplius. i. vltra dictos quadraginta annos. Tueri, id est, defendi, aut iuuari. Tali præscriptione. scilicet quadraginta annorū, vel amplius. Datur, scilicet per vassallum. Dicatur. supple vassallum. Aliter potestatem scilicet quòd non teneatur exire dictum castrum, & eius terminos. Sic id est, quòd non exeat dictum castrum, & eius terminos, sed ibi remaneat. Vide quæ dixi supra in c. si petita.

7 † Nisi. Ista dictio ex propria significatione stat exceptiue, secundum Gemi. in c. statutum. §. cum verò. de rescrip. libr. vj. & ita assumitur hinc. Aliquando dictio Nisi, sequens negatiuam stat inclusiue, secundum Gemi. in c. quamuis. eo. titu. & libro. & in c. ad decimas. de resti. spo. eo. lib. Et de ista dictione Nisi, vide in l. obligationum. §. placet. ff. de actio. & oblig. & in authen. nisi rogati. & per Barto. & Bald. in l. actio. C. de trans. & per eundem Bald. in l. interlo-

cutio. C. commi. vel epist. & Bart. in l. j. ff. de condit. & demonstra. Tali modo, id est, quòd possit remanere in castro vel eius termino: quæ cōuentio, scilicet, quòd ibi possit remanere. Exposito textu venio ad oppositiones. † Et primò oppono de c. si vero. infra vbi castellanus potest præscribere cōtra dominum spatio quadraginta annorum. Solutio. Ibi loquitur de dominicaturis, & alijs enumeratis in c. vassallus. §. Item. j. hinc verò de modo dandi potestatis, & sic non est casus aduersus, sed diuersus. Oppo. secundò de c. j. de notis feud. aliàs est. §. quod autem. & quod ibi dicit Bald. vbi præscribitur spatio quadraginta annorum. Solue eodem modo, quia ibi loquitur in iudicio communi diuidendo: hinc autem de traditione potestatis: vel hinc iure cōsuetudinario Cathalonico: ibi iure communi feudali. Tene quam volueris: quia vtraque sustineri potest: sed prima melior est. † Oppo. tertio. d. c. j. §. porrò. qua. feud. olim ali. po. in feud. vbi contra dominum præscribitur spatio triginta annorum. Sol. Ibi loquitur in alienatione, hinc in modo dandi potestatem. Sed contra hanc solutionem facit. c. si vero. j. vbi in alienatione vassallus non præscribit contra dominum. Ideo solue quòd ibi alienauit consuetudine permittente: in dicto c. si vero alienauit contra ius. Et hanc solutionem tenet ibi Bald. & vide de capi. Cora. §. penult. & de prohi. feud. ali. per Fre. §. j. Oppo. quartò de §. si quis per triginta. in feud. si de feud. def. mi. & de §. quidam de feudo dato in vicem legis commissio. vbi vassallus præscribit feudum spatio triginta annorum: sed ibi loquitur in præscribendo feudum cōtra dominum, si per triginta annos possedit feudum, & seruitia præstitit: hinc verò loquitur in traditione potestatis: & sic est alius casus. Vel hinc iure consuetudinario Cathalonico ita introductum est: ibi vero iure cōmuni ita cautum est. Vel dic quòd dicta iura per istam consuetudinem tanquam posteriorem & præscriptam, corriguntur. † Nam consuetudo posterior præscripta bene tollit præcedentem, secundum Bald. qui feud. da. pos. §. notandum. Oppo. quintò de l. sicut. C. de præscrip. triginta vel quadraginta annorum. per quam omnis actio priuato competens tollitur spatio triginta annorum. Solutio. Illud est

regular e

regular e. Fallit in modo dandi potestatem vt hinc: quia in his, quæ in destructionē castri sunt, non potest præscribere castellanus: vt infra c. si verò. Oppo. Sextò de vsatico, omnes causæ, siue bonæ, siue malæ, 81 † vbi omnis actio triginta annorum spatio tollitur. Solu. quo ad traditionem potestatis per hanc cōsuetudinem est derogatum dispositioni ipsius vsatici. Nā in feudis primò iudicandum est secundum pacta. Secundò, secundum consuetudinem regionis. Tertio, secundum ius scriptū, secundum Host. in sum. tit. de feud. §. quid sit. vel quòd etiam per c. vigilanti. & c. quoniā omne. de præscrip. & c. possessor malæ fidei. est derogatū dicto vsatico, cum nemo in mala fide potest præscribere. Sed ista solutio nil valet: quia in dicto vsatico dicitur siue bonæ siue malæ, & c. & sic admittit præscriptio-

82 nem cum mala fide. † Et potest fieri per ius commune, statutum, aut consuetudinem, vt quis cum mala fide præscribat, secundum Bal. si de feud. defun. mi. §. si quis de manso. Tene ergo primam. Nam sicut lex posterior tollit priorem, ita consuetudo, quæ legem sequitur, derogat legi, secundum Ang. in l. de quibus. ff. de legib. & glo. in situ. de offic. iudic. in princip. in verbo Moribus. Opponitur septimò ad istum textum in fi. de eo, quod dicit glossa & Geminianus in cap. non putamus. de consuetudi. libro vj. vbi dicit quòd illud, quod non potest fieri per consuetudinē, non potest fieri per pactum, Solue secundum Gemi. ibi. Vel dic quòd illud est de iure communi, hinc iure consuetudinario Cathalonico. Vel dic quod speciale est in potestate castri. Nam natura castri feudalis est in Cathalonix quòd eius potestas isto modo tradatur, & quòd consuetudo in contrarium non valeat. Natura enim feudi est secundum diuersarum regionum consuetudines, secundum Hostien. in

83 summa, tit. de feud. §. quid sit. † Et propria natura feudi multas habet singularitates à consuetudine introductas, secundum Bal. in prelu. feud. §. prima diuisio. sed per pactū potest recedi ab ipsa natura, secundum Bal. de feud. non hab. propriam na. Super hoc tamen vide quæ latius. j. dicam in quæstionibus. Oppo. octauò ad istum tex. in fi. de l. in exercendis. vbi parem vim habent testes & instrumenta. Solutio. Illa est regula. fallit in isto casu, & in alijs casibus no. in

l. pactum. ij. C. de pac. & in c. j. de cen. libr. vj. & dixi supra. in vltimo notabili. Oppo. nonò & vltimò de authē. de fid. instr. §. si vero tale quid. vbi plus viuæ voci creditur, quæ mortuæ. Sed ibi ex vna parte erat instrumentū, & testes, qui pro eo testificabatur, ex alia solum instrumentum: vnde præualet duo. Or expeditis contrarijs veniamus

84 ad quæstiones. † Et primò quæro, quid si dominus accipiat potestatem de castro, & il lam retineat post decem dies, eo quia dicit quod non est sibi data plena potestas de aliqua fortia, vel alia re, quæ est in termino ipsius castri, & vassallus allegat quod de illa re, quæ est in termino ipsius castri, non tenetur dare potestatem, eo quia nunquā consuevit tradi potestas, & ideo offert firmam iuris domino pro prædictis: nūquid est audiendus? Et credo quod non: ideo dominus potest retinere potestatem, donec de prædicta fortia sibi data fuerit data potestas. Nam omnia quæcūque vassallus habet in termino castri, ratione cuius est vassallus, reputantur esse de feudo: vt j. c. castellanus, siue vassallus, & facit j. c. vassallus. cum seq. & c. castellanus. cum seq. Et super his vide not. in vsatico, hoc quod iuris est sanctorū. in penul. glos. Et ita fuit iudicatum Barchinonæ, vt referunt antiqui sapientes. & hoc probatur in vsatico, si quis contradixerit: vbi habetur quòd dominus potest retinere castrum cum feudis quæ vassallus tenet per ipsum castrum. Et ibi Iacob. Calicij dicit quòd dominus potest apprehendere feuda existentia extra terminum castri: ergo quanto fortius si sunt intra terminos, cum præsumantur de feudo, vt dictum est. Et pro hoc text. infra. in c. isti sunt. §. tertius. vbi habetur quòd dominus potest apprehendere potestatem castri, & omnia illius feuda. Hoc tamen venit limitandum, nisi vassallus ostenderit clarè per instrumenta publica quòd de illa non debet dare potestatem, vt hinc. Nam aliàs præsumptio facit pro domino quod sibi debeat dari de illa, nisi aliud probetur: argumen. d. c. si castellanus. Item venit limitandum, nisi vassallus ostenderit per ipsum quòd ipsa feuda non dependent ab ipso castro, sed sunt principaliter, & per se. Et hoc probat litera ipsius vsatici, quæ dicit per ipsum castrū. quasi diceret, secus de alijs. Et hoc ibi videtur dicere Calicius. Et est casus in d. §. tertius. ibi: & omnia feu-

da, quæ ratione castri tenet ipse castellanus. ¶ Quæro iuxta text. an si contra dominum non potest obijci præscriptio quadraginta annorum, saltē eidem obstet præscriptio centum annorum: Et dico q̄ sic: quia ubi cūq; per legem vel statutum est specialiter prouisum quod nulla præscriptio currat, vel dicat, nulla obstet præscriptio, vel quod omnis tēporis diffinitio submoueat, adhuc currit præscriptio centum annorum, secundū Ioan. de Pla. in l. si quis decurio. C. de decu. lib. x. Nam licet talis casus excluderet præscriptionem temporis triginta, vel quadraginta annorum, tamen non intelligitur excludere tanti temporis præscriptionem, puta centum annorum. Et hoc firmat Angel. in l. vniuersas. C. ne rei domi. per tex. illum, iuncta glo. Et istud sequitur Ludo. in l. j. circa finem. ff. de vsuc. & adde Bald. in authen. quas actiones. & in feud. de capi. Cora. §. præterea. & Ange. in d. l. si quis decurio. in addi. ad Barto. & vide Ang. in authen. vt de cetero commutatorum eccles. fur. non fiant. Vbi not. illum text. & glo. ad statutum quod instrumentis dotalibus nulla currat præscriptio: quia non obstantibus illis verbis currit præscriptio centum annorum. ¶ Et dicit ibi esse casum quod per statutū potest fieri q̄ nulla præscriptio currat, per pactum verō dicit q̄ non posset fieri quod mihi nulla præscriptio possit obijci: sed bene posset fieri quod mihi non currat præscriptio quadraginta annorum. Allegat glo. ibi, & in dicta authen. quas actiones. vide Bar. in l. cum satis. C. de agri. & censit. lib. xj. Sed his non obstantibus credo contrariū. Nam hic non modo tollit præscriptionem triginta, vel quadraginta annorum, sed etiam tempus, cuius memoria hominū non existit: quod tēpus est centum annorum, vt firmat Ang. in d. l. vniuersas. & Ludo. in d. l. j. circa finem. Nam hæc littera dicit spatium quadraginta annorum, vel amplius, &c. & ibi: etiam si dicatur quod non extat memoria hominum, &c. ¶ Verbum enim Amplius, est ampliatium, & sic non recipit restrictionem, secundum Bal. inc. j. de feud. non ha. propr. natu. & verba semper debent aliquid operari. Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & in l. j. §. per vim. ff. quod vi, aut clam. & in l. iij. §. prætor. de damno infecti. Ludo. in authen. similiter. C. ad legem falc. versic.

vij. circa specialitates vltimæ voluntatis. & vide in capitulo pastoralis. de app. l. si quando. de legatis primo. & de priuileg. si papa. libro sexto. Gemina. in capi. li. duo. de procura. eodem libro primo. nec à verbis istius capituli est recedendum. l. prima. §. is qui nauem. ff. de exercit. l. non aliter. de legatis tertio. locati. l. cum in plures. §. lege glo. in c. ad audientiam. de deci. in verbo, intelligeremus. Nec obstant iura in prima parte allegata: quia illa iura haberent locum, nisi per istam consuetudinem esset exclusa præscriptio, cuius memoria hominum in contrarium non existit: quia ubi præscriptio triginta vel quadraginta annorum tollitur, non tamen remouetur præscriptio, cuius memoria, &c. ¶ Ideo si ipsa non remoueretur, & vasallus possideret tanto tempore, tutus esset: quia habet vim tituli, & priuilegij, secundum Baldum, in feud. quæ sunt rega. & Ludouic. in l. v. c. rigalia. ff. de public. & Bald. in l. si quis ad. C. de episcop. & clericis. & est text. de iure canonico in capitu. super quibusdam. de verborum significatio. §. placet. Quæro, an per pactum possit renuntari futuræ præscriptioni: Bartolus & Ludouic. in l. j. ff. de publi. dicunt quod aut loquimur in vsucapione triennali, aut in præscriptione viginti annorum: & ista non tollitur vi pacti directè, sed per indirectum: quia inducit malam fidem: & per consequens cessant necessaria in eis: vt in l. prima. C. de vsucapionibus transferendis, & l. super longi. C. de præscriptionibus longi temporis. Aut in præscriptione mere odiosa triginta vel quadraginta annorum: & hæc similiter non potest tolli: quia inducitur in odium negligentis, non in fauorem præscribentis: argumento. l. tam & si. ff. ad Macedo. Aut in præscriptione mere fauorabili, vt in casu. l. quod si nolit. §. si quid ita. de ædil. edicto. & illa pacto tollitur, vt ibidem. Adde quod primum membrum firmat Ioannes Andræas in additionibus Specul. in rubric. de præscrip. in ij. colū. subdens quod vigore talis pacti non poterit præscribere habens causam à paciscente, per authent. malæ fidei. C. de præscript. lon. tem. & l. communiter venditor. ff. comuni. prædi. Secus si causam à paciscente non haberet: quia tale pactum personale illi successori non nocet. l. si. in fi. ff. de contrahen.

trahen. emp. & l. Neratius. de reli. & sump. funer. Item secundum membrum distinctionis firmat Bal. in c. j. §. præterea. de capi. Cora. in vli. feud. Sed Ludo. vbi supra, dicit neutrum eorum esse verū: quia ratio quare doc. concludunt quod ex vi pacti non possit tolli præscriptio triennalis vel decennialis, est, quia sunt inductæ in publicam utilitatem, cui renuntari non potest: vt l. ius publicum. de pact. sed istud non est verum in casu nostro: quia regula d. l. ius publicum. procedit, quando aliquid est introductum ob publicam utilitatem principaliter: non secundario: quia tali casu iuri publico potest renuntari, vt ibi not. & extra de foro competen. capitu. si diligenti. Sed ita est in vsucapione, quia inducta est in fauorem priuatorum principaliter, & secundario reipublicæ, vt patet ex regula tradita per Barto. in l. prima. ff. solu. matri. dicentem quod tunc intelligitur quid inductum in fauorem priuatorum principaliter, licet secundario Reipublicæ, quando illud est fauorabile respectu vniuersi, & introducit utilitatem in singulari cuiuslibet de per se, seu est aptum introducere. Igitur &c. Item nec secundum membrum de præscriptione odiosa, videtur verum: quia ideo videtur per pactum illam posse tolli quādoq; si præscriptio nata vigore pacti interruptitur. l. cum notissimi. §. sed & si quis. C. de præscrip. triginta an. ergo multo fortius per pactum nasci impeditur. Ad hæc extra de iureiurā. c. quemadmodum. Item præscriptio ista longissimi temporis censetur ratione negligentie non petentis: vt d. l. cum notissimi, & l. omnes. & l. sicut. & l. fina. eo. tit. Sed ex isto pacto resultat iusta causa, ob quam cessat negligentia. Igitur, &c. Et ita etiam sentit domi. Anto. de But. in his duobus membris contra Bart. extra de præscrip. c. cum non liceat. & hoc videtur verius, secundum Lud. vbi supra. quicquid dixerit Bart. in l. nemo potest. ff. de lega. j. & in authen. quas actiones. C. de sac. sanc. eccl. Et istam opinionem secutus fuit Ang. in d. l. nemo. vbi Bal. dicit quod doc. communiter transeunt cum opi. Dy. quod saltem quo ad effectum potest impediri præscriptio: quia licet non impediretur cursus præscriptionis ipso iure, tamen datur replicatio. Ita dicit Dyn. se consuluisse. Et hanc opi. Bal. & Dy. dicit ibi Imo. fore veriorē,

vt ibi per eum. Nico. in c. placuit. sequitur opin. Bar. ¶ Tu pondera, quia aut nos loquimur de iure ciuili: & tunc per pactum potest fieri quod præscriptio vel vsucapio non currat: quia ius ciuile considerauit utilitatem ciuilis societatis, & vt euitetur confusio rerum: & ne rerū dominia sint incerta, & puniatur negligentia: vt c. vigilanti. de præscrip. & l. prima. de vsucap. Et isto casu procedit opinio. per dicta iura. Aut nos loquimur de iure canonico: & tunc tale pactum præscriptionis impediende valet. & hoc per c. si. de præscrip. Et isto modo reducitur ad concordiam: & est noua doctrina. Dicit tamen Ange. in authen. vt ecc. Roma. gau. spa. centū anno. quod partes non possunt facere quod nulla præscriptio currat: sed bene possunt facere quod non currat nisi præscriptio centum anno. posito tamē quod communis doctrina sit vera, dubitatur, an possit dari aliqua cautela quod ipsa præscriptio sit vera, cui renuntari non potest regulariter, aliquo modo tollatur, saltē in effectu. Et Ang. in d. l. j. dedit vnam, scilicet quod in fine instrumenti apponatur: que omnia promissit pars perpetuo obseruare, & rata & firma. Quoniam virtute illius dictionis perpetuo, excluditur præscriptio, secundum eum. Hic est eius effectus. Sed hæc non est bona: quia si non potest tolli expressè, multo minus tacite. ff. si cer. pet. l. cum quid. cum simi. præterea ista dicitio Perpetuo, non excludit præscriptionem longissimi temporis, vt probatur in l. prætor ait. §. hoc interdictum. cum glo. de ope. no. num. & l. j. in gl. pro socio. Ex quibus etiā videtur quod similiter non tolleretur præscriptionis effectus, posito quod adijciatur dicitio Semper, secundum Bar. in l. j. ff. sol. mat. qui dicit hoc sibi probari, coniuncta l. in rebus. C. de iure dot. & apertius probatur in l. in cognitione. coniuncta gl. in verbo, semper accusare. ff. ad Sillania. Idem etiā videtur, si adijciatur dicitio Quādoq; vt no. in c. j. iuncta gl. de feu. da. in vicē legis commis. Ex quibus omnibus hæc cautela Ang. est frustratoria. Et hoc etiā tenet Bal. in d. l. quid si nolit. §. siquid dicēs ita fuisse iudicatum in ciuitate Perusij ipso existente aduocato. licet Bar. & dñs Vgolinus de Mōte essent pro parte contraria, licet ipsemet Bal. in consi. incipiente, lus offerēdi. cōsuluuit quod per illa verba,

ba. Quodcumque impediatur praescriptio, ²⁴ per d. §. si quid ita. † Ego vero distinguere hoc modo. Aut loquimur in praescriptione merè fauorabili: & tunc impediatur, per tex. in d. §. si quid ita. Si verò est odiosa: & tunc non impediatur. Et ita potest reduci ad concordiam. Aliam cautelam ponit Angel. in l. cum ita stipulatus sim mihi à Proculo. de verb. obl. scilicet qd si dicatur, Promittens vna pars alteri omnia praedicta obseruare ad omnem sui petitionem, & terminum. Sed non firmat se super hoc, sed remittit se ad dicenda in l. j. ff. de concul. sibi verò videtur dicere contrarium. Et contrarium decidit Imol. in d. l. cum ita stipulatus sim. Et istud sequitur Lud. in d. l. j. quia verba illa generalia non excludunt lapsum praescriptionis longissimi temporis, vt probatur in glo. d. c. j. §. praeterea. & in alia in l. j. & l. vniuersas. C. ne rei domi. vel templo. vbi licet tex. dicant, Non obstante praescriptione. attamen gloss. excludunt illam longissimi temporis: quoniam verba illa generalia hanc restrictionem à iure communi recipiunt. Ad hoc ff. de mun. & hono. l. vt gradatim. §. sed si lege. C. de sac. sanc. eccle. l. j. & quod plene not. de oper. no. num. l. j. §. nuntiatio. Vnde datur tertia, secundum Lud. scilicet qd dicatur. Et quoties praescriptum fuerit, toties nouiter teneri volo. quoniam isto casu ex deficientia vnus proficiscitur origo alterius: & quia tunc renuntietur exceptioni praescriptionis finite, non autem finiendae. quod fieri potest. Et sumitur hac cautela, quae originaliter fuit Bart. in l. sicut. ff. quib. mod. vsusfruct. amit. quam etiam approbat Bald. in l. j. C. vt in possess. lega. & in l. vnica. C. de cad. tollen. in prin. Et Ludo. vbi supra. Quæro, quid si ista verba ponerentur in rescripto, vel priuilegio: vide Bald. in d. §. praeterea. ²⁵ Quæro, an si vassallus alienauerit feudum, ad reuocationem alienationis, & seu ad emperandum realiter dictum feudum currat domino praescriptio: Iaco. de Monteuid. & Iac. Calicij in quarta opposi. in vñtico, si quis suum feudum. mouerunt istam q. Et iste Iaco. Calicij referendo ipsum Iac. de Monteuid. dicit quod dominus poterit emperare ipsum feudum quodcumque vsq; ad triginta, vel quadraginta annos: quia secundum eundem Iaco. de Monteuid. tali tempore praescribitur. Et pro hac expositione

allegat sua iura. Sed ego magis proprie allego text. in feu. de feud. da. in vicem legis commiss. in verbo. Quodcumque. & Bal. ²⁶ ibi. sed Iaco. de Calicio dicit quod aut dominus sciuit alienationem, nec eam curauit reuocare intra triginta annos: & ita currit illi praescriptio. Aut dominus ignorauit ipsam alienationem feudi: & tunc ad ipsam reuocandam, & feudum emperandum, nulla currat eidem domino feudi praescriptio. Et ita dicit quod intelligitur tex. dicti vñtici, si quis. & d. §. praeterea. & §. j. de prohi. feu. ali. per Fred. Vel dic quod dictus vñticus est intelligendus quod nulla currat domino feudi praescriptio ad reuocandum alienationem, & feudum emperandum: ideo ipse text. tollit omnem praescriptionem, prout etiam hoc casu ius commune omnino tollit omnem praescriptionem, vt d. §. praeterea. ibi: nulla praescriptione obstante. & dicto §. j. ibi: nullius temporis praescriptione impediende. Et in hac opinione relidet ipse Iacob. Calicij, dicens quod etiam omnis praescriptio longissima excluditur per dictiones negatiuas ibi positas. Et pro hoc allegatur casus. j. in c. si vero. vers. sicut nec in alienat. Et praedicta putat esse vera, si dominus stetit, & perseverauit in contradictione alienationis, nec ab ipso nouo acquiretore feudi seruitium triginta annorum recepit: quoniam si spatium triginta annorum post contradictionem seruitium feudi à nouo acquiretore recepisset, non posset, secundum eum, ipsum emperare, vt §. si quis per triginta. si de feu. cōtro. ²⁷ Sed contra istam suam opinionem, in eo quod dicit, quod omnis praescriptio longissima excluditur, facit quod notatur per glo. in d. §. praeterea. in verbo, praescriptione. vbi non tollitur praescriptio triginta vel quadraginta annorum. & in alia glo. l. j. & l. vniuersas. C. ne rei do. vel tem. nam licet tex. dicunt, non obstante praescriptione: attamen gloss. excludunt illam longissimi temporis: quoniam verba illa generalia hanc restrictionem à iure communi recipiunt. Ad hoc de mune. & hono. l. vt gradatim. §. sed si lege. C. de sacrosanct. eccle. l. prima. & quod plene nota. de noui oper. nunt. l. j. §. nuntiatio. Et ita dicit Ludo. in l. prima. ff. de vsuca. sed pro opinione sua facit dictum Bald. in dicto §. praeterea. vbi dicit qd ipsa verba remouent praescriptionem

nem longissimi temporis, vt aliquid operetur. Bartolus verò in l. cum satis. tenet quod non currit praescriptio triginta vel quadraginta annorum. Vide quae supra dixi. Item facit contra vñtic. Cathalonie, vbi omnes causae, siue bonae, siue malae, spatium triginta annorum tolluntur. Item contra ea, quae dicit Angelus in l. si quis decurio. C. de decurio. libro decimo. vbi dicit ²⁸ quod stante statuto quod instrumento conseruationis nulla currat praescriptio, tamen currit praescriptio quadraginta annorum, per illum textum. Et idem tenuit in dicta l. vniuersas. & in l. j. ff. de concul. & allegat gloss. in dicta authen. quas actiones. & istud puto verius, vt ipsa verba restringantur ad ius commune. Item contra eius opinionem est glo. in capit. primo. de feud. da. in vicem legis commiss. in verbo. Quodcumque. vbi verbum illud non excludit praescriptionem longissimi temporis. Et ita tenet Ludouic. in dicta l. j. Et istam partem credo veriore, quicquid dixerit Iacob. Calicij in dicto vñtico, si quis. Et pro hoc allego text. cum gloss. in capit. j. §. j. de capit. Cora. vbi licet reuocare domino alienationem de feudo, nulla obstante praescriptione. Et istud sequitur Ioan. de Imo. & Andre. de Sicil. in capitulo ad audientiam. de praescript. Et attende quod contra solutionem Iacob. de bello visu, in dicto §. praeterea. quam refert Iacob. Calicij in dicto vñtico, si quis. videlicet an dominus sciuerit vel ignorauerit, facit text. iuncta gloss. penulti. & fin. in capit. vigilant. de praescript. vbi praescriptio currit contra ignorantem, dum tamen absint alia substantialia praescriptionis, puta bona fides, & titulus, in casibus, in quibus est necessarius. Facit etiam l. fina. C. de praescriptio. longi tempo. vers. nulla scientia vel ignorantia expectanda. & text. in c. primo. §. porro. in feud. qua. feud. olim ali. vbi quo ad praescriptionem triginta annorum non curatur de scientia aut ignorantia. Barto. tamen in l. j. §. si quis. de itin. act. priu. dicit qd hoc casu dabitur ex iusta causa restitutio, per illum text. Et optime ad hoc facit glo. in l. prima. C. de patria potesta. Facit quod in simili not. Spec. eodem tit. §. primo. ver. pone, colonus. Sed contra dictum Barto. ²⁹ facit dicta lex finalis. † Sed Nico. in c. vigilant. respondet ad illam legem, quod

ignorantia non impedit cursum praescriptionis: tamen si fuit iusta, & probabilis, est illi subueniendum. Et ita relidet. Veruntamen pro dicto Barto. quod restitua tur, videtur glo. l. si partem. §. j. ff. quemadmodum. seruit. amit. Et ad legem finalem potest responderi quod procedat quo ad complendam praescriptionem, sed non ad impediendam restitutionem. Et habet equitatem dictum Barto. quando ignorantia fuit probabilis. Facit quod habetur in l. si. ff. pro socio. Secus quando non fuisset probabilis, sed supina, vel fuisset ignorantia iuris, per id, quod habetur in l. sicut. C. de praescrip. triginta anno. Sed in contrarium facit glo. c. auditis. de integ. resti. conclu- ³⁰ dens, quod contra praescriptionem quadraginta annorum non datur restitutio, ne alias lex videatur imposita verbis, & non rebus. sequitur ibi Ioan. Andr. & in cle. j. de integ. resti. licet aliqui teneant contrarium, & praecipue Stephanus, quem videtur sequi Ioan. Andr. in quibusdam additionibus ibi ad glo. cle. licet communiter non habeant. Posset dici qd ibi loquitur in praescriptione quadraginta annorum: quod est tempus valde prolixum, tunc non datur restitutio in integrum: secus in praescriptione longi temporis. Vnde stat et dubium in praescriptione triginta annorum, & tamen habemus Bar. quem sequitur ibi Imo. quae in se habet equitatem, & seruaretur in praeterea. Et ita dicit idem Io. de Imo. in repe. ³¹ c. si. de praescri. † & dicit qd si per statutum est inducta praescriptio decem annorum, qd si currit contra probabiliter ignorantem, poterit peti restitutio aduersus talem praescriptionem. Tu adde Bart. in l. Aemilius. ff. de min. vbi dicit qd licet praescriptio incepta cum maiore currat minori, tamen si minor ignorauit factum defuncti, restituitur ex clausula generali, si qua iusta causa mihi videtur. Et ita tenet gloss. l. cum filius. §. in hac. ff. de verbo. obliga. & ibi per scribentes. Idem etiam tenet Bar. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. circa medium. ff. ex qui. cau. maio. per Cyn. in l. quoties. C. de pre. imper. offe. glo. in l. senatus. ff. de offi. pre. sid. glo. in c. cum ex literis. de integ. resti. Et pondera, quia Bal. in l. j. C. qui admit. ad bo. in xxiiij. oppo. videtur esse in contraria opinione, vbi dicit qd praescriptio currit ignorantem, nec restituitur ratione ignorantiae,

tia, nisi sit ignorantia causata ex absentia tali, quod hoc beneficium mereatur. Allegat dictam leg. fina. C. de lon. tem. prescri. & tamen non est dubium, secundum eum, quod ignorans est impeditus impedimento facti, & tamen non datur restitutio. Vnde cum olim occurrisset in facto ista questio, excellens doctor Pet. de Anchar. in consilijs suis ordine cclx. incipiente, principaliter contra istos ausus est consulere contra determinationem Bald. & sequacium. & allegavit Bald. in dicta opinione. & allegat d. l. si. quae simpliciter dicit quod nulla scientia vel ignorantia est expectanda: ergo ipso iure. Et si dicamus non cum effectu propter beneficium restitutionis, dicit quod esset imponere legem verbis: quod esse non debet. capitulo commissa. de electio. libr. vj. Nam si in prescriptione longi temporis posset allegari ignorantia, semper, & perpetuo dominia rerum essent in incerto, contra legem primam. ff. de vsucap. Et hoc voluit evitare text. in dicta l. fina. ibi: ne altera dubitationis. & sic residet in dicto consilio. † Tu vero pondera, si ignorantia est impedimentum facti: ut dicit Baldus in loco praallegato: tunc arguo inconuenienter impedimento impedito quod facti non currit prescriptio. c. quia non per diuersitatem. de cōces. pra. ergo frustra quaeritur de restitutione. Ideo posset responderi, & erit noua opinio, quod aut loquimur de rigore iuris civilis: & tunc currat prescriptio, etiam sine spe restitutionis, ut voluit gloss. in dicto capitulo. auditis. & Ioan. Andr. Bal. & Petrus de Anchar. & sequaces. Aut loquimur de aequitate canonica: & tunc non currat. Vel dic pro concordia opinionum quod prescriptio currit ignoranti ad suum commodum: & sic est vera opinio Bald. & sequacium. Secus ad eius incommodum: & ita est vera opinio Bar. Et hoc dicit ipse Bartol. in l. si quis. C. qui mili. non pos. lib. duo decimo. sed Lud. in l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimonio. in l. fallen. versic. xvj. tenet opinio. Barto. in dicta l. prima. §. si quis. Tu adde gloss. singularem in c. statutum. de prescript. lib. vj. vbi dicitur quod currit prescriptio ignoranti, licet utilitas principaliter non vertatur contra illum, contra quem praescribitur, sed contra tertium. Et vide Card. Floren. in capitulo nos quidem, de testamen. vbi dicit quod prescri-

ptio hominis non currit contra ignorantem. Allegat casum in l. iij. §. si quis haeredi. ff. de sta. liber. Ego vero in iudicando non recederem ab opinione Baro. & sequacium propter illorum authoritatem: & est communis opinio, & aequior, licet de rigore iuris altera sit verior. Sed si teneremus opinionem Iacobi de Calicio ultimam, limitata eam nisi effluxisset tempus centum annorum, vel tanti temporis, cuius memoria hominum non existit: quia tunc obstaret prescriptio domino ad emperandum, vel alienationem reuocandum, per iura superioris allegata. Et vide Ioan. de Platea in dicta l. si quis decurio. & Angel. in l. omnes. C. de prescrip. triginta vel quadraginta annorum. Sed forte in Cathalonia dispositio vsatici, omnes causas. procederet in hoc casu, quia generaliter loquitur, & non distinguit inter causas feudales, & alias: nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de publica. Nam dicit, omnes causas. & qui omne dicit, nil excludit. l. a procuratore. C. manda. cum similibus. Et in Cathalonia non curamus de legibus, vel alio iure communi, nisi in subsidium, deficientibus iuribus patriae: ut in vsatico, iudicia curiae. & in curia Regis Ferdinandi. capitulo per tal que les leys. Et in curia Reginae Orariae. capitulo affats es cosa rediculosa.

34 † Quæro, an vasallus possit prescribere libertatem feudi, de quo tangitur per Ioannem Andrae. in additio. super rubrica de prescriptio. & ibi concludit quod si vasallus erat obligatus ad certum seruitium, forte quia tenebatur tenere equos pro seruitijs domini, quod si non tenuit, nec dominus exegit, tunc posset prescribere propter negligentiam domini non exigentis. Si autem erat feudum honorificum, tunc dicit quod si dominus intra tempus quadraginta annorum habuit negotium, ad quod vasalli consueuerunt vocari, ut si factus fuit miles, vel duxit uxorem, tunc dicit quod si non fuit vocatus, videtur currere prescriptio. Quod intelligit Anton. de Butrio posse procedere, si ex facto alieno fuisset vasallus, ita quod bona fide potuisset credere se non esse vasallum. l. qui in alterius. ff. de regu. iur. Secus si ex facto proprio fuisset vasallus: quia tunc non prescribit propter malam fidem: ut capit. fina. de prescriptio. Sequitur Ioan. de Imol. & Nico.

Nico. in c. ad audientiam. eodem titu. vide Bald. in dicto §. si quis per triginta. vbi dicit quod dominus prescribit ius petendi seruitium. Tu adde ad hoc duo. Primo, ad istud vltimum gloss. in alleg. §. si quis per triginta. qui dicit, quod si vasallus possides fuit in mala fide, procedit ille text. quia se defendit, & est tutus prescriptionis exceptione contra omnes etiam contra dominum. Et illam glo. sequitur ibi And. de Iser. licet Iacob. de bello visu. & Nico. de Neap. dicat quod in feudo oporteat quod habeat bonam fidem, ut censeatur feudum. Et sic sentit ibi gl. quod constitutus in mala fide potest feudum prescribere. Ita videtur quod possit libertatem feudi prescribere. Vide ibi Bal. & facit quod dicit idem Bald. in c. j. de conten. inter do. & fi. quod vbiunque quis est tutus prescriptione approbata a iure, conscientia non obligat. Allegat Innocen. in c. cura. de iure patro. Secundo adde ad primum, notabile dictum Bald. in c. si vasallus. in titul. si de feud. fue. controuer. quod si vasallus stetit per centum annos, & non iuuit dominum feudi in bello, & accidit eo quia dominus non habuit bellum, quod propter hoc vasallus non prescripsit libertatem: quia nunquam fuit in quali possessione libertatis. Facit quod dicit Bald. in l. arboribus. §. si agrum. ff. de vsufruc. quod si per erectionem furcarum probatur merum imperium in loco, & per centum annos non fuit ibi aliquis suspensus, eo quia delictum non occurrit, quod non est propter hoc prescriptum mero imperio. & l. iter. ff. quemadmo. seruit. amit. Dicit idem Bal. quod si per sexaginta annos capitulum non celebravit electionem, quia non accidit casus eligendi. facit nota. dictum Bald. in l. in filijs. C. de decuri. lib. xij. duae ciuitates fecerunt ligam inter se, ut vna alteram iuuaret in guerra: lapsi sunt centum anni, quibus vna aliam non iuuit, quod propter hoc non est prescriptum iuri adiuuandi, si intra illud tempus non fuit guerra. & sic de similibus, secundum Andrae. de Sicil. in c. ad audientiam. de prescri. Adde consilium Oldr. in consilio ccl. Sed contra praedicta facit infra c. vasallus. vbi est text. quod vasallus non potest prescribere in non dando potestatem castri, vel non faciendo seruitium de feudo, etiam quod nunquam dedisset dictam potestatem, vel

non fecisset dictum seruitium: & sic ex ipso capitulo feudum sit imprescriptibile, & vasallus non iuuatur prescriptione quoad illius libertatem. Et iste textus destruit totam doctrinam doctorum superius enarratam. Nam secundum hoc non est curandum an dominus fuerit negligens, vel ne, aut fuerit in mala fide: nec etiam prescriptio longissima, vel centum annorum, vel tanti temporis, cuius memoria hominum non existit, non haberet locum: cum in text. dicti capit. vasallus. caueatur expresse de ipsa prescriptione in verb. vel si dicatur quod non extat memoria hominum, &c. & etiam ibi est dictio Nunquam, quae est negatiua: & sic omnem prescriptionem tollit, & excludit: quia vniuersalis negatiua omnia particularia negando excludit, & tollit: ut in capitulo primo. extra de regulis iuris. libro sexto. not. per glossam. Nam illud capitulo. recipit interpretationem a iure communi examinationem, & declarationem iuxta not. per Cynum in l. secunda. C. de noxa. & per Batolum. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. & per Baldum in l. non dubium. C. de legi. & adde Iacob. de Calicio in vsatico, si quis suum. Diccas igitur pro concordantia quod aliud est de iure communi, & aliud est de iure consuetudinario Cathalonico. Nec obstat dictum vsaticum, omnes causas: quia dicta consuetudo tanquam posterior tollit dictum vsaticum. argumen. not. per Angel. in l. de quibus. ff. de legi. vbi dicitur quod sicut lex posterior tollit priorem, ita consuetudo, quae legem sequitur derogat legi. & est glossa institu. de officio iudic. in principio. In feudis enim primo iudicandum est secundum pacta. Secundo, secundum consuetudines regionis. Tertio, secundum ius scriptum, secundum Hostiense. in Summa, titul. de feud. §. quid sit. Sed quaero, nunquid si vasallus interterterit possessionem domino, an habeat locum prescriptio contra dominum? Et credo quod sic. Ita dicit glo. in c. j. de feud. da. in vicem legis commissio. & Ioan. de Pla. in l. iubeamus. C. de feudis patri. libro xj. Et idem tenet glo. Cyn. & Bart. & communiter omnes in l. male agitur. C. de prescrip. triginta vel quadra. annorum. Io. And. in addi. Specu. super rub. de prescrip. & G. in Spec. tit. de loca. ver. xliiij. & Ioan. Andrae. ibidem. Et qualiter

dominus petere, si suspicatur de vasallo, vel eius familia, vel de suis valitoribus, quòd velint custodes offendere in recessu: alioquin non tenetur reddere castrum, donec vasallus homagium fecerit, & hanc dederit securitatem.

S Y M M A R I U M.

- 1 Dominus potestatem castri vasallo post decem dies reddere debet.
- 2 Dominus irrequisitus non tenetur vasallo castrum reddere.
- 3 Vasallus domino homagium facere tenetur.
- 4 Potestatis redditio peti debet ab ipso domino.
- 5 Potestas plena castri quando domino censetur tradita.
- 6 Dominus quando castri potestatem vasallo reddere non teneatur.
- 7 Dominus feudum imperatum retinere potest, donec seruitium in duplo fuerit ei emendatum. s.
- 8 Vasallus domino castri potestatem tradere debet, licet nondum ei fecerit homagium.
- 9 Vasallus quando licite potestatem castri possit retinere.
- 10 Vasallus non tenetur domino castri potestatem tradere nolenti homagium ab eo recipere.
- 11 Dominus quibus casibus castrum vasallo reddere non teneatur.
- 12 Requisitio de reddendo feudo qualiter fieri debeat.
- 13 Requisitio de castro reddendo quota fieri debeat.
- 14 Vasallus feudi partem alienans, a toto cadit.
- 15 Vasallo qualiter succurratur contra dominum nolentem reddere feudum.
- 16 Vasallo rebellente dño suo non requiritur acvydamentū.
- 17 Dominus qualiter requirendus pro potestate reddenda.
- 18 Regula iuris quando seruari debeat.
- 19 Dominus qualiter probet seruitium sibi a vasallo non prestitum.
- 20 Vasallus quando dominum iuuare debeat etiam non uocatus. 23.
- 21 Vasallus presumitur domino uelle auxiliari, nisi interpellatus negauerit.
- 22 Securitatē definitio quæ. Securitas uarijs præstatur modis.
- 23 Dominus quando de vasallo iuste suspicari dicatur.
- 24 Timens sibi ab aliquo magnate, potest iudicis officium implorare. Securitas a vasallo an sit cum fideiussoribus præstanda domino.
- 25 Cautio a lege prolata, qualiter intelligenda. Cautio nuda, cum omnium bonorum obligatione, est intelligenda.
- 26 Securitatem domino præstare debet pro se et tota familia.

- 30 Securitas domino præstita a vasallo ad quæ extendatur personas.
- 31 Securitas quibus uerbis domino præstetur a vasallo.
- 32 Timens offendi ab aliquo an possit per iudicem eum cogere ad præstandam securitatem.
- 33 Iudex quando partes cogere possit ad cautionem de non offendendo.
- 34 Vasallus an cogi possit ad præstandam securitatem perpetuam.



ET finitis. Diuide istud ca. in quatuor partes. In prima parte dicit intra quod tempus dominus reddere debet castrum. In secunda parte dicit quòd anteq̃ dominus illud restituat, potest petere homagium & securitatem. In tertia parte reddit rationem quare petere potest dictam securitatem. In quarta parte & vltima dicit quòd nisi homagiū & securitatem præstiterit, non tenetur reddere castrum. Prima pars ibi: & finitis, vsque ad ver. sed antequam. Secunda pars ibi, vsque ad ver. & hoc. Tertia pars ibi, vsque ad ver. alioquin. Quarta pars ibi, vsque ad §. Item. Et hoc dicit in summa: Casus. Datur regula, & exceptio a regula. Regula est q̃ dominus finitis decem diebus vel in decima die post plenam apprehensam potestatem debet restituere castrum vasallo si fuerit ab eo requisitus, dñs tamen vasallus faciat sibi homagiū, & præstet sibi securitatem q̃ custodes castri possint cū eorum rebus ad sua redire. Exceptio a regula est, si vasallus dictū homagiū & securitatem præstare noluerit, dñs sibi castrum restituere non tenetur. Collige notabilia. † Not. j. q̃ dominus regulariter post apprehensam plenam potestatem finitis decem diebus, vel in decima die tenetur restituere vasallo castrum. concor. j. c. isti sunt. §. Septimus. fallit vt scripsi in c. si verò. j. in q. quæro quid ecò tra. ver. & not. Item fallit secundū Gul. de Vallesicha in vfatico, si quis suū feudum, quando defeudo fuerit aliquid alienatum per vasallum, & hoc quousq̃ feudū fuerit reintegratū. Adde vnū casum in c. si defuncto. vbi in nono notabili notabo q̃ dominus non potest retinere potestatem de castro apprehensam per decem dies. Et sic limitat in illo casu istud capit. vbi colligitur quòd dominus per decem dies potestatem de castro retinere potest. Sed istud est regulare, & illud est speciale. Quando autem isti decem dies currere incipiant, vel non, dixi

- 2 dixi supra. in c. & recipiendo. † Not. secundò, quòd dominus nō tenetur dictum castrum restituere vasallo, etiam finitis dictis decem diebus: nisi fuerit requisitus. cōcord. ad hoc quod dicit dictus G. de Vallesicha. in vfatico. potestatem. vbi sic inquit, qua recepta postquam dominus potestatem per decem dies possederit, si interpelletur decima die, vel post per vasallum super restitutione potestatis, dominus tenetur reddere potestatem. Et allegat hoc capit. Ergo ante dictam requisitionem a contrario sensu, si non fuerit requisitus illud vasallo restituere non tenetur. qui cōtrarius sensus pro vfatico debet accipi secundum Iacob. Calicij in vfatico, magnates. de requisitione fienda per dominum vasallo, vt præstet ei auxilium, vide textum. & ibi gloss. in feud. de no. form. fide. in verbo, requisitus. Et etiam de requisitione quòd faciat sibi homagium, vide infra capit. consuetudo. ij. §. fina. & vide infra capit. domino. & infra c. si defuncto castellano. in verbo, requisitus. † Not. tertio, quòd vasallus tenetur facere homagium domino, si illud non fecerit eidem. concord. infra c. si vasallus. in fi. Not. quarto, quòd vasallus tenetur præstare domino securitatem pro se, familia, & valitoribus suis, quòd custodes positi in castro cum rebus suis possint ad sua redire. Not. quinto, quòd ista securitas potest peti, si suspicatur, quòd vasallus, familia, vel valitores eius, velint illos offendere. Not. sexto, quòd nisi vasallus fecerit dictum homagium. & præstiterit dictam securitatem, quòd dominus non tenetur dictum castrum illi restituere, donec ista duo fecerit. concord. j. c. si vasallus. in fin. Et sic hinc habes duos casus, ex quibus lapsis decem diebus non tenetur dominus restituere castrum vasallo. Alium casum habes j. c. item si vasallus. & alios casus habes j. c. isti sunt. † Not. septimò, & vltimò, q̃ si interpellatio redditiōis potestatis fiat per vasallum tenentē & possidētē potestatem, & non domino, quòd non valet, nisi perfonaliter dominus requiratur, nisi tenens pro domino potestatem, & speciale mādatum a domino haberet restituendī potestatem eo requisito. Et ita refert dictus Guliel. in dicto vfatico, potestatem. fuisse in consilio regio iudicatum per Rodericum Ditati consilio habito multorum iurisperitorum:

licet sit in argumentū de eo quod not. Bartol. in l. aut qui aliter. §. & si forte. ff. quod vi, aut clā. vbi protestatio potest fieri procuratori. Sed ego intelligo dictum Bartol. quòd ille procurator habeat potestatem expressam faciendi illum actum, de quo sibi fuerat protestatum. & sic concordat cū hac opinione. Expone literam. Et finitis. id est, lapsis. potestatem. supple castri. Requisitus scilicet dominus a vasallo. Homanicum. id est, homagium. Homanicum est grammatica antiqua, & grossa. Fecerat, supple homagium. Et det. supple vasallus domino. Ad sua. id est, ad domicilia vel habitationes eorum. Ita exponit Iacob. Calic. istam dictionem Sua, in vfatico, placitare. & bene. & vide quæ dixi supra in c. j. Et hoc, scilicet quòd præstetur dicta securitas. Suspiciatur. id est, timetur. Alioquin. id est, si non facit vasallus homagiū, & præstet dictam securitatē. Vide de ista expositione istius vocabuli, quæ dixi supra. in c. si petita. i. verbo, alioquin. Donec. vide de ista dictione infra. c. si vasallus. in verbo donec. Reddet. supple vasallo. Hinc supple de non offendendo custodes. Opponi. primò, quòd dominus lapsis dictis decem diebus, vel in decima die post traditam potestatem non teneatur reddere castrum vasallo, vt supra in c. & recipiendo. vbi habetur quòd si vasallus impedit dominum in ponendo custodes, vel mutare, seu cambiare eos, non currunt sibi decem dies. Sol. Concedo contrarium: & intellige istud c. secundum illud, videlicet quòd tunc istud c. habet locum, quando vasallus non impedierit dominum ponere custodes, vel eos mutare, aut cābiare: vel vasallus non redierit intra terminos castri: quia tunc dicitur plena, & libera data potestas: vt habetur in d. c. §. fi. & probatur in isto tex. in verbo, liberè. Aliàs si non datur plena, & libera potestas, non currunt dicti decem dies: & sic etiam quòd decem dies sint lapsi post traditam potestatem, dominus non tenetur reddere castrum: & sic verificatur contrarium. Opponitur secundò, quòd si vasallus non exierit terminos castri post datam potestatem non dicitur plena data potestas, nisi remanserit in allodio proprio, vel de voluntate domini: vt in c. si petita. & si plena non est data potestas, dominus non tenetur restituere ca-

strum vasallo. nec currunt sibi dicti decem dies: vt d. c. & recipiendo. & c. si dño tenente. Sol. intellige illa capitula secundū istud

9 Quod tunc demum dictus dominus tenetur reddere castrū vasallo: & dicti decem dies sibi currere incipiunt, qñ vasallus exierit terminos dicti castri, & ipse, nec eius familia, aut valitores nō redierint ad illos: quia eo tñc: videtur plenam dedisse castri potestatem & sic finitis ipsis decem diebus post datam plenam potestatem dominus tenetur castrum restituere, vt hñc: aliàs fecus, etiam q̄ dicti decem dies sint lapsi, vt ibi.

Oppo. tertio de cap. Item si vasallus. j. vbi habetur quod si vasallus non restituit domino expensas quas fecit in custodiis positis in castro, non tenetur sibi reddere castrū. Et idem dicitur in vfatico, magnates.

Solutio. Fateor contrariū: & istud ca. intelligitur secundū illud: quoniam expedit iura iuribus concordare. c. cum expediat. de elec. lib. vj. & non est nouum priores leges trahere ad posteriores. l. nō est nouū. cum sequē. ff. de legi. Opp. quarto de c. isti sunt casus, vbi notatur plures casus, ex quibus dominus, etiam finitis decem diebus, non tenetur reddere castrum vasallo. Solutio quod hñc dicitur, est regulariter: fallit in ipsis casibus. Habes ergo hñc regulā quod dominus finitis decem diebus, vel in decima die post plenam traditam potestatem tenetur restituere castrum vasallo. ¶ fallit

6 quando plena non est tradita potestas, vt notauī supra in oppositionibus. Item fallit in casu huius. c. §. Item. & in casu. c. Item. & c. Isti sunt casus. j. vbi de hoc latius scribā, & scripsit Iaco. de Calicio in vfatico, magnates. Oppo. quinto de §. Item. j. eod. vbi habetur quod antequam dominus teneatur restituere castrum vasallo, vasallus tenetur firmare directum domino: Aliàs illud restituere nō tenetur. Solutio. Verum est quod vasallus vltra solutionem expensarum, & præstationem homagij, & securitatis, quas facere tenetur, vt in oppositionibus superius dixi, tenetur firmare directum si petatum fuerit à domino. Et sic intelligitur istud. c. cum d. §. Item. Oppo. sexto de vfatico, si quis suum feudum. in fi.

7 vbi habetur quod si dominus potest retinere feudum imperatum, donec seruitium fuerit ei in duplo emendatum, & bene assicuratum, q̄ amplius non sit ei contradi-

ctum. Et idem dicit. c. consuetudo. lo primer. in fi. j. Solu. intellige dictum vfatium secundū istud c. Nam si potestas castri fuerit apprehensa, & feudum imperatum propter seruitium fallitum, non tenetur dominus castrū restituere vasallo, donec seruitium fuerit in duplo emendatum, eo modo, quo in dicto vfatico continetur: & sic fateor contrariū. Et ex hoc habes aliū casum ex quo lapsis decem diebus dñs non tenetur reddere dictū castrum, donec à vasallo seruitium modo contento in dicto vfatico fuerit emendatum. Quod intellige verum, qñ castri potestas fuerit apprehensa propter contradictionem seruitij. Sed forte ista oppositio non procedit: quia ipse vfatius loquitur in impera reali, nō autē in apprehensione potestatis castri. Sed tu dic q̄ ista oppositio habet locū, quia dictū c. consuetudo. in fi. hoc declarat, vbi nedū fit mētio de impera reali, sed etiā de apprehensione potestatis castri. Et sic breuius potes soluere dictū contrariū, q̄ istud c. recipit limitationē, & restrictionē per dictū vfatium, si quis suū, & per d. c. consuetudo. q̄ si potestas castri fuerit apprehensa propter contradictionē seruitij, q̄ etiā finitis dictis decem diebus dñs non teneatur reddere vasallo potestatem castri, donec vasallus fecerit quæ in ipsis vfat. & capitulo continentur.

Opp. vij. de d. c. consuetudo. lo primer. vbi cauetur q̄ si dñs apprehenderit castrum, vel imperauerit feudū propter fallimentū seruitij, vel propter fatigationē directi, q̄ licet vasallus venerit coram dño, & sit paratus firmare directū, vel stare cognitioni iudicis super seruitio fallito, q̄ dñs non tenetur restituere castrū, vel desemperare feudum, donec vasallus sibi restituerit in duplum damnū, & misiones, quas fecerit ratione seruitij falliti, vel ratione non data firmæ iuris. Solu. Fateor contrariū, intantum quod vasallus non potest recuperare castrum, nisi emendauerit dictū damnū in duplum, & restituerit misiones: vt in d. c. consuetudo habetur. Oppo. octauo contra d. c. consuetudo allegatum in precedenti oppositione, de quo feci contrariū ad hoc. c. quod vasallus non teneatur dictas expensas neque damnū restituere domino suo restituenti castrum, vel feudum: vt

8 c. j. de mil. & va. qui contu. vbi simpliciter adijcitur quod vasallo intra annum venienti

nienti est restituenda possessio, nullam mētionem de expensis faciendo. Solu. intelligo tex. d. c. j. quod restituatur possessio feudi ipsi vasallo venienti intra annum, facta prius per ipsum vasallū ipsi domino satisfactione expensarum, & damnorum. Et ita videtur sentire gl. & ita potius dictū c. concordat cū d. c. consuetudo. quàm discordet.

9 Oppo. nono de eo quod not. gl. in vfat. tutores. in glo. argu. est hñc etiam, vbi dicitur q̄ prius debet fieri homagium, quàm detur castri potestas: & sic se habet consuetudo. Sol. dico quod gloss. ista est falsa, & contra huiusmodi c. & contra text. c. si vasallus. j. in fi. ex quibus habetur q̄ dominus nō tenetur reddere castrum, siue feudum, donec vasallus sibi fecerit homagiū, si nondum fecerat ei. ¶ Ex quibus collige quod vasallus tenetur dare potestatem castri, etiā quod nondum fecerit homagiū: quia dicit text. Si nondum fecerit ei. propter enim opinionem doctoris vel glos. non est recedendum à textu, vt no. Bal. de pac. iura. fir. in feud. §. iudices. Nam non debet allegari glo. vbi est tex. Ita dicit gloss. in l. sed licet. ff. de offi. presi. & Ang. Are. insti. de actio. §. quadrupli. facit ad hoc. c. si vasallus. j. vbi habetur quod antequam vasallus fecerit homagium, potest esse baufator. Facit etiā text. j. c. si aliquis vasallus. vbi agnatus eo ipso quod adiuu hæreditatem vasalli defuncti, factus homo domini prædicti vasalli, & tenetur ei reuocare homagium, & facere fidelitatem. Et vide j. c. si defuncto castellano. Idem not. Ioan. Blanch. in Summa quib. mod. feud. acqui. Et istud credo verius, quicquid ipsa gloss. dixerit, & non bene, licet Bertrandus de Ceua antiquus aduocatus Barchinonæ apostillando vfatium, potestatem. posuerit istam notam.

10 ¶ Et not. quod iusta causa retinendi potestatem per vasallum est, si dominus obligauerit eam vasallo ad tempus, vel in perpetuum: vel si vasallo fuerit remissa per dominum: vel si vasallus nondum fecerit homagium domino. Sed istud de homagio non credo verum, vt dixi, cum sit contra consuetudines superius memoratas. & ipse nil allegat: & sic erubescendum est sine lege loqui. l. illam. C. de colla. Sed potest saluari eius opinio, q̄ si dominus vult recipere potestatem de castro à vasallo, tenetur eius hominū recipere: alioquin vasallus

non dabit potestatem. Vide quæ no. super hoc in constituto. pacis & treugæ, in Christi nomine, sit omnibus manifestum, in quadam proluxa glo. quæ incipit, lx. §. ibi: nunquam vasallus, quando petitur ab eo potestas. Tu verò dicas pro concordantia opinionum ¶ quod si dominus petat potestatem de castro à vasallo suo, qui nondum fecerit homagium, quod si ipse vasallus offert domino dictum homagium, & dominus non vult recipere dictū homagium, quod vasallus nō dabit dictā potestatem, donec dominus recipiat dictum homagium. Et in hoc casu est vera opinio dicti vfatici, tutores, & ipsius Bertradi de Ceua, & sequacium. Si autem non offerat dictum homagium, tunc tenetur dictam potestatem tradere. Et sic intelligo dictas consuetudines per me superius recitatas. Et est vera alia opinio superius posita in contrarium. Et adde quæ dixi supra in c. j. & vide j. c. vasallus. & quæ ibi scribam. Et adde Iac. de Calicio in vfatico, si quis contradixerit. & quæ scribam j. c. si castellanus. vbi dabo intellectum ad primam limitationem illarum trium fallentiarum, quas Iac. de Calicio posuit in vfatico, magnates. Et quæ scribam in c. castellanus. Ex præmissis igitur oppositionibus collige istas conclusiones.

12 Prima conclusio est, q̄ si dominus lapsis decem diebus post traditionem potestatis nō tenetur restituere castrum vasallo, nisi ipse vasallus restituerit domino expensas, quas fecerit in custodiis castri. Secunda conclusio est q̄ dñs nō tenetur reddere castrum vasallo, etiam finitis dictis decem diebus, nisi firmatum fuerit de iure per vasallum, dum tamen ipsa firma iuris petita sit à domino. Tertia conclusio est, quod dominus non tenetur restituere castrum vasallo, finitis dictis decem diebus, nisi ipse vasallus fecerit homagiū domino, & præstiterit securitatem ipsi domino de non offendendo in recessu, per se, familiam, aut valitores suos custodes, quos posuerat in castro. Quarta conclusio est, quod dominus nō tenetur restituere castrum vasallo, etiam lapsis dictis decem diebus, donec seruitium fallitum sit ei in duplo emendatum, & bene assicuratum, q̄ amplius non sit ei contradictū, in casu, quo propter contradictionem seruitij potestas ipsa apprehensa sit. Quinta conclusio est, q̄ dominus non

tenetur restituere castrum vasallo finitis etiam dictis decem diebus, donec vasallus sibi restituerit in duplū damnū, & missiones, quas fecerit ratioe seruitij falliti, vel ratione nō datae firmæ iuris. Et istas cōclusiones intelligas secundū casus, propter quos data fuerit domino potestas castri: quia secundū casum, ex quo data fuerit, sic dabitur domino retētio potestatis castri, singula singulis referēdo. Et istos casus addas ad casus positos j. in c. isti sunt. & adde etiam hīc quæ dixi supra in c. j. in q. quero an apprehensa potestate per dominū dominus perpetuo possit. & c. Nunc venio ad quæstiones: & quia ex hoc tex. habes regulam q̄ dominus tenetur reddere castrum vasallo finitis decem diebus, vel in decima die à die, qua tradita fuerit potestas castri domino computāda, vt habetur in p̄sione domini. Tertia die resurgā. dum tamen dominus de reddēdo castrum fuerit requisitus. ¶ Quæro primò, qualiter sit fienda dicta requisitio, an verbo, vel scriptis? Et dic quod vtroq̄ modo fieri potest, ex quo ista consuetudo non dat formam qualiter fieri debeat. Nam ex quo est extraiudicialis, nō est de essentia scriptura. argu. notatorū per Bal. & Salic. in materia protestationis in l. si quis. C. de po. & Bal. in authen. presbyteros. C. de epif. & cleri. tex. & ibi Bart. in l. si quis. C. de neg. gestis. & in l. nō solum. §. morte. ff. de operis no. nun. Henric. in c. cum M. de constit. Hosti. in c. si. de condi. appo. & in summa ti. de condi. §. quādo constitutio. verū. cum quæritur. vtrum protestatio. & per Salic. in authen. C. de adult. & per Gem. in c. cupientes. de elec. libr. vj. §. quid si per viginti. Et quando lex non dicit, nec nos dicere debemus. Bal. in feud. si de fru. de fun. mi. §. & si vasallus. Tutius tamen est quod dicta requisitio fiat in scriptis, vel quod de ea fiat publicum instrumentum. Nam fit ideo scriptura, vt quod actum est per eam facilius probari possit: sine ea tamen regulariter valet quod actum est, si aliam habeat probationem: vt est tex. & ibi Bart. in l. contrahitur. ff. de pig. Adde quæ dixi supra in c. j. super petitione potestatis. Quæro ¶ an requirantur binæ aut ternę requisitiones, vel sufficiat vna? Et dico quod vbiq̄ de iure requiritur requisitio extraiudicialis etiam in parem, sufficit vna requisitio. glo. secundū Nico. in

cle. j. de hære. in verbo, requisierint. & vnde Bal. in authen. Item nulla communitas. C. de epif. & cleri. Quærit Guliel. de Vallesicha in vsatico, potestatē. quid si petita fuit à vasallo potestas, & data, lapsis decē diebus vasallus petit sibi per dominum reddi potestatē, dñs excipit q̄ nō tenetur reddere, cum alienauerit vasallus diuersos mansos & honores dicti feudi sine dñi consensu, & sic non cēsetur potestas plena, & integra data: quæritur an dñs bene dicat? Et dicit quod non: quoniā aut fuerunt mansi & honores feudi alienati cum domini consensu & forma: & tūc dominus non habet de quo conqueratur. Aut sine forma & consensu domini: & tūc cadunt dicti honores & mansi de iure in commissum: vt c. Imperialem. §. callidis. in feu. de prohi. feu. al. per Frede. & sic si de iure habet facultatem rem alienatam in domino habendi, non debet retardare propter hoc potestatem. Prædicta verò credit idem Guliel. si fuerunt de prædicta alienata pro allodio: quia tunc de iure vsaticorū vendicat sibi locum commissum. Sed si pro feudo, cum feodum censeatur esse deterioratum alienando partem eiusdem, tunc potestas non est reddenda, quoniam deterior fuit propter alienationem tradita potestas. Idem si fuit aliquo honore seruitutis, vel pignoris subiecta, vel aliquid iuris in feudo deest: vt l. sed. in §. j. ff. commo. & l. Iulianus. §. qui feudum. ff. de verb. obliga. & l. etiam. ff. de solut. & l. si rem meam. & c. & §. si res legata. instit. de lega. Et ita dicit fuisse iudicatum inter dominum regem & castellanos ciuitatis Minorissæ per Jacob. de Brania antiquum doctorem: à qua sententia pro parte regia fuit appellatum, & eadem appellatio in regio consilio recensita, & in finalibus verbis primitiua sententia fuit confirmata, Anno domini Milleesimo ccxciiij. Nunquid idem Iaco. Brania bene iudicauit in eo, dicit q̄ propter alienatiōes factas à vasallo pro feudo datur retētio potestatis. Et credo q̄ sic de rigore iuris civilis. ar. no. per Bal. i feu. si de feu. defun. mi. §. Titus. & §. vasallus. & de alie. feu. c. j. & quali. feu. olim ali. po. §. si verò. & de phi. feu. al. per Fre. §. callidis. vbi dicit q̄ vasallus, qui alienat partē feudi, perdit totū feudum. Licet Ludo. in l. quidā. §. dona. ff. de dona. teneat cōtrariū. sed illud habet locū de æquitate canonica

canonica, quæ seruāda est in terris ecclesie & in ecclesiasticis feudis: vt nota. in capitu. ex parte. extra de feud. in Nouella. secundū Baldum in dictis. §. si verò & §. callidis. Sed in eo quod dicit quod propter pignorationem feudi, vel seruitutem in eo impositam datur retentio potestatis, credo non esse bene iudicatum, argumento l. lex vectigali. ff. de pigno. vbi habetur quod potest tradit in pignore: & etiam argumento. l. iij. ff. de serui. vbi habetur quod emphyteota potest imponere seruitutem in re emphyteotica: sed si res postea redijt ad dominum pignoris, euanescit obligatio, vt ibi. & eodem modo euanescit seruitus, argumento eiusdem l. cum sit eadem ratio, secundū Pet. Iac. de actio. in rem pro re emphy. & sic si pignus, & seruitus euanescent, non ex hoc potestas retineri potest. Et prædicta intellige. quod euanescit, nisi laudimium pro eis à vasallo domino fuerit exsolutum, vt in constitut. Ceruarie regis Petri. capitu. Item ne super laudimio. §. si tamen. cogita. ¶ Quæro, ecce quod dominus fuerit requisitus de reddendo dictum castrum, ipse non vult reddere illud: quod remedium habebit vasallus contra dominum ad recuperandum dictum castrum? Et dico quod si vasallus fecerit dictam requisitionem, & oblationem inferius à me datam: & dominus noluerit dictum castrum reddere dicto vasallo, quod eo tunc vasallus habebit remedium recurrendi ad remedia vsatici: similiter & si senior, quoniam si facta requisitione, & oblatione dominus recusaret offerre, & reddere vasallo dictum castrum, locus esset prædicto recursui. Ita dicit Iac. de Callicio in vsatico, magnates. Et credo quod bene datur etiā aliud remedium vasallo, quod si dominus nolit reddere dictum castrum vasallo, & miles sit paratus ius facere domino in posse sui iudicis, & ipsa firma iuris non fuerit recepta à dicto domino suo, quod ex tunc vasallus poterit guerrificare dominum suū ratione ipsius feudi. Et fundatur per vsaticum, cunctum malum. vt dicunt antiqui sapientes Cathalonie: & ita dicunt seruari in Cathalonie. debent tamen ista duo præcedere, fatigatio de directo, & acuydamentum, antequam vnus alteri fore faciat. C. de agrico. & cenli. l. scimus. libro vndecimo. quoties enim plura desiderantur ad con-

stitutionem alicuius, alterum interuenire nō sufficit. ff. ex quibus causis in possessio. ea. l. Fulcinius. in fin. precipue cum sit copula: vt in dicto vsatico, cunctum malum. & vsatico, aguayt, & vsat. si quis se miserit. melius in vsatico, omnes homines. & in constitutione Therraconæ. c. in Christi. §. statuimus. sed videtur sufficere solum acuydamentū: vt notatur in vsatico, si quis dixerit se fatigatum. sed ille vsaticus intelligitur secundū dictum vsaticum, cunctum malum. ¶ Et vltius dic quod si vasallus requisitus à domino suo recuset tradere potestatem, vel firmare directum, non requiritur acuydamentum: ideo sine hoc potest dominus damnificare hominem suū iuxta vsaticum, potestatem. Et ita fuit determinatum vt referunt sapientes antiqui per dominum regem Petrum tertium contra inclytum Iacobum Regem Maioricarum vasallum suum, qui negauit ei firmare directum in posse ipsius domini Regis Petri. Ob quod præmissa ex causa & alijs dicti Regis Maioricarum durissimis rebellionibus dictus Rex Petrus guerrificauit eum sine acuydamento, ita quod totam eius terram ad manus recepit, & occupauit, & tandem ipsum Regem Maioricarum exheredauit suo Regno, & priuauit. Iaco. Mathe. & Arnaldus de Moraria. & vide Iac. Merquilles in dicto vsatico, cunctum malum. Sed ego semper, cum mihi casus occurrisset, primum remedium vasallo consulere, cum tutius sit quam secundum, licet vtrunque intentari possit. Super hoc vide quæ scripsi supra in capitulo primo secundū Gulielmum de Vallesicha. ¶ Quæro qualiter dominus sit requirendus vt reddat dictum castrum vasallo lapsis dictis decem diebus? Et dicas quod vasallus se debet offerre domino ad contenta in hac consuetudine, & postea concludendo petat potestatem sibi reddi: alias protestetur de indebita afflictione, & de habendo recursum ad remedia dicti vsatici, similiter & si senior. & ita dicit Iacob. Callicij in dicto vsatico magnates. Si autem vellet recurrere ad remedium dicti vsatici, cunctum malum. offerat vasallus domino suo ius facere in posse sui iudicis: & si dominus non vult recipere dictam iuris firmam, tunc locus erit remedio dicti vsatici, cunctum malum & sic

aduocatus dicti vassalli incontinenti lapsis dictis decem diebus sit cautus, ut faciat dictam oblationem & requisitionem. Et predicta colliguntur in hoc c. & in dicto vfatice, similiter. & in vfatice, cunctum malū.

Tu autem adde quod in dicta requisitione vassallus offerat solvere expensas, quas dominus fecerat in custodiis positis pro custodia dicti castri: tamen prius liquidatis ipsis expensis, vel si liquidatae fuerint, ipsas deponat in loco tuto & securo, si dominus eas recipere recusauerit. Item si potestas castri fuerit recepta propter seruitium fallitum, quod offerat domino in dicta requisitione illud in duplo emendare, & bene asscurare, quod amplius ab eo non fuerit contradictum. Et etiam offerat sibi solvere damnum & missions, quas fecerit ratione dicti seruitij falliti. Et ista oblatio, & forma requisitionis colligitur ex consuetudinibus capi. Item si vassallus, & alij per me superius in oppositionibus allegatis. Et predicta videntur vera in casu quo dominus regulariter dictum castrum restituere teneatur dicto eius vassallo. Nam si dominus vult retinere dictum castrum ex causis contentis in c. isti sunt. j. vel alijs, ex quibus castrum retinere potest, tunc non habent locum dicta remedia: quia dicta remedia non habent locum in casibus, in quibus dominus potest retinere castrum lapsis dictis decem diebus: quoniam tunc statim est regula, nisi doceatur de contrario, vel eius fallentia. l. omnis, diffinitio. de regu. iuris. Bald. & Ange. in l. titia textores. ff. de leg. j. ¶ tunc enim regula iuris seruanda est, nisi in contrarium appareat dispositio specialis. Bal. in l. si tutor. C. de pig. ser. da. sed hic reperitur dispositio specialis: igitur in illa recessum est a dicta regula, & quo ad restitutionem castri ipsa specialis dispositio seruari debet. Quando autem dicatur dominum affligere vassallum, vide Iaco. de monte iur. in dicto vfatice, similiter & dictum Iaco. Calicij in vfatice, placitare. Hic posset tractari materia homagij, sed de eo j. in capi. duplex. latius dicam. Querit Gulielmus de valesicha. in vfatice potestatem. quid si detur potestas domino, vbi dari non debuit, lapsis decem diebus vassallus petit reddi sibi potestatem, dominus excipit quod non dedit potestatem vbi debuit dare, an possit ita dominus excipere? Et videtur

quod sic, ut vfatice. magnates. cum ibi not. & ff. de excep. l. exceptio. & ff. loca. l. penulti. quia in tradendo potestatem vassallus non facit quod facere debet, & sic de culpa potest impingi, secundum ipsum Guli. Tu pro hac opinione vide Bald. qualiter domi. proprie. feud. priue. vbi dicit quod qui non facit quod debet, non recipit quod oportet. Sed contra hoc facit huiusmodi capitu. vbi est casus quod finitis decem diebus dominus tenetur reddere castrum vassallo, nec distinguit vbi dari non debuit, sed simpliciter loquitur: & sic nec nos distinguere debemus l. de pretio. ff. de publ. Tum quia dominus recipiendo potestatem vbi dari non debuit, & tenendo eam per decem dies, videtur isti exceptioni renuntiasse, ut argumento l. post diem. ff. de lege commif. & de eo quod cer. lo. l. fin. & gloss. & Bald. quo tem. mi. capi. j. §. nisi in gloss. sic ergo. versi. sed pone. frustra enim de poena laborat, qui contrarium acceptauit ex certa scientia, secundum Bald. in d. capitulo primo. Nec obstat vfatice magnates. quia loquitur in alio casu. Alia argumenta in contrarium facta nil faciunt: quia leges allegatae loquuntur in casibus specialibus. Et istud credo verius. Opinio vero G. de Valesicha posset saluari si per errorem dominus potestatem acceptauerit: quia tunc errant non nocet. Nemo enim ignorans remittere videtur. ff. de transf. l. cum Aquilia. & l. qui cum tutoribus §. qui per fallaciam. ff. de actionibus & obligationibus. l. ex maleficijs §. longe. C. de donationibus. l. nec ignorans. ff. de condi. inde. l. fin. §. Item qualij. Hoc tamen intellige, nisi esset supinus error: quia talis error non patrociniatur in poenis exigendis, secundum Baldum in dicto capitu. j. ¶ Querit ulterius idem Guliel. in dicto vfatice, potestatem. quid si lapsis dictis decem diebus vassallus petit a domino sibi reddi potestatem, dominus excipit quod non tenetur reddere, quia seruitium fuit sibi fallitum: vassallus replicat quod ostendat dominus, in quo fuit sibi seruitium fallitum: dominus dicit quod sibi non incumbit ostendere, sed vassallo quod praestiterit, & fecerit seruitium secundum naturam feudi: queritur quid iuris? idem G. dicit quod in casu predicto lapsis decem diebus, & facta interpellatione super redditione potestatis, dominus debet iudicem idoneum

idoneum assignare, & ostendere coram eo intra breuem terminum, seruitium fore per vassallum fallitum, & in quo fuit sibi fallitum: ¶ & ostendet eo ipso fore seruitium fallitum probando requisitiones per dominum factas vassallo, ut praestaret sibi seruitium: quoniam hoc ostenso per dominum habebit vassallus probare seruitium fore factum seu praestitum per ipsum suo domino. verumtamen si vassallus sciuerit dominum suum habere guerram periculosam, & non iuuerit dominum, videtur seruitium esse fallitum: ut Vfatice. qui vident. & vfatice. qui fallierit. & vfatice. qui solidus. Si vero dominus non ostenderit requisitiones fuisse per ipsum factas suo vassallo, incontinenti eidem debet reddere potestatem. Et predicta fuerunt ita iudicata per Iacobum de Biania doctorem antiquum, & in consuetudinibus feudalibus multum expertum, secundum dictum Gulielmum. Nunquid ergo fuit per dictum Iacobum de Biania bene iudicatum? Et dico quod non ita simpliciter: ideo requirit distinctionem. Nam aut feudum est rectum, aut est ad certum seruitium. ¶ Si est rectum, tunc dico quod bene fuit iudicatum: quia vassallus non tenetur offerre regulariter: ut est tex. in feud. hic fini. lex Frederici deinde incip. consuetu. reg. capitu. j. §. ad haec. & si de feud. def. mil. §. licet. secundo vero casu subdistingue, Aut tempus est expressum: & tunc non requiritur requisitio, quia interpellat dies pro homine, nec datur aliquid plus de tempore, quia potuit prouidere: & in hoc casu vassallus tenetur ostendere se fecisse seruitium. Et sic in isto casu male fuit a dicto Iacobo Biania iudicatum. Aut non est expressum certum tempus, sed tacitum subintelligitur: & tunc post illud datur congruum tempus arbitrio iudicis: quia non potuit prouidere. Verbi gratia, si sit actum quod debet dominum iuuare mota guerra, ut in feud. hic fini. lex Frederici. deinde incipit constitutio regni §. promptiores. versi. cum potuerit. et sic requiritur denuntiatio: & in hoc casu bene fuit iudicatum. ¶ Si autem non est tempus appositum, requiritur interpellatio: & cum fiat super facto, requiritur aliquid spatium temporis arbitrio iudicantis. Idem si sit appositum tempus cum petiero, vel cum requisuero. Nam quod

iure cauetur, idem si pacto exprimat, iuris dispositionem non immutat, secundum Baldum in dicto §. promptiores. Et predicta intellige, nisi vassallus sciat domino aliquod magnum periculum imminere: quia tunc debet sponte absque denuntiatione auxilium impartiri: ut est textus, & ibi Bald. in dicto §. licet. & in hoc casu etiam bene fuit iudicatum. ¶ Collige igitur ex praemissis quod praesumitur pro vassallo, quod est paratus praestare seruitium, nisi interpellatus negauerit, secundum Bald. in dicto §. licet. & tunc ex ipsa negatione fundata est intentio domini, quod alias non tenetur probare. Item si recusauit facere seruitium, quod debet ad diem ex pacto. Item si a domino est denuntiatus. Item si sciuerit dominum obsideri, vel ei mortem imminere, & cum potuit, non iuuat, secundum Baldum in dicto §. ad hoc. Adde pro opinione Gulielmi in eo, quod dicit quod dominus debet iudicem assignare, & breuiter coram eo ostendere seruitium esse fallitum, quae scribam. j. in capi. isti sunt. Sed quare iuxta tex. in eo quod dicit quod vassallus tenetur praestare securitatem: quae dicitur securitas, ne ignoretur quid dicitur per nomen, quod esse non debet. ff. de iur. sti. & iure. l. j. ¶ Respondeo, securitas est legitimum praesidium, quod alicui iuste timenti sibi periculum, vel damnum inferri, praestatur officio praesidatus. Ista diffinitio ponitur per Gulielmum de Cugn. in l. denuntiamus. C. de his, qui ad eccle. consu.

Iuxta quod quareo, quod duplex praestatur securitas: Et dico quod multipliciter praestatur. primo enim praestatur a re rei: quandoque a re personae: quandoque a persona rei: quandoque a persona personae. Verbi gratia, timeo ne mihi damnum inferas: & de ista loquitur iste tex. & an ista securitas sit praestanda. Gulielmus de Cug. vbi supra, arguit pro & contra, & finaliter concludit quod sic. Vide Bart. in l. qui bona §. damni. ff. de dam. infect. & potissime iure consuetudinario praestanda est in casu huius capitu. Crederem tamen quod ista securitas praestanda sit cum causae cognitione, vbi dicit Gulielmus & probatur in hoc c. ibi: si suspicatur dominus de vassallo, & in diffinitione ibi: iuste timenti periculum, vel damnum inferri. Vertitur igitur in causae cognitione an dominus suspicetur de vassallo vel de familia,

quid e. securitas.

familia, aut valitoribus eiusdem, quod velint offendere custodes in recessu. ¶ Sed quæro, qualiter dicatur dominum suspicari? Et dico quod tunc dicitur dominum suspicari, si vassallus, aut familia sua, vel valitores sui minati fuerant contra dictos custodes, vel dixerint aliqua verba æquipollentia minis. Nam nihil refert quid æquipollentibus fiat, secundum Bald. in l. conuenticula. C. de episcop. & cleri. Bart. in l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. Minæ enim inducunt iustum metum. Cyn. & Barto. in l. metum. C. quod metus causa. & ibi Bald. & per cum super Innocen. in c. inter cetera. de appella. nisi essent elusorie: quia ex eis non debet præstari cautio secundum Bar. in l. hæc autem. ff. si cui plus quam per legem falcidiam.

Debet igitur in his attendi conditio personæ: ut puta, si vnus valens homo, qui solitus est talia facere, & attendere, sit minatus vni simplici homini: vel ille, qui minatus fuit, est homo malæ famæ: nam tunc iuste dominus de eo suspicatur: & sic in tali casu locus est præstationi securitatis. istam enim considerationem habent Cyn. Bart. & Bald. in d. l. metum. & per Bald. in l. si de hære. institui. & Barto. in l. famosi. ad legem iuliam ma. & Ioan. de Anania in cap. Petrus. de homicid. Non autem esset iusta causa suspicionis, si vnus inferior minatus esset contra superiorem. Ita dicit Gulielmus vbi supra. Super hoc verò non posset certa doctrina tradi, sed crederem relinquere arbitrio iudicis, qui consideratis circumstantiis, ut puta si vassallus est potens, vel malæ famæ, & qui talia solitus est facere, vel esset sibi inimicus, aut odiosus, rixosus, & continuè arma sequendo, & ipsi custodes sint personæ simplices minoris conditionis, & alias circumstantias considerabit, quæ bonus iudex considerare debet. Ita dicit Gulielmus de Cug. in dicta l. & argumentum de isto arbitrio, & consideratione in ratione sui. j. capitu. Item si vassallus. & in l. continuus. §. cum ita. de verb.

obligationibus ¶ facit ad hoc, quia si aliquis timeat de aliquo magnate, potest implorare officium iudicis, ut ille magnatus cogatur securitatem præstare. Barto. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. præsi. & Barto. & Cyn. in d. l. denuntiamus.

Quæro, an ista securitas sic præstanda

cum fideiussoribus? Gulielmus de Cug. vbi supra dicit super hoc debere attendi qualitatem personæ: nam si talis sit, à quo petitur, quod sit potens, & habet pingue patrimonium, quod non debet dare fideiussores. si autem non est ita persona potens, nec magnarum facultatum, tunc deberet præstari cum fideiussoribus, vbi posset adstringi. Alij dicunt indistinctè quod habet præstare fideiussores. Tu vide Barto. in l. j. §. & sciendum. ff. de præto. stip. vbi dicit quod si quis promisit aliquem facere securum, quod non tenetur dare pignora, vel fideiussores. Quod est verum, secundum Ange. in l. j. ff. qui satisfacit. cogan. nisi prius quis se obligauerit, postea promisit creditori eum facere securum. Nam nisi illud referamus ad fideiussorem, vel pignora, inanis esset dicta promissio: quia per se eundam non esset plus cautum, quam per primam. Ego verò crederem quod ista securitas iuxta hanc consuetudinem debet præstari sine fideiussoribus, argu. l. fancimus. C. de verborum significationibus. & quod not. in authenti. de man. princ. §. sed neq. Et pro hoc, qualiter illi fideiussores præstarent, factum alienum: certè nullo modo. argumento. ff. de verborum obligationibus. l. stipulatio ista. in prin. vide glo. & Ange. in l. ij. §. si dubitetur. ff. de iudi. vbi dicit ¶ quod quando cautio profertur à lege, intelligitur nuda à fideiussore, non tamen nuda à pœna. Nam ille, cui remittitur cautio cum fideiussoribus, præstat cautionem cum pœna. glo. in l. nisi. §. quamuis. & ibi Barto. ff. si cui plus quam per legem falcidiam. Crederem tamen quod dicta cautio, & securitas esset præstanda cum obligatione, & hypotheca omnium bonorum. Nam vbi cunq; cautio nuda præstatur, intelligitur cum obligatione bonorū. Bart. in l. si prius. ff. de oper. noui nun. Ludo. in l. diuortio. ff. so. ma. Ang. in l. pratoria. ff. de præto. stip. vbi dicit quod consuetudo obseruat quod sit cū obligatione bonorum. Debet etiā adijci iuramentum, & homagiū argumento eorū, quæ dicam j. c. duplex. Et vterius debet fieri solennibus verbis. gl. sing. in l. huiusmodi. ff. de leg. j. in prin. & cū pœna, per iura superius allega. & cū alijs clausulis, & cautelis in talibus securitatibus apponi solitis, argu. l. quod si nolit.

¶ Quæro an ista

ista securitas sit præstanda pro se, familia, & valitoribus suis. Et text. videtur dicere quod sic. Idem dicit Bartolus in dicta lege prima. §. ne potentiores. & Iacobus Rebuffi in lege prima. C. de nauic. lib. duodecimo, allegat l. qui insulā. in fine. ff. locati. de alijs nō promittet, ut ibi l. si merces. §. culpæ. eod. titu. Et datur securitas quæ ipsos custodes, vel amicos eorum, ratione dictæ custodiæ non offendent. ff. de preca. l. cum precario. & l. si stipulatus fuero per te. de verb. obli. l. non solum. ff. de vsu & ha. secundum Ia. Rebuffi in d. l. j. & Bart. in d. §. ne potentiores. & qui habet istam securitatem pro se, intelligitur habere pro familia necessaria, aliās esset inanis, secundum Ang. in l. Paulus. §. si quis mortem. ff. de inoffi. test. Adde Guliel. de Cug. vbi supra, vbi dicit ¶ quæ ista securitas extenditur ad vxorem, filios, & liberos homines, qui bona fide eum, cui præstita est, seruiunt. Et ego extendo illā ad res dictorū custodum, per hunc textum. Et ita etiam extendit illam Iacob. Rebuff. in d. l. j. de nauic.

Et no. quod ille, qui habet efficacem, & impugnabilem securitatem, dicitur securus, secundum Bal. in l. j. C. si aduer. so. Vi de Ang. in d. §. si quis quod ille, cui data est securitas, nullo modo directè, vel per indirectum debet vexari, aut damnificari: aliās enim non intelligeretur securus. Allegat l. j. de præto. stip. ibi, ut si quis cautior, & securior. & ad legem iul. ma. l. j. ibi: aduersus securitatē. ¶ Et præstatur ista securitas hoc modo: promitto vobis, &c. quod custodes positi in custodia castri per me, aut familiam, vel valitores meos in eorū recessu, nō offendentur. Ista securitas colligitur ex hoc tex. & per Iacob. Rebuffi, vbi supra. Effectus autem istius securitatis est, quod vassallus, si dicti custodes offenderentur, acriter puniretur. Ita dicunt Guliel. in d. l. de nuntiamus. & Bart. in d. §. ne potentiores. Plus dico, quod si ista securitas præstita domino pro ipsis custodibus erat facta in vno territorio, & offenderentur in dicto eorū recessu in alieno territorio, quod ipse vassallus teneretur. Ita dicunt Bar. & Gulielmus vbi supra. Et pro pleniori examine huius securitatis, quando debeat præstari vel ne, quero an indistinctè si timeo me ab aliquo offendi, possim eundem, mediante iudice, compellere, ut de non offendendo cauere

teneatur. Istam quæstionem mouet Bartolus in dicta l. prima. §. ne potentiores. & in l. prima, in quibus causis colo. cen. do. mi. accusa. possunt. libro vndecimo. & in l. qui bona. §. si quis. ff. de damno infecto. vbi Angelus, Ioannes de Imola, & Ludouicus & Barto. ibi dicit quod sic. Tu secundum Ludo. collectis ibi aliquibus additis per Ange. & Imo. dicas aliter ¶ quod aut inimicitia provenit absque aliqua culpa mea: & tunc potest iudex cogere ut de non offendendo caueat. Hæc probatur per text. dicti. §. si quis. sumpto argumento à contrario sensu. Aut aliqua culpa subest, quare quis inimicari debeat: & tunc aut petitur cautio interponi ante aliquam offensam à nemine factam: & tunc posset cogi cautionem præstare iudicis officio. Et ita intelligitur d. §. ne potentiores. & alia iura per eum allegata: & maxime si ex tali diffensione Respublica læderetur, ut plerunque solet. ff. de capt. & postli. reuer. l. si quis ingenuam. §. in civilibus. Et adde Angel. in l. si quis. §. qui iussit. ff. de his qui not. infa. Aut petitur cautio post offensam per petentem cautionem de non offendendo factam: & tali casu, quicquid dicat Barto. in d. §. si quis. putat Ludo. vna cum Ang. offensum non posse cogi, sed bene per iudicem posset hortari ad cautionem interponendam. allegat C. de sentē. l. ex stipulatione. & de his, qui notantur infamia. l. furti. §. petens. & §. si iussu. in gloss. Item est ratio quod cum culpa petentis præcesserit offendendo, ergo ei cauere non debet. ut d. §. si quis. duobus tamen casibus putat ipse Ludo. Barto. saluandum. ¶ Primò quotienscunque lis, aut inimicitia longissimo tempore durasset, & duratura esset, adeo quod sequeretur ambarum partium destructio: tali etenim casu potest iudex cogere ad cautionem. interponendam, & pacem faciendam, & cogere potest ut super lite transigatur, quamdiu durauit. textum habes, qui non est alibi. xc. distinc. placuit. secundum Antonium de Butri. in c. j. & ij. extra de mu. peti. Et hæc nota, & tene menti: quia limitant notabiliter l. transigere. per glossam & doctores C. de transactionibus. Secundò, quando petitur cautio ratione eius rei, quam is, à quo cautio petitur, habere desiderat. Ad hæc extra de restitutione spoliatorū. c. vestras. & in authen.

authē. de mona. circa medium. Et ita debent intelligi, quæ super hoc articulo notantur per Io. An. in addi. Spec. in tit. de pig. §. sequitur. ver. quid si timeo. & per Bal. in l. j. §. quies. ff. de offi. præfec. vrb. Sed ego vidi in Cathalonia semper praticari q̄ si alii quis petit securitatē ab alio, q̄ indistincte officiales cogunt illum, à quo petitur, vt dictā præstet securitatē: nec curatur an offensa præcedat ex parte petentis, vel ne: imò officiales ex officio cogunt partes ad præstandum dictam securitatem: quia semper censetur Respublica lædi, si ciues sint inbandositate. Et ita in Cathalonia seruat³⁴ opinio Bar. ¶ Quæro, nunquid vasallus poterit cogi ad præstandum dictam securitatē perpetuò, aut tantū ad certum tēpus? Guliel. de Cug. in d. l. relinquit istud arbitrio iudicis. sed in hoc casu vasallus non tenetur præstare dictā securitatē, nisi vsquequo dicti custodes cū rebus suis fuerint reuersi ad sua. Et probat hoc iste text. ibi: q̄ custodes, quos dominus posuit in custodia castri, securē cum omnibus rebus eorum possint ad sua redire, &c. & ibi: q̄ velint offendere custodes in recessu &c.



Nem anteq̄ dominus reddat castrū vasallo, poterit dominus petere firmamentum iuris, nisi ipse offerat ei, & recepto iuris firmamento debet ei reddere castrum absque aliquo detrimento castri: q̄ si dominus, vel sui decrimētum contulerint in ipso castro, vel eius termino, totum debet restituere, alioquin non intelligitur plenariē reddita potestas.

S V M M A R I V M.

- 1 Dominus detinens castri potestatem firmam iuris à vasallo petere potest.
- 2 Dominus castrū non deterioratum vasallo reddere debet. Dominus vasallo damnum deteriorationis castri reddere tenetur.
- 3 Vasallus, qui castri domino tradidit potestatem, an debeat firmare directum ante castri receptionem. 4. 5. 6.
- 7 Decretum contra contumacem non reuocatur, nisi con-

tumax satisfecerit.

- 8 Verba legis aut statuti qualiter sint intelligenda.
- 9 Vasallus ultra iuris firmam homagium & securitatem præstare tenetur.
- 10 Potest, uerbum quando necessitatem importet. Item, dictio quando repetitionem, & quando continuationem inducat.
- 11 Vasallus factio iuris firmam domino præstare tenetur.
- 12 Verba non sufficiunt, ubi factio opus est.



Nem anteq̄ dominus. Diuide istum §. in tres partes. in prima parte dicit q̄ dominus potest petere firmamentum iuris antequā castrum reddat. in secunda parte dicit q̄ recepto iuris firmamento, debet sibi reddere castrum absq̄ detrimento. in tertia parte dicit q̄ si detrimento intulerit in ipso castro, debet vasallo restituere: aliās non videtur plena reddita potestas. Prima pars ibi: Item. vsq̄ ad ver. & recepto. Secunda pars ibi, vsq̄ ad ver. quod si dominus. Tertia pars ibi, vsque ad fi. Casus. Datur regula, & exceptio à regula. Regula est, q̄ dominus potest petere firmam iuris à vasallo anteq̄ castrum sibi reddat. Exceptio est q̄ si vasallus offert sibi firmam iuris, q̄ dominus tenetur dictum castrum sibi reddere non deterioratum, vel postq̄ firmatum fuerit de iure per vasallum, & si illud deteriorauit, debet sibi restituere damnum deteriorationis: aliās non intelligitur plena reddita potestas. h. d. Collige notabilia. ¶ No. primò q̄ dominus detinendo potestatem castri potest petere firmam iuris à vasallo. No. secundò, q̄ dominus non tenetur castrum reddere vasallo, donec firmatum sibi fuerit de iure. Concor. in vsatico, magnates. ibi: non debent reddere castrum, nec feudum donec habeant eis factum directū. No. tertio, quod si vasallus absq̄ petitione iuris firmæ illam offerat, q̄ dominus sibi castrum restituere tenetur. ¶ Not. quartò quod dominus tenetur castrum reddere vasallo non deterioratum: & econtra vasallus non debet castrum deteriorare. vt j. capitu. si verò. Et sic secundum hoc habes quod dominus & vasallus ad paria iudicantur. Et pro hoc vide vsaticum, cum dicitur malum. & quæ dixi supra in c. j. in materia fidelitatis. No. quinto quod si castrum est deterioratum, quod dominus tenetur vasallo restituere damnum deteriorationis. Not. sexto, & vltimo, q̄ nisi

nisi dictum damnum sit restitutum, nō intelligitur plena reddita potestas. De possessione, quando non dicitur plenē & liberē restituta, vide tex. & ibi glo. in c. pisanis. in verbo Plenē. de restit. spolia. Et sic hīc habes vnum casum, in quo non videtur plena reddita potestas castri. Econtra quādo vasallus non videtur plenam dedisse castri potestatem domino, dixi latius supra in c. ij. Expone literam. Dominus. supple qui tenet potestatem castri. Firmamentum iuris. Quid sit istud firmamentū, dixi supra. in c. j. Nisi. est dictio exceptiua, vt dixi supra in cap. si autem. in verbo, nisi. Recepto. scilicet per dominum à vasallo. Debet. supple ipse dominus. Detrimento. id est, deterioratione, vel damno. Intulerunt. id est, dederunt. Totum. scilicet detrimento. Restituere. supple ipsi vasallo. Alioquin. id est, si non restituerit dominus vasallo detrimento. Vide quæ dixi supra in capitu. secundo. in verbo Alioquin. vbi illud verbum exposui. Oppon. primò de vsati. magnates. in fi. vbi dicitur q̄ quod si vasalli dederūt potestatem de castro eorum domino, quod illi non debent firmare directum, donec ab illo recuperatum castrum habeant: & tamen contrarium habetur hīc. Iaco. de Calicio in dicto vsatico, magnates. format istud contrarium, & soluit multipliciter. Primò enim dicit, quod cōmemorationes huiusmodi non sunt autorisabiles, nec in iudicijs, vel extra fidem faciunt, nisi quatenus iure vsaticorum comprobantur, vel nisi quatenus per testes probantur: & sic quod dictus vsaticus nō corrigitur per huiusmodi. c. Ipse verò dicit q̄ ipsa solutio non videtur bona duplici capite: quia hodie ipsæ cōmemorationes ad literam in iudicijs pro authenticis allegantur & representantur. Vide quæ dixi in principio huius operis. Secundò dicit, quoniam supposito quod non habeantur pro authenticis quo ad scripturam de ipsis factam, adhuc tamē ius cōsuetudinarium in ipsis scriptum si probaretur, tolleret dispositionem dicti vsatici, cum vtraque dispositio sit generalis, iuxta not. per Cynum C. quæ sit long. consuetu. l. secunda. quare dicit quod huiusmodi c. intelligitur quando potestas fuit per dominum apprehensa: iuxta principium dicti vsatici, magnates. & non intelligitur in casu, quando po-

testas per vasallum domino datur: vt in dicto vsatico, in princip. Hæc solutio dicit quod non est bona: quoniam imò videtur quod tex huius c. loquatur simpliciter in casu in quo vasallus liberē dedit potestatem de castro ipsi domino iuxta finem dicti vsatici, vt ex medio huius c. dicit colligi euidēter. Quare dat aliam solutionem quod dictus vsaticus in fine loquatur, quādo potestas per vasallum fuit domino data propter recognitionem dominij tantum: ¶ & sic hoc casu dominus prius debet reddere castrum, quā recipiat firmamentum de directo: hīc verò intelligitur, quando potestas fuit data propter damnum datum in castro vel fortalitio: & tunc prius debet in manu domini ius firmare. Hæc solutio colligitur in glo. dicti vsatici, super verbo, redirectas. in fin. Ista solutio restringit nimis dictum vsaticum, & hoc cap. generaliter loquentes. Quare dat aliam solutionem, quod secus est de iure vsaticorum, vt ibi: & secus est de iure consuetudinario Cathalonico, vt hīc. Hæc etiam non videtur bona solutio: quia iniuriam correctio est vitanda: vt l. vnica. C. de inoffic. donat. ¶ Quare dat aliam solutionem q̄ quod vasallus non tenetur firmare directum domino suo antequā sibi restituat castrum: vt in dicto vsatico, expresse habetur. Et quantum hīc adiciatur quod dominus recepto firmamento iuris debet vasallo reddere castrum absque aliquo detrimento castri. Attamen ibi non negatur quin ante receptionem dicti firmamenti directi dominus teneatur reddere castrum vasallo, prout in dicto vsatico dicitur. in fine. Et dicit quod teneas istam solutionem cū duabus proximè præcedentibus. Quæ igitur istarum solutionum sit vera. Et dico q̄ illa, quando potestas fuit data propter recognitionem dominij. Et ita loquitur finis dicti vsat. Et sic in isto casu dominus prius debet reddere castrū, quā recipiat firmamentum de directo. ¶ Quando autem dominus non inuenit in vasallum directum, sed contradictionem, tunc habet locum istud capitu. & sic tunc vasallus tenetur firmare directū domino, antequā sibi reddat castrum. Et probatur ista solutio in dicto vsatico, magnates. in principio. Et sic principium dicti vsatici habet locū, quando vasallus cōtendit firmare directum do-

mino, & illa de causa dominus apprehenderit potestatem de castro: quia tunc non tenetur illud reddere, nisi firmet sibi directum. Et ita intelligitur istud capitulum. Et sic concordat cum princip. dicti vfatici. Iustum enim videtur quod si propter contradictionem firmamenti de directo, castrum fuerit apprehensum, quod non recuperet illud, nisi satisfaciatur causae, propter quam apprehensum fuit: argumento eorum, quae notantur per Ange. in l. eum qui. de priui. cred. vbi dicitur quod decretum iudicis interpositum contra contumacem, non debet reuocari, nisi contumax satisfaciatur causae, propter quam interpositum est. Finis vero dicti vfatici, habet locum, quando aliter, id est, alia de causa, quam propter contradictionem firmae iuris data fuerit potestas castri: quia tunc vasallus non tenetur firmare directum domino antequam reddat sibi dictum castrum. Et istam solutionem tenuerunt Guliel. Præpositus, & Thomas Mieres in dicto vfatico, magnates. Et ista est veritas, refecatis alijs solutionibus datis per Iaco. Calicij in dicto vfatico, magnates. Et si aliter intelligeremus dictum vfatikum, seipsum corrigeret. Quod non est dicendum: quia non est verisimile quod vna lex seipsam corrigat, secundum Bal. in l. si duo. C. per quas person. debet igitur ita intelligi dictus vfatikus, & interpretari, vt iuste repugnantiam non contineat, secundum Ludo. in consil. consilio lvi. Gul. Verba enim legis vel statuti debent ita intelligi, restringi, aut interpretari, ne in se contineant absurditatem, secundum Ludo. in l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimon. in xxxij. fallen. Nec obstat in l. de quibus. ff. de legi. & glo. institui. de offi. iudi. in verbo, moribus. vbi dicunt quod sicut lex posterior tollit priorem, ita consuetudo, quae legem sequitur, derogat legi: quia illud est verum, nisi dicta consuetudo possit per aliquam distinctionem, diuisionem, aut limitationem saluari, vt dicitur de legibus, secundum Bar. C. de nouo Cod. compo. §. quibus. & in extrauag. ad reprimendum. in verbo, non obstantibus. Facit ad hoc, quia vna lex per aliam potest restringi, & declarari. Bart. & Bal. in l. non dubium. ff. de legib. Et adde Archi. in c. j. de fil. presb. libr. vj. in verbo, restringi. Nec etiam obstat generalitas vfatici, & consuetudinis: quia

illa generalitas debet ita arctari, ne finis dicti vfatici laedat consuetudinem, vel contra. Nam dicit Ioan. Mona. de reg. iur. eo. lib. c. in generali. in verbo, ite arctatur, quod generalitas arctatur, ne ius commune laedatur, si aliter non potest habere iuris effectum. Facit etiam quod dicit do. Arch. de iure iur. c. j. in verbo, intentione. eod. lib. vbi dicit quod genus non intelligitur claudere generaliter, nisi licitum. Illicitum enim esset, si consuetudo per ipsa verba generalia corrigeret dictum vfatikum, ex quo vterque eorum saluari potest, secundum solutionem praemissam. Oppon. secundo, de princip. huius cap. & j. de c. Item si vasallus. Solu. intelligo istum §. secundum dictas consuetudines. Nam ultra firmam iuris vasallus tenetur facere homagium & praestare dictam securitatem, atque soluere expensas custodum. Et ita potius concordant, quam discordant. Opp. tertio, de c. j. supra eo. & de vfat. magnates. in prin. vbi dominus habet petere istud firmamentum iuris ante apprehensam potestatem. Solu. dictum c. nec etiam dictus vfatikus non negant quin etiam post apprehensam potestatem castri possit dominus petere iuris firmam, vt hic: & sic tam ante, quam post dictum firmamentum peti potest. Quinimo tenendo solutionem, quam superius dedi in prima oppositione, quando castri potestas fuit apprehensa propter contradictionem firmam, de iure potest dominus petere dictam firmam iuris post apprehensam potestatem, & nisi praestetur, vel offeratur a vasallo, castrum restituere non tenetur. Et sic de eis non potest formari contrarium, cum magis faciant pro quam contra. Non enim verbum Potest, appositum in d. c. j. importat necessitatem, quod ante apprehensam potestatem iuris firmam petere habeat: vt est gloss. in cle. attendentes. de sta. regu. & in c. propositum. de app. & Barto. in l. Gallus. de lib. & posthhu. Tu dic quod si verbum potest est negatiue positum importat necessitatem: secus si affirmatiue. Et ita est hic glo. in c. j. de reg. iur. lib. vj. Quaro primo, de ista dictione, item, an sit repetitiua praecedentium qualitatium, vel clausularum appositarum in praecedentibus: in quo concludere, quoad hoc per dictionem item, adijcitur praecedentibus noua oratio in se perfecta omni perfectione: & non inducit repetitionem: sed

sed continuationem: vt l. item apud Labronem. in princ. ff. de iniur. Quandoque per dictionem item, adijcitur oratio non perfecta, sed quae est defectiua ex parte appositae, vel ex parte verbi: & tunc illud, in quo oratio deficit, suppletur ex praecedentibus: & in hoc inducitur repetitio: vt l. j. in prin. & ibi hoc not. Bar. ff. de publi. Et adde quod not. Bar. in l. in repetendis. ff. de leg. iij. Sed Lud. in d. l. j. dicit, Aut oratio, quae sequitur post dictionem item, est imperfecta ex parte appositae vel praedicatae: & tali casu inducitur repetitio, & suppletur ex praecedentibus: vt probatur in d. l. j. Aut illa oratio, quae sequitur, est perfecta, aut eadem est ratio, & aequitas, in tali casu oratio, quae est in praecedenti, & coniuncta cum vicinitate, inducitur repetitio. Et ita est hic. Nam superius dixit quod antequam dominus teneatur reddere castrum vasallo, potest ab eo petere homagium, & securitatem pro custodibus: & illa videntur hic repetita, in tantum quod dominus non tenetur reddere castrum, nisi vasallus homagium fecerit, & dictam praestiterit securitatem, vt ibi, & firmauerit de iure, vt hic. Vbi autem non esset eadem ratio & aequitas, sed vna oratio ad aliam longinquitas scripturae, tunc non inducitur repetitio praecedentis qualitatibus, sed dicitio illa, ite, potius significat continuationem, secundum Lud. vbi supra. Quaro, quid si vasallus offert verbo dictam iuris firmam, sed illa actualiter, & de facto non facit, an sufficiat? Et dico quod non: ideo requiritur quod in ipsa oblatione de facto vasallus faciat dictum firmamentum iuris. Nam vbi que quis arctatur ad aliquid faciendum, non sufficit se esse paratum illud facere, sed requiritur quod actualiter, & de facto illud fiat. Gloss. in c. ad apostolica. de re iud. lib. vj. in verbo, parata. & ibi Gemi. de quo etiam per gloss. in c. cupientes. §. si vero. de elect. eo. lib. & Bar. in l. item liberatur. §. qui paratus. ff. quib. mod. pign. vel hypo. solu. & Ludo. in l. si mora. §. quo ad quartum. ff. solu. matri. facit ad hoc, quia vbi est opus factum, verba non sufficiunt: Text. in c. j. de eo, qui mit. in pos. Matthe. in not. Bal. in prelu. feu. §. tertia diuisione. Facit ad hoc, quia qui non facit quod debet, non recipit quod oportet. Bal. qua. dom. proprie. feud. priuetur. Qualiter autem ista firma iuris fieri debet, dixi latius supra

in c. j. vbi tractavi materiam firmae iuris. Quaro, quid si vasallus acceperit castrum deterioratum, an postea possit petere pretium deteriorationis. Et quicquid dicat Barto. in l. qui sibi. §. qui Stichum. & Bald. in l. exhibitionis. C. ad exhibendum. Ego crederem quod posset peti, per hunc textum, cum dicat quod totum debet dominus restituere: alioquin non intelligeretur castrum plene redditum. Nam qui totum dicit, nil. excludit. l. a procuratore. C. man. cum simil. Si igitur non est plene redditum, sequitur quod dictum pretium peti potest. Quaro, quis veniat hic appellatione sui. vide tex. & ibi gl. in c. quicumque. de sent. excom. lib. vj. & in c. fi. de ver. obli. eo. lib. De deterioratione castri facta per vasallum, vide infra c. si vero. vbi de hoc dicam.

Quando non dicatur plena data potestas.



SI domino tenente potestatem, remanserit, vel venerit in termino castri absque voluntate domini ipse vasallus, seu aliquis, vel aliqui de ipsius familia, seu eius valitoribus, cum armis, vel sine armis, de mandato ipsius castellani: & si ipse vasallus, vel aliquis de familia sua, vel de suis valitoribus de mandato ipsius vasalli acceperit aliquid de redditibus castri, vel aliquid seruitium gratuitum, vel fortiatum acceperint ab hominibus ipsius castri domino tenente potestatem, non intelligetur vasallus plene dedisse potestatem, nec in istis casibus curret domino tempus decem dierum.

S Y M M A R I V M.

1. Vasallus tradita castri potestate domino, non debet remanere in ipsius termino. 4. 5.
2. Vasallus nec ipsius famuli cum armis in terminum castri venire debent, domino potestatem tenente.
3. Vasallus quando dominus castri potestatem tenet, nil

- debet de ipsius redditibus capere.
- 5 Vasallus de facto familiae suae tenetur.
 - 6 Reditus castri quando ad vasallum, & quando ad dominum pertineant.
 - 7 Domino feudi quando currere incipiat tempus datum ad tenendam castri potestatem.
 - 8 Verborum forma citra causam non negligenda.
 - 9 Dominus quando de familiae facto tenetur.
 - 10 Iura specialia ideo restringenda ne discrepent à iure communi.
 - 11 Vasallus sine culpa non punitur pro delicto familiae.
 - 12 Statutum an valeat, q. dominus ex familia tenetur.
 - 14 Vasallus famulos exhibens delinquentes an liberetur. Rationabiliter retrahitur, mandatoq. comparatur.
 - 15 Arma que propriè dicantur.
 - 16 Cultellus, quo scinditur penna scriptoria, aut etiam panis non venit armorum appellatione.
 - 17 Funda an ueniat armorum nomine.
 - 18 Armorum appellatione que comprehendantur.
 - 19 Fructus quis, quis redditus, & quis proventus, & quo ab inimicem differant.



I domino. Diuide istud capitulum in quatuor partes. In prima parte loquitur, quando vasallus, vel familia, aut valitores sui remanserint vel venerint in termino castri. In secunda parte loquitur, quando familia, vel valitores sui aliquid acceperint de redditibus castri. In tertia parte dicit, q. in dictis casibus non intelligitur plenà dedisse potestatem. In quarta parte, & vltima, q. non currit tempus decem dierum. Prima pars ibi, vsq. ad ver. & si ipse. Secunda pars ibi, vsq. ad ver. nō intelligitur. Tertia pars ibi, vsq. ad ver. nec istis. Quarta pars ibi, vsq. ad finē. Casus. Si vasallus, aut aliquis de familia, aut valitoribus suis remanserint, vel venerint in termino castri domino tenente illius potestatem, vel aliquid acceperint de redditibus illius, nō intelligitur plena data potestas, nec currit domino tempus decem dierum. h. d. Collige notabilia. † Not. primo quod vasallus, nec aliquis de familia sua, aut valitoribus suis, non debet remanere in termino castri post traditam domino potestatem. concor. supra c. si petita. & c. & recipiēdo. & c. si autem. vide quod in quolibet eorū dixi. Not. secundo, quod vasallus, nec aliquis, vel aliqui de eius familia, mandato ipsius non debent venire cum armis in termino castri, domino tenente potestatem. Concor. cum dicto capit. & recipiēdo.

milía, aut valitores sui, mandato ipsius, non debent aliquid accipere de redditibus dicti castri, quandiu dominus tenet illius potestatem: idem si vasallus ratificet, vel scit, & non prohibeat, si prohibere potest. vt dicā j. in quæstionibus. Not. quarto, q. si vasallus, vel aliquis, vel aliqui de eius familia, aut valitoribus suis mandato domini remanserint, vel venerint in termino dicti castri, domino tenente illius potestatem, vel aliquid de redditibus illius acceperint, nō intelligitur plena data potestas. concor. cum d. c. & recipiēdo. Not. quinto, quod in istis casibus nō currit domino tempus decem dierū. cōcor. c. & recipiēdo. † Not. sexto & vltimo, quod vasallus tenetur de facto familiae, & valitorum suorum. Concor. de prohi. feu. ali. per Fre. §. insuper. circa finem. & j. c. si minor. Et sic hīc habes tres casus, ex quibus non intelligitur plena data potestas, nec currit domino decem dies. Quando autem intelligatur plena data potestas per vasallum domino, vide quæ dixi in d. c. & recipiēdo. & ibi quādo dicti decem dies domino ad reddendam dictam potestatem currāt vel non. Expone literam. Potestatem. supple de castro, de quo illam dominus acceperit. Remanserit. scilicet vasallus. Absque voluntate domini. supple, vel nisi in proprio allodio, vt supra in c. ij. Ipse vasallus. supple remanserit, vel venerit. Casibus. scilicet q. remanserit, vel venerit in termino castri, vel aliquis, vel aliqui de familia ipsius, vel aliquid acceperit de redditibus castri decem dierum. supple infra quos, vel in decima die dominus tenetur vasallo reddere castrum, vt supra c. & finitū. vide quæ ibi dixi. Oppo. primo, de c. si petita. supra. vbi tantum loquitur, q. dominus non potest remanere in castro, vel termino, hīc verò adijcitur familia, & valitores sui. Sol. Intellige illud c. secundum istud: vel supple illud c. per istud, intantum † quod ipse vasallus, familia, & valitores sui non possunt post traditionem potestatis remanere in castro, vel termino. Et sic potius concordat, quam discordat. Nam nō est nouum, priores leges trahere ad posteriores. l. nō est nouum. cum seq. ff. de legi. Oppo. scđo, de d. c. si petita. vbi si vasallus habet allodiū in termino potest ibi remanere. Et ita sentit supra c. si autem. Sol. Ista est regula quod dominus, nec familia,

milía, aut valitores sui post traditam potestatem non possunt remanere in castro, vel termino, vt hīc: fallit si remanserint de voluntate domini, vel in proprio allodio ipsius vasalli, vt ibi. Item fallit, si in instrumento conuentionali sibi liceret, vt supra c. si autem. Oppo. tertio, supra de c. & recipiēdo. in fi. vbi tantum fit mentio quod vasallus non debet redire post datam potestatem intra terminos castri: hīc verò adijcitur de familia, & valitoribus suis. Solue vt dixi in prima oppositiōe. Et sic tu adde ad dictum c. & recipiēdo. † quod nec vasallus, nec familia, aut valitores sui post datam potestatem non possunt redire in termino dicti castri, vt hīc. Oppo. quarto, de eo quod dicit Bald. in feu. an agn. vel fil. vbi dicit quod dans feudum videtur dare cum omnibus fructibus. Item de eo quod dicit Bal. in pralu. feu. vbi dicit quod vasallus non solum habet vsum fructum, sed etiam vtile dominium: hīc verò dicit quod si vasallus aliquid acceperit de redditibus castri, non videtur plenam dedisse potestatem. Et sic sentit q. dicti redditus non pertinent vasallo, ex quo eos accipere non potest. Solutio. † Illud est regulare quod redditus dicti castri pertinent ad vasallum: fallit quando dominus tenet potestatem castri, vt hīc, & j. c. si castellanus. & c. consuetudo. lo primo. & sic habes text. quod dominus facit fructus suos durantibus decem diebus, per quos potest tenere potestatem castri. Item fallit quando dominus recipit partem de redditibus castri vel feudi: vt j. c. castellanus. Vide quæ de fructibus latius scripsi supra, in c. j. in q. quæro an dominus tenendo castrum faciat fructus suos. Vel dic quod illud est de iure communi, hīc verò de iure consuetudinario. Prius tamen mihi placet prima opinio: quia iurū correctio est vitanda: vt l. vnica. C. de inof. dona. & in c. cum expediat. de elect. lib. vj. Hoc tamen venit limitandum, nisi vltra dictos decem dies dominus propter guerram tenebit castrum: quia tunc vltra illos fructus colligere non potest. Ita dicit Iac. Calicij in vsatico, magnates. in quæstion. Quæro, quando dominus vltra decem dies. Vide quæ de hoc latius scribam infra c. si verò. in quæstio. quid econtra. Oppon. quinto de c. & recipiēdo. supra in fin. vbi dicit † quod tunc currunt domino decem

dies ad reddendum potestatem castri, cum plena, & absque impedimento fuerit data potestas. Sol. Hīc nō intelligitur data plena potestas, si vasallus cum familia & valitoribus remanserint in termino castri, vel redierit in eo, aut acceperit aliquid de redditibus: & sic nō currunt dicti decem dies, vt hīc. Si autem vasallus cum familia & valitoribus exiuerint castrum & terminum, & non redierint in eo, neque acceperint aliquid de dictis redditibus, & sic plenā dederint potestatem, tunc currunt dicti decem dies, vt ibi. Et sic intelliguntur dicta capitula, & cōcordantur. Quæro primò, quid si familia, vel valitores vasalli remanserint in termino castri, vel redierint in eo sine mandato illius, vel sine armis, tenente domino potestatem castri, nunquid sit idem, ac si de mandato vel cum armis? Et Bertrandus de Ceua, & Petrus desPeus, antiqui sapientes dicunt quod sic. Et idem dicunt in baילו castellani. Et pro hoc allegant infra c. si minor. Ego vero crederem contrarium. Nam tex. adijcitur istas qualitates, cum armis, de mandato: & sic à verbis ipsius recedi non debet. l. non aliter. ff. de lega. iij. l. j. §. is, qui nauem. ff. de exerci. Vide gloss. in c. ad audientiam. extra de deci. in verbo intelligem?. vbi dicit † quod à forma verborum sine certa causa non est recedendum. Verba enim aliquid operari debent. Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & l. prima. ff. quod vi aut clam. & in l. iij. §. prætor. de dam. infecti. capitu. pastoralis. de appellatio. Nam verba statuti vel legis cum effectu sunt intelligēda. Textus & ibi Angelus in l. si vehenda. ff. ad legem Rhodiam de iac. text. cum gloss. in capit. relatū. de cler. non resi. Prætereā si intellectus ipsorum doctorum esset verus, exorbitaret à iure communi. † Nam dominus non tenetur de facto familiae, nisi mandat, vel ratificet, vel non prohibeat, si potest, aut propter officium, secundum Ioannem Fab. Institu. de obliga. quæ ex quasi delicto §. exercitor. & gloss. c. cum sedem. de restitutio. spoliato. in verbo, interdictionum. Bartolus & Ludouicus in l. prima §. familiae. ff. de publica. & Baldus in rubrica. C. de poena iud. qui male iudi. & in l. obserua re §. proficisci. ff. de officio proconsu. & lega. Quando enim aliquid videtur à iure communi discrepare, reducendum est, si

fieri potest, ad ius commune: vt legitur & notatur de consue. capitulo cum dilectus. in gloss. similem. & ibi Hostien. in verbo, nec iuri. Contra ius enim naturale esset quod vasallus ex facto, aut delicto familiae, seu valitorum cessantibus praedictis teneretur, vt expressè dicit textus in l. prima. C. vt nullus ex vica. libro vndecimo. ad quod. C. de omni agro deser. l. hac diffinitione. eodem libro. & in l. prima. C. de exact. tribu. libro decimo. & in authent. vt nulli iudi. §. quoniam verò. in glossa super verbo, vicis. Debet ergo dicta consuetudo intelligi prout iacet, & opinio doctorum doctorum restringi secundum ipsam, ne discreparet à iure communi. ¶ Nam specialia iura à iure communi discrepantia debent ita restringi, secundum Gem. in cap. primo. de fil. presbyte. libro sexto. in verbo Restrungi. Facit ad hoc quod dispositio legis non debet esse frustratoria. l. v. ff. de capti. & postlimi. reuer. nec debet esse ludibrio. l. finali. §. non autem. C. de bonis quæ liberis. & consequenter nisi dominus probaret aliquas qualitates ex praemissis interuenisse, vt puta mandatum, ratificatio, scientia cum non prohibitione, non noceret vasallo. Nam vbi lex vel statutum adijcit qualitatem disposito, ille, qui agit virtute illius, debet probare clarè dispositum, & qualitates illius, secundum glossam. & Gem. in capitulo venerabili. de senten. excommunicata. libro sexto, in verbo Postquam. Quoties igitur aliqua qualitas est causa productiua alicuius effectus, illud debet allegari, & subsequenter probari, secundum Iacobum Butri. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisda. cogan. Vbi enim in statuto in impositione poenae enumerantur plura prohibita, & vltimo prohibito qualitas adiungitur, illa qualitas restringens refertur ad omnia enumerata, secundum Gem. in c. electionibus. §. nulli. de election. libro sexto. Cessante ergo qualitate, cessat constitutio: vt est gloss. in clem. j. de vita & honesta. cle. in verbo, publici. Sic in proposito, si dictæ qualitates, ex quibus dominus secundum dispositionem iuris tenetur de facto aut delicto familiae cessant, non tenetur ipse vasallus: & consequenter non est vera opinio ipsorum doc. ¶ Si enim vera esset ipsa opinio quod vasallus teneretur cessantibus qualitatib⁹

praedictis, iam sequeretur quod vasallus puniretur sine culpa pro facto, aut delicto familiae, quod ius prohibet: cum poenae suos debeant tenere autores. l. sancimus. C. de poenis. Facit ad hoc argumen. à contrario sensu, quod est fortissimum in iure. l. prima. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. Dicit enim hic, de mandato ipsius vasalli: ergo à contrario sensu, si sine mandato domini aliquid acceperint, non tenentur. Qui contrarius sensus pro vsatico debet accipi, secundum Iacobum Calicij in vsatico, magnates. Nec obstat quod dicit Bartol. in l. de pupillo. §. si quis. vbi dicit quod metus, aut aliud delictum commissum à familia, & domesticis, praesumitur commissum voluntate & scientia domini. Et idem voluit in l. prima. §. si quis tamen. ff. quod vi aut clam. quia Baldus indistinctè voluit contrarium in l. prima. ad finem. C. de episc. & cler. & in l. ad inuidiam. C. quod metus causa. sed Ludo. in dicto. §. si quis. concordando dictas opiniones dicit, quod aut contra dominum vltra famulatum & domesticitatem subest aliqua alia praesumptio: & tunc verum dicit Bartol. Aut nulla alia praesumptio contra dominum est: & tunc verum dicit Bald. Opinio verò Bertrandi de Ceua & Petri des Peus potest saluari. ¶ Primò si dominus potest prohibere, & non prohibet: quia tunc ipse tenetur ac si mandasset: vt est text. in l. in omnibus. ff. de noxa. actio. cum concord. in gloss. & in glo. l. secunda. §. is. in verbo, prohibuerit. eodem tit. & Ioã. Fab. vbi supra. Secundò potest sustineri eorum opinio, si ex introitu dictæ familiae, vel valitorum eiusdem vasalli in termino castri, aut ex receptione dictorum fructuum aliquid peruenerit ad vasallum, secundum glossam in capi. cum ad sedem. de restitutione spoliato. & Ludo. in dicto. §. fin. quod verum est, si immediatè ad dominum perueniat ab ipsa familia vel valitoribus suis: si autem ab alio, nullo modo tenetur vasallus; secundum Innocentium in dicto capitulo cum ad sedem. & Ludouicus vbi supra. Tertio potest sustineri dicta opinio, vltra famulatum aut domesticitatem subest aliqua alia praesumptio, secundum Ludouicum, in dicto §. si quis. ¶ Quid enim si consuetudo dispositisset, quod vasallus teneretur, si familia, aut valitores eius introirent terminos castri,

castri, vel accepissent aliquid de redditibus eiusdem, cessantibus qualitatibus praedictis, ex quibus vasallus de iure tenetur, an ista consuetudo teneret? Ista quaestio reincident in illam quaestio. an valeat statutum, quod vult dominum teneri ex delicto familiaris? Et Bartolus & Ludouic. in dicto. §. familiae. dicunt quod sic. Et est ratio, vt caueant domini à retinendo iniquos famulos. Quod tamen intelligendum est secundum Ludouicum. ibi, In casu, quo famulus, dum est in famulatu, committit delictum. Secus si antè quàm esset famulus, vel post committat: quia tunc non habet locum statutum. Et hoc firmat Baldus in l. Titius. ff. de testamen. mil. ¶ Quæro, nunquid si vasallus exhiberet famulos, vel valitores suos, an liberaretur? Bartolus, & Ludouicus in dicto. §. familiae. dicunt quod sic. Ego verò in hoc dubitarem: quia text. dicit quod non videtur plena data potestas. Dicas igitur, quod supposito quod opinio Bertrandi de Ceua, & Petri des Peus esset vera, quod sine mandato teneretur vasallus, quod tunc exhibendo familiam vel valitores liberaretur: & in illo casu esset vera opinio Bartoli & Ludouici. Si autem expressè mandatum praecessisset, tunc non intelligeretur plena data potestas, etiam quod illos exhibuisset. Nam ex mandato tam vasallus quàm familia, & valitores tenentur. gloss. & ibi Angelus Areti. institui. de actio. §. poenales. vel cum dominus sciuit, & non prohibuit, cum prohibere posset: quia dominus insolidum tenetur, argumento. l. si seruus. cum l. sequ. ff. de noxa. Vel cum ratum habuit si nomine suo id gestum sit: quia rati habitio retro trahitur, & mandato comparatur: vt in regula iuris. Vel si est aliqua praesumptio contra dominum de mandato aut alijs praemissis, secundum opin. Ludo. vbi supra. Non enim in his casibus exhibitio familiae vel valitorum liberat vasallum: quia tenetur ex delicto proprio, secundum not. per Cy. Bal. & Salice. in l. non ideo minus. C. de accus. Quæro, iuxta text. quid continetur appellatione armorum? Et scire debes, quod appellatione armorum non solum arma ferrea & fustes, & lapides continentur, sed etiam omne id, quod est aptum ad nocendū: vt est text. in l. secunda. ff. de vi & vi arma. &

l. armatos. ff. ad legem Iuli. de vi pub. l. armorum. ff. de verb. signi. Sed tamen tu aduertas quod licet appellatione armorum lapides, & fustes continentur, vt dictis iuribus, tamè secundū Ang. in l. si de pignore. §. furem. ff. de fur. & Ludo. in l. j. §. occisorum. ff. ad Sill. Ang. Aret. insti. de interdic. §. recuperandæ. & Andrae. de Sicil. in tracta. Cardinalium. circa finem. Impropriè dicuntur arma. Ex quo sequitur, secundū eos, quod si lege municipali fieret mentio de violentia cum armis, quod fustes, lapides, & tela non comprehenduntur, quoniam propriè non sunt arma: vt est glo. singularis in cle. monasteriorum. de fra. mo. in verbo arma. sed statutū debet verificari in verbis proprijs: vt l. cōstitutionibus. ff. ad municip. & ita assumitur hic. ¶ Aduerte, quia licet temperatorium, vel cultellinus aptus ad incidendum panem sit de ferro, non tamen dicuntur contineri appellatione armorum: vt est glo. fin. in authen. de armis. §. fin. Et ita dicunt dicti doctores in locis praallegatis. Ex quo sequitur quod si punirentur portantes arma, non debet puniri scholaris, qui portat moderatorium pro pennis, nec rusticus, qui portat gladium pro incidendo panem. Tu adde ad praedicta quod si vasallus, familia, aut valitores portarent arma defendibilia, non videntur contineri appellatione armorum, secundum Bar. in l. j. §. j. ad leg. Iul. de vi pub. & alios doctores in dictis locis. Adde Bar. in l. pediculus. §. argento. ff. de aur. & argen. leg. vbi dicit, statuto cauetur quod portantes arma offendibilia & defendibilia, quod tunc inspicitur consuetudo, ad quem actū quis vitur illis armis. Ita etiam dicit idē Bart. in l. j. ff. de vi pu. ¶ An autem appellatione armorum veniant fundæ: dic quod sic secundum Ange. in l. iij. §. j. ff. de vi & vi. ar. & talibus fuit vsus Dauid cōtra Goliath, secundum eum ibi. Idem dicit quod appellatione armorum continentur omnes res aptæ ad nocendum. Secus si naturaliter sunt inuenta ad alium vsus, secundum eum ibi. Vbi dicit ita se in questione facti vidisse, in percussione cum pane, & cum sanguinis effusione in extrahentē caponē de manibus alterius. Nā neutrum illorum est inuentum ad nocendū, & ideo non videtur facta violentia cum armis. Facit quod dicit idem Ang. in l. armatos. ff. de vi pu. ¶ quod illa

dicuntur contineri appellatione armorum, quæ inuenta sunt ad nocendum. Et pro declaratione huius dicti vide eundem Angelum in dicto §. furem. vbi dicit quod appellatione armorum veniunt illa, quæ secundum ordinationem naturæ sunt inuenta ad nocendum: aliàs modica sunt, quæ nocere non possunt. Tu autem quo ad hoc capitulum tene quod superius dixi. Quæro ulterius iuxta textum, quæ differentia sit inter fructus, redditus, & proventus. Nam hîc, & in c. castellanus. infra fit mentio de redditibus: & infra in capitu. si castellanus. & capitu. consuetudo. lo pri mo. fit mentio de fructibus. Et dicit quod fructus propriè sumpto vocabulo ille est, qui casus renascitur: vt est textus. & ibi Ludouicus in l. diuortio. §. si fundum. ff. de luto matrimonio. Redditus etiam idem, sed magis generalis est eius applicatio in hoc tantum, quod quamuis partus ancillæ non veniat appellatione fructuum, vt in l. in pecudum. ff. de vsuris. institut. de re. diu. §. partus. cum simi. tamen venit appellatione redditus: vt in l. Paulus respondit. §. j. ff. de vsur. & l. deducta. §. hæreditatem. cum ibi nota. ff. ad Trebelliam. Canonistæ habent gloss. in capitulo generali. de electio. libro sexto. Ponunt moderniores in capitulo. si propter tua. de rescript. eodem libro. Verbum proventus, idem, sed eius appellatio generalissima est omnibus generaliter. De quo quidem verbo Legistæ habent tres textus. Vnum in l. magis puto. §. non passim. ff. de re. eor. qui sub tutela. Alium in l. vsusfructus. de vsufu. leg. & in l. j. ff. de exercit. secundum Ludouic. vbi supra. Innocen. verò in capitu. pastoralis. de dona. dicit verbum Proventus, luca vndecunque prouenientia includere. Tu autem pro hoc quid contineatur appellatione redditus, vide Gemina, in dicto capitu. generali. in verbo Redditus. & in c. grandi. de supp. neg. prælat. eodem libro. & Bald. in l. cohæredibus. C. fami. ercisc. Et de differentia inter fructus & redditus, gloss. secundum Nico. in cle. monasteriorum. de re eccle. non ali. in verbo redditus.

De expensis custodum restituendis domino.



N Tē si vafallus plenariè non restituerit domino expensas, quas fecit in custodibus positus in castro, ipse dominus potest hæc omnia supra dicta petere à vafallo priusquam restituat ei castrum. Et hoc verum est, si dominus recepta potestate non inuenit in castro, vel eius termino aliqua bona ipsius castellani, de quibus faceret in custodiendo ipsum castrum expensas. Et ideo si non inuenitur tunc alia bonamobilia ipsius castellani, de quibus possunt sibi facere expensas dominus & custodes sui, tenetur castellanus restituere expensas anteq̃ dominus restituat ei castrum. Et si vafallus dixerit fore nimium expensum in custodibus, pro eo quia non erant tot custodes necessarii ad custodiendum castrum: tunc arbitrio boni viri soluuntur expensæ, qui considerabit & attendet si castrum fuerit magnum: vel si vafallus ille habuerit inimicos tempore, quo perpenduntur quot custodes sunt necessarii in custodia ipsius castri: considerabitur etiam vsus terræ quantum datur vni homini in die pro victu ipsius hominis: & secundum hoc taxabuntur expensæ.

S P M M A R I V M.

- 1 Item, dictio continuationem inducit.
- 2 Castrum, domino tenente potestatem, vafalli expensis custoditur.
- 3 Dominus vafallo castrum restituere non tenetur, nisi prius receptis expensis.
- 4 Dominus habens castrum potestatem, potest de bonis vafalli ibi inuentis expensas facere.
- 5 Dñs pro expensis custodum potest castrum retinere.
- 6 Dñs quibus casibus castrum vafallo restituere nõ tenetur.
- 7 Lex quandoque interpretationem sumit à consuetudine.
- 8 Legis dicta in uno capite, quando in sequenti repetita censentur.

Vafallus

- 10 Vafallus quanto tempore expensas custodum castri solvere tenetur.
- 11 Dominus castri potestatem reddere non tenetur, nisi requisitus.
- 12 Possessor malæ fidei ex fructibus perceptis impensas pro eisdem querendis factas deducere potest.
- 13 Vafallus an recuperet feudum absque satisfactione expensarum.
- 14 Vafallus inferior an teneatur soluere domino medio, quas medius soluat superiori.
- 15 Dominus restituens vafallo castri potestatem sine restitutione expensarum, an postea illas petere possit.
- 16 Argumentum à contrario sensu quo casu non valeat.
- 17 Salaria custodum castri an veniant nomine expensarum.
- 18 Dominus qualiter dicatur nimium expendisse.
- 19 Vir bonus quis dicatur.
- 20 Arbitrium quid sit.
- 21 Officium boni viri quod sit.
- 22 Cognitio causa requiritur, ubi aliquid iudicis arbitrio committitur.
- 23 Appellari an possit ab arbitrio boni viri.
- 24 Dominus an teneatur probare expensas factas pro castri custodia.
- 25 Dominus petens expensas quid probare debeat.
- 26 Iuramento domini in quibus stare debeat.



I Tem vafallus si. Istud c. continuatur cũ precedenti. Nam est dictio itē, quæ inducit continuationem propter perfectionem orationis, secundum ea, quæ dixi superius in c. & finitis. Item tenendo opinionem Bar. ibi recitatam. Et istud c. diuiditur in quatuor partes. In prima parte dicit qualiter succurratur domino ad recuperandum expensas, quas soluit custodibus castri, vel id, quod vafallus aut familia, vel valitores sui receperint de redditibus castri de quo data fuit potestas, si bona vafalli in termino non inuenit. In secunda parte dicit qualiter vafallus teneatur domino restituere dictas expensas, & redditus receptos. In tertia parte dicit qualiter soluuntur expensæ, quando vafallus dicit dominum nimium expendisse. In quarta parte, & vltima dicit qualiter bonus vir taxabit dictas expensas. Prima pars incipit ibi: Item si vafallus, vsque ad versicu. & idem. Secunda pars ibi, vsque ad ver. & si vafallus. Tertia pars ibi, vsque ad ver. tunc arbitrio. Quarta pars ibi, vsque ad finem. Casus. Vafallus tenetur restituere domino expensas, quas fecit in custodia castri, si dominus non inuenit in castro, vel eius termino bona

na ipsius vafalli, ex quibus dictas expensas faciat, & etiam id, quod ipse, vel familia, aut valitores sui acceperint de redditibus ipsius castri, antequam dominus castrum restituere teneatur: & qualiter ipse expensæ taxabuntur, si vafallus dicit nimium in ipsa custodia expendisse, hîc habetur. hoc dicit. Collige notabilia. Nota primò quod expensis vafalli castrum custodiri debet tenente domino illius potestatem. concordat supra capitulo. & si dominus. Nota secundò, quod dominus potest petere à vafallo dictas expensas, fallit vt scribam. j. in quæstio. quid econtra c. si verò. Ex quo infertur quod dominus habet actionem pro ipsis expensis, nam ibi est verbum Petere, quod adaptatur ad actiones personales secundum Pet. Jac. in libell. tit. de consti. pecu. §. Item. & est nomen generale secundum cum tit. de peti. hære. Not. tertio. In verbis. Et omnia supradicta, quod vafallus tenetur restituere domino, id quod ipse, vel familia, aut valitores sui receperint de redditibus castri. Repete hîc quæ supra proximè dixi, vbi inter alia notavi quod ibi est casus quod dominus, dum detinet castrum, facit fructus suos. Et etiam de hoc est tex. hîc. j. No. iij. quod dominus non tenetur restituere castrum vafallo, anteq̃ vafallus expensas, & id quod receperit de dictis redditibus, domino restituat. concord. quo ad ipsas expensas cum vsati. magnates. & vsatico, si quis contradixerit. & vsatico, potestatem. ex quibus colligitur vnus casus, in quo dñs habet retentionē castri. Et pro concordantia huius notabilis adde l. si in area. §. si. ff. de condi. in debi. & de excep. do. li. l. Paul. & vide Lud. in l. si filio fa. ver. fallit quartò. ff. sol. matr. vbi dicit quod facultas retentionis propter impensas iure factas nondum conceditur aduersus eum, à quo impensas faciens causam tenendæ & possidendæ rei habuit. vt in l. si necessarias. ff. de pignor. actioni. & d. l. si in area. sed etiam aduersus tertium ab illo impensam faciente repetentem: vt in l. qui in iure. §. finali. ff. de furtis. vbi est casus valde notabilis.

Nota quintò, quod si dominus inuenit in castro, vel eius termino bona vafalli, quod de illius bonis potest dictas facere expensas. Concordat supra cap. & si dominus. Et sic hîc est casus quod vafallus non tenetur extrahere res suas à termino castri vide

vide quæ super hoc latius scripsi in c. & si petita. Nota sextò quòd vasallus potest obijcere & impugnare dictas expensas, si fuerint nimis excessiue. No. septimò quòd si vasallus impugnaverit dictas expensas propter illarum excessum, q̄ ipse expensæ veniunt exsoluendæ arbitrio boni viri. De isto arbitrio vide infra in c. si aliquis dominus. Not. octauò qualiter bonus vir taxabit ipsas expensas. concord. l. domus. ff. de leg. j. & l. in fundo. ff. de rei vend. ¶ Not. non quòd dominus pro expensis custodum, & pro redditibus castri receptis habet actionem ad illas petendas, & retentionem castri. vide Bal. in l. in hoc. ff. communi diui. vbi habet quando datur actio vel retentio pro expensis. Not. x. & vltimò quòd in taxatione expensarum consideratur consuetudo terræ. Vide Bart. in l. super C. de iur. fisc. & Ludou. in l. quicumq̄. ff. si cer. peta. vbi dicunt quòd in prestatis expensis seruanda est consuetudo. Adde Ioã. Fab. in situ. de pœna te. litig. vbi dicit q̄ expensæ debent solui secundum qualitatem casus, & personarum, ac cõsuetudinem. Expone literam. Domino. supple dum tenet castri potestatem. Hæc scilicet expensas. Et omnia supradicta. scilicet id, quod vasallus receperit de redditibus dicti castri, aut familia, vel valitores eiusdẽ: quia istud. c. est continuatum cũ præcedenti, vt superius dixi. De effectu istorũ verborũ, omnia, & singula: glo. in c. vt circa. de elec. libr. vj. & Ludo. in l. si vero. §. de viro. ff. solu. matri. in xxxj. fallen. versu. xij. Castrum supple, de quo dñs accipit potestatem. Et hoc verum, scilicet quòd potest petere dictas expensas & redditus receptos. Receptur. supple dictas expensas, & etiam dictos redditus receptos. Bona scilicet mobilia, vt infra declaratur. Tunc scilicet cũ dominus detinet potestatem castri, vel tunc cũ est locus restitutioni ipsius. Nimium, id est, nimis, vel valde. Nam ponitur argumentatiue secundum gloss. in l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio. Custodibus. supple qui custodierunt dictum castrum. Tunc, scilicet cũ vasallus allegat excessum dictarum expensarum. Boni viri, id est, iudicis, vt dicam infra. in quæstionibus. Soluentur, id est, restituentur. Qui scilicet bonus vir. Considerabit, & attendet supple. In examinatione, & taxatione expensarum. Magnũ, supple ita quòd ma-

ior numerus custodum requireretur propter quæ. scilicet magnitudinem castri, vel inimicos dñi. Et secundũ hoc. scilicet ipsas considerationes. Facit pro hoc tex. in l. inter quos. §. in æstimando. ff. de dam. infect. ¶ Ex præmissis collige duos casus, ex quibus dominus non tenetur restituere castrum, scilicet si vasallus non restituit domino expensas custodum, vel id, quod ipse, vel familia, aut valitores sui receperint de redditibus castri. Adde Guliel. de Vallesicha in vfatico, magnates. vbi dicit: Et nota quòd dominus potest retinere castrum quousq̄ vasallus domino restituerit sumptus, quos dominus fecit in custodia castri tenendo potestatem: & hoc siue potestas data fuerit simpliciter, siue ob causam: vt sentit principũ dicti vfatici vsq̄ ad ver. si autem. Et sic dicit quòd in versu ipsius vfatici etiam de restitutione sumptuum intellexisse videtur: vt l. quæsitũ. §. idem respondit. ff. de fun. instru. cum ibi notatis in glo. tempore guerræ excepto, vt in fi. ipsius vfatici habetur. Adde quæ latius de hoc scripsi supra in c. j. & scribam infra. in c. si vero. in q. quid econtra. Expósito textu veniamus ad oppositiones. Et primò oppo. de fine vfatici, magnates, vbi habetur q̄ si potestas castri aliter, id est propter aliam causam, quam contradictionis firmæ iuris datur, non fit restitutio expensarum: quia vfaticus ipse solũ in principio disponit quòd dominus potest retinere castrum pro expensis custodum recuperandis in casu, quo potestas castri accipitur propter eã, quia vasallus cõtendit firmare directum domino. Et in fine ipsius vfatici nil de ipsis expensis dicere videtur. Et si cõditor ipsius vfatici id voluisset, illud expresse dixisset, capitu. ad audientiam. de deci. Solut. Dic quòd dictus vfaticus in fi. recipit supplementationem ab isto capitu. quod generaliter loquitur, & sic generaliter debet intelligi. l. j. §. generaliter. ff. de lega. præst. cum simi. Nõ enim istud. c. distinguit an ob causam sit data potestas, vel simpliciter, sed indistincte loquitur q̄ debet fieri restitutio expensarũ: & sic nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de publi. Vel dic q̄ ille vfaticus interpretatur ab isto c. ¶ Nam lex interpretatur à consuetudine, secundũ Ang. in l. scripturæ. §. si de interpretatione. ff. de legi. c. cũ dilectus. extra de cõsue. Vel dic quòd

Vel dic quòd etiã si conditor dicti vfatici, nil dixerit de ipsis expensis, videtur in fine repetisse, & intellexisse de ipsis expensis restituendis ante restitutionem potestatis. Et ita intellexit Guliel. de Vallesicha dictum vfaticum ibi, vt superius in notabilibus reuli. Et pro eius opinione facit quòd ea, quæ in præfationibus dicuntur, in subsequentibus repetita videntur. Text. glo. & Bar. in l. j. C. de diuer. rescrip. & in l. si quis ita. §. Chryfogonus. ff. de verbo. obligatio. finis verò dicti vfatici quo ad ipsas expensas est imperfectus, & sic ex præcedentibus venit perficiendus. l. cum pater. §. cum nuper. ff. de lega. ij. Maioris enim efficacitẽ est clausula præcedens ad determinandum sequentia, quam sit clausula sequens ad determinandũ præcedentia, secundum Matthæ. in cliij. notabil. Tu autem pro solutione huius contrarij sic dicas secundum Bartol. in l. prætor. §. eritq̄ hæc differentia. ¶ Vtrum dicta in vno capitulo legis videantur repetita in sequenti: Aut est vna lex habens plura capitula, aut sunt plures leges separate, & distincte. Primo casu aut quæris de his, quæ pertinent ad facti narrationem, aut de his, quæ pertinent ad iuris dispositionem. Primo casu aut illa plura capitula inferuntur sub diuersis orationibus, & non intelliguntur repetita in sequentibus: vt l. ij. in princip. ff. vi bono. rauto. & d. §. erit. Aut inferuntur sub eadem oratione: & intelliguntur repetita: vt l. j. in principi. coniuncta. l. ij. §. ait prætor. ff. de iniurijs. & l. Seia. §. Caio. ff. de fun. instruc. Secundo casu quando quæritur de his, quæ pertinent ad iuris dispositionem: & tunc aut dicta in præcedentibus sunt contra ius commune, & exorbitant à iure communi: & non intelliguntur repetita in sequentibus. argu. de hoc l. vxori. §. vxor. de lega. iij. & quod not. in l. talis scriptura. in fi. de lega. j. facit extra de reg. iur. c. ea, quæ. lib. vj. & l. quod verò. & l. de his. ff. de legi. ¶ Si verò nõ exorbitant à iure communi: & tunc aut quæris vtrum videantur repetita in sequenti cap. & intelligitur repetitum: vt l. quemadmodum. in fi. ff. ad leg. Aquil. insti. eo. ti. §. cum autem. & de adul. l. marito. §. hoc autem. Et ita est hinc: & fortius, quia iure consuetudinario interpretatur per tex. huius. c. Aut quæris vtrum intelligatur in alijs capitulis distantibus mediantibus alijs plu-

ribus capitulis: & non intelligitur repetitum: vt institut. de re. diui. §. Item lapilli. & ibi not. per gloss. Secundo casu principali, quãdo sunt diuersæ leges, & c. vide Flo. in d. l. quemadmodum. §. fina. & Ange. Aret. instit. ad legem Aquil. §. capite. Ex ista igitur distinctione habes materiam clarã, quòd id, quod dicitur in principio dicti vfatici de expensis custodum castri restituendis ante restitutionem potestatis illius videtur repetitum in sequenti capitulo, siue oratione, aut §. Sin autem, ex quo non est exorbitans à iure communi: ideo per text. huius. c. iure consuetudinario approbatur & declaratur: vt prædixi. Et cum hoc potius concordat, q̄ discordet. Vel dic secundũ Gul. de Vallesicha in vfatico potestatem, ¶ q̄ intra decẽ dies quibus dominus tenet per se vel per aliũ potestatem feudũ, vasallus tenet soluere salaria custodũ: post lapsum verò decẽ dierũ est distinguendũ: quia aut fuit in mora vasallus petendi sibi restitui potestatem, aut nõ. Primo casu debet & tenetur soluere dictus vasallus salaria custodũ: quia in culpa fuit vasallus in non repetendo potestatem: aliàs dñs non tenetur deferere potestatem: vt supra. c. & finitis. præsertim cũ potestas sit apprehensa culpa, seu facta vasalli: quia vendidit, impignorauit, seu obligauit feudum domino irrequisito: vt in vfatico, si quis suum feudum: quoniam tunc expensæ custodum sunt per vasallum soluendæ, iuxta iuris regulam damnũ, quod quis sua culpa sentit. Secundo casu non tenetur dicta salaria soluere: quia non fuit in mora petendi sibi reddi potestatem: & sic culpa sibi impingi non potest: ideo tunc dominus habebit soluere sua salaria. Et prædicta intellige, si potestas fuit recepta ratione recognitionis, vel alio iure permisso, excepto in casu, quo recipitur potestas ratione violentiæ: quoniam tunc secundum verã opinionem dominus tenetur ad salaria custodum: & debent dari quatuordecim denarij pro quolibet die cuiuslibet custodum. Et ita fuit iudicatum, & taxatum per dominum Regem in castro de Blanis, secundum ipsum Guliel. prout ipse refert in dicto vfatico. Tu adde ad ea, quæ dicit Gul. ¶ q̄ dñs, nisi requirat, non tenetur deferere potestatem. Nam requisitio est de substantia: & sic nõ sufficit q̄ dñs sciat se post decem dies castrũ debere restitui:

restitui: quia requiritur quod primo sit requisitus, aliàs restituere non tenetur. Et pro hoc facit quod dicit Bald. de allodijs, in verbo Comiti. quod ubi monitio est de substantia, sola scientia non sufficit. Non enim necessaria est oblatio domini, non procedente interpellatione. Nam dicit Bal. in feudis, an ille, qui interfe. fra. dñi sui non cogitur. quod ad evitandam interpellationem seu praeueniendam, non est necessaria oblatio quae ei, qui non vult aliquid consequi, sed ius quaesitum conseruare, non imminet ius offerendi, secundum Bal. si de feu. defun. m. §. licet. Sic in proposito dominus non habet ex his ius assequi, & sic offerre non tenetur. Facit pro hoc quod si testator mandauit haeredi quod sub certa poena praestaret patrociniū Titio, quod haeres non tenetur praestare, nisi requiratur secundum Bald. in l. j. C. de his, qui poe. no. in lectura antiqua. Allegat. l. ij. §. j. ff. quorum leg. Et sic si vassallus fuit negligens in requirendo dominum finitis dictis decem diebus, eius negligentia sibi nociva esse debet in soluendo salaria dictorum custodum: aliàs dominus castrum restituere non tenetur. Et ideo sequor opinionem ipsius Gulii. Oppo. ij. de l. cum quaerere §. praedijs. ff. de leg. ij. vbi dicitur quod impensa, quae fit ad custodiā edificijs, ex quo percipiendus est fructus, dicitur facta gratia fructuum percipiendorum, non tamē gratia culturae. Et sic in proposito, ex quo dominus tenendo potestatem castrum facit fructus suos, de ipsis fructibus expensas custodiāe solvere tenetur: quia illas deducere non potest: cum censeatur ipsa impensa custodiāe gratia fructuum percipiendorum facta. Sol. Illud est de iure communis, istud verò de iure consuetudinario Cathalonico. Haec solutio non est bona: quia iurium correctio est vitanda: vt l. j. C. de inoffi. do. Dic ergo secundum Lud. in l. diuortio. ff. sol. ma. §. interdum. & Bal. in l. j. C. de fruct. & lit. expen. quod primo considerandus est tex. in l. si a domino §. fructus. ff. de peti. har. ¶ dicens male fidei possessorem ex fructibus perceptis deducere posse impensas factas gratia fructuum quaerendorum: vt l. si ita. in fi. de fun. instr. Igitur &c. Secundò non est dubium quod impensa facta gratia custodiāe dicitur facta gratia conseruationis: vt l. instrumēta. in fi. & l. quaesitum §. saltuarium. ff. de fun. instruc. sed impensa facta gratia conseruationis potest deduci. Igitur &c. Tertiò vide

in d. §. interdum. & l. penul. de impen. in reb. do. fac. quod impensa per maritum facta pro custodia edificijs, dicitur facta gratia quaerendorum fructuum: & sic non obstat §. praedijs. quia quauis ea, quae pertinent ad custodiam fundi, non dicantur pertinere ad eius culturam, vt ibi est tex. tamē sufficit quod pertineant ad fructus quaerendos, seu conseruandos, ad hoc vt possit deductio fieri: vt in d. §. fructus. Et haec est veritas, quam tenent doctores praedicti in locis supradictis allegando authoritatē Spec. licet Bar. in d. §. praedijs: teneat contrarium, & non bene. Vel dic saluando Bar. quod speciale est in potestate castrum feudalium. Nam natura feudi multas habet singularitates à consuetudine introductas, secundum Bal. in praelud. feu. §. prima diuisio. Tene secundam, & tertiam solutiones, quae plus mihi placent quam prima. Et adde hic quae dixi supra. in c. si dominus. in oppositiōibus. Oppo. tertio quod vassallus non teneatur restituere domino suo expensas, quas ipse fecit in custodia castrum, tenendo illius potestatem: vt in c. j. de mili. & vafal. qui contumax. vbi adijcitur simpliciter quod vassallo intra dominum venienti est restituenda possessio feudalium, nullam mentionem de expensis faciendo. Sol. intelligo text. d. c. j. quod restituatur possessio feudi ipsi vassallo venienti intra annum, facta prius per ipsum vassallum ipsi domino satisfactione expensarum iuxta authenticam, ei qui. C. de bo. authen. iud. possi. & ita videtur sentire glo. ordinaria in d. c. j. & sic potius dicitur. c. concordat cum isto, quam discordat. Et istam solutionem dat Iaco. Calicij in quinta oppo. vfatice, magnates. Oppo. 13 quarto ad idem ¶ quod vassallus firmando directum recuperat feudum imperatum absque satisfactione expensarum: vt in vfatice, si quis suum feudum, circa finem. Solu. ille vfatice loquitur, quando feudum fuit realiter imperatum, & in vim ipsius impera realis fuit apprehensum, & propter ipsam impera fuerint factae impense. hic verò loquitur de impensis factis propter apprehensam potestatem castrum in illius custodia. Quare dicas quod casus est diuersus, vel non aduersus. Vel dicas secundum Iac. Calicij in vfatice. magnates. in vj. oppo. quod dictus vfatice circa finem intelligitur iuxta hoc. c. & vfat. magnates, quod vltra emendationem ibi exprefatam

fatam vassallus habet satisfacere expensas domino propter imperamentum factas. Haec solutio. dicit quod non est bona: quoniam dictus vfatice, si quis suum. in fin. est poenalis, & sic est restringendus, & non ampliandus: vt l. cum quidam. ff. delib. & posthu. & in c. o dia. de regu. iur. Et secundum dictam solutionem dictus vfatice. ampliaretur, & eius poena. Quare dat aliam solutionem quod in casu dicti vfatice. si quis. fuit imperatum feudum propter denegationem seruitij à vassallo domino factam: & sic vult dicere quod speciale est in illo casu quod non restituuntur dictae expensae. Ego verò semper tenerem primam solutionem, quod istud cap. loquitur in alio casu, quam dictus vfatice, & sic non contradicit dicto vfatice. Et secundum dictam solutionem nulla erit specialitas, nec fieret restrictio ipsius vfatice in illo casu, nec correctio huius. c. cum legum correctio sit vitanda: vt l. j. C. de inof. do. ¶ Quero primo, in castro sunt duo, vel plures castellani vnus post alium: petita fuit potestas à domino superiori vassallo suo immediato, & ipse vassallus petit eam inferiori suo vassallo, iuxta formam. c. si duo, vel tres. infra. & vassallus inferior dat potestatem castrum domino suo impera, ipse dominus medius dat potestatem superiori, nunquid inferior tenebitur solvere expensas ratione custodiae castrum ipsi domino medio, qui eas tenetur praestare domino superiori, qui fecerat dictas expensas. Et videtur quod non, per hanc literam: quia cum dominus medius nullas fecerit expensas in custodia castrum, & ipsas fecerit dominus superior nomine proprio, & non nomine medij domini: ergo non videtur quod dominus medius ipsas expensas petere possit: quia eas non fecit in custodia castrum. Et hoc tenuerunt Arnaldus de Moraria & Bertradius de Ceua antiqui sapientes. ¶ Ego verò sic dicerem, aut dominus medius tenuit potestatem illam per decem dies vel minus, ante quam illam dederit domino superiori, & infra illos posuerit in dicto castro aliquos custodes: & tunc ipse vassallus inferior tenetur solvere dicto domino medio dictas expensas. Casus est hic, vbi est dictio vassallus, quae ponitur indefinite, & aequipollet vniuersali, & sic comprehendit omnem vassallum. secundum quod scripsi superius in c. & si non. In tertia oppo. & secundum notata per Nic. in cle. si di-

gnitatem. de praeben. Aut medius dominus statim quo tradita sibi fuit potestas à vassallo inferiori, dat illam domino superiori, sic quod in illo nullos posuit custodes, neque pro illis expensas fecit: & tunc dictus dominus medius nullas expensas petere potest, argumento. huius c. à contrario sensu. Nam hic dicitur quod si vassallus non restituat domino plenè expensas, quas fecit in custodijs, &c. ergo à contrario sensu si nullas fecit expensas, non tenetur inferior vassallus domino medio ad aliquas expensas. quod argumentum est fortissimum in iure: vt est tex. in l. j. ff. de offi. eius, cui man. est iurisd. & ibi Ange. & Bal. in l. conuenticula. C. de epif. & cle. & in l. apud. C. de fur. & in l. properandum. de iudi. Lud. in l. si cum dotem. ff. solut. matri. & in l. j. ff. de adqui. posses. qui contrarius sensus pro vfatice habetur secundum Ia. Calicij in vfatice, magnates. tenetur ergo vassallus medius solvere illas expensas domino superiori, cum respectu ipsius, qui est vassallus immediatus dicti domini superioris, cur sint factae, ex quo dominus superior tenuit potestatem castrum per decem dies post datam ab ipso vassallo medio potestatem, & dictos custodes posuit, & expensas fecit: & sic ipsius vassalli medij oneri incumbit solutio illarum antequam castrum sibi reddatur. Et ita est text. hic. Sed hoc simpliciter non est verum, ideo indiget alia declaratione. ¶ Ideo tu latius distingue. Aut dominus recepit castrum potestatem propter recognitionem, aut propter forefacturam vassalli, secundum quod habetur. j. in c. si duo, aut propter seruitium fallitum à vassallo. Primo casu crederem quod omnes vassalli tenentur ad dictas expensas, argu. l. omnis. C. sine cen. vel reli. & l. si. C. qui. mu. vel praest. ne lic. se excus. libr. x. & l. iubeamus nullam nauem. C. de epif. & cle. Nam quando expensa ad omnes respicit, omnes contribuere debent: vt est tex. in c. cum instantia. extra de cen. & text. iuncta gloss. in c. cupientes §. ad hac. de elec. libr. vj. & argumento regulae, quod omnes tangit. eodem libr. Hoc tamen venit limitandum & declarandum iuxta dictam gloss. Nam in ipsa expensa ipsi vassalli debent contribuere secundum redditus, quos recipiunt in ipso castro, & termino, ita tamē quod quilibet ferat onus iuxta modum emolumentum: argumen. l. j. §. pro secundo. C. de cadu.

tol. pro quo facit. l. Titius rogatus cum ibi notatis, super verbo pro rata portioe. ff. ad Treb. & l. omnis. C. de fun. patri. li. xj. ¶ Secundo casu, quando propter forefacturam vasalli adeo vt ab eo firmetur de iure: & tunc ipsas expensas tenetur soluere vasallus, qui forefecerit: quia dat potestas ex facto ex delicto proprio ipsius vasalli: & sic poenae suos debent tenere authores. l. sancimus. C. de poe. ne vxor pro mari. l. ob maritorum. & c. si abbate. §. porro. de elec. lib. vj. & glo. in c. quæsiuit. in verbo deliquerit: de his, quæsi. à ma. par. ca. Tertio casu quando propter seruitium fallitum: & tunc dico idem quod vasallus, qui tenebatur ad dictum seruitium, tenetur dictas soluere expensas: cum propter factum, & culpam ipsius, qui non fecit dictum seruitium, dicta potestas data est: & sic sibi imputari debet, argu. regulæ quod quis. & l. quod à quocunque. & ff. communi diuisi. cum quo. & l. cum duobus. §. per contrarium. in fi. & l. adeo. §. penul. ff. pro soc. Nam ipsi vasalli damnificantur occasione ipsius vasalli: & sic ipse vasallus tenetur ad ipsum damnium: quia qui occasione damni dat damnium dedisse videtur. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad le. Aquil. & sic tenetur ex omnibus, quæ ex his sequuntur. secundum Flo. ibi, & Ang. Aret. insti. eo. tit. §. capite. Probatur enim culpa ipsius vasalli damnum datum, quia cessauit in seruitio præstando. Bal. in l. si. C. ad leg. Aquil. Gemi. in c. canonici. §. scituri. de offi. ordin. lib. vj. vbi dicit quod dans occasionem damni, tenetur illud satisfacere. ¶ Quæro iuxta hanc tex. ecce quod dominus fecit expensas in custodia castri, nunquid si restituit castrum vasallo sine restitutione & deductione expensarum possit postea dictas expensas à vasallo petere, & recuperare: Et videtur quod non, secundum hoc. c. quod dicit quod potest petere expensas antequam castrum restituat: ergo à contrario sensu si castrum restituerit, secus. Quod argumentum est fortissimum in iure, vt superius dixi. Et est tex. de hoc. ff. de condi. in deb. l. si in area. §. sed si is. In contrario est rei veritas, vt est tex. in l. in debiti. §. sed si nummi. ff. de condi. in debi. & l. sed & si me pñte. §. cum autem. & in l. qui exceptionem. §. si pars. & in l. quod si nulla. ff. de lega. j. Nec obstat argumentum à contrario sensu huius. c. ¶ Quia illud non habet lo-

cum, quando resultat iuri communi contrarius intellectus. C. de condi. insertis. l. ij. in gloss. in c. vno. de æta. & qua. lib. vj. & in c. cum apostolica. extra de his que fi. à præla. secundum Ludo. in repe. authen. similiter. C. ad leg. Falci. ver. xix. circa specialitates vltimæ voluntatis. Vel dic quod dictum c. dat actionem & retentionem: & sic verbum petere intelligi debet ante & post traditionem castri, vt aliquid operetur: quoniam verba aliquid operari debent, vt dixi supra. c. proxima. Nam ante redditionem castri iam plene cautum est domino per eius retentionem: nec in retentione fit aliqua petitio, cum fiat per viam exceptionis. Nec etiam obstat d. §. sed si is. quia ibi fuit facta illa impensa, vbi pure debebat rem restitui. Et ita soluit gloss. in d. l. quod si nulla. hic verò ista impensa fuit facta lege consuetudinaria permittente: & sic repetere potest. Vel solue secundum gloss. in d. §. si pars. & consequenter conditione ex isto c. eas petere potest, argumento eius quod dicit Barto. in l. si mulier. §. si rem. ff. de leg. ij. vbi dicit quod expensæ, quæ petuntur per conditionem ex. l. vel canone, possunt peti post sententiam, vel dic quod possunt peti per conditionem in debiti, quasi plus debito soluerit, vt iuribus superius allegatis. ¶ Quæro an sub isto verbo expensas, contineantur salaria custodum castri per ipsum dominum per viam potestatis apprehensi: Et videtur quod non, per hoc. c. in fi. vbi est verbum victus, & appellatione victus non veniunt salaria: vt est tex. in l. verbo victus. ff. de verb. signi. & gloss. in c. omnimodo. xxxj. dist. & ibi Archid. & in c. conquerente. de cle. non resi. Contrarium facit, quia hic ponit verbum Expensas, indefinitè, & sic æquipollet vniuersali, vt dixi supra. Præterea hic est dictio omnia, & in vsatico, magnates. & in vsatico, si quis contradixerit est dictio omnes missiones. & qui omne dicit, nihil excludit: vt l. à procuratore. C. manda. cum ibi not. per Cyn. ¶ Quid igitur dicendum: ¶ Credo vltimam partem fore veram. Nam dominus per apprehensionem potestatis fuit damnificatus in dictis salarijs custodum: & sic ipsi domino veniunt per vasallum resarcienda, & emendanda per viam saltem illati damni, secundum vsaticum, potestatem. supposito quod ipsa salaria non contineantur nomi-

ne ex

ne expensarum sicuti continentur: vt l. sed si hæreditas. §. j. ff. ad exhibendum. & iuxta not. per gloss. in l. eum, quem temere. ff. de iudi. & ad prædictam determinationem facit tex. in c. & si dominus cum receperit. text. huius c. & j. c. isti sunt. Et ita tenent Iacob. Calicij in dicto vsatico, magnates. Nec obstat text. huius. c. in verbo victus: quia ibi non dicit quod vasallus non teneatur soluere nisi id, quod dominus expenderit in victu custodum: & sic ex quo non dicit, nec nos dicere debemus, secundum Bal. si de feu. defun. mi. §. si vasallus. verbum victus ibi appositum fuit, vt veniat in considerationem quid pro cibarijs & victu datur vni homini iuxta regionis consuetudinem, adeo vt iudex informetur quid pro eis taxare possit. ¶ Et sic non modo victus & cibaria restitui debent à vasallo, sed etiam salaria soluta ipsis custodibus: quia omnia veniunt appellatione expensarum, cum veniat quicquid à domino in custodibus expensum fuit vel saltem appellatione damnorum, per iura superius allegata. Et vide Archi. ij. q. j. c. in primis. vbi dicit quod appellatione damnorum veniunt expensæ. Et ibi dat solutionem ad c. olim. & c. in vestra. de iniur. & damno da. & adde Gemi. in c. canonici, §. scituri. de offi. ordin. lib. vj. ¶ Quæro qualiter dicatur dominum nimium expendisse: Et dic quod multipliciter. Primo si posuit plures custodes in castri custodia, quam sint necessarij. Secundo, si dominus dedit excessiuum salarium, & ultra modum dictis custodibus. Tertio si expendit in cibarijs & victu dictorum custodum plusquam usus terræ, vel conditio ipsorum custodum non pateretur. Nam expensæ sunt faciendæ secundum quod decet respectu qualitatis illius, cui sunt ministrandæ, secundum Gemi. in c. j. de suppl. neg. præl. & gloss. in regula. j. de regu. iuris. lib. vj. Item & quarto dicitur nimium expendisse si ultra modum in ipsa custodia expendit: quia honestus modus est seruandus, non autem excessiuus, secundum Ludo. in l. inter quos. §. in æstimando. ff. de damno infect. hæc colliguntur in huiusmodi. c. & supra. c. & si dominus. ¶ Quæro quis dicatur hic bonus vir: Et dic quod iudex ordinarius. Nam quando aliquid remittitur arbitrio boni viri, intelligitur de iudice ordinario. Ita dicit Gemi. in c. statutum. de rescrip. lib. vj. Sed tu dic,

& melius, quod erit bonus vir iudex assignatus per dominum, cum ipse sit proprius iudex in causa feudali, vt dicam latius. j. c. si aliquis habet. Et sermones sunt intelligendi iuxta materiam præiacentem: vt l. si vno anno. & ibi Bart. ff. loca. Non enim iudex ordinarius potest cognoscere de causa feudali, nisi in duobus casibus, quando per vasallum negatur rem esse feudalem: vt scribam. j. in d. c. si aliquis habet. Vel per viam oppressionis: vt in vsatico, similiter & si senior. Et pro hoc facit quod dicit Barto. in l. continuus. ff. de verbo. oblig. & in l. si vt proponis. C. de dig. vbi simpliciter exponit verbum boni viri, id est iudicis tantum: non autem adiicit verbum ordinarius. Et sic ille iudex habet intelligi de iudice, ad quem cognitio causæ feudalis pertinet, non autem de ordinario, qui est subsidiarius hoc est in casu denegationis rei feudalis, vt prædixi. Adde quod quotiescunque aliquid commissum est ad arbitrium alicuius, intelligitur vt arbitrato boni viri committatur. Text. est in l. si cum in lege. ff. loca. & tex. & ibi glo. in l. hæc venditio. ff. de contrah. emp. Non enim ergo iste iudex inique arbitrari debet, & partes lædere: cum de natura boni viri sit, quod non enormiter lædat, neque inique decernat: vt l. iij. ibi: qui eum: quasi virum bonum. ff. de arbit. & l. si de meis. §. recepisse. eo. tit. c. veniens. & c. Quintauallis. de iure iurā. Quæro quid sit arbitrium: Et dico quod est quædam voluntas habens potestatem negatiuam vel affirmatiuam actus exercendi, secundum Gemi. in c. si religiosus. de elec. lib. vj. Adde Bal. in l. in ementis. C. de contrah. emp. Quæro, quod sit officium istius boni viri: Et dic quod tenetur inquirere an castrum sit magnum vel paruum, adeo vt instrui possit quot custodes sint necessarij. Item si dominus habet inimicos: quia tunc oportet augeri numerum ipsorum custodum. Itē debet inquirere usum & consuetudinem terræ, quantum dari debet ipsis custodibus pro victu. Hæc omnia colliguntur in fine huius. c. Tu adde ¶ Quod quotiescunque aliquid relinquatur iudicantis arbitrio, semper est necessaria causæ cognitio. Ita dicit Ang. in l. cum hi. §. vltimo. ff. de transac. hoc tamen venit intelligendum quod in arbitrarijs iudex non obligatur se qui iuris rigorem, etiam scriptum: ideo est in facultate iudicis sequi æquitatem,

etiam non scriptam. secundū Ant. de But. in c. j. de cōsti. post Bar. in l. j. C. de sac. fan. eccl. Et adde q̄ habens istud arbitrium potest facere omnia, quæ principaliter spectāt ad id, super quo habet arbitrium, secundū Barto. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab or. fa. Item potest facere omnia antecedentia super quo ad id perueniri potest. Item & omnia sequentia, sine quibus commodè explicari non possunt, vt ibi. † Quæro quid si iste bonus vir male arbitretur, an ab eius arbitrio, & taxatione expensarum possit appellari: Et dic quod sic, secundū Gemi. in c. in appellationibus. de iure canonico. lib. vj. & in c. j. de confes. eo. lib. Quæro, an dominus teneatur probare dictas expensas: Et credo quod sic. Nam qui dicit aliquid expendisse, id probare tenetur, secundū Bal. in l. legatum. ff. de reli. & sumpt. su. per ipsam leg. & Bart. in l. qui sub conditione. ff. de condi. & demō. vbi etiam dicit quod non sufficit probare tantum expendisse in tali domo, sed quod tantum expendisset bonus vir. Allegat. l. excellentia. C. de ero. mi. anno. lib. xij. in verbo Flagitantibus eisdem erogasse monstrauerit. In contrarium facit quod vbi aliquid factum requirit sumptū, eo ipso quod est factum, præsumatur expensis eius, qui tenebatur facere dictum factum fuisse factum. Ita dicit Bar. in l. cum seruus. ff. de verb. obl. & ibi Ioan. de Imo. & Bar. in l. nomina. C. arbi. tut. & Bal. in l. id quod pauperibus. C. de epif. & cle. & in l. fi. C. de ali. pu. prestan. & ibi Salic. & Bal. in l. fi. C. de fruc. & li. exp. & Bart. & Ioā. de Imo. in d. l. qui sub conditione. Sic in proposito: nā eo ipso quod custodes sunt positi in castro, præsumitur expensis domini illos posuisse, & soluisse, cum oneri ipsius incūbat ponere ipsos custodes: vt est text. supra. & recipiendo. & aliās si non posuisset, esset in culpa, si castrum deterioraretur, aut amitteretur: vt scripsi supra. c. & si non. Item quando relinquitur aliquid arbitrio boni viri, nō requiritur de necessitate probatio, secundū Gemi. in d. c. in appellationibus. Quid igitur est dicendum? Et credo pro concordantia iurium pro vtraque parte allegatorum † quod dominus teneatur probare se custodes posuisse in castro, & numerum illorum, & quid solutum fuit

ab eo. Et sic quantum ad hoc prima pars est vera, per iura in ea allegata. Et hoc probato, præsumitur ipsam expensam à dicto domino, & nō ab alio fuisse factam, & exolutam: & tunc est vera secunda pars supra recitata, per iura in ea allegata: & cum hoc verificatur vtraque pars. Et prædicta quo ad probationem faciendam intellige vera in magnis quantitibus: nam in minimis debet stari domini iuramento. argum. l. si quis pro redemptione. C. de dona. & gl. in l. scimus. §. in computatione. C. de iure delibe. Bald. in l. id, quod pauperibus. & in l. nulli. C. de epif. & cler. Cyn. & Salic. in d. l. id, quod pauperibus. † Ego verò super his darem istam doctrinā, quod in his, in quibus possent haberi probationes, vt puta de salarijs solutis ipsis custodibus, quod tunc non staretur iuramento domini: In alijs vero expensis factis pro victu & cibarijs, in quibus dominus non potest parare probationes, & in quibus præsumptio facit pro domino quod ipsi custodes nō vixerint de vento. vt l. fin. C. de ali. pu. præstan. q̄ tunc sit standum illius iuramento, argumeto notatorum per Bal. in d. l. nulli. Et hoc intellige præmissa taxatione, & arbitratione per iudicem, vt hic, & notantur & colliguntur in gloss. in c. j. §. adijcetes. de elect. lib. vj. vbi dicit quod expensæ probantur taxatione & iuramento, secundū Gemi. ibi adde Salice. in authenti. nouo iure. C. de iudi. vbi dicit quod iudex primò taxat expensas, & post taxationem pars iurat tantum expendisse, & potest iurare vsque ad summam taxatam: non autem primò pars iurat: & postea iudex taxat: quia si minus vel plus taxaret, quàm ille iurauerit se expendisse, detegeret illius periurium. Et iste est tex. in d. authenti. nouo iure. Et ratio est, quia ibi præstatur iuramentum veritatis, in tantum quod si iudex taxauit, & iuratum est, si postea iudex in minus condemnat in expensis, quàm taxatum, & iuratum sit, non valet sententia: vt d. authentica. Sed nouo iure: coniuncta l. non dubium. C. de legibus. & ita dicit Salice. in d. authentica. & sequitur Angelus Aretinus. institutio. de actio. §. in duplum. & vide bouam gloss. in dicto. §. adijcetes. Et hæc tibi sufficiant.

Qualiter

Qualiter procedatur contra uasallum iniuriantem domino.



I duo, vel tres, vel plures fuerint uasalli vnus post aliū, in aliquo castro, & secundus, vel tertius forefecerint domino superiori, vel hominibus castri, propter quod ipse superior dominus conqueratur, ita gradatim procedatur: uocabit enim ipse dominus superior suum uasallum, qui immediate tenet pro eo castrum, & significabit forefactum inferioris uasalli, propter quod petet ab eo potestatem de castro, & firmamentum iuris: qui statim debet firmare, & significare hæc suo uasallo, & mandabit ei, quod donet potestatem de castro, & quod firmet, & quod faciat ius domino superiori ratione inferioris uasalli, qui domino suo, vel hominibus castri forefecit: & iste uasallus secundus significabit hæc suo uasallo, qui forefecit, & mandabit ei quod donet potestatem de castro, & quod firmet, & faciat ius domino superiori conquerenti de eo, quod tenetur facere iste vltimus uasallus forefactor: & si non firmauerit, id est, si non dederit potestatem de castro intra decem dies, computato die, qua hoc fuit sibi denuntiatum à domino suo, transactis decem diebus uasallus erit, & ceteri uasalli tenentur iuuare dominum superiorem ad compellendum eum, vt donet potestatem de castro, & quod firmet, & q̄ faciat ius domino superiori: qui si non fecerint,

uasallatores erunt.

S V M M A R I V M.

- 1 Vasalli plures in castro qualiter esse possint.
- 2 Vasallus immediatus uasallo suo mandare debet ut firmet ius domino superiori.
- 3 Potestas castri quāto tempore post denuntiationem dari debeat.
- 4 Pactum plus operatur, quā ipsa lex.
- 5 Vasallus quibus casibus efficiatur uasallator.
- 6 Statim, dictio uaria habet significata. Debet, uerbum ex significato proprio necessitatem importat.
- 7 Vel, dictio quando copulatiuè sumatur.
- 8 Tempus præfixum quando de momento computetur.
- 9 Arguere de uasallo ad socium quare non liceat.
- 10 Vasallus offendens dominum domini, offendit etiam dominum proprium, & feudo priuatur. 11. 31.
- 12 Vasallus duorum dñorum, utrū uel neutrum iuuare teneatur.
- 13 Vasallus contra quos dominum iuuare non teneatur.
- 14 Vasallus an iuuare teneatur extra castri terminos.
- 15 Vasallus contra quos dominum iuuare non teneatur.
- 16 Vasalli qualiter in eodem castro plures esse possint.
- 17 Vasallus rem feudalem alij infeudare potestas.
- 19 Pares in feudo qui dicantur.
- 20 Vasallus inferior tenetur pro iuribus domini superioris.
- 21 Vasallus feudum alij infeudans iisdem conditionibus id facere debet, quibus ipsum habet.
- 22 Vasallus inferior forefactor post denuntiationem decem dies habet.
- 23 Vasallus secundus an priuatur feudo ob delictū primi. 25.
- 24 Vasallus primus an possit castri potestatem à secundo petere domino eam non petente.
- 25 Vasallo infimo crimen lese maiestatis committente, ad quem deueniat feudum. 30.
- 27 Rex non debet tenere bona alteri tributaria.
- 28 Rex rem, quam cum alio communè habet, uendere potest.
- 29 Feudum ad eū dñm reuertitur, in quē delictū commissū est.
- 32 Vasallus sine herede uidetur decedere ob maximam capitatis diminutionem.
- 33 Feudum uasalli inferioris quando propter delictum aperitur domino superiori.
- 34 Vasallus secundus oppressus à primo an possit recurrere ad dominum superiorem.
- 35 Senior quis intelligatur in materia feudali.
- 36 Iudex competens quis inter uasallos eiusdem domini.
- 37 Infeudatio per uasallum facta alij uasallo nō alterat qualitatem & formam feudi. Vasallus ut infeudare possit rem feudalem, tria requiruntur.



I duo. Diuide istud ca. in quatuor partes. In prima parte dicit qualiter est procedendū per dñm, qñ uasallus forefecerit domino superiori vel hominibus castri, qñ sunt plures uasalli in eodē. In secūda parte dicit q̄ iuris est, qñ ipse uasallus forefactor nō uult firmare ius vel dare potestatem de

castro. In iij. parte dicit intra q̄tū t̄ps dāda est p̄as castri. In iij. parte & vltima qualiter ip̄e vasallus forefactor est cōpellendus ad dādū p̄tātē de castro, & firmādū de iure. Prima pars incipit ibi: si duo. vsq; ad versic. qui scilicet vasallus. Secūda pars ibi, vsq; ad ver. v̄ si nō dederit. Tertia pars ibi, vsq; ad versic. & ceteri vasalli. Quarta pars ibi, vsq; ad fin. Casus. Si sunt duo vel plures vasalli in castro, & vnus forefecerit dño vel hominibus castri, ip̄e forefactor habens mandatū à suo dño immediato tenet dare potestatem de castro, & firmare de iure intra decē dies post denūtiationē sibi factā, aliās efficitur bausator: & alij vasalli tenentur iuuare dñm ad compellēdum forefactorē ad dādū potestatem, & firmandū de iure: aliās sunt bausatores. hoc dī. Collige notabilia.

1. ¶ No. j. q̄ in castro possunt esse plures vasalli vnus post aliū. cōcor. j. c. si in aliquo. & c. cōsuetudo. lo ij. & c. cautū. & de prohi. feu. ali. per Fre. § illud. vbi gl. notat q̄ vasallus pōt habere aliū vasallū. de feu. & de cōtro. in uel. § rursus. Et etiā possunt in castro esse duo dñi equales: vt j. c. cōsuetu. §. Itē est vsus Cathalonie q̄ si duo. Not. ij. q̄ si vasallus secūdus, vel tertius, aut vltimus forefecerit dño, vel hoibus castri, dñs potest vocare vasallū suū immediatū, & significare sibi forefactorā. Quid ecōtra si sunt plures dñi in castro, & vasallus cōmiserit feloniam cōtra vnū ex dictis dñis. vide Bal. in feud. an vasallus, qui contra consti. Lotha.

2. No. iij. ¶ quōd vasallus immediatus debet mandare vasallo suo q̄ donet ei potestatem, & faciat & firmet ius dño superiori ratioe inferioris vasalli, qui fecerit forefactoram. Pro hoc vide tex. ff. neqd in loco pub. l. j. §. Idē Nerua. vbi h̄r q̄ vnus tenet agere cōtra aliū, & an cedendo actionē liberet. ibi gl. & Bar. sed h̄c credo q̄ non liberent, q̄a tenent precisē iuuare: aliās essent bausatores, vt h̄r in textu. Et h̄c est casus, in quo vasallus inferior tenet firmare ius in posse dñi superioris: aliās regulariter cōtra: quia tenet firmare ius coram dño immediato. Et hoc innuit h̄c cōsuetudo. Et pro hoc no. per Bal. in c. ceterū. de iud. in illa. q. si feudatarius regis. vbi vult q̄ si feudatarius regis ex feudo q̄ tenet à dño rege adquisuerit aliquos feudatarios, & vertit quēstio in ter eos, q̄ dñs immediatus est iudex ipso r̄. Et de hoc est tex. secūdū Inn. & Nic. se-

cūdū vnā lecturā in c. ex trāsmis̄sa. de fo. cōpe. & sic regulariter vasallus inferior tenetur firmare directū dño suo immediato. Et pro hoc allego dñm Nic. in d. c. ex trāsmis̄sa. in iij. not. vbi dicit q̄ prima cognitio est dñi immediati. Et idē Bal. vbi suprā. Fallit q̄n vasallus secūdus vel tertius iniuriauerit dño superiori, vt h̄c, & j. c. si minor. Secus ergo est, q̄n nō iniuriauerit à cōtrario sensu huius ca. Et etiā fallit, q̄n dñs in ifeudatiōe se retinuit firmamētā, vt colligit. j. c. vasallus. §. Itē tertio fallit q̄n aliquis de habitatoribus castri, vbi sūt duo castellanici cors acors tenētes castellaniam pro tertio iniuriauerit in alterū ex ipsis castellanis, q̄ nō habuit firmamētā, v̄ dño superiori. q̄a tūc corā ip̄o dño ius firmare tenet: vt j. c. si in aliquo. iij. fallit q̄n alter ex ipsis castellanis alterū iniuriauerit: q̄a talis iniuriator in posse ipsius dñi superioris ius firmare tenet, vt in d. c. si in aliquo. §. si. Quinto fallit, q̄n dñs immediatus fuerit negligēs, aut à dño immediato fuerit appellatū ad dñm superiorem, vt in d. c. ex trāsmis̄sa. Et hoc iure vtimur in Cathalon. vt habet in d. iij. not. vide quāe lati⁹ scripsi in si. huius. c. vbi posui aliā fallentiā, q̄n fuerit oppressus. No. iij. q̄ vasallus secūdus tenet hoc denuntiare suo vasallo forefactori, & sibi mandare vt det sibi castri potestatem, & quōd firmet, & faciat ius domino superiori cōquerenti de eo: quod ipse forefactor facere tenetur. Not. v. qualiter potestas petenda est per dominū superiorem, quando vasallus inferior sibi forefecerit, & sunt plures vasalli in castro. No. vj. ¶ quōd potestas debet dari intra decem dies post denūtiationem sibi factam: & nō reperitur alibi cautum de tempore, quo dāda est potestas, sicut h̄c. Nam in vsatico, magnates. in ver. si autem aliter. & in vsatico, potestatem. loquuntur sine p̄afinitione temporis, & in constitutio. si quis de magnatibus in pacibus & treugis adijcitur quōd statim vasallus det potestatem de castro vel fortalicio domino regi, vel eius vicario: h̄c verò determinatur tempus, intra quod danda est potestas, scilicet intra decem dies: quod tēpus in ipsis vsaticis, & cōstitutio-nibus nō erat determinatū, neq; limitatum. Et ita tenet Iac. de Monte iud. in vsatico, si quis suum feudū. circa finē. & Iac. de Callicio in vsat. magnates. Et fundat se per text. huius cōsuetudinis. Et illud sequitur Gul. de Val

de Vallesicha in vsatico, potestatem. quod limitat nisi conuenientia aliud habeat. Et pro eius dicto tu allega, ¶ quia plus operatur pactum quam lex, secundum Bald. de feu. mar. Pactum enim semper seruari debet, etiam si sit contra naturam feudi: & super his recurrendum est ad tenorem inuestiturae: vt latius de his scripsi supra in c. si autem. circa finem. Not. septimò, quod si vasallus forefactor non dat potestatem intra decem dies, vel nō firmat de iure, bausator efficitur. Et sic h̄c habes vnū casum, in quo committitur bausia. De hoc latius scripsi supra in c. j. circa finem. No. octauò, quod vasalli tenentur iuuare dominū superiorem ad compellendum eūdem vasallum forefactorem, vt donet castri potestatem, & firmet ius domino superiori. Not. nonò et vltimò, quod si ipsi vasalli non iunt ad hoc iuuare dominum, sunt bausatores. ¶ Et sic h̄c habes duos casus, ex quibus vasallus efficitur bausator. Vnus scilicet quādo vasallus forefactor nō vult dare potestatem de castro, & firmare ius domino superiori, vt p̄dixi. Alium casum, quando vasalli nolunt iuuare dominū ad compellendum vasallum forefactorem ad dandum potestatem de castro, & firmandum de iure. De materia bausie dixi supra in c. primo, in fine. Expone literam. Vel tertius. idem si familia hoc fecerit: quia de ea tenetur vasallus, secundum not. per me supra in c. si domino. Et idem si homines castri forefecerint, quādo in eis habet ipse castellanus iuramentū, vt infra capit. si minor. Sperantis in Deo forefecerit. id est, deliquerit. Dicit Arnaldus de Moraria h̄c q̄ ista forefactora intelligit de his, quā nō descendunt ex contractu vel quasi, sed de his quā vasallus ex maleficio committit contra dominum. extra de priu. c. ex parte tua. & de hoc in Specul. de iud. instrumen. §. nūc verò aliqua. vbi de hoc autem queritur. Sed tu vide pro hoc c. ad audiētiam. de p̄scrip. in verbo, forefactora. vbi glossa exponit verbum forefactora. id est, p̄enas pecuniarias delinquentium. propter quod. id est, propter quam forefactorā. Ita gradatim. De hoc vide l. vt gradatim. ff. de munerib. & onerib. Procedere. scilicet contra vasallum forefactorem Qui. scilicet vasallus immediatus. Statim. de ista dictione Statim. quid importet, vide l. j. in fine. & l.

quod dicimus. ff. de solutio. & Barto. in l. res, quā. & l. Imperator. ff. de iure iur. & in l. si quis posthac. C. de bon. proscip. & in l. prima. ff. iudicatū solui. & in l. diuortio. ff. soluto matrimonio. vbi glossa. & ibi Ludouic. dicit, ¶ quod dictio statim, diuersimodē exponitur. Aliquādo denotat quid incontinenti fieri: & ita assumitur h̄c. Aliquādo cum temporis interuallo. Et adde glossa. in capitu. olim. lo primo. de restit. spoliato. Debet necessitatem importat ex eius proprio significato, secundum Nicol. in capit. intelleximus. de iudic. Allegat gl. in capitu. accedentes. de sta. regu. Et tu vide aliam glossam in cap. primo. de despō. impub. Hoc. id est, hanc forefactoram. Potestatem. scilicet castri. Hoc. scilicet quod vasallus immediatus mandauit sibi vt daret potestatem, & firmaret de iure domino superiori. Firmet. De ista firma iuris dixi latius in capitulo primo. Vel ¶ ista dictio vel, h̄c ponitur pro &. Nā quando alternatiua, vt est dictio Vel, ponitur inter duo, quorum vtrunque est necessarium in materia in qua fit prolatio, exponitur in copulam. Ita dicit glossa. & ibi Gemi. in c. cupientes. §. quod si per viginti. de electio. lib. vj. in verbo. Vel. Et adde Bal. in feud. de eo, qui sibi & here. Et ita est h̄c: quoniam h̄c vasallus tenetur ad duo, vt putare dare potestatem de castro, & firmare ius. Et sic vtrunq; est necessarium: quia vtrūque sibi à domino mandatur, vt h̄c. Distincta quandoque ponitur pro coniuncta. Vide nota. in l. cum quidam. C. de verbor. obligationib. Computato die. Talis enim in numero dierum computatur regulariter, nisi in casibus, vbi de iure aliud statuitur, argumen. extra de restit. spoliato. c. frequens. lib. vj. & ibi not. Tu super hoc vide ibi latius lo. de Imo. & Gemi. Quando dies termini computetur in termino, vide Bartolum, & Baldum in l. prima. ff. si quis cau. & per Baldum in l. à caligato. C. de nup. Et adde Ange. in l. more. ff. de fer. vbi dicit, ¶ quod vbiunque per statutum disponitur vt intra certū tempus aliquid fiat, cōputatur de momento ad momentū, nisi aliud appareat tacite vel expresse. Et scilicet forefactorē. Qui. supple vasallus. Opp. primo, q̄ p̄ter forefactorā non sit danda potestas, nec firmandum de iure in posse dñi superioris: vt j. c. si in aliquo. Sol.

Sol. Ibi loquitur de iniuria facta per habitatores castri castellano, qui non habet firmamenta in castro: hic vero loquitur de forefactura facta per vasallum domino superiori, vel eius hominibus: & sic casus est diuersus, & non aduersus. Oppo. secundo, quod propter forefacturam inferioris vasalli contra dominum superiorem, non est danda potestas, nec firmadum de iure: quia non est ei vasallus: sicut nec socius socij, nec libertus liberti: argu. ff. pro socio. l. nam socij. & ff. de liber. agn. l. si quis a liberis. & si quis a libertis. Sol. Illud de iure communi, hic vero de iure consuetudinario. Ista solutio non est bona: quia legum correctio est vitanda. c. cum expediat. de elec. lib. vj.

9 ¶ Dic ergo quod dictum arg. de vasallo. ad socium vel libertum non habet locum. Nam vasallus vasalli debet diligere dominum domini: cum dominus domini sit causa beneficij ipsius feudi: arg. ff. ma. l. si vero non remunerandi. & idem Papinianus. Vasallus enim non debet cum inimicis domini amicitiam copulare. Sic contrariorum eadem est disciplina: ergo sicut nec debet copulare amicitiam cum inimicis, sic non debet offendere amicum domini, maxime dominum domini. Ista dicunt Iaco. de Bello visu. & Bald. de prohi. feu. ali. per Fre. §. illud. vbi etiam Bald. prius dicit, ¶ quod ille, qui offendit dominum domini, dicitur offendere proprium dominum: nec potest vasallus facere conditionem domini sui deteriorem. Et ideo fellonia secundi vasalli nocet domino suo, secundum Bal. ibi. Et ita est hic: quia propter forefacturam vasalli inferioris alij vasalli tenentur dare potestatem castri domino superiori, & firmare ius, ac iuuare dominum ad compellendum ipsum vasallum ad dandam dictam potestatem, & firmandum de iure. Et pro hac solutione est casus in dicto §. illud. vbi habetur ¶ quod si vasallus dominum domini sui offenderit, feudo venit priuandus. Oppo. tertio, quod in castro non possunt esse plures vasalli: quoniam vasallus immediatus non potest ponere in castro subtus castellanum: vt in vsatico, castellani. Solu. Intelligo istud c. secundum dictum vsaticum, hoc est quod isti plures castellani sint positi de consensu domini tacito vel expresso: vt in dicto vsatico habetur. Et secundum hoc istud c. concordat cum dicto vsatico: quia expedit iura iuri-

bus concordare: vt in l. f. C. de inoffi. dona. Oppo. quarto, quod isti vasalli non tenentur iuuare dominum ad compellendum vasallum, vt det potestatem castri, & firmet ius domino superiori, vt j. c. si aliquis. & in feu. hic si. lex Fred. deinde incip. consue. reg. §. fin. Sol. Ibi loquitur in alio casu, vt puta

12 ¶ in vasallo, qui habet duos dominos pro diuersis feudis: quia si sunt in guerra non tenentur iuuare nisi illum, cui primo fecit homagium, scilicet antiquiorem dominum. Hic vero loquitur in vasallo suo, qui contradicit dare potestatem castri, & firmare ius domino superiori. Et sic est casus diuersus, & non aduersus, & non meruit signari pro contrario. Oppo. quinto, quod vasallus non tenetur iuuare dominum: vt j. c. barones. Sol. Regulariter est quod vasallus tenetur iuuare dominum: fallit contra principem, vt ibi. Oppo. sexto, quod vasallus etiam contra alios dominum iuuare non tenetur: vt j. c. si aliquis baro. Sol. intelligo istud c. quod vasallus tenetur iuuare dominum, vt hic: fallit quando baro habet guerram cum aliquo vicino suo, vel alio, & dominus Rex habet guerram cum aliquo rege: quia primo tenetur iuuare dominum Regem, quam ipsum baronem, vt ibi. Oppo. septimo de eo, quod dicit Ange. in l. hi. ff. de postul. vbi dicit, ¶ quod vasallus dominum iuuare non tenetur in bello contra filium, parentem, principem, aut patriam. Sol. vt dixi, istud est regulare: fallit vt ibi. Sed gloss. in feu. hic fini. lex Fred. deinde inci. consue. Reg. §. contra omnes. dicit etiam contra patrem, filium, & fratrem iuuare tenetur. Sed ibi Bal. & de prohi. feu. ali. per Fre. §. si. circa finem, dicit quod contra patrem iuuare non tenetur. Tu vero tene opinionem Ange. quia magis aequa est: quia pater magis timet in filium, quam in seipsum: vt l. isti quidem. ff. quod met. cau. Adde quae dicam j. in c. duplex. vbi melius de hoc scribam, & dabo alias limitationes. Oppo. octauo &

14 vltimo j. de c. si vero. vbi habetur, ¶ quod extra terminos castri dominum vasalli iuuare non tenentur. Sol. Illud c. loquitur in hominibus castri: hic vero de vasallis. Et sic casus est diuersus, & non aduersus. Circa iuuamen quod vasallus facere tenetur domino suo, tu assume istam conclusionem, quod vasallus regulariter tenetur iuuare dominum contra quoscunque. vt hic, & dicto §. contra. fallit primo

15 modo, ¶ quod contra dominum Regem, qui in Cathalonia vicem Imperatoris gerit, quia non recognoscit superiorem: & contra dominum antiquiorem, cui primo fecerit homagium, iuuare non tenetur: vt in d. §. contra omnes. & ibi Bal. & in c. si aliquis. & in c. barones. supra allegatis. Sed istam fallentiam contra antiquiorem dominum intellige, quod si vasallus contra dominum celauit, tenetur ei, ad interesse, secundum Bal. in d. §. contra omnes. Et est ratio, quia quando vasallus iurat fidelitatem, debet nominatim excipere ius prioris domini, vel saltem adijcere, saluo iure alterius domini, cui sum obligatus, secundum eum ibi. Vide quae scribam j. c. homo solidus. Item fallit, quando dominus rex habet guerram: quia primo illum iuuare tenetur, quam eius dominum: vt j. c. si aliquis baro.

16 ¶ Requiritur tamen ad hoc duo copulatiue quod vocetur a principe, & ratione publicae utilitatis, vt ibi. Item fallit secundum Ang. contra filium, parentem, & patriam: sed secundum Bal. tantum fallit contra se ipsum, & patrem. Tu super hoc vide quae scribam j. in c. duplex. vbi alias addam limitationes, & copiosius istas limitationes tractabo in quinta oppositione. Et eadem ratione e contra dominus tenetur iuuare vasallum suum contra omnes eodem modo, quo ipsum vasallus: quia correlatiuorum & mutuae obligationis eadem est natura, secundum Bald. in d. §. contra omnes. circa fi. ¶ Quero primo, qualiter possunt esse in castro plures vasalli: Et tu distingue: quia aut sunt vnus post alium, aut sunt pares in eodem. Primo casu possunt esse vnus post alium, quando primus vasallus infeudat, vel ponit de consensu domini subtus castellanum in castro: vt in vsatico castellani. & in feu. de contro. inuest. §. rursus. & de eo, qui sibi, & haere. §. nam. & si de feu. defunc. §. beneficium. & de lege Cora. §. similiter. & qui feu. da. §. capitanei. & Ludo. in nota. & Iac. de bellouisu in c. j. §. praeterea. de capi. Cora. Spec. titu. de feu. §. quoniam. ver. xxxix. Hosti. in Summa e. tit. §. quid sit hodie. Pet. Iaco. de condi. ex l. imperiali. §. callidis. in quibus iuribus habetur ¶ quod vasallus potest infeudare rem, quam tenet ab alio in feudum. Vide Iaco. Callicij in dicto vsatico, castellani. Et isto modo possunt esse in castro plures vasalli: dum tamen ipsa fiat infeudatio de consensu domini tacito vel expresso: vt habetur in di-

cto vsatico, castellani. & est glo. in c. imperialem. de prohib. feud. ali. per Freder. §. illud. in verbo Vasallus. in fi. & ibi in verbo Requisitus, habetur quod vasallus potest facere alium vasallum in feudo, vt puta rem sibi infeudatam alij infeudando. Et vide de tacito consensu domini glo. in c. j. quib. mo. feu. amit. §. Praeterea. & glo. & Bald. in c. j. de prohi. feu. ali. per Lothariu. Et de isto tacito consensu vide etiam Ludo. in l. quae dotis. ff. solu. mati. Et adde quae dicam de hoc j. c. castellanus. & vide Guliel. de Vallesicha in vsatico, si quis suum feudum. vbi

18 quærat, ¶ an vasallus possit alij rem feudalem infeudare, etiam sine domini licentia: De iure communi dicit quod sibi videtur quod sic, vt not. expresse Hostien. in Summa, titulo de feud. §. quid hodie. versi. sed an feudatarius. sed de iure patriae, est secus: vt in vsatico, castellanus. & d. vsatico, si quis. & in capitulo tertio curiae Ceruariae. Sed quo ad illud, quod dicit de iure communi, vide in iuribus per me superius allegatis. Et ad illud, quod dicit de iure patriae, ad de Iaco. de Callicio in dicto vsatico castellani. Secundo casu, quando sunt pares in eodem: tunc dicit ¶ quod tunc dicuntur esse pares in eodem, & constituuntur pares, quando tenent castrum cors acors, & immediate pro aliquo tertio, qui illud vtrique eorum, vel eorum antecessoribus infeudauit, vel pariter succedunt in eo: vt est tex. infra capitulo si in aliquo. Quaro iuxta text. dominus vocauit vasallum suum immediatum, & significauit sibi forefacturam: iste immediatus vasallus non vult significare eius vasallo, neque mandare eidem quod det sibi castri potestatem, & ius firmet domino superiori, nec eum iuuare ad compellendum dictum vasallum forefactorum, nunquid ex hoc feudum amittere debeat? Et dico quod sic: vt in feud. c. imperialem. de prohib. feud. ali. per Freder. §. illud. circa finem. Ita etiam dicit Petr. Iacob. de eadem condi. ex mo. pro feu. versi. xxxvij. & probatur hoc in vsatico, qui se sciète. Nam iste talis vasallus, qui recusat praedicta facere, haufator est, vt hic in tex. & qui haufiam committit contra dominum, perdit bona sua, quae per illum tenet: vt in dicto vsatico habetur. Referunt hic antiqui sapientes, quod dominus Rex Iacob. declarauit per sententiam in facto de Citges quod ¶ vasallus inferior

de inuentia maleficium, malefactorum, damnum, & iud. ripendium seu nam.

Nota

inferior tenetur pro iuribus domini maioris firmare in posse domini maioris. Et dicunt quod hoc idem innuit hic etiam omisso verlicu. proximo domino suo. sic infra capitulo si minor castellanus. Quæro, si fuit petita potestas de aliquo castro superiori vasallo, elapsis vno vel pluribus diebus de illis decem diebus, intra quos potestas danda est iuxta huiusmodi capitulum nunquid iste secundus vasallus habebit integros decem dies ad dandum dictam castri potestatem, vel tantum habebit illos dies, qui restant ex decem diebus, qui inceperat currere primo vasallo post requisitionem, & mandatum sibi factam & factum de dando dictam castri potestatem. Et videtur quod solum debeat habere residuum dictorum decem dierum, ¶ quod vasallus dando castrum in feudum alteri, tenetur dare illud cum illis qualitatibus, pactis & conditionibus, quibus ipse habet: vt in feud. de lege Cora. capitulo. j. §. finali. Non enim potest vasallus facere deteriorem conditionem domini: vt in feud. de inuesti. de re ali. fac. capitulo primo. §. si verò. secundum Baldum. de controuer. inuest. §. rursus. sed si secundus vasallus haberet decem dies integros iam, sequeretur quod conditio domini deterior efficeretur: quia intra decem dies post requisitionem a se factam, intra quos potestas dari debet, sibi data non fuit: igitur &c. In contrarium facit quod negligentia vasalli superioris in denunciando & requirendo secundum vasallum vt det castri potestatem, & firmet de iure: non debet nocere secundo vasallo: quia negligentia vnus non præiudicat contra alium: vt l. item. ff. de ali. mu. iudic. cau. fac. Quid igitur dicendum est? Et credo vltimam partem fore veram. Casus est in hoc capitulo. ¶ Vbi inferior vasallus factor habet decem dies post denuntiationem sibi factam, computata die, qua hoc sibi fuit denuntiatum: & sic debet habere dictos decem dies integros post dictam denuntiationem. Nec obstat quod dicitur quod non potest vasallus conditionem domini facere deteriorem: quia ex quo ipse dominus consensit ipsius infeudationi, sibi præiudicauit: quia qui consentit, sua iura perdit quo ad hoc quod vasallus habeat dictos decem dies integros iuxta formam huius capituli. l. cum quidam. C. de admi-

nistratio. tuto. & in feudis, quibus modis feud. amittit. §. præterea. vbi Baldus dicit, quod iste consensus extenditur quo ad vtile dominium vasalli transferendum, non circa directum ipsius domini. Et adde Baldum in l. iubemus. §. seruos. C. de episcopis & clericis. Adde glossam in capitulo nuper. in verbo, consentire. de donation. inter virum & uxorem. ¶ Quæro, quid econtra si primus vasallus forefecerit, an secundus & tertius priuabuntur feudo pro delicto primi vasalli? Ioan. Fab. Instit. de usufruct. tenet quod non, si secundus vasallus fuit adhibitus de consensu primi domini, secundum Sperantem in deo hic. Et quia hic loquitur, quando vasallus inferior delinquit contra dominum superiorem, quid agere debent vasalli superiores contra ipsum vasallum inferiorem delinquentem: quæro, quid econtra? ecce quod dominus facit aliquam demandam contra primum vasallum, qui tenet acors acors, & immediate feudum ab eo: ipse non vult responderè domino suo: quid debent facere alij vasalli inferiores contra ipsum vasallum immediatum respondere recusantem. vide textum infra capitulo consuetudo. lo. tertio. vbi est casus de hoc. ¶ Quæro, quid si dominus superior non petierit potestatem de castro, nunquid primus vasallus poterit eam petere: vel si primus eam non petat, secundus illam petere possit, & sic de singulis gradatim: Et dic quod antiqui sapientes dicunt quod quilibet vasallus potest petere potestatem immediate: & dicunt quod ista probantur aperte. ff. de dam. infect. l. qui bona. §. cum inter. & C. de hære. vel actio. l. secunda. & dicunt quod iste processus procedit de iure, per l. imperialem. §. illud. de prohib. feud. ali. per Fred. & ff. si mens. fal. mo. dixit. l. secunda. & quod not. Rosse. titu. de exerci. §. fina. secundum Sperantem in Deo hic. Quod credo verius, & probatur in vsatico, magnates. & in vsatico, si quis contradixerit. & in vsatico, potestatem. vbi simpliciter dicitur senior suus. & supra in c. j. & ij. vbi ponitur verbum Dominus. Quæ dictiones Senior, & Dominus, ponuntur indefinite, & sic æquipolent vniuersali, per ea, quæ superius dixi in capitulo proximo. & primus vasallus dicitur dominus respectu secundi. & secundus respectu tertij, & sic de singulis.

lis. Et hoc probatur supra capitulo proximo. vbi quando loquitur de primo domino ad differentiã aliorum dominorum adijcit verbum superior dñs. Et ita etiam dicit j. ca. si minor. Probatur etiam quod vasallus dicitur dominus. j. c. si in aliquo. vbi adijcitur & alter tantum illorum dominorum castellanorum. Et etiam in c. si in aliquo. vbi dicitur dominus superior. & in c. consuetudo. vbi est verbum Dominus maior. Et idem verbum ponitur in c. eautu. Et sic secundum hoc alij vasalli dicuntur domini: sed respectu primi sunt minores domini: & consequenter primus vasallus est dominus respectu secundi. Nam verba Senior suus, intelliguntur de seniore immediato: quia ille proprie dicitur eius senior, quia eidem debet fieri recognitio, & eidem præstari fidelitas, secundum Bal. in d. §. illud. Et facit ad hoc quod dicit Io. Fab. instit. de empt. & ven. vbi dicit quod primus emphyteuta respectu secundi est dominus, & secundus respectu tertij. Et probatur istud in d. §. illud. vbi dicit, Si vasallus offenderit dominum domini sui, &c. & sic ibi vasallus appellatur dominus respectu alterius vasalli inferioris. Et ibi Bal. dicit quod ipse vasallus est dñs quo ad suum vasallum. Et sic ex quo in dictis vsaticis, & capitulis non diffinitur de quo dño, merito dicamus quod intelligitur de quo libet vasallo, qui respectu alterius sit dñs, & a quolibet eorum in solidum potestas peti possit. Quærit Gul. de Vallesicha in leatura in vsatico, si quis suum feudum ¶ quid si Rex Maioricarum, vel comes Vrgelli qui tenent regnum seu comitatum in feudum, aliqua castra regni vel comitatus alicui concessit in feudum cum consensu domini alodialis, si postea dictus Rex, vel comes committat tale delictum contra dominum, ex quo veniat regnum, seu comitatus confiscandum, seu confiscandus domino Regi Aragonum, an veniant alia castra data per Regem Maioricarum, vel comitem Vrgelli militibus in feudum Regi Aragonum confiscanda, seu applicanda. Et dicit quod non. ¶ Pro hoc l. fundi. C. de fundis patri. lib. x. j. & C. de loc. sim. patri. l. j. lib. x. Si autem dñs alodialis non consentiret in concessione feudi facta militi, seu militibus, haberet locum dictus vsaticus, si quis suum. & vsaticus, si a vicecomitibus, secundum Guliel. vbi supra. Adde quæ dixi superius in questione.

Quæro, quid si primus vasallus. Quæro vltimus, secundum dictum Gul. in dicto vsatico, pone quod in vno feudo sunt plures vasalli, ¶ vltimus vasallus committit crimen læsæ maiestatis contra dominum Regem, pro quo primus vasallus tenebat feudum, quæritur, cui applicetur feudum, vel principi, si domino Regi vel vasallo immediato, pro quo vltimus vasallus feudum teneat. Et videtur quod domino immediato: vt in feud. de prohib. feud. ali. per Frede §. illud. & capitu. fina. extra de loca. Sed contrarium est rei veritas secundum dictum Guliel. quod ius vltimi vasalli dictum crimen committentis debet domino Regi applicari, iure semper saluo penultimi vasalli, sicut prius ante delictum perperatum erat, argumen. ff. de dam. infect. l. si finita. §. si de vectigalibus. §. sed decernendum. Verum quia penultimo vasallo non expedit habere suum dominum & Regem per vasallum: nec debet quis effici socius inuitus: vt l. actionem. §. societas. ff. pro socio. ¶ Et minus decet dominum Regem tributaria bona alteri subiecta tenere, argumento. l. fiscus. ff. de iure fisc. nec dominus Rex seruire possit per substitutum: quoniam tunc ipsemet videretur seruire, argumen. l. prima. §. deiecit. ff. de vi & vi arma. & capitu. cum venissent. extra de restitutio. spoliato. feudum vendi debet in tali casu: & dominus Rex debet habere æstimationem iuris committentis dictum crimen, & habebit suum ius confiscationis: vt l. qui solidum. §. primo. ff. de legatis secundo. & l. item si verberati. §. j. & fin. ff. de rei vendica. & ff. loca. l. si fundus. & de euictio. l. Lucius. ¶ quoniam dominus rex, seu eius fiscus rem communem cum aliquo videri de iure potest. vt C. de ven. re. fisca. cum priua. l. prima. libro x. Et pro hoc facit c. ex eadē lege. de lege Cora. Nec obstant contraria, quoniam in casibus illis offensa, seu crimen committebatur per vasallum vltimum contra dominum suum immediatum, & non contra Regem dñm feudi superiorē: vt i q. preposita. Gul. vbi supra. Et pro opinione istius Gul. faciunt not. per Bald. in d. §. illud. in verbis, quia alienando offendit dñm domini: ergo ad veterē dñm reuertitur. Si autem offenderet aliter iniuriam in propria persona vasalli, rediret ad vasallum, vt habeat saltem suæ iniuriæ vltionem,

tionem, argumen. ff. de collatio. bono. l. ij. §. emancipatus. Vult ergo dicere ibi Bal. ¶ qd feudum reuertitur ad illum dominum, contra quem delictum est commissum. Igitur si dictus vasallus inferior committit crimē læsæ maiestatis contra dominum Regem, eidem feudum est reuersurum. Et etiam pro eo, quod dicit Guliel. quod feudum apertum non potest stare, neque esse penes dominum Regē, cum esset inconueniens, quod esset vasallus sui vasalli. Facit pro hoc infra c. si in aliquo castro. In contrarium quod dictum feudum aperiatur domino immediato ipsius vasalli, qui dictum crimen commiserit, facit constitutio edita per dominum Regem Iacobū apud Terraconam. c. in Christi nomine. §. item in pacibus & treugis. & in constitutione Regis Iaco. edita contra hæreticos, incipiente, in nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis. §. itē non fiat. vbi habetur quod dominus, qui recepat hæreticos, si tenet feuda applicantur suo domino: & sic si in crimine hæresis, quod grauius est, quam crimen læsæ maiestatis contra dominum Regem commissum: vt in c. vergentis. de hæretic. & in c. cum secundum. eo. titu. lib. vj. & de pœnis. in quibusdam. cum similibus, applicatur suo domino: quanto fortius in crimine læsæ maiestatis applicari debet. Facit etiā pro hoc quod dicit Barto. in d. §. de vectigalibus. vbi dicit quod feudum non venit in publicatione bonorum. Et idem tenuit Oldra. in consi. xvij. & illud sequitur Bal. in l. j. C. de bon. quæ libe. & in conclu. feudorum. in c. imperialem. de prohi. feu. ali. per Frede. & illud etiam sequitur Ludo. in d. §. ¶ Quid igitur est dicendum? Ego sic dicerem salua determinatione melius me in his sentientis, quod aut feudum tenetur per plures dominos, inter quos est dominus Rex, vt in themate, aut per alios dominos, inter quos non est ipse dominus Rex. Primo casu credo opinionem Guliel. esse veram: quia tunc ex quo iniuria est irrogata ipsi domino Regi domino suo iure generalis iurisdictionis, & etiam domino superiori ipsius feudi, sibi feudū applicatur, vt habeat suæ iniuriæ vltionem: & in hoc potius venit ex natura feudi, & ex legibus feudalibus, quam ex publicatione. Et pro hoc faciunt not. per Baldum in feud. si de feu. def. mi. §. si vasallus. & in dicto. §. illud.

31 vbi quærit, ¶ si vasallus vasalli dominum domini offendit, an debeat amittere feudum. Et concludit quod sic. Et ita intelligo Specul. quem Barto. refert, & Alberi. de Rofate in secunda parte statutorum q. ccl. & cclj. tenentes feudum venire in publicatione. Secundo verò casu est vera opinio contraria, feudum applicari immediato domino ipsius vasalli, per iura superius allegata. Sed tu nota secundum Baldum in feud. per quos fiat inuesti. §. fin. quod si vasallus commisit ingratitude, ex qua veniunt bona publicanda, & dominus noluerit vendicare, quod feudū confiscabitur, ita quod donec delinquens decederet sine hærede, fiscus possidebit. Et adde eundem Bal. qualiter feud. olim ali. §. si verò. vbi sic inquit in verbo, aliaratione. & not. verbum. ¶ Et est argumen. quod propter maximam capitis diminutionem vasallus, quasi videatur decedere sine hærede, feudum reuertatur ad dominum. Ego credo quod referretur liberis per authen. bona damnatorū. & non existentibus liberis, agnatis, si est feudum paternum: aliās reuertitur ad dominum. Vel dic vt dixi supra. per quos fiat inuesti. §. fi. in fin. sed quod dicit de feudo paterno, idem in alio per ius Cathalonicum, vbi agnati, & cognati succedūt: vt infra c. si aliquis vasallus. & in curia Ceruaria. c. item ne super. Et dictum Bald. intellige in quantum dicit quod reuertitur liberis in alijs casibus quam hæresis, vel læsæ maiestatis, feu alijs, in quibus filij excluduntur, iuxta l. quisquis. C. ad legem Iul. maie. & c. cum secundum. & alia iura superius allegata. Et hoc probatur in quantum ipse allegat authen. bona. de cuius intellectu vide Baldum de pa. tenen. & eius vio. Nec obstant dictæ constitutiones: quia ibi verbum dominus, intelligitur de domino superiori ratione feudi, quia ita accipitur in materia feudali, vt scripsi supra in capitulo primo. in verbo Domino. Vel ibi alius erat dominus quam dominus Rex: vel ibi nō erat nisi vnus dominus. Vel speciale est in crimine hæresis. ¶ Tu verò dicas, quod si vasallus committit crimen læsæ maiestatis, & tenet feudum à domino Rege, & ab alijs dominis, quod tunc est apertum ipsi domino Regi. Si autem committēs crimen læsæ maiestatis non teneat feudum à domino Rege, sed ab alijs: & tunc quia videtur

videtur decedere, sine hærede, quia liberi non succedunt, & credo feudum esse commissum domino, si est vnus dominus: si autem sunt plures domini, tunc debet vendi, & pretium diuidi inter alios dominos. In alijs verò criminibus contra alium, quam dominum feudi, commissis, in quibus bona publicantur, & liberi nō excluduntur, dic quod reuertitur liberis, si liberos habet: in autem, agnatis, vel cognatis, cum feudum non ventat in confiscatione. Si autem ipse vasallus forefecerit contra alterū ex ipsis dominis: & tunc dic quod feudum reuertitur ad illum dominum contra quē commiserit dictam forefacturam, vt habeat suæ iniuriæ vltionem. Et ita intelligo totam istam materiam per iura superius allegata. Et adde quæ dicam. j. c. domino de functo. in. q. sed quæro cui applicabitur. et in c. fellonia. in. q. iuxta quod quæro. Sed si vasallus forefaciens contra dominum habeat liberos, nunquid delictum ipsius vasalli nocebit ipsis filijs: vide quæ latius scribam j. c. habito. in iij. oppo. & in c. feloniam. ¶ Sed quæro, ecce ¶ qd dominus immediatus malitiosè tractat vasallum, puta opprimendo illum, vel iustitiam denegando, aut aliter, & sunt in ipso feudo duo vel tres domini, vt hic, aut ipse vasallus oppressus vel malitiosè tractatus poterit recurrere ad dominum superiorem mediatum, & coram illo respōdere. Et credo in isto casu qd sic: vt est tex. secundum vnum intellectum in c. ex transmissa. de fo. com. vt ibi dicit Nico. in. iij. notabili. & in c. ceterum. de iudi. Nam licet primò corā domino immediato vasallus respōdere teneatur, fallit in isto casu. Nec succedet ordinarius loci quādo reperitur dominus mediatum, secundum Nico. in d. c. ex transmissa. Et adde Bal. in c. ceterum. de iudi. prout retuli superius in iij. notabili. sed contra hoc quæ ibi dixi & hic dico in eo qd primo coram domino immediato vasallus respondere teneatur, facit: Nam d. c. ex transmissa. loquitur quando est quæstio inter duos vasallos, qui tenent feuda ab ipso domino inferiori immediate, vt declarat Bal. in d. c. ceterum. Secus ergo esset, quando dominus inferior haberet quæstionem cum aliquo vasallo suo immediato, vt puta quia dominus inferior imposuit emperam realem in casibus in iure permissis in feudo, quod vasallus te

net cors acors ab eo: vel vult confiscare feudum propter felloniam contra eū ab ipso suo vasallo commissam: est ne eo tunc iudex ipsemet dominus immediatus, aut superior. vidi arduam quæstionem de hoc in facto Nobilis de Balleria domini baroniæ sancti Vincentij de ortis, qui tenet dictam baroniā in feudum pro ciuitate Barchinonæ, & imposuerat emperam realem in quodam feudo, quod dictus Torrelles tenebat pro eo, & ipse Nobilis tenebat illud pro dicta ciuitate, & ipse Torrelles firmavit ius in posse dictæ ciuitatis: fuit dubitatum an bene firmauerit. Et sine argumentis dico quod non. Nam vasallus, cui à domino immediato fuerit emperatum feudū, tenetur firmare directum seniori suo, vbi cunq; seniores eorum illis mandauerint: vt in vsatico homines. & pro hoc vsatic. magnates. vbi si vasallus contenderit firmare directum seniori suo, sicut firmare debet, & propter hoc feudum fuerit emperatum, nō tenetur eis reddere, nisi firmatum fuerit directum. Item in vsaticis qui fallierit, qui viderit. sed si senior. qui solidus. & multi alij faciunt mentionem de seniore suo. ¶ Et de iure appellatione senioris in materia feudali intelligitur de domino à quo tenet feudum: vt est tex. hic potest esse titulus, qui. mo. feu. amit. & in c. ij. apud quē vel quos. & de prohib. feu. ali. per Lotharium. & in quolibet Iacob. Alua. & consequenter tenetur firmare ius in posse ipsius domini, à quo tenet ipsum feudū. Et pro hoc vsatic. placitare. ibi: cum suo seniore, vel de quo habuit maius beneficium: & sic cum ab eo habuerit bñficiū in suo vel intra curtis sue ianuā placitare tenetur: nam facta iuris firma, tunc ipse senior assignabit pares curiæ prout tractauit infra i. c. si aliquis habet. vbi tractauit materiam iurisdictionis in causa feudali. Nec obstant hoc c. & j. c. si minor. & c. si in aliquo. vbi vasallus tenetur firmare ius in posse domini superioris: quia ibi sunt casus speciales, quando vasallus iniuriauerit dominum superiorem: ergo in contrarium est ius vsaticorum, per quos cautum est quod vasallus firmare debet seniori suo directum, vt dictis vsati. omnes homines. & vsa. magnates. & tenetur placitare vbi cunq; ipse mandauerit in suo vel intra suæ curtis ianuā: vt dicto vsa. placitare. l. j. ff. ad muni. Nec etiā obstat c. præterea. k

de prohi. feu. ali. per Frede. vbi habetur qd quando est quaestio inter duos vasallos qd dominus est iudex. Nam dictum c. loquitur quando illi duo vasalli prætendunt vnũ & eundẽ inuestitorẽ, seu dñm, & quislibet vult ostendere de iure suo: quia cum ipse sit dominus immediatus vtriusq; eorum, cognitio pertinet ad eum. Ita dicit Nico. in c. ceterũ de iudi. in ver. si prætendunt. & est tex. in d. c. ex transmissa. nec d. c. præterea. vnq; somniauit qd essent duo domini vnus post alium: & dato qd ita esset, dominus superior non cognosceret inter ipsos duos vasallos, sed ipse dominus immediatus, a quo inuestituram, seu beneficium habent ipsi vasalli, est iudex, vti dicit Bal. in d. c. ceterum. Nec etiam cognosceret ipse dominus superior, quando est quaestio inter dominum immediatum, & eius vasallum, sed pares curiẽ sunt iudices: vt in d. c. præterea s. si. nisi in casu, quo ipse dominus immediatus esset negligens, vel opprimeret suum vasallum, vel ab eo esset appellatum, vt dixi superius. Crederem tamen qd si feudum fuerit alienatum, & ex ipsa alienatione deberetur laudimium domino superiori, iuxta constitutionẽ, Item ne super laudimio curiæ Ceruariæ, qd dominus superior pro suo interessẽ cum habeat partem laudimij ipsum feudum emperare poterit: vt est tex. in d. cõstitutione. Et idẽ si seruitiũ esset sibi fallitũ, vel pro alijs causis, pro quibus empera realis permisa est, vt scripsi j. in c. si castellanus. dum tamẽ sua interesset. Nam in feudatio facta per vasallum aliq; vasallo nõ potuit in aliquo alterare qualitatem & formam ipsius feudi, prout ipse habebat: & si fieret, priuaretur dicto feudo ipse, & accipiens, secundum Andre. de Her. & Jacob. Alua. in feu. de lege Cora. s. profectio. Nã ad hoc vt vasallus possit infeudare, tria requiruntur. Primò qd infeudet æquali. Secũdò eo modo, & forma, quo ipse vasallus in feudans habet. & nõ alio modo. Tertio qd hoc faciat sine aliqua fraude. Text. & gl. in c. beneficiũ. si de feu. sue. cõtro. & sic in illis casibus, ex quibus dominus posset emperare feudum apud suum vasallum infeudantem existentem, ita potest emperare apud illum, cui feudum fuit infeudatum.

Qualiter procedatur contra emphyteutam iniuriantem.



Nodem modo de emphyteuta procedit, qd si dominus superior conquestus fuit de emphyteuta inferiori, qd forefecit in honore emphyteutico, quẽ tenet, procedat dñs cum primo emphyteuta, & primus cũ secundo, & secundus cum tertio, vt suprã dictum est de vasallo. Et si emphyteuta tertius distulerit firmare, & facere ius domino superiori, postq; ei a domino suo fuerit denũtiatum, dñs maior faciet emperamentũ honoris suo proprio emphyteutæ, & primus secundo, & secundus tertio, & pro dño superiori quoties fregerit emperamentũ, dñs superior petat a suo emphyteuta poenã, & ipse emphyteuta a secundo, & secundus a tertio, scilicet qd soluat sibi poenam fractionis emperamenti, quod sibi fecit pro dño superiori conquerenti de eo, & toties faciet dñs emperamentum, donec per aggrauationem solutionis poenarum inferior emphyteuta rubore confusus, firmet, & faciat ius conquerenti.

S Y M M A R I U M.

- 1 Emphyteusis in quibus feudo assimilatur.
- 2 Emphyteuta dño ius firmare recusans qualiter puniatur.
- 3 Honor dictio est æquiuoca, & aliquando pro re immobili accipitur.
- 4 Emperamentum quid significet.
- 5 Dñs allodialis qualẽ habeat iurisdic. in suũ emphyteutã.
- 6 Emphyteuta an possint plures esse in eadem re.
- 7 Laudimium duplex præstatur, si res emphyteutica ab emphyteuta in emphyteusim detur.
- 8 Puniri quando quis possit pro alio.
- 9 Culpa in negligendo committitur, & faciendo.
- 10 Emphyteusis natura quemlibet successorem afficit.
- 11 Emphyteuta inferior an teneatur ius domino superiori.
- 12 Emphyteusis quid proprie dicatur.
- 13 Emphyteuta primus an respectu secũdi dicatur dominus.
- 14 Emphyteuta plures dños habent quis iudicẽ assignabit.
- 15 Emphyteuta an possit infeudare rem emphyteuticam.
- 16 Emphyteuta inferior canonem non soluens an possit expelli

- 17 Dominus superior quod remedium habeat, si secundus emphyteuta forefecerit, & primus nolit denuntiare.
- 18 Emphyteuta si nõ obedierit, dñs superior iudicẽ assignabit.
- 19 Arbitri quid possint.
- 20 Iudex nõ potest punire inobedientem sibi sine citatione.
- 21 Vasallus qualiter cogatur procedere contra suum emphyteutam.
- 22 Extensio in correlatiuis sit de uno in aliud.
- 23 Constitutio poenalis loquẽs de reo, locũ habet in actore.
- 24 Poena emperæ fractæ que dicatur.
- 25 Dominus allodialis an possit facere emperam realem in re emphyteuticã.
- 26 Statuta contra ius commune non sunt extendenda.
- 27 Empa realis, que sit in feudo, potest in emphyteusi fieri.
- 28 Firma cum effectu facta dñs emperam soluere tenetur.
- 29 Firma rustici debet domino notificari.
- 30 Emphyteuta alienãs emphyteusim an cadat in cõmissum.
- 31 Dominus directus emperam realem facere potest.
- 32 Empera realis quomodo fiat iure communi.
- 33 Empera realis quando in re emphyteuticã fieri possit.
- 34 Regule semper statuntur, nisi de contrario doceatur.
- 35 Ius exorbitans non debet extendi.
- 36 Emperare quid significet.
- 37 Emphyteuta male tractans rem emphyteuticã, ab ea expelli potest.
- 38 Empera realis in re emphyteutica fieri potest.
- 39 Emphyteusis citra domini consensum obligari potest, non autem feudum.
- 40 Emphyteuta qualiter delinquere dicatur in re emphyteutica.
- 41 Firma iuris si sit facta per vasallum aut emphyteutam, an dicatur empera cancellata.
- 42 Sequester quando statim tollatur satisfactione præstita.
- 43 Vasallus quo remedio utatur contra dominum nolentem tollere emperam.
- 44 Vasallus quo remedio euitet emperam.
- 45 Emphyteuta, qui alienat rem emphyteuticã, & non tradit, an dicatur contra prohibitionem alienationis fecisse.
- 46 Emphyteuta recuperans rem a se alienatã, an dicatur in cõmissum incidisse.
- 47 Pactum contra emphyteusis naturã an sit ualidum.
- 48 Emphyteusis reuersa ad dominum an sit libera a debitis per emphyteutam contractis.
- 49 Res emphyteuticã sine cõsensu dñi obligari nõ potest. Pignori dare quis dicatur.
- 50 Alienatio gñalis nõ cõprehendit bona alienari prohibita.
- 51 Maritus rem dotalem obligare non potest.
- 52 Impignorare uerbum traditionem requirit.
- 53 Pignoris obligatio an comprehendatur uerbo cõparandi.
- 54 Venditiõe prohibita nõ cõsetur phiberi pignoris datio.
- 55 Prohibitio facta a lege, testatore contrahente, & iudice, paribus incedunt passibus.
- 56 Alienare, uerbum latius extenditur, quam emere.
- 57 Pignori obligari que res nequeant.
- 58 Alienari, uel uendi prohibitum, non potest pignori obligari.
- 59 Venditionis nomine non uenit pignoris datio.

- 60 Acquiri an possit uia pignoris, pacto existente de non acquirendo.
- 61 Alienatio uarijs sit & capitur modis.
- 62 Alienationis nomine an ueniat pignoris datio.
- 63 Emptione prohibita, non uidetur prohiberi pignoris captio.
- 64 Emphyteuta ius domini per allodium a domino emere non cogitur.
- 65 Emptor rei emphyteuticariæ an teneatur soluere cõsum præteritum cessatum.
- 66 Res emphyteuticã an domino pro pensione sit tacite hypothecata.
- 67 Emphyteuta bona illata & inuenta in rem emphyteuticã an sint pro censu domino obligata.
- 68 Ecclesia an retinere possit legatum sibi factum de re emphyteuticã.
- 69 Alienatio immobilium quare non debeat fieri in personis ecclesiasticis.
- 70 Locari an possit res emphyteuticã ad decem annos.
- 71 Tempus longum quod dicatur.
- 72 Tempus non determinatum præsumitur esse decem duorum.
- 73 Alienare prohibitus, ad centum impune locare potest.
- 74 Locatio ad decem annos fieri nequit sine domini translatione.



Nodem. Istud c. est continuatiuũ ad c. præcedens. Nam ibi statuitur qualiter potest procedi contra vasallum inferiorẽ, qui forefecerit, quando sunt plures vasalli feudatarij: hic uerò statuitur qualiter procedatur contra emphyteutam forefactorẽ, quando sunt plures emphyteutæ. Et diuide istud ca. in quatuor partes. In prima parte dicit qualiter dominus directus & allodialis potest procedere contra emphyteutam inferiorẽ, qui forefecerit in honore emphyteutico. In secunda parte dicit qualiter procedatur contra emphyteutam, qui distulit firmare ius domino superiori. In tertia parte dicit qualiter dominus potest petere poenã emperæ fractæ. In quarta parte & vltima dicit qualiter dominus potest aggrauare emphyteutam, vt ius faciat domino. Prima pars incipit ibi: eodem modo. vsq; ad ver. & si emphyteuta. Secũda pars ibi, vsq; ad ver. & quoties. Tertia pars ibi, vsq; ad ver. & toties. Quarta pars ibi, vsq; ad finẽ. Casus. Si emphyteuta inferior, qui forefecerit in honore emphyteutico, non vult sibi facere ius, dominus potest procedere contra primum emphyteutam, & primus contra secundum, & secundus contra tertium, eodem modo, quo dominus potest procedere cõtra vasallum feu-

datarium forefactorem: & si non vult firmare ius, dominus potest imperare honorem: & si emperauerit facta, potest petere poenam, & aggravare emphyteutam per solutionem poenarum, donec emphyteuta faciat ius domino conquerenti. h. d. Vel sic, & breuius. Casus: Hic habetur qualiter dominus potest procedere contra emphyteutam inferiorem, qui forefecerit in honore emphyteutico. Vel sic: Eodem modo potest procedere dominus contra emphyteutam inferiorem, qui forefecerit in honore emphyteutico si cuti potest dominus procedere contra vasallum contra eum forefactorem. Collige notabilia. ¶ Not. primo quod feudum, & emphyteusis æquiparantur, & proceditur similiter in eis, atque ambulant pari passu. Vide alium casum j. c. si dominus. in fin. & adde que dicam j. in quaestionibus. Not. secundo quod si emphyteuta inferior forefecerit in honore emphyteutico potest a dicto domino procedi cum illo emphyteuta, & a primo cum secundo; & a secundo cum tertio. No. tertio quod si emphyteuta tertius non vult firmare ius domino superiori, potest ipse dominus imperare honorem. No. quarto qualiter dominus potest petere poenam emperæ factæ. ¶ No. quinto quod dominus potest aggravare emphyteutam firmare ius recusantem per impositionem poenarum, & illarum solutionem, siue exactio nem, donec firmauerit ius ipsi domino conquerenti. Expone literam. Eodem modo. Ita verba respiciunt præcedentia in capi. proximo. Quasi dicat, dictum est supra qualiter procedatur per dominum contra suum vasallum forefactorem: hic vero addit qualiter procedatur per dominum directum contra emphyteutam, qui forefecerit in honore emphyteutico. Procedatur. supple. quo proceditur contra vasallum feudatariu, vt supra c. proximo. forefecerit id est, deliquerit. Ita exposui supra, proximo capitu. in verbo forefecerit. adde hic que ibi dixi. Honore id est, re data in emphyteusim: quia. ¶ honor est æquiuocum: & hic accipitur pro re immobili: & est vulgare Cathalonie. Vide Iaco. de Monte iuda. in vsatico, autoritate & rogatu. & que dicam in illius repetitione. Tenet scilicet ipse emphyteuta pro domino directo. Supradictum. scilicet supra c. proximo: vt puta,

quia primus emphyteuta mandat secundo quod firmet ius domino conquerenti, & secundus mandat tertio emphyteuta forefactori. Et repete hic que ibi dixi. Distulit. id est, non vult. Ius supple de eo, in quo sibi tenetur pro forefactura. Et scilicet emphyteuta inferiori. ¶ Emperamentum. Hic accipitur pro emperæ: in vsatico, simili modo accipitur pro guidatico, protectione, siue saluagardia. Ita exponitur & interpretatur per constitutionem generalem Cathalonie editam in Curia Parpiniani. ca. quia per aliquos trepitantes. Et istud emperamentum alter facere non potest, nisi princeps: vt in dicto vsatico, vbi dicitur quod fecerit princeps. & in constitutione Montisalbi regis Iaco. ij. c. Item ad supplicationem. Toties. Ista dictio intelligitur de pluribus vicibus causa superueniente, secundum Bartolum in l. eum. §. cum pure. ff. de verborum obligatio. Fregerit emperamentum, id est, violauerit dictam emperam. Vide in vsatic. rusticus si desemperauerit. Sed ibi loquitur in emperæ verbali, hic vero in emperæ reali. Sed istud indiget maiori examine. Et sic vide que dicam infra in quaestionibus. Poenam. supple. emperæ factæ. Aggravationem. supple. imponendo eas emphyteuta, qui non vult firmare ius, & illas exigendo. Rubore id est, verecundia. Confusus. scilicet emphyteuta inferior, Conquerenti. scilicet in posse domini directi, vt videtur dicere constitutio facta per dominum Regem Iac. in curia Barchinone. c. item quod aliquis homo. Oppo. j. quod contra emphyteutam dominus non possit procedere, sicuti contra vasallum feudatarium: ¶ quia contra emphyteutam non habet dominus allodialis illam iurisdictionem, quam habet dominus in feudatarium suum: vt in c. j. de pa. iura. fir. in feud. & Collec. in capitulo cæterum. de iudi. vbi dicit quod si quaestio est inter dominum & emphyteutam, quod dominus de ea cognoscere non potest. Idem tenet Petrus Helix in tractatu de iure emphy. Sol. Illud est de iure communi, istud vero est de iure consuetudinario Cathalonico, vt hic, & in vsatic. omnes homines. in fi. & ibi Iac. de Monte iud. & per glo. & Iaco. de Monte iud. in vsatico, de alijs. Et de hoc est casus in constitutione regis Iac. in prima curia Barchinone c. xxx. Item quod aliquis homo non compellatur placitare,

citare. Et sic tanquam posterius ius corrigit ius commune. ¶ Opp. secundo quod non possint esse plures emphyteuta in vna re: quia emphyteuta est prohibitus alienare sine consensu domini. C. de iure emphy. l. vltima. in princ. & appellatione alienationis, emphyteusis continetur, vt non possit dare in emphyteusim ille, cui alienatio est interdicta: vt extra de re. eccle. non ali. c. nulli liceat. & in authenti. de non ali. aut permu. re. eccle. §. nos igitur. vers. alienationis autem. & C. de re. eccle. non ali. l. vltima. & in pragmatica, siue constitutione incipiente, quoniam dignè regnat. quam inferius narrabo in quaestionibus. Solu. intelligo istud c. quod emphyteuta dederit rem in emphyteusim cum consensu domini. Et ita dicit. Per Iac. de actio. in rem pro re emphy. & Io. Rab. in titu. loca. §. adeo. & Spe. eo. ti. ver. cxxv. & sic potius concordat, quam discordet. Vide Ludo. in l. in concedendo. ff. de aqua plu. arc. & Spe. vbi supra ver. clxvj. a quo petatur pensio. & ibi ver. cxxvj. cuius consensus sit requirendus in alienatione. & Hostien. & Io. And. in c. potuit. extra de loca. & vide Bal. de prohibi. feu. ali. per Frederic. illud. in Barchinona est priuilegium, in re cognouerunt proceres, ¶ quod si emphyteuta dat rem in emphyteusim, quod præstat duplex laudimium: vt in c. Item ille emphyteuta. Oppo. tertio quod primus, neque secundus emphyteuta non debent puniri propter forefacturam inferioris emphyteuta, cum poenæ suos debeant tenere auctores: vt in l. sancimus. C. de poenis. & in l. obmaritorum. C. ne vxor pro mari. Sed si dominus potest petere poenam emperæ factæ per emphyteutam inferiorem a primo emphyteuta, & primus a secundo, iam sequeretur quod primus & secundus emphyteuta punirentur ex culpa, & delicto inferioris emphyteuta: quod ipsa iura non patiuntur. Sol. vt dixi in prima oppo. illud est de iure communi, hic vero de iure consuetudinario. Sed ista solutio non est bona: quia iurium correctio est vitanda: vt c. eum expediat. de elec. lib. vj. Dicas ergo quod illud est regulare: quod hic dicitur, est speciale: ¶ quia multi sunt casus in iure, quod vnus punitur ex facto alieno, sicuti dominus pro domesticis, & familia, vt dixi supra in capi. si domino. & exercitor nauis, & nauæ, caupones, & stabularij, qui tenen-

tur de factis institorum & nauarum: vt in toto titulo. ff. nau. caup. stabula. Et vide Rosfre. in titulo de exerci. circa finem. & in titu. de obli. que ex quasi delicto. naf. per totum. & in alijs casibus, qui per teipsum colligi possunt. Nam emphyteuta est in culpa, qui malum elegit emphyteutam: quia mala electio est in culpa, secundum Ioan. Fabrum insti. si quad. pau. fe. di. Vel dic quod primus & secundus emphyteuta non puniuntur ex facto vel delicto inferioris emphyteute: quia poena emperæ factæ non exigitur ab eis, si procedunt contra emphyteutam: quoniam ipsi ad aliud non tenentur, nisi quod procedant contra eorum emphyteutam forefactorem vt firmitus domino superiori conquerenti. Si autem ipse emphyteuta non vult procedere contra suam emphyteutam, tunc est in culpa & negligentia, & sic facit delictum suum proprium, & tunc non punitur ex facto, seu delicto sui emphyteuta. sed ex suo prouenienti ex culpa & negligentia suis. ¶ Nam culpa intelligitur in faciendo & negligendo, secundum Bartolum in l. si seruum. ff. de verborum obligationibus. Ille enim, qui non facit quod quilibet diligens fecisset, vel qui est in mora, dicitur in culpa esse, secundum glo. in l. videamus. ff. loca. Sed iste emphyteuta, qui non præstat diligentiam in procedendo secundum hoc c. contra suam emphyteutam, ideo circa ea est morosus: nulli dubium est, quod efficitur in culpa, ex qua non immerito venit puniendus, vt hic. Oppo. quarto quod emphyteuta inferior non potest compelli vt firmet ius domino superiori, cum non sit eius emphyteuta: nam vasallus vasalli mei non est meus vasallus: vt dicit Bal. de prohibi. feud. ali. per Frederic. §. illud. arguendo ergo de vasallo ad emphyteutam, ex quo hic parificantur. Solu. ¶ Istud venit ex natura contractus emphyteusis, qui afficit quilibet successorem, secundum Baldum in l. secunda C. de iure emphyte. Vel dic quod eo ipso quod emphyteuta recipit rem cum consensu, & firma domini, & inducitur ab eo in possessionem, tunc dominus tacite cum eo contrahere videtur: & ideo competit domino contra eum conditio ex l. zenonis, secundum Azo. in summa, C. de iure emphy. & Pe. Iac. de actione in rem pro re emphyteutica adde que dicit Bald. in

- 11 d. §. illud. ¶ Oppo. quinto quod emphyteuta inferior pro dicta forefactura non teneatur firmare ius in posse domini superioris: quia sequeretur quod ipse dominus iudex esset in causa propria, contra illud, quod dicitur quod nemo in causa sua propria iudicet, vel ius dicat. in rubro, & in nigro. C. vt nemo & c. & in c. nullus. C. de iudic. cum similibus. & est text. j. ca. si in aliquo §. si. vbi si iniuria est facta vni castellanorum, alter non tenetur firmare directum in posse castellani iniuriati. Solutio. Illud quod dicitur, quod nemo in causa propria iudicet, vel ius dicat, est regulare, hic verò est speciale: & quod dicitur in d. §. si. loquitur in alio casu, quando vnus castellanus iniuriam fecerit contra alium castellanum parem in castro: quia par in parem non habet imperium: vt l. nec magistratus. ff. de arbi. hic verò quando forefecerit domino superiori. Et sic est casus diuersus, & non aduersus. Vel dic quod iste dominus non iudicat de causa sua, quia tenetur dare iudicem dicto emphyteutæ, secundum ea, quæ not. per Iaco. de Monte iuda. in v. fatico, omnes. & Iac. de Callicio in v. fatico, placitare. & scribam latius j. in c. si aliquis. Et isto modo potius concordat quam discordet.
- 12 ¶ Quæro primò quid sit emphyteusis: Et dic quod emphyteusis est propriè res immobilis, quæ ab Imperatore conceditur secundum Bal. in rub. C. de iure emphy. vbi latius de hoc. & vide eum in l. j. C. eodem. vbi ponit differentias inter contractum emphyteusis, locationis, & vèditionis. Et quo iure fuit introductus cōtra emphyteusis, & vnde dicatur, & de multis alijs quaestionibus vide per Specu. tit. loca. §. nunc.
- 13 Quæro, si primus emphyteuta dat secundo rem in emphyteusim, & secundus tertio, an dicantur domini respectu illorum, cui res datur in emphyteusim: Et secundum Io. Fab. in situ. de emp. & ven. dic qd si primus emphyteuta dat alteri in emphyteusim, ille primus emphyteuta respectu secundi est dominus, & secundus respectu tertij. Adde quæ dixi supra c. proximo circa fin.
- 14 ¶ Quæro si plures sint domini alicuius emphyteutæ, quis eorum dabit, seu assignabit iudicem: Gulielmus de Valleficha in v. fatico, omnes. dicit quod vltimus, argumento in re cognouerunt p. c. c. xxiiij. & c. xxix. & c. xxx. in pria curia Barchinona

regis Iaco. Adde qd si quis poterit ostendere instrumentū solidantiæ, non debet sub maiori domino respondere, sed sub eo, cui fecit solidantiæ. Et ita fuit factū cum Abbate Ageren. Raymundi Berengarij. Et vide Anto. de Butrio in c. licet de proba. & bonam gl. in cle. pastoralis. de re iudi. circa finem. Quæro, si emphyteuta primus dederit rem alteri in emphyteusim, retenta sibi certa pensione, & aliquid pro intrata, an inter eos habeat locū condicatio ex l. zenonis. Et dic qd non: quia inter eos contractus emphyteutarius esse non potest, cū titulus de iure emphyteutico solū habeat locum in domino priori. Modò primus emphyteuta nullū ius habet: ideo dominus directus semper remanet dominus. ideo nec pœna commissi, nec expulsio locum habet, sed habet locum inter eos cōtractus innominatus si primus det rem secundo, vt secundus det pensionē, ideo agitur præscriptis verbis, secundum P. Iac. vbi supra. & ibi vide eum latius. & adde Bal. in d. §. illud. & Spe. ti. de loca. §. nunc. ver. cxxvij. ¶ Quæro an emphyteuta possit dare rē emphyteuticam alij in feudum: Et dic qd nō: quia dñs nō cogitur suscipere aliquē in vasallū: quia natura feudi est prorsus extranea à natura emphyteusis, nec possunt esse in eodem homine, vel in duobus ratione eiusdē rei: quia contraria sunt. Item quia contractus feudalis erat incognitus tēpore. l. si. C. de iure emphy. secundum P. Iaco. vbi supra, & Spe. loco præallegato. ver. cxxix. Quid econtra, an vasallus possit dare rē feudalem in emphyteusim. vide text. de hoc. j. c. castellanus. vbi de hoc dicā. ¶ Quæro, quid si primus emphyteuta dat rem secundo, vel secundus tertio, nunquid dominus superior potest expellere emphyteutā, cui data est res in emphyteusim, canonem nō soluentem. Et dic secundum Bal. in l. ij. C. de iure emphy. qd sic: quia solutio census correspondet proprietati: ergo afficit quemlibet successorem: & quia manus iniectio realis est, secundum eū. Adde P. Iac. vbi supra, & Lu. in cōli. cōli. xxxij. vbi dicit qd pro cēsu præteriti tēporis potest agi cōtra nouū emphyteutā, vel emptorē, duplici via. Primò, vt possessionē tanq̄ propriā ab emphyteuta vel emptore vèdicet: & si excipiatur qd ipse emphyteuta, vel emptor legitime emit, replicabitur, eum contractum ratum haberi

non

non debere, ex quo sibi canon, vel pensio non soluitur. Allegat glos. in l. ij. C. de iure emphy. & in l. si usufructus. ff. usufr. quæ admo. ca. Secunda via est, quod etiā quod agatur contra emphyteutam vel emptorē tanquam ad dictam pensionem principaliter obligatum, & deducat hoc modo, scilicet quod dum venditor vel primus emphyteuta ipsam dicto emptori vendidit, aut secundo emphyteutæ in emphyteusim dedit, declarauit ipsam subiectam conditionē de soluendo ipsam annuatā pensionem domino alodiali: cui reservationi ipse emptor, vel emphyteuta cum nō contradixit, assensum præstitisse videtur, & consequenter se obligasse. Allegat ipse Lud. qui hanc secundam viam dedit in dicto consilio multa iura, & glo. in l. si. in verbo Prædixerit. ff. nau. caupo. ita. & in l. si fideiussor. ff. qui facti. cogan. ¶ Quæro iuxta tex. quid si dominus superior denuntiauerit forefacturam emphyteutæ inferioris primo emphyteutæ, & ipse non vult denuntiare suo emphyteutæ, & illi mandare vt firmatus dicto domino superiori vel imperamentum faceret, aut secundus tertio, quod remediū habebit primus dominus: Et dico quod ipse emphyteuta, qui recusauerit prædicta denuntiare suo emphyteutæ, & procedere cōtra eum, debet amittere rem emphyteuticariam: sicuti vasallus debet amittere feudum, vt dixi supra in c. proximo, per text. §. illud. de prohib. feud. ali. per Frede. arguendo de vasallo ad emphyteutā: ex quo hic parificantur. Vel dic quod debet captis pignoribus ad hoc coërceri: vt instit. de satisf. tuto. §. sciendum. cum concord. in gl. ¶ Ego credo quod si emphyteuta est inobediens in procedendo cōtra suū emphyteutā, quod dominus superior debet assignare super his iudicem, secundum ea, quæ dixi supra in v. oppo. per quē iudicē dictus emphyteuta potest mulctari, & coërceri, v. procedat contra dictū emphyteutam. Nam etiā magistratibus municipalibus modica coercitio in corpus cōpetit: vt l. magistratibus. ff. de iur. om. iudi. & omnia, sine quibus cēsentur commissa. l. ij. ff. eo. tit. Adde Bar. in l. ambitiosa. ff. de de decre. ab ordi. fac. vbi dicit ¶ quod habentes arbitrium possunt facere omnia, quæ principaliter spectant ad id, super quo habent arbitriū: possunt etiā facere antece-

dentia per quæ ad id perueniri potest. Itē & omnia sequentia, sine quibus explicari commode non possunt. Sed aduerte, quia quilibet magistratus non potest in plus mulctare, nec aliter inobediētes punire, quam expressum sit in l. fina. C. de mo. mulct. videlicet quod pro omni delicto, vel inobediētia potest ter mulctare, & non plus: vt puta magistratus iubet Titio quod respondeat positionibus: potest propter inobediētiā in non respondēdo positionibus tantummodo ter, & non plus, mulctare: sed si ob aliud fuerit inobediens etiam pro illa alia diuersa inobediētia potest ter mulctari. Ita eleganter dicit Bartol. ad intellectum d. l. si. in l. nunquam plura. circa princip. ff. de priua. delict. Et Ange. Aret. in d. §. sciendum. Sed fortē ista doctrina non habet locum in hac consuetudine: quia restringeret naturā vocabuli Quoties, quod intelligitur de pluribus vicibus, vt dixi supra in expositione literæ. ¶ Sis tamen cautus tu iudex, quod quāuis mandaueris alicui quod faciat aliquid sub pœna vel mulcta. iuxta l. j. in princip. & §. fina. cum ibi nota. ff. si quis ius dicen. non obtempera. & ille fuerit inobediens, & non paruerit mandatis tuis, non potest ilico pœnam imponere, nisi prius ipsum citaueris ad dicendum, & contradicendum quare nō debeat mulctari, vel pœnam talē imponi virtute talis præcepti spreti. vt l. secunda. §. j. ff. si quis in ius voca. non ierit. Ita dicit Bartol. in d. l. j. in prin. si quis ius dic. non obtem. Et not. bene, & tene mēti, secundum Angelum Aret. vbi supra, quod licet iudex in præcepto comminatus fuerit alicui certam & determinatam pœnam, si tamen ille fuerit contumax, & præceptum spreuerit, iudex non cogitur illam quantitatem taxatam in comminatione pœnæ sequi: ideo potest augeri, & minui ex causa pro libito voluntatis: vt l. interuentio. & l. programma. C. commi. & epif. & not. Bartol. in l. prima. in princip. ff. si quis ius dicen. non obtempe. quod not. & facit l. quid ergo. §. pœna granior. cum sua materia. ff. de infami. quæ omnia menti sunt tenenda pro practica huic c. ¶ Et sic concludendo teneas qd si vasallus est inobediens per impositionem pœnarum, & illarum exactionem, & solutionē potest cōpelli ad procedēdū cōtra eius emphyteutā. Et hoc vult dicere iste

k 4

tex. ibi: per aggravationem solutionis pœnarum. Et licet loquatur in emphyteuta inferiori, & in casu emperamenti fracti, at tamen in isto casu inobedienciæ eadem est ratio: & sic idem ius esse debet: vt l. illud. ff. ad legem Aquiliam. potissimè ex natura correlatiuorum, argumento capit. primi. quali. do. feud. proprie. pri. & ibi Baldus. Nam dominus & emphyteuta sunt correlatiui: & sic dispositum in vno ex emphyteutis respectu domini, censetur dispositum in alijs emphyteutis. ¶ quoniam in correlatiuis fit extensio de vno ad aliud. l. fina. C. de indic. vidui. tollen. secundum Io. de Imol. in clem. j. de elect. & vide Bartolum in dicta l. finali. vbi dicit quod si apponatur pœna vendenti frumentum in platea, videtur apposita ceteri. & ibi Baldus. & alios, & per eundem Bal. in l. nemo mar tyres. C. de sacrosanctis ecclesi. facit quod dicit Baldus in l. prima. ff. de calum. vbi dicit, statutum punit accipientem aliquid per baratariam, an videatur punire dantem. Et decidit quod sic. Facit etiam quod dicit Baldus in rubrica. C. de iureiurando. vbi dicit, statutum tollit debitum per præscriptionem, an videatur tollere creditum. Et dicit quod sic ex natura correlatiuorum. Facit inquam quod dicit Andre. de Sicil. in dicta clem. j. vbi dicit quod pœna fuit apposita emphyteutæ, sed de domino nihil fuit expressum: an videatur imposita domino? Et dicit quod sic. Alleg. d. c. si do. feu. proprie. priue. facit quod dicit gloss. & Gemin. in capitulo si post. de confes. libro sex. to. in verbo reus. ¶ vbi constitutio pœnalis loquens de reo, habet etiam locum in actore, licet de eo non loquatur: quia eadem est ratio. Et pro ista materia vide limitationes quas dat Gemin. in capitulo primo. de tē. po. ordi. eo. lib. Et quando constitutio pœnalis propter identitatem rationis extenditur. vide bonam glo. in clem. j. de rescript. in verbo, præidentes. Facit quod dicit Ludou. in repeti. authen. similiter. C. ad legem Fal. quod verba de stricta significatione vocabuli ob identitatem rationis extenduntur ad latam. Facit etiam ad hoc quod modus traditus in vno ex correlatiuis, in alio expressus intelligitur, secundum Baldum si de feu. defun. mi. s. domino. Facit ad hoc, quia constitutio disponentis super vno ex correlatiuis extenditur ad aliud correlatiuum,

dato quod de eo non fecerit mentionem, secundum gloss. & Gemin. in c. cupientes. s. deniq. de elec. li. vj. in verbo, de notorijs.

Sed si dicta verba, per aggravationem, & c. bene & subtiliter intelligantur, non dicunt hoc, ad quod inducunt: quia loquuntur quando fuit facta empera, & emphyteuta violauerit eam, & sic exigitur pœna emperæ fractæ, & fit iterum emperamentum: & si frangatur, aggravatur emphyteuta per solutionem ipsius: & iterato fit empera: & hoc toties, quoties, & c. Nos vero loquimur, quando emphyteuta est inobediens in procedendo contra suam emphyteutam: & sic ipsa dispositio pœnalis non extenditur. Dicas ergo quod casus iste est omissus à consuetudine, & sic relinquatur dispositioni iuris communis: vt l. commodissime. ff. de liberis & posthumis. sed iuxta materiam tituli si quis ius dicens non obtempe. & alia iura supra allegata potest mulctari & per alia remedia prætoria ad contenta in hoc capitulo compelli, iuxta ea, quæ p me superius fuerunt scripta. igitur tene quod superius dixi. ¶ Quæro iuxta textum, quæ est pœna emperæ fractæ: Et dic quod si vasallus facit emperam in allodio suo, est pœna quinque solidorum: vt in vsatico, rusticus si desemperauerit. Et si est miles, tenetur restituere rem emperatam in simplum, rusticus vero in duplum, vt ibi. Sed de duplo nunquam vidi præscribi. Et credo quod per desuetudinem abiit. Et idem dicit de pœna quinque solidorum priuilegium del re cognouerunt proceres. capitulo item ille emphyteuta, sed si empera fit per curiam, tunc dico quod de consuetudine generali Cathalonie est pœna sexaginta solidorum, vt ibi dicunt scribentes antiqui: sed dictus vsaticus loquitur in empera verbali, vt dicit Iacobus de Monteuida. in vsatico, magnates. text. 25 enim iste loquitur in empera reali. ¶ Iuxta quod quæro, an in re emphyteuticaria dominus allodialis possit facere emperam realem? Dominus Iacobus de Callicio in vsatico, magnates. mouet istam questionem. & dicit sic. Aut quæris in manso, seu mansata, quam dominus tenet in emphyteusim cum hominibus & feminibus proprijs solitis, & affocatis: & tunc credit quod dominus non poterit realiter emperare ipsam mansatam, & tamen

tamen poterit ipsam mansatam verbaliter emperare: vt in dicto vsatico, rusticus. sed alias per viam malæ tractationis dominus poterit à suo rustico auferre ipsam mansatam, & bona ipsius rustici, & poterit in suo dominio applicare, nisi essent de feudo domini regis, vel religiosorum locorum: vt in constitutione anno domini Millef. ccij. in pacibus & treugis. quæ est domini regis Petri antiqui & vltimi, sed non per viam emperæ realis, seu iustitiæ. Aut quæris in emphyteuta simplici: & tunc aut quæris in casu, in quo emphyteuta priuati non soluat censum intra terminum, vel in casu, in quo emphyteuta alienat rem emphyteuticariam absq. consensu domini, aut in casu, in quo rem deteriorat: & tunc videtur de iure communi quod dominus possit rem emphyteuticariam emperare, & ab eo emphyteutam expellere: vt l. ij. C. de iure emphy. & in authen. qui rem. C. de sac. sanc. eccle. & in c. potuit. extra de loca. Et ita communiter tenet glo. ordi. Licet adiciat quod melius faciat si iudicis autoritate hoc faciat. Sed Petrus de Bello visu in d. l. ij. determinat contrariū. Et super hoc, & pro eo vide Bal. in l. si vsus fructus. ff. vsufru. quemadmodum caue. vbi dicit quod dominus consequitur censum ab emphyteuta ab expulsionem à re emphyteutica. Tamen veritas est 26 practicæ hodie concurrentis: quod dominus propria autoritate non potest rem emphyteuticariam realiter emperare, nec alias eam sibi appropriare, seu alias ab ipsa emphyteuta expellere, sed autoritate iudicis per eum assignandi hoc debet facere, iuxta dictum consiliū gloss. sed alias ipsi emphyteutæ bene poterit emperam verbalem facere dominus, vt colligitur in dicto vsatico, rusticus. Et certè de tali empera verbali dicit loqui istud capitulum, cum dicat quod non inuenit de iure Cathalonico permissum nec expressum quod dominus directus possit emperam realem facere emphyteutæ suo super re emphyteuticaria, nisi tantum in re feudali: & sic in re emphyteuticaria denegatum videtur. l. cum prætor. ff. de iudi. Ecce verba ipsius Iacob. de Callicio, tantum addita per me allegationem Bald. in d. l. si vsus fructus. Sed ego reperio quod Sperans in Deo Cardona super huiusmodi. c. sic inquit. Emphyteuta vendidit rem sine consensu domini, &

tradidit ipsam emptori: quæritur an possit per dominum sibi fieri empera realis, sicut in feudali causa: & tunc si non seruat, an cadat res in commissum. Item si firmat ius pro dicta empera non notificata dicta firma iuris domino, an per se possit intrare rem, non soluta alias empera, ita quod videatur sufficienter cautum vel non. In quo videtur præmittendum an iura patriæ, quæ loquuntur de feudis, loquantur etiam, vel extendantur ad emphyteuses, vel ad causas emphyteuticas. Et quidam antiqui dicunt quod non: quia in pluribus dissimulantur: ¶ & ideo quia statuta sunt in vno, non extendantur ad aliud, præsertim per vsaticos contra iura communia, qui vt exorbitantes non extenduntur, sed sunt in suis terminis tenendi: vt l. quod ratione. ff. de legibus. præsertim vsatici qui habent vim statutorum non recipiunt interpretationem extensiuam, iuxta. l. constitutionibus. ff. ad municipa. Sed huius opinionis contrariū videtur tenere Iacobus de Monteuida. in vsatico, omnes homines. in principio. super verbo firmare directum. Et est glossa secunda: vbi videtur æquiparare, cum de realibus agitur, feuda, & emphyteuses. Ob quod dicunt aliqui quod feuda & emphyteuses paribus regulis incedunt, & vt plurimum parificantur, & ideo de ipsis vt de similibus est arguendum. ff. de legib. l. non possunt. Et facit pro hoc, vt dicit, huiusmodi. c. Item constitutio pacis & treugæ anno domini Millefimo. vers. si 28 quis acceperit. Per quæ patet ¶ quod empera realis, quæ fieri potest in feudo, possit etiam fieri in emphyteusi. Et istam partem tenet Gulielmus de Valleicha in vsatico, si quis suum. in not. Restat ergo videre an firma facta per emphyteutam fuerit legitimè vel rectè facta. Item si emperamentum factum per dominum fuerit solutum. Et videtur quod sic, per nota. in vsatico, omnes homines. lo primo, in glossa primo. vbi dicitur quod sufficiat ius firmare, vel pignora tornare: in quibus casibus videtur emperamentum solutum, vt ibi. Contrarium credo: Nam firma & directum habent fieri per vasallum seu emphyteutam domino vt in vsat. rusticus si desemperauerit, & dicitur rectè, quando pignora sunt reddita sufficientia, vel fideiussores dati pro re emperata, & eius valore, casu quo ceciderit in commissum.

commissum. Necnon pro fructibus inde habitis, & perceptis, pro quibus omnibus habet ius firmare: ut in vsatico, rusticus in gloss. puta quia nolebat, &c. & in vsatico, magnates. gloss. cum effectu, & ibi Iacob. de Monteuid. super verbo per centum vnicias. vbi dicit quod nedum rem feudalem tenetur obligare, sed etiam propria bona, per quae patet quod firmam requirit cognitionem, an scilicet sit sufficienter, recte, & cum effectu: hoc est, an sit sufficienter cautum, seu ius firmatum, vel non. ¶ Et ex hoc dicimus quod facta firma cum effectu, vel recte, dominus debet, & tenetur absolue- re imperam: & si nolit accipere firmam, vel desemperare, vel restituere rem, &c. q̄ eo casu rusticus feudatarius, vel emphyteuta potest licite intrare possessionem suam: argumen. bonum. ff. de noui oper. num. l. de pupillo. §. si is, cui. & l. stipulatio. Et voluit hoc dicere gl. in alleg. vsati. rusticus. & hoc iure vtimur. Nam facta iuris firma solet assignari imperanti, si vult aliquid dicere contra firmam, & fideiussores, &c. Et hoc ideo, quia posset esse vitiosum cautum, & ideo pro non cauto haberetur. l. quoties. ff. qui fatif. cog. In quo vergit interesse non modicum imperantis. ¶ Sequitur ergo ex premissis q̄ domino habet notificari firma rustici, & quod ipse dominus debet requiri quod soluat imperam: quia quod non fuit factum, credo dictam formam vt vitiosam nihil penitus operari, iuxta. l. praalle. quoties. Tertio est videndum, an ex dicta alienatione res sit aperta domino: Et videtur quod non, per iura patriae, sed quod possit per dictum dominum retineri tandiu, donec fuerit eidem emenda integra facta: vt in vsatico, si quis suum. & ibi gloss. tandiu. & notauerunt antiqui infra, in capitulo castellanus, seu feudatarius. §. finali. vbi dicunt quod si vasallus alienet, &c. feruetur vsaticus supradictus. Item vbi non feruetur impera, soluitur duplicatum laudimium, seu illud, quod abstraxit, &c. vt in allegato vsatico, rusticus. ¶ Est tamen verum quod loquitur in impera verbalis. glo. in vsatico, si quis suum feudum supra allegatum tenuit quod in perpetua alienatione cadat in commissum: secus in temporalis. Iacob. de monteuid. ibi dicit quod si in venditione etiam perpetua fit mentio per vasallum de allodio &c. quod tunc non cadit in com-

missum, licet tradat possessionem domino irrequisito. Secus vbi nullam facit mentionem de allodio, pro quo localis Barchinonae. Item quod ille, qui vendit, & est capit. xxviii. sunt ergo inspicienda verba venditionis. &c. Ecce verba dicti Sperantis in Deo. Reperio etiam in hoc c. in verbo, emperamentum, postillam antiquorum, vbi sunt haec verba: propria autoritate inuadere potest, iuxta nota. in Spec. titu. de feud. §. secundo. versicu. xviii. quid si homo meus. quae verba inuunt imperam realem permissam esse. Et fundant opinionem gloss. supra recitatam. adde Guli. de Vallesicha in vsatico, si quis suum feudum. vbi sic inquit: Not. ¶ quod secundum vsu- m Cathalonie quilibet directus dominus potest facere imperam realem: & ista impera nunquam releuatur per firmam iuris: ideo semper dominus tenet rem imperatam, donec cognitio facta est. Quod qualiter intelligatur, dicam infra in capit. si castellanus. Et vltius dicit idem Guli. ibi, quod eisdem regulis indicantur res feudales, & res emphyteuticariae: nisi in contrarium expresse cautum reperitur: vt not. in authen. ingressi. C. de sac. san. ec. per Cy. & per Spe. titu. de iure emphy. §. secundo. versicu. cvj. vsque ad versicu. cxxvj. & alleg. hoc cap. Quae igitur istarum opinionum sit verior: profecto in hoc stricto passu vellem videre decisionem caesarem, & potius edoceri, quam docere. Nam, vt ait lex, tanta. C. de vet. iur. enu. si quid igitur tale contigerit, Augustum imploretur remedium. Ego vero in ista contrarietate doctorum Dei adiutorio inuocato in alto pelago nauigando laborabo dictas concordare opiniones, primitus eas examinando. Nam si consideramus dispositionem iuris communis facit contra Iacobum de Callicio, quia magis habet locum impera realis in re emphyteuticaria quam feudali: ¶ quoniam de iure communi autoritate propria dominus potest rem emphyteuticariam apprehendere, & emphyteutam expellere, secundum glossas, & Bald. superius allegatas: quia tali modo sit impera realis, vt scribam infra, in capitulo si castellanus. Secus vero in re feudali: quia dominus autoritate propria non potest feudum auferre, & vasallum spoliare: vt dicam infra in capitulo si domino. Si autem consideramus

ius

ius Cathalicum, tunc facit contra dictum Sperantem in Deo, & sequaces suos: quia non reperitur expresse iure cautum quod in illis casibus, in quibus locus sit impera reali in re feudali, sit idem in re emphyteuticaria: & non debemus extendere iura, cum nostrum non sit eorum extensio. l. si vero. §. de viro. ff. sol. mat. maxime in exorbitantibus a iure: cum impera realis sapiat spoliacionem, vt dicam. j. & in d. c. si castellanus. Ideo pro concordia praemissorum dicas sic: ¶ Aut dominus allodialis vult imperare rem emphyteuticariam, propterea quia fuit alienata, aut propter censum debitum, aut ex alijs causis, ex quibus feudum imperari potest: & tunc credo opinionem Iacobi de Callicio esse verior, in tantum quod impera realis in ipsis casibus locum non habet: quia regula iuris est in contrarium, quod quis autoritate propria sibi ius non dicat vt in l. nullus. C. de iudeis. & ne quis in causa propria, in rubro & in nigro. & in l. qui iurisdictioni. ff. de iur. om. iur. vbi Ang. ponit aliquas limitationes. & Ludo. in l. si vero. §. de viro. ff. solu. matr. in xli. fallentia. & extensius per Iaco. de Callicio in Margarita fisci. Sed de iure Cathalonico non reperitur iure cautum quod in dictis casibus quis possit rem emphyteuticariam imperare, & consequenter standum est ipsi regulae. ¶ Nam quando habemus regulam, nisi doceatur de contrario, standum est regulae. l. omnis diffinitio. ff. de regu. iur. Contra enim regulam non est quis audiendus, nisi clare & euidenter ostendat suam fallentiam tex. & ibi Bald. & Ange. in l. Titia texto. res. ff. de lega. j. & Ange. Aret. ff. de app. l. eius qui. Regula autem iuris seruanda est, nisi appareat dispositio specialis, secundum Bald. in l. si tutor. C. de seruo. pig. da. praeterea istud argumentum, quod non reperitur iure cautum, est fortissimum in iure, vt dicit Compost. in c. bonae. de elec. insuper vsatici, & iura, quae permittunt domino quod possit feudum realiter imperare, exorbitant a iure communi, per iura superioris allegata: ¶ & iura exorbitantia extendi non debent, secundum Salic. in l. si quis. C. de interd. matr. Adde Gemi. in c. constitutionem. de regu. libr. vj. Item quando sit impera realis, vasallus, aut emphyteuta spoliatur a re: nam imperare, est realiter

quando domini autoritate propria vasallos possessione rei spoliant, & ipsam possessionem sibi occupant, & ipsamque rem in eorum dominio applicant de facto, possessionem ipsius rei auferendo, secundum Iacobum Callicij in vsatico, magnates. Adde quae dicam infra in c. si castellanus, sed nemini licet aliquem priuare a sua possessione: vt in constitutio. Item quod nos, &c. Innocen. in cap. inter quatuor. de ma. & obed. refert Bald. in l. ab eo. C. quo. & quando iud. l. fin. si per vim vel alio modo. in l. si deserta. C. si propter public. pen. Igitur &c. Nec obstat quod dicitur de aequiparatione, quam facit Iaco. de Monteuida. In realibus de emphyteuti ad res feudales: quia illud habet locum quo ad cognitionem rei emphyteuticariae: quia sub illo domino emphyteuta tenetur respondere, non autem quod possit in re emphyteuticaria ipse dominus imperam facere: quia illud non dicit ipse Iacobus. Nec etiam est verum quod feuda pari passu incedant, vt dicam infra. Nec etiam est verum simpliciter dictum Gulielmi: quia dictus vsaticus, ex quo extraxit dictum notabile, loquitur in re feudali, non autem in re emphyteuticaria: & sic male illud notabile extraxit: quia esset extendere vsaticum ad illud, quod non dicit. Et est bonum argumentum quod lex id non dicit: vt in authentica. de non eli. secundum nubet. §. cum igitur ibi: nec qualibet lex, secundum Baldum in l. ex testamento. C. de secund. nupt. ¶ Aut dominus allodialis vult imperare rem emphyteuticariam propterea, quia emphyteuta forefecerit in re emphyteuticaria: & tunc credo quod realiter rem emphyteutam imperare potest. Casus est hic, vbi res emphyteutica & feudalis aequiparantur. Et ita intelligo opinionem Sperantis in Deo, & sequacium: & credo in casu huius cap. esse veram. Et pro ista opinione facit textus in authentica. qui rem. C. de sacrosanctis ecclesijs. & quod ibi not. Baldus & Ludouicus in l. diuortio. §. si fundum. ff. soluto matrimonio. & in l. si vero. §. de viro. eodem titu. In xliij. fallentia. versicu. vij. vbi dicunt ¶ quod si emphyteuta male tractat rem, potest expelli, & etiam si propter incisionem arborum fundus factus fuit deterior, cadunt incidentes

incidentes à iure emphyteusis, & feudi. Idē
 crederem si vasallus daret partem feudi in
 emphyteusim: quod potest, secundum for-
 mam capit. castellanus. infra. quia quāuis
 sit emphyteutica, attamen remanet sub do-
 minio domini, nec separatur à feudo: ideo
 semper censetur feudalis, vt ibi est textus:
 & consequenter etiam quod detur in em-
 phyteusim, sequitur naturā eius: quia pre-
 sumptio est quod res feudalis sit concessa
 secundum sui naturam, nisi eius alteratio
 probetur, secundum Bald. quid sit inuest.
 §. præterea. & sic in isto casu in omnibus
 est vera opinio Sperantis in Deo, & sequa-
 39 cium, ¶ quod empera realis potest fieri in
 re emphyteutica in omnibus illis casibus,
 in quibus in re feudali fieri possit. Et quo
 ad istos casus feudum & emphyteusis æ-
 quiparantur, & sic potest procedi per viam
 emperæ realis, quia similitudine, feudo-
 rum procedit, secundum quid, non sim-
 pliciter, secundum Bald. in feud. an agn. vel
 fil. def. & consequenter non debet assumi
 argumentum de rebus emphyteuticarijs
 ad res feudales, nisi in illis, in quibus eorū
 differentia inueniantur in iure, & consue-
 tudinibus expressa. Et de his vide not. per
 Petrum Helicā in tractatu de iure emphy-
 teutico. Et bene dicit Bal. secundum quid:
 quia res feudalis & emphyteutica diffe-
 40 runt: ¶ quia res emphyteutica potest obli-
 gari sine consensu domini, vt not. in l. fina.
 C. de iure emphy. & tamen res feudalis nō:
 vt de prohib. feu. ali. per Frede. §. j. item res
 emphyteutica potest donari sine consensu
 domini: vt C. de fun. patri. libr. vndecimo.
 sed feudalis non: vt in feud. qua. feu. olim
 ali. §. donare. & in multis alijs, quæ per te
 colligere potes. Adde constit. hæc est pax.
 §. nullus Christianus in pacibus & treu-
 gis, vbi æquiparantur. Postea vidi decisio-
 nem regiam: quia in causa, quæ ducta fuit
 inter nobilem Galcerandum de Reque-
 sens gubernatorem, & Io. de Relato fuit
 lata quædam sententia, cum qua declara-
 tum fuit in re emphyteuticaria non habe-
 re locū emperæ realis. Sed quæro qua-
 liter intelligatur quod emphyteuta fore-
 41 fecerit in honore emphyteutico. ¶ Et di-
 co quod dando damnum in ipsa re, vt pu-
 ta incidendo arbores fructiferas, vel si est
 ibi mansus asportando secum ea, quæ sunt
 de pertinentijs mansi, vel alijs ipsum ho-

norem deteriorando: quoniam ipse em-
 phyteuta in honore emphyteutico tenetur
 de dolo, lata culpa, & leui: vt est glo. in au-
 thenti. de nō ali. aut permu. colla. ij. §. scire.
 in verbo facere. & Bald. in d. authen. qui
 rem. Nam dolus est crimē, seu delictum.
 Barro. in l. j. §. nunc tractemus. vbi text. in
 versi. plane. ff. de tutel. & rat. diftra. & Lu-
 do. in l. mora. ff. solu. mat. & Ange. Are. in
 Institu. de actio. §. præterea. in materia de
 dolo. Item ex lata culpa quis tenetur cri-
 minaliter, licet non delictarijs arbitrio iudi-
 cis: sed etiam ille qui est in leui vel leuissi-
 ma culpa, per illum textum: quia emphy-
 teuta dicitur meliorator, secundum Ioan.
 Andr. in c. potuit. de loca. Nam ad melio-
 randum, non autem deteriorandū res da-
 tur: vt l. j. C. de iure emphy. & sic deterio-
 rando rem videtur forefacere in re emphy-
 teutica: & pro ista forefactura potest em-
 phyteuta querelari pro pacibus & treu-
 gis, vt latius scripsi in meis additiōibus pa-
 cis & treugæ in xxxj. addi. referendo Guli.
 Præpositi ita tenentem in suo tractatu pa-
 cis & treugæ. in viij. dubio. vbi enumeran-
 tur quæ dicantur de pertinentijs mansi.
 42 ¶ Quæro, an indistincte sit verū, quod
 dicit Sperans in Deo Cardona quod fa-
 cta iuris firma per vasallum, aut emphyteu-
 tam domino, empera nō censetur cancel-
 lata, ideo requiratur quod dominus illam
 tollat, & cancellet? Et dico quod contra
 ipsum facit vsaticus, qui traductus, vbi di-
 citur quod firmato de iure, & emendato
 de honore per vasallum domino suo secū-
 dum formam dicti vsatici, quod vasallus
 recuperet feudum. Nō enim text. ibi dicit
 quod requiratur cancellatio: & sic nec nos
 dicere debemus. Bal. si de feud. def. mi. §. si
 vasallus. verbum enim recuperet, intelligi-
 tur ipso facto: quia talis est natura ipsius
 verbi, sicut verbum Perdat. Glo. in c. li di-
 ligenti. de foro competē. in verbo, causam
 perdant. & etiam verbum, Creat. text. iun-
 cta glo. & ibi Ange. in l. prouidendum. in
 verbo, Careat. C. de postu. & etiam verbū
 Non valebit, secundum Baldum. de ali. feu.
 & vbi aliquid intellecto ipso iure, vel ipso
 facto: quod idem est. l. palam. §. qui in adul-
 terio. & l. senatusconsulto. ff. de ritu nupt.
 intelligitur sine ministerio hominis, secun-
 dum Archidia. in c. primo. de rescrip. lib.
 vj. de electio. quā sit. de vita & honesta.
 cle.

cle. c. clerici. eod. libro. igitur sine aliqua
 prolatione sniæ empera censetur cancella-
 ta, argu. not. per Gem. in d. c. quanquam.
 vbi dicit quod verba ipsa, iure priuatus,
 intelligitur quod est priuatus absque ali-
 qua prolatione sententiæ. Et eum adde in
 c. li qui. de præscrip. eod. titu. Et pro hoc fa-
 cit quod statim quod præstita est satisfac-
 tio, tollitur sequelratio, secundum Ange.
 in l. fideiussor. §. si satisfactum. ff. qui satisfac-
 cogantur. In contrarium facit dictus vsa-
 ticus, magnates. vbi sunt verba. Non de-
 bēt illis reddere, nec castrum, nec feudum,
 donec eis habeant factum directum, & re-
 directas omnes missiones, &c. & in vsati-
 co, si quis suum feudum. in fi. vbi sunt ver-
 ba, & tenere in dominio, donec seruitium
 perditum sit & in duplo emēdatum, & be-
 ne assicuratum. & infra c. isti sunt. §. quar-
 tus. vbi dicit quod non tenetur ei dominus
 reddere feudum seu potestatem, donec, &c.
 & in vsatico, qui traductus, vbi sunt ver-
 ba. Et teneat tantum, donec in suum homi-
 naticum reuertatur, & firmet ei directum,
 & emendet illi per sacramentum de honore,
 quem illi fecerit. Et in constitutio. si
 quis de magnatibus. vbi sunt verba, quos
 ramdiu teneat, donec ipse dominus vel ma-
 lefactor habeat emēdatum totum malum,
 43 & districtum domino Regi. &c. ¶ Ex qui-
 bus iuribus manifeste patet quod statim q̄
 firma iuris est facta, empera non censetur
 cancellata. Nam ultra firmam iuris, si em-
 pera est facta propter contradictionem fir-
 mamenti de directo, vasallus tenetur resti-
 tuere domino omnes missiones, seu expen-
 sas per ipsum dominum in emperamento
 factas, vt in dicto vsatico, magnates. Si
 autem empera est facta propter seruitium
 fallitum, & ultra ipsam formam iuris, vasal-
 lus tenetur emendare domino seruitium in
 duplo, & bene assicurare, quod amplius
 non contradicetur: vt in dicto vsatico, si
 44 quis suum. in fine. ¶ Si autem empera est fa-
 cta propter diffidamentum, quod vasallus
 fecerit aduersus dominum, vel quia libifeu-
 dum reliquerit: & tunc ultra dictam iuris
 firmam vasallus tenetur reuertere in homi-
 naticum domini, & emendare ipsi domino
 cum sacramento de honore, quem sibi
 fecerit, vt in vsatico, qui traductus. Si verò
 empera est facta propterea quia vasallus
 fuit conuentus super restitutione pacis, &

treugæ, & pignora ponere noluerit, neque
 damnum emendare: & tunc ultra dictam
 iuris firmam debet dictum damnum emē-
 dare: vt in dicta constitutio. si quis de ma-
 45 gnatibus. ¶ Si autem empera est facta pro-
 pter nō solutionē laudimij, seu foriscapij:
 & tunc vasallus ultra dictam iuris firmam
 dictum laudimium seu foriscapium solue-
 re tenetur, vt in constitutione curiæ Cer-
 uarie Regis Petri. c. item ne super laudi-
 mio. Si verò dicta empera est facta pro-
 pter impignorationem rei feudalis: & tunc
 vasallus ultra dictam iuris firmam tenetur
 soluere vicissimam partem quantitatis, pro
 qua facta est ipsius feudi impignoratio: vt
 in dicta constitutione, item ne super laudi-
 mio. Requiritur ergo causę cognitio an va-
 fallus ultra dictam iuris firmam ab eo fa-
 ctam fecerit ea, quæ secundum naturam &
 qualitatem causæ, pro qua empera fue-
 rit facta, iuxta ea, quæ superius dixi facere te-
 neatur: & nisi fecerit, diceretur vitiose cau-
 tum vt dicta l. quoties. qui satisfac. cogan-
 tur. & sic dominus non teneretur feudum
 restituere, nec emperam cancellare. Et pro
 hoc faciunt verba dicti vsatici, magnates.
 ibi. non debent illis reddere. & in dicto. §.
 quartus. ibi. non tenetur dominus reddere
 feudum. quæ verba præsupponunt mini-
 sterium hominis: & consequenter vasal-
 lus non modò tenetur facere dictam iuris
 firmam, sed etiam alia, quæ in dictis iuri-
 bus continentur, singula singulis referen-
 do secundum causam, pro qua empera ipsa
 extitit facta: alijs dominus feudū reddere
 nontenetur. Vertitur ergo in causā cogni-
 tione an vasallus prædicta fecerit vel ne: &
 sic ipsa empera per firmam iuris non cense-
 tur cancellata, neq̄ vasallus statim potest
 feudum recuperare. Nec obstat quod di-
 citur, quod verbum Recuperet, intelliga-
 tur sine ministerio hominis: quia illud ve-
 rum habet facta dicta iuris firma, & alijs,
 quæ continentur in dictis iuribus, atque
 reddito dicto feudo, & cancellata dicta
 empera à domino: quia tunc vasallus au-
 thoritate propria potest rem feudalem in-
 trare, & eam recuperare. Et ita intelligo
 dictum verbum illud Recuperet, vt iura
 iuribus concordentur. capitulo cum expe-
 46 diat. de elect. lib. vj. ¶ Nec obstat quod se-
 quester tollitur statim quo præstita est sa-
 tisfactio: quia illud est de iure communi.

Secus verò est de iure Cathalonico, cui tãquam posterius stãdum est. Vel dic quòd illud habet locum in sequestro: secus autẽ in empera reali, quã plus habet, quã sequestratio: quoniam dominus rei feudalis statim quo empera realis est facta, facit fructus suos, vt dixi suprã in capitulo primo, quod secus est in sequestro. Nam dominus facta ipsa empera tenet rem feudalem in dominio: quod nõ facit sequester. item dominus habet directum dominium in re feudali: quod non habet sequester in re sequestrata: & sic plus iuris habet dominus, quã sequester. ¶ Quod ergo remedium habebit vasallus, si firmauerit de iure domino, & alia fecerit, ad quã teneretur secundum casum, propter quẽ empera fuerit facta, & ipse dñs noluerit feudum reddere, nec emperam cancellare: dicas quòd tunc erit locus remedio vsatici, similiter & si senior. Nam à domino ipse vasallus affligi videtur: & sic ipse vasallus tanquam ab ipso domino afflictus potest recurrere ad dominum Regem iuxta dictum vsaticum: & cõsequenter non bene dixit dictus Sperans in Deo, qui dicit quòd vasallus potest intrare possessionem dicti feudi si facta empera dominus nõ vult illud restituere. Nec materia vsatici, rusticus si desemperauerit, facit ad materiam emperæ realis: quia dictus vsaticus tantum loquitur in empera verbali, non autem in reali: & est magna differentia inter eas, & sic de vna ad aliam non est bona argumentatio. Adde quã scribam infrã capitulo si castellanus. ¶ Quæro, ecce quòd dominus allegat quòd emphyteuta forefecerit in honore emphyteutico, & vult procedere ad emperamentum, emphyteuta allegat se nõ forefecisse, quod remedium habebit ipse vasallus ad euitandum emperam? Et credo quòd debet venire coram suo domino, & firmare ius domino superiori, & dominus superior non debet ulterius procedere ad emperandum, sed debet assignare iudicem in causa, qui cognoscat de ipsa forefactura: & si firma iuris non admittatur, veldenegatur iudicis assignatio, potest ipse emphyteuta recurrere ad remedium vsatici, similiter & si senior. argumen. notatorum per Baldum de alodio, circa finem. vbi sic inquit, in emphyteuta etiam dico quòd si aliqua non esset culpa, & emphyteuta ali-

quod iuridicum alleget, quòd non posset de facto expelli de possessione, secundum Speculũ. Et si dubitat ne expellatur, adeat prætorem, qui prohibeat vim fieri, donec cognoscatur de iure partium: qui iudex mandabit hoc modo, ne vis fiat possidenti, iustificando præceptũ suum: quòd si senserit se grauatum, veniat recepturus iustitiã complementum. ¶ Quæro extra tex. ecce quòd emphyteuta alienat rem irrequisito domino, sed non tradidit eam illi, cui facta est alienatio, ideo ipsa venditio existit in nudis verbis alienationis, an cõseatur emphyteuta deuenisse cõtra prohibitionem alienationis? Et dico quòd nõ dicitur alienasse postquam ad traditionem non peruenit, vt not. Ioannes Iacobus vbi suprã. & Specu. titu. de loca. c. j. versic. xcv. & Bartolus in l. secunda. ff. de rescind. vendi. & Ludouicus in l. sequitur. §. item Labeo. ff. de vsuc. Et idem est in feudo, secundum Baldum in capitulo primo. §. libellario. quibus modis feu. amit. & latius in l. imperialem de prohi. feu. ali. per Fred. vbi sic distinguit. Si specialiter vasallus obligat feudum, aut procedit ad actum facti, seu traditionis, aut stat in finibus verbi: primo casu cadit à feudo. secundo non, quia iniuria nõ habuit effectum. ¶ Quæro, an emphyteuta recuperans rem per eum alienatam inconsulto domino debeat eam amittere, tanquam semel incidit in commissum? Ludouicus in dicto. §. Labeo. referendo Dyn. & Bartol. dicit quòd communiter sequitur opinionem: eo quòd non obstante redemptione, seu recuperatione res emphyteutica semel incidens in commissum propter alienationem factã inconsulto domino non amplius recuperetur per emphyteutam, ideo possit expelli, eo quia per recuperationem licet sit sublatum vitium reale, attamen non est sublatum vitium personale, hoc est pœna priuationis adiecta personæ alienatæ. Sed ipse Ludouicus dicit, quòd si emphyteuta incontinenti, aut post paruum tempus, rem emphyteuticam recuperasset, excusaretur à pœna commissi & perditionis. vide ibi eum latẽ. ¶ Quæro, an pactum contra naturam emphyteutis valeat? Dic quòd sic: sed pactum in vno capitulo specialiter non debet in alio extendi, secundum Speculum titu. de loca. §. nunc. versic. cxxxviii. Quæro

Quæro, quid si emphyteuta cõeperit vagari per orbem, sicq; ignoratur vbi sit, & an viuat, nullis existentibus filiis, vel nepotibus, dominus vult rem habere, quasi redierit ad eius dominium. Procurator autem illius asserit illum viuere, quaritur quid iuris? Dicunt quidã quòd si per triennium abfuerit, licet semper pensio soluta sit, dominus vtetur iure suo, & rem poterit vendicare. Alij dicunt quòd expectetur quinquennio. Sed hæc nõ placet. Ita dicit Spec. vbi suprã. ver. cxxiii. super hoc vide constitutionẽ Cathalonix Regis Alfonsi. ¶ c. item cõmemorantis. Quæro, an si res emphyteuticaria redeat ad dominum, talis res decetero sit libera à debitis contractis per emphyteutam? Et tu super hoc distingue quòd aut dominus allodialis habet ipsam rem iure dominij, vel pactionis, aut cõuentionis appositæ in contractu emphyteutico, puta quia cecidit in commissum, vel cum alijs venderetur iure prælationis, siue fatice dominus pro pretio sibi eandem retinuit, vel alio iure emphyteutico, & ex antiqua causa emphyteuticali ad eũ iudicis sententia in casibus, in quibus sit necessaria, peruenit: & tunc talis res abinde decetero non tenetur ad aliqua debita: cum omnis hypotheca, & seruitus imposita ab emphyteuta tunc euanescit. Nam res soluto iure datoris, resoluitur ius creditoris, qui ab eo pignori accepit. ff. de pigno. l. lex vectigali. & ibi Bald. & Bart. & Ludou. in l. in concedendo. ff. de aqua pluuiã arden. & Bald. in feud. de contro. inuest. §. rursus. & per eum. quib. mod. feud. amit. §. si rursus. vbi bonus text. ad hoc, & per eum in lege, vbi autem §. Marcellus. ff. de in diem addic. ¶ Aut res ipsa peruenit ad dominum ex noua causa, vt quia dominus ab emphyteuta emit, vel insolutũ habuit, aut ex permutatione, institutione hæredis, vel legati, aut alio consimili titulo ad eum peruenit, tunc remanet ius pignoris, & seruitus, argumen. ff. de vsur. l. cum quidam. §. fiscus. & de iure dot. l. cum post paterna. C. de iure dot. l. si dotem. & not. per Petr. Iacob. in suis libellis. titu. de actio. in rem pro re emphyt. §. item est notandum quòd emphyteuta. Et istud etiam tenet Barto. in dicta l. lex vectigali. vbi dat cautelam emptori habere rem tutam à creditoribus. Et idem si perueniat ad dominum ex re-

nuntiatione, quam sibi faciat emphyteuta: quia per hoc ius pignoris, vel seruitutis nõ euanescit: quia renũtiare, donare, & remittere nõ est administrare, sed dilapidare, secundum Baldum in l. pactum curatoris. ff. de pactis. Et in hoc vltimo casu, scilicet quãdo remanet ius pignoris & seruitutis, dominus interueniente iudice tenetur ipsam rem facta debita subhastatione vèdere publice plus offerenti, & pretium inde habendum distribuere inter creditores ad hoc citatos, prout fuerint tempore priores, & iure potiores, per legem si eo tempore. C. de remis. pig. vel si voluerit, potest ipsis creditoribus satisfacere, & dictam rem sic liberatam penes se retinere, vel alteri stabilire pro libito voluntatis. Et hoc iure vtimur: & referunt antiqui doctores, paucis per me additis. Et in quantum dixi quòd pretium venit distribuendum inter creditores, attende quòd dominus, cui debetur cõsus ex ipsa re emphyteuticaria, est prior, & potior pro ipso censu regulariter ceteris creditoribus. Ita dicit Barto. in l. etiam. per illum textum. ff. qui potio. in pign. habeant. & in l. Titius. §. negotiatori. eo. tit. Sed cõtra prædicta facit constitutio, hæc est pax. §. nullus Christianus in pacib. & treugis: ¶ vbi habetur quòd res emphyteuticaria obligari non potest sine consensu domini: & sic si non cadit in ea obligatio, quocumque modo ad dominum perueniat, semper erit libera ab obligatione. Tu dic quòd dictus §. nihil facit, quia loquitur de expressa & speciali obligatione cum traditione: quia dicit text. dictæ constitutionis: Pignora realiter accipiat. Et sic pignus dicitur à pugno. id est, à traditione: vt l. plebs. §. pignus. ff. de verborum significatio. proprie enim pignus dicimus, quod transit ad creditorem: vt ff. de pign. actio. l. si rem. §. proprie. Et pignorare dicitur ille, qui tradit, nõ ille, qui non tradit. Institutio. de actio. §. item Seruiana. Ita intelligit istum §. cõ antiqui sapientes, sed generaliter bene cadit in obligatione, secundum Bartol. in dicta l. lex vectigali. In feudo enim est secus, secundum Baldum. de prohib. feud. ali. per Frederi. vide Bartolum in l. codicillis. §. instituto. ff. de legatis secundo. vbi voluit quod in generali alienatione bonorum quis nõ videtur alienasse bona prohibita alienari. Idem voluit Bal. in l. voluntas. C. de fidei-

commis. Et mirum est quod non allegauit gloss. in authenti. de restitu. & ea quæ pa. in prin. in gloss. quæ incipit, hanc dubitationem. vbi in generali obligatione bonorum non veniunt res subiectæ restitutioni in conditione euentum. Et ibi dicit Angelus per illum textum quod habens bona libellaria sibi concessa vsque in tertiam generationem finitam, si obligat omnia bona sua, non videtur obligasse illa bona, quæ subiacerent restitutioni in conditione euentum. Ideo dicit quod creditor non poterit se mittere in possessionem ipsorum virtute generalis hypothecæ. Et vide etiam Bald. in l. si constante. §. quoties. ff. soluto matrimonio. vbi dicit quod licet maritus obliget generaliter omnia bona sua, non tamen videtur obligare rem dotalem, ex quo non est sua. Et ibi vide Ludo. in §. Lucius. Facit ratio optima, nam generalis dispositio alterius non extenditur ad ea, in quibus loquens non possit disponere specialiter si vellet. l. Lucius. §. Imperatores. ff. ad muni. Sed Spe. tit. de loca. §. nunc. versi. cxxij. dicit quod res emphyteuticaria potest obligari. Tu vide constitutionem, quoniam dignè regnat, datam Barchinonæ Idiibus Martij anno domini Milleesimo cxx. vbi dicitur quod non licet alicui personæ in Barchinona, vel in toto comitatu eiusdem aliquos honores vel possessiones, quos, & quas ad censum, vel in emphyteusim habuerint, vel tenuerint, vel habent, vel tenent per alias personas clericales, vel laicas vendere, vel impignorare, censui, vel tributo stabilire, vel quolibet alio modo alienare sine speciali licentia & voluntate principalium duorum, sub pœna quingentorum aureorum. Sed ista constitutio etiam loquitur de impignoratione, per quam res trāssertur ad creditorem. † quia est verbum impignorare, quod de sui natura requirit traditionem, & possessionem per iura superius allegata. Et nota quod eadem pœna, que est hîc contra alienantes, est contra accipientes ex dictis titulis possessionem rei emphyteuticariæ sine speciali licentia dominorum: vt est pragmatica Regis Petri tertij data Barchinonæ quinto Idus Augusti anno domini Milleesimo trecentesimo nono. Et hoc iam erat de iure communi ex natura correlatiuorum, prout latius superius dixi allegando

multa iura loquentia de materia correlatiuorum. Et ad præmissa adde constitutionem Regis Ferdinandi celebratam Barchinonæ, vbi sic inquit: Aliàs standols via præcludens otocans ab aquesta perpetual constitutio e ab assentiment e approbatio de la dita cort sanccim e ordonam, que si algum comprara cosa o cosas feudals o emphyteuticarias e en la carta de venda o vendes daquent fetes ferma o loament dels senyors alodiaris no haura o entreuendra e ell la possessio de aquellas a conseguir assa gara aquest aytal vltra les penas ia dedret degudes duplicat luifma al senyor directa sia tēgut dar. † Sed an sub dicto verbo comprera, &c. pignoris obligatio contineatur? Potest dici quod sic: vt. ff. quibus mod. pign. vel hypothe. solu. l. sicut. §. venditionis. & l. si. C. de rebus ecclie. non alien. vbi Bald. dicit quod prohibita venditione, sunt prohibiti alij contractus. Sed dic contra, quia ista constitutio est pœnalis, & ideo non extendenda. ff. de pœnis. l. interpretatione. Tū quia stricti iuris est, cum sit statutum, & non debet extendi id, quod in ea statuitur. l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio. Bart. in l. constitutis. ff. ad muni. Ea, quæ stricti iuris sunt, extensionem nō recipiunt. Barto. in l. non quasi. ff. rem pupilli saluam fore. Tum quia si ad pignoris obligationem, vel ad alios contractus extendi condens voluisset, illud expressisset: sicut factum fuit in d. §. nullus. & in d. constitutione, quoniam dignè. & in cōstitutione, Item ne super laudimio. c. ad audientiam. de deci. Nec obstat dictus §. venditionis. quia habet locum in casu, quo dominium transferretur: vt dicit gloss. in dicto §. venditionis. sed creditor, cui datum est pignus pro credito, non transfert eius dominium: vt l. pignus. C. de pignoratitia actione. cum concordatijs in gloss. igitur, &c. Vel dic quod habet locum quando permittitur venditio & pignoris obligatio. † Secus vbi prohibetur venditio: quia non videtur prohibita pignoris obligatio, vt hîc. Et ita dicit Bartolus in l. in quorum. ff. de pign. vbi etiam dicit, quod si statuto cauetur quod forensis non possit emere rem immobilem quod nihilominus poterit immobilem capere pignori. de quo dicit esse ibi text. Ad dicta l. in. non fuit responsum. & gloss. ibi non respondet ad istam l. in quorum. sed in d. l.

dicta l. in quorum. mouet & soluit quod aliud est in prohibitione facta à testatore vel lege, & aliud est in alienatione prohibita à iudice: quia tunc non extenditur ad pignus. Primo casu procedat d. l. si. Secundo casu d. l. in quorum. Sed tu pondera, quia salua reuerentia glo. † prohibito alienationis facta à lege, à testatore, à contrahente, & à iudice paribus incedunt gradibus: vt l. seruus hac lege. ff. de manum. tit. generali. & l. ille. §. si. ff. qui & à qui. ergo non est bona responsio gloss. ponentis differentiam inter prohibitionem factam à iudice, à testatore, seu lege, vel contrahente. Potes tamen respondere defendendo gl. à morsu illarum legum, quod illa æquiparatio procedit in casu illius legis, & non in alijs casibus. Ita dicit Nico. de Neapoli in d. l. seruus hac lege. Idem etiam voluit Bald. in l. ea lege. C. de condit. ob. cau. contra gloss. Pondera, quia d. l. in quorum. quia in d. l. in quorum. fuit quis prohibitus alienare: quo casu non est mirum si comprehendatur pignoris datio: sed in d. l. in quorum fuit prohibitus quis emere: † & in plus se extendit verbum alienare, quam se habeat verbum Emere: vt est text. melior de iure in §. alienationis autem nomen. In authen. de non alienand. Ideo subtilis doctor Petrus citramontanus, vt refert ibi Salicet. aliter soluit quod appellatione venditionis non venit pignus. Et ita procedat d. l. in quorum. Sed appellatione alienationis bene venit pignoris obligatio: & ita procedat d. l. si. Ego de hoc allego textum in l. codicillis. §. instituto. ff. de legatis secundo. vbi quis fuit prohibitus vendere domos, & super eas foenerari, & sic fuit prohibitus pignorare. Nā si appellatione venditionis venisset pignoris obligatio, ad quid iurisconsultus ibi vltra verbum venditionis apposuisset illud verbum, super eas foenerari: quod nullo modo est dicendum. Ad quid enim occuparet membranas, vt dicit text. in c. si Romanorum. xix. distinct. c. si Papa. de priuile. libr. vj. l. si quando. de leg. j. cum simi. & sic dictum P. est verum, licet ipse nihil allegauerit: & dicta l. in quorum bonorum, vtitur verbo Emere, & non vendere: vt in hac constitutione. Iacob. Butrig. & Barto. in d. l. in quorum. dicunt quod illa gloss. nimis restringit d. l.

in quorum: quia leges allegatæ per eam non cogunt nos ad hoc. Ideo dicit ibi Iac. Butrig. † quandoque prohibetur res ipsa vendi, quia commercium eius est prohibitum in genere, vt in re sacra, & similibus: & tunc nō potest capi pro pignore. Quandoque non prohibetur eius commercium in genere, sed prohibetur venditio: & tunc ex propria significatione non videtur res prohibita pignorari, vt est text. in dicta l. in quorum. Nec obstat. d. l. in quorum. quia illud est potius ex quadam præsumpta voluntate, quam ex significatione vocabuli. Et ita residet, nec hoc probat aliquo iure aperto, quod ex præsumpta voluntate, & non ex significatione vocabuli dicta l. in quorum. hoc importet. Et indubitanter si subtiliter ponderetur. d. l. in quorum. quod ex significatione vocabuli venit pignoris datio, vt apparet in verbo tenor pactioinum, qui alienationem interdixit. Bartol. verò in d. l. in quorum. dicit quod idem debet esse ex præsumpta voluntate: ideo dicit quod si prohibetur res vendi, vel alienari, non potest obligari pignori: per dictam leg. final. quia per obligationem pignoris deuenitur ad venditionem. Tu pondera, quia dicta l. final. non loquitur in prohibito vendere, sed loquitur in prohibito alienare: & ideo prohibitus vendere, potest pignori dare, vt probat dicto §. instituto. Secus in prohibito alienare, & probat dicta l. in quorum, si subtiliter ponderetur, in quantum disponit quod prohibitus emere potest capere pignori. Et sic ibi est casus pro hac constitutione. Ita dicamus quod prohibitus vendere, non est prohibitus dare pignori ex natura correlatiuorum, vt dixi superius. Aut prohibetur persona emere: & tunc non est prohibita accipere pignori. Et de hoc dicit Bartol. esse casum in d. l. in quorum. Salicet. in dicta l. in quorum. sequitur dictum Bartoli ibi: sed in dicta l. finali. dicit quod de proprio significato appellatione, alienationis prohibitionis non venit pignoris, vel hypothecæ obligatio. Et dicit esse casum de hoc iuncta gloss. in l. tertia. C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt. Bal. verò in d. l. voluntas, dicit aut actui est annexa pœna, & verbum venditionis intelligitur strictè, vt non comprehendat pignoris dationem. Allegat nota. per Iacob. de Aret. in l. si domus. §. final. de lega. j. Ego

allego text. meliorem de iure in d. §. institutio. ubi fuit apposta poena priuationis legati: & appellatione venditionis non venit pignoris obligatio, nisi aliter exprimat, ut ibi est text. formalis. Aut est annexus fauor: & tunc largè accipitur. Allegat eundem Iacob. de Areti. in dicto §. fin. sed in l. secunda. C. de vsucapio. pro empt. quarit an prohibitus per testatorem vendere, videatur prohibitus facere omnem actum alienationis. Et gloss. ibi dicit quod sic, per dictam leg. statu liberi. §. Quintus. quæ secundum Baldum ibi est melior de iure. ipse verò dicit quod verbum venditionis prolatum per se simpliciter non habet hoc significare. Allegat. l. final. C. de prædi. curi. libro decimo. nisi ratione adiuncti, id est, causæ prohibitionis, quia tunc includit alios titulos, ut dicit ibi gloss. & text. l. secunda. §. final. ff. qui potio. in pig. hab. Aut prohibitio est extraordinaria, & non comprehendit alios contractus: ut dicta lege finali. de prædi. curi. Aut est regularis, & ordinaria, sic quando testator prohibet, quia voluntas eius reputatur lex, tunc comprehendit omnem alienationem. Post remittit se ad dicta per eum in dicta lege voluntas. sed in d. l. finali. de rebus ecclesi. non alienand. ¶ quarit, quid si est pactum de non adquirendo, an possit adquiri per viam pignoris: Et dicit quod sic: quia non est proprie adquisitio. l. finali. si cum venditor. in princip. ff. de euct. nisi spes luitiois cessaret. l. qui habebat. de legatis tertio. Allegat Cynum ibi. Subdit postea an prohibita venditione sint prohibiti alij contractus. Concludit attendi debere casum prohibitionis. l. Aurelius. §. Sticho. ff. de li. lega. & ubi per iudicem cognitionis permittitur venditio, in alijs contractibus diuersa causæ cognitio requiritur: quia sub vna specie alia non continetur. l. si pupillorum. §. si tutor. ff. de rebus eorum. sed in c. j. de feud. alien. dicit quod ¶ alienatio dicitur tribus modis verè & proprie, cum transfertur dominium, vel ius simile dominio, ut est vsusfructus. Secundo modo dicitur improprie, ut pignoris datio. Tertio modo dicitur largissime, ut l. Meuius. §. penul. de leg. ij. Et concludit, aut est prohibita venditio absolute: & videtur tunc prohibita omnis alienatio: ut not. in d. l. ij. de vsuc. pro emp. Aut est data certa forma

in alienando: & tunc non continentur alij contractus: quia non procedunt per eandem causas: ut d. l. fi. de prædi. curia. sed gloss. ibi dicit quod si nomen venditionis profertur in materia singulari contra ius commune, non continentur alij contractus. Aut non contra ius comune: & tunc sic. Et dicit illam gloss. notandam. Sed gloss. in c. nulli. de rebus ecclesi. non alienandis, dicit quod largissime accipiendo alienationem comprehenditur obligatio pignoris. Allegat. d. l. fi. sed strictè capitur prout transfertur dominium. Allegat. l. j. de fun. do. Dominus ¶ Ioan. de Imo. ibi colligit ex illo tex. ¶ quod aliud est alienare, aliud est speciali titulo hypothecæ obligare: & sic prohibita alienatione, non videtur prohibita pignoris obligatio specialis vbiunque lex, vel testator, vel contrahens prohibeat alienationem, videntur prohibere etiam hypothecam. Et dicit esse casum in d. l. fi. de reb. ecc. non ali. Iacob. de Bello visu. in authen. de non ali. §. nos igitur. In finalibus verbis, dicit quod alienationis nomen accipitur largissime ut comprehendat omnem hypothecam. Allegat. d. l. fi. Postea dicit quod accipitur strictè & proprie pro omni actu, per quem dominium transfertur: ut l. j. C. de fund. do. Quæ accipitur largè, & improprie: & isto modo capitur in d. c. nulli. Quandoque accipitur largissime, & improprie ex interpretatione: & ita intelligitur. d. l. fi. de re. ecc. non ali. Super hoc moderniores considerant tres articulos, Aut si prohibita alienatione de proprio & stricto significato veniat pignoris obligatio. Secundus est an prohibita venditione proprie & strictè veniat pignoris obligatio. Tertius est vtrū prohibita emptione videatur prohibitus rem accipere pignori. Et ista vltima accuratè pensata apparebit veritas presentis. q. scilicet si sub isto verbo Comprera, apposto in dicta constitutione contineatur pignoris obligatio. Ideo omisissis duobus primis articulis, qui non faciunt ad hanc q. decidendam ¶ dicas ¶ quod prohibitus emere bene potest capere pignori: ut est casus in d. l. in quorum. Et est ratio, quia prohibitus in eo quod est maius non videtur prohibitus in eo quod est minus. l. an pacto. ff. de ser. expor. Nec obstat contrarietas dictarum duarum legum. l. in quorum. & l. fin. quia non meruerunt signari pro contrario: nã appellatione

latione venditionis non venit pignus. Et ita procedit d. l. in quorum. sed appellatione alienationis bene venit pignoris obligatio. Et ita procedit. d. l. fi. Et pro hac opinione facit dictum Bart. in d. l. in quorum. per me superius recitatum de statuto, quo cauetur quod forensis non possit emere rem mobilem, quod potest illam capere pignori. Et ex his plenissime habes quod sub dicto verbo Comprera, non venit pignoris obligatio. Et in hac opinione fuerunt doctores audientia vna vice, dum ibi esset quaestio supradicta, ut reperi in aliquibus apostillationibus, paucis allegationibus ibi factis. ¶ Not. quod emphyteuta non cogitur emere à domino ius dominij per alodium ut est tex. in l. possessores. C. de fund. patri. lib. xj. in fi. & ibi per Bar. & facit. C. de iur. delib. l. nec emere: cum simi. Quæro, an emptor rei emphyteuticariæ teneatur soluere censum preteritum cessatum soluere: Et dicit quod sic. Nam census habet peti à possessore, ut no. in l. inter debitorem & creditorem. ff. de pac. l. omnis. C. sine cen. vel reliq. & de allu. l. ij. & de prædi. mino. l. ij. & de impen. in reb. do. l. stipedium. Contrarium determinat Spec. in titu. de loca. §. nunc aliqua. versic. ix. & versicu. xij. per rationem, quia personalis actio non sequitur fundum. Nec obstant iura supradicta, quia loquuntur in tributis. Et sic speciale est in fisco. Ita tenet Ludouic. in l. Imperatores. ff. de public. Vide Bartol. in l. in conuentionibus. ff. de verborum significatio. ubi dicit quod dominus non habet contra emphyteutam nisi actionem realem. ¶ Sed iuxta prædicta quæro, an res emphyteuticaria sit pro pensione domino tacite obligata. Et Bart. in l. fenatus. ff. in quibus cau. pig. vel hypoth. contrahitur. dicit quod quidam dicunt quod non: quia nullus dominus habet tacitam hypothecam, nisi fiscus, vel Respublica. C. de iure Reipubli. l. ij. lib. xj. & ff. de iure fisci. l. aufertur. §. fiscus. cum similibus, & quod est speciale in his: ergo in contrarium est ius commune. ff. de legibus. l. quod verò. Alij contra, quia ille, qui ad refectionem mutuat, habet tacitam hypothecam, ut hic: ergo multo fortius ille, cui est constituta pensio in re illa. Item pro deterioratione tacite obligatur res: ut infra. l. ij. ergo multo fortius domino pro pensione. Item si alia res inuectæ & illatae sunt obligatae,

ut infra. l. sequenti. ergo multo fortius ipsa res pro pensione. Item quia nauis obligatur pro pensione: ut infra. titu. ij. l. huiusmodi. circa medium. Item alia onera realia concernunt rem ipsam. supra de vsufructu. l. ha. tenus. & l. si pendentes. §. si quis cloacarij. & infra. de vsufructu. le. l. quæro. & infra. de public. l. Imperatores. ergo, &c. Et dicit Bartol. de hoc esse casum in l. etiam. ff. qui pot. in pigno. hab. ubi Bartol. dicit. Nota hanc legem, quod si aliquis facit mihi pensionem de aliqua re, & non soluit mihi, si postea eam alijs obligauit, quod ego sum preferendus in illa re, ratione cuius mihi facit pensionem. Et sic de consuetudine seruatur, scilicet, ¶ quod emptor rei emphyteuticæ tenetur soluere censum pro ipsa re, etiam de tempore preterito cessatum domino. Tu verò super hoc distingue. Aut ille, qui possidet rem, est emphyteuta, vel emptor, aut alius, qui recepit dictam rem emphyteuticariam cum dicto censu, & firma dñi: & tunc quia tacite videtur contraxisse cum dño, tunc tenetur soluere dictum censum debitum & debendum, & contra eum dñs agere potest. Et ita loquuntur iura superioris allegata. Et hoc tenet Lud. in consilio superioris in hoc c. allegato. Aut est alius non emphyteuta, aut qui non recepit rem cum firma dñi, sed possidet rem pro aliquo credito sicut est mulier, quæ tenet oia bonavirifui iuxta constitutionem hanc nostram, vel est aliquis vsufructuarius colonus, & similes: & tunc dicit quod non tenentur soluere censum preteritum, sed tantum de tempore suo, quatenus fructus recepit, per iura pro alia parte superioris allegata: sed tunc dñs habet actionem ad rem, cum sit sibi pro canone obligata, & potest dñs intentare remedium in prima parte consilij dicti Ludouici datu, & quæ dicit post Iac. ubi supra, prout superius notauit. Super hoc vidi sententias pro & contra in audientia latas: quia aliqui volunt sustinere quod possessor indistinctè tenetur soluere censum preteritum, & de suo tempore. ¶ Sed tu tene distinctionem meam: quia quo ad illos, qui non sunt emphyteute, nec tenent rem cum firma domini in bonis proprijs non tenentur, nisi quatenus fructus receperint, sed tantum fieret exequutio in re emphyteuticaria. Et ita vidi multoties praticari, ex quo contra illos non habent actionem nisi scriptam in rem, cum sit realis, ut dicit Bart. in d. l. in

limita, nisi illa locatio esset nuda, & verbalis: quia per illam quis non incideret in poenam, nec videretur prohibita, per iura per me superius allegata. † Ex praedictis inferitur & concluditur quod non potest fieri locatio ad decem annos, quin dominium transferatur, & debeatur domino laudimium. Ergo si sit ad minus tempus, est secus. Sed in Barchinona de consuetudine non potest fieri locatio ultra quinque annos, quin laudimium solvatur. Privillegium vero Barchinonae loquitur de septem annis in quibus recognouerunt proceres: & in dioecesi Gerundeni potest fieri usque ad octo annos, & si ultra fieret, deberetur laudimium. Et sic in hoc attendenda est regionis consuetudo, ut dixi superius limitando dictam communem opinionem, & quod dicit Paulus ubi supra. Et pro consuetudine huius civitatis facit quod dicit Ludovicus in l. si filio. ff. soluto matrimonio. ubi dicit quod locatio quinque annalis non dicitur ad longum tempus. Sed quaero, an si sit locatio ad longum tempus debeat domino laudimium ex dicta locatione. Et dico quod sic. Ita tenet Specu. in titu. de loca. § nunc aliqua. versic. cxxiij. cum duobus versic. sequen. & expressius Ioan. de Imol. in capitu. potest. de loca. in xiiij. columna versicul. Item quaeri potest. an emphy. possit locare, &c. & Alexan. de Imol. in consilio. lxx. Quaero, nunquid potest fieri locatio pro pluribus quinque annis, ut puta primo locavit ad quinque annos, & in eodem contractu vel in eodem instanti locavit pro pluribus quinque annis, scilicet primo termino quinque annorum finito pro alijs quinque annis, & sic successiue, an potuerit facere in eodem instanti plures locationes. Lapis allegatione duodecima concludit quod non: quia locationes illae factae sunt ad non modicum tempus: quia est species alienationis, ut dicta clementina prima. de rebus ecclesiae non alienand. Nec obstat quod nulla excedat quinquennium: quia ista aequipollent vnam facere, & immediate, & successiue plures locationes, argumento. c. cum quid vna via. de regulis iuris. libr. vj. Et hoc sequitur Andrae. de Sicil. in dicta rubri. Tu super his vide Bal. in l. voluntas. C. de fideic. ubi dicit quod poterit quis vendere ad renouandum de modico tempore in mo-

dicum tempus: quia tot sunt venditiones, quot apparent per tempora distributiones. Sed credo cum male dicere, per supra dicta.

De iniuria facta domino ab aliquibus habitatoribus in castro.



S minor castellanus recipit omnia firmamenta quaestionum, seu querimoniarum hominum habitantium in castro, cuius est castellanus, & aliquis de illo castro, vel aliquis de familia illius etiam castellani iniuriam fecerit, vel aliquod malum intulerit domino superiori, vel baiulo, seu aliqui de familia ipsius domini, iste malefactor debet de consuetudine Cathalonae firmare, & facere ius in posse ipsius domini superioris, & non in posse castellani, sicut & ille vasallus, si malum aliquod intulisset domino.

S V M M A R I V M.

- 1 Castellanus inferior firmamenta quaestionum in castro habere potest.
- 2 Dominus contra vasallum coram quo agere debeat.
- 3 Quaestio, dictio est equiuoca.
- 4 Controversia dicitur ante litis contestationem, querimonia autem post.
- 5 Iudex in causa propria nullus esse debet.
- 6 Consuetudo lege posterior, ipsi derogat.
- 7 Iniuriator ius firmare debet in posse illius, cui iniuriam intulit.
- 8 Collega delinquens non potest puniri per collegam habentem similem iurisdictionem.
- 9 Dominus castri an possit cognoscere de causa civili quam habet cum habitante in castro.
- 10 Actor forum rei sequitur, etiam in criminalibus. Firmamenta quare dicantur cognitiones causarum.
- 11 Contentio de iurisdictione si sit inter dominum & vasallum, an in primis de ea cognosci debeat.
- 12 Castellanus & homines castri in dominum delinquentes ius firmare debent in posse ipsius domini.

Si minor

S minor. Diuide istud ca. in tres partes. In prima parte loquitur de iniuria facta, aut damno dato domino, vel familiae, aut baiulo ipsius domini per habitatores castri. In secunda parte loquitur de iniuria facta, aut damno dato per familiam castellani ipsi domino baiulo, aut familiae ipsius domini. In tertia parte & vltima dicit qualiter malefactor tenetur firmare ius in posse domini, etiam quod castellanus habeat firmamenta quaestionum. Prima pars incipit ibi: si minor. vsq; ad ver. vel aliquis de familia. Secunda pars ibi, vsque ad ver. iste malefactor. Tertia pars ibi, vsq; ad finem. Casus. Si aliquis ex habitatoribus castri, aut de familia castellani inferioris habentis in castro firmamenta quaestionum, siue querimoniarum iniuriam fecerit, aut damnum dederit domino superiori, baiulo, aut familiae ipsius domini tenetur firmare ius in posse ipsius domini, & non in posse castellani, qui habet firmamenta quaestionum, & querimoniarum in castro. Vel sic, & breuius. De iniuria & damno datis domino castri, baiulo aut familiae ipsius domini, per habitatores castri vel familiam castri est firmandum de iure in posse domini & non in posse castellani, qui habet firmamenta quaestionum seu querimoniarum in castro. hoc dicit. Colli-
 2 ge notabilia. Not. j. † quod castellanus inferior potest habere in castro firmamenta quaestionum, siue querimoniarum omnium habitantium in castro. Concor. j. c. si in aliquo. Nota. ij. quod super iniuria irrogata aut damno dato domino, baiulo, aut familiae ipsius domini per habitatores castri, aut familiam ipsius castellani est firmandum de iure in posse illius domini, qui habet firmamenta querimoniarum in castro, & non in posse castellani. Not. iij. quod si malum castellanus intulit domino, debet in posse ipsius de iure firmare. † Not. quartò quod ratione iniuriae seu pro iniuria facta domino per vasallum habet respondere vasallus in posse domini sui, seu iudicis sui. Quod intelligo verum, si agat dominus de iniuria in personam vel res feudales facta per vasallum. Si autem agatur ad amissionem feudi, & in libello hoc contineatur expressè, coram paribus curiae agendum est, ut not. Innoc. in c. Caterum. de iudic. in magna gloss. quod etiam intellige verum secun-

dum consuetudinem Cathalonae, si iste, qui fecit iniuriam, est solidus vasallus istius domini: ut infra capitulo. si aliquis habet. Pro quo facit capi. Imperialem. § illud. de prohibitione feudi alienandi, per Fredericum & c. Romana. de poenis. libro sexto. & quod not. in vsat. omnes homines. in gl. ratione scilicet. & per Spe. tit. de feud. ver. xvij. quaeritur quid iuris? Tu autem super hoc dic ut dicam latius in d. c. si aliquis. Exponere literam. Firmamenta supple de consuetudine: quia alias ad maiorem dominum pertinent: ut in vsat. castellani. In j. glo. & in vsa. si quis feudum. in fi. in vlt. glof. secundum antiquos sapientes. & dicit firmamenta. id est firmas iuris, vel firmamenta, quae sunt in alienationibus factis per homines castri, & tenentur pro ipso castro, vel in sponsalitijs. vide infra. c. vasallus. § Item. † Quaestio. Acquiuocum est, nam vno modo accipitur pro tormentis: ut in toto. titu. ff. & C. de quaestioni. Alio modo accipitur pro controversia: & ita accipitur hic. & est text. & ibi hoc dicit Bal. de feud. de contro. inuest. § si autem. in verbo controversia: ubi dicit quod actiue & passiuè dicitur quis quaestionem mouere. Itè dicitur actiue & passiuè quaestionem mouere resistendo. Item siue agatur reali, siue personali: ut in d. § si autem. secundum eundem Bald. ibi, ubi late de isto verbo. Querimoniarum. De isto verbo vide tex. in l. cum apud. C. ubi & aduer. quos. & in c. dilecti. extra de iudi. † Et ante litis contestationem non dicitur quis facere querimoniam, secundum Nicolaum in capitu. dilecti. de appellationibus, sed controversia dicitur ante litis contestationem. secundum Angelum in authen. de litig. § omnem. Qualiter autem sit controversia, vide Bald. in l. non solum. § si status. ff. de procura. & Ioan. Faber in titu. de actio. § primo. Potest enim esse controversia sine lite, vel causa, secundum Baldum in l. casus. C. de transactio. De ipso castro id est, de habitatoribus in castro, vel eius termino. Castellani. supple qui habent ipsa firmamenta. Malefactor. id est, iniuriator. ut infra, in dicto capitulo, si in aliquo. Sicut iste castellanus supple scilicet habet firmare in posse domini superioris. Oppon. primo quod iniuriator non teneatur firmare de iure in posse domini, cui iniuria fuit irrogata: † quia alias sequeretur quod ipse esset

esset iudex in causa propria, quod iura non patiuntur: vt C. ne quis in cau. sua propria sibi ius dic. in rubro & in nigro. & in l. nullus. C. de iudae. & in l. qui iurisdictioni. ff. de iur. om. iudi. cum simil. & infra si in aliquo. §. Item si vnus. Sol. illud est regulare, quod hic dicitur est speciale. Nam illa regula patitur plures limitationes, quae ponuntur per extensum per Jac. Callicij in Margarita fisci. Vel dic quod illis legibus derogatum est per istam consuetudinem, tanquam posteriorem: quoniam sicut lex posterior tollit priorem, ita consuetudo quae legem sequitur, derogat legi, secundum Ange. in l. de quibus. ff. de legi. & glo. instit. de offi. iudi. Vel dic quod istud fit ex natura reifudalis, secundum not. per Inn. in d. c. ceterum. Nam natura trahit ad se personam, non persona naturam. Et potest consuetudo generalis conferre istam iurisdictionem etiam in clericos, etiam si esset in consuetudine speciali, secundum Bal. in feu. de contro. apud pares. & ponit rationem, quia consuetudo generalis feudorum potest disponere, & disponit de iure feudorum: ergo & de iudicio, & iurisdictione. Igitur speciale est in feudo, ex quo isti domini sunt iudices reales, secundum Bal. de contro. inter do. & vas. Oppo. ij. de c. si in aliquo. j. vbi in iniuriator tenetur firmare ius in posse illius, cui facta est iniuria etiam quod non habeat firmamenta quaestionum & querimoniarum. Sol. Ibi iniuria facta fuit alteri ex castellanis castri: hic vero facta fuit domino, baiulo, vel familiae ipsius domini: & sic casus est diuersus, & non aduersus. Vel dic quod illud c. non facit oppositionem isti ca. primo vult dicere istud quod hic statutum est, hoc est quod iniuria facta domino superiori vel alicui ex castellanis, quod iniuriator tenetur firmare ius in posse illius, qui fuit iniuriatus, non considerato an ille, qui fuit iniuriatus habeat firmamenta, vel non. Et sic in summa ista duo cap. volunt dicere quod iniuriator tenetur firmare ius in posse iniuriati, etiam quod non habeat firmamenta. Oppon. tertio de §. Item si vnus. de dicto capitu. si in aliquo, vbi castellanus, qui iniuriam fecerit alteri castellano, non firmat ius in posse ipsius castellani iniuriati, etiam quod habeat firmamenta quaestionum, & querimoniarum. Solut. ille. §. non debuit signari pro contrario: quia ibi loquitur inter duos castella-

nos, qui sunt pares in castro: & par in pare non habet imperium: vt l. nec magistratus. ff. de arbi. Et pro hoc facit quod vbi collega vel habens simile iurisdictionem in loco, vbi delinquit, non potest puniri ab alio collega, sicut nec maior per minorem, secundum Bart. in l. si quis violauerit. de re. diui. & vide cum in l. inter tutores. de adm. tut. Quod limitat Bal. in feu. qualiter vas. iura. nisi periculum sit in mora, vel si vnus sit maior administratione, quam alter: hic vero loquitur in iniuria facta per habitatores castri, vel familiam castellani domino superiori: & sic loquitur in alio casu. Vel dic quod speciale est in domino feudi, qui habet suam iniuriam vel actionem, quando iniuriatur in personam, vel res feudales, secundum quod dicam in d. c. si aliquis. Secus in castellano, qui de causa sua cognoscere non potest, secundum iura per me superius allegata.

¶ Quero primo, quid si dominus habet aliquam quaestionem civilem contra aliquos habitantes in ipso castro, an ipse dominus de illa cognoscere possit: Et videtur quod sic, vt hic, & j. c. si in aliquo. Contrarium credo: nam hic, & in d. c. si in aliquo. loquitur quando agitur criminaliter pro calibus specialibus hic & ibi expressis: ergo in contrarium est ius commune: vt ff. de legi. l. ius singulare. Tunc quia istud, quod hic dicitur, est de iure consuetudinario, & sic non debet extendi ad alios casus, quam in dictis capitulis continetur. Bar. in authen. qui rem. C. de sac. sanc. eccl. Lud. in l. vectigalia. ff. de public. & in l. j. §. si stipulanti. de verb. oblig. Bal. in praelud. feu. & Andrae. de Sicil. in cle. ne Roma. de elect. Tum quia regula iuris est in contrarium quod quis sibi ius non dicat, vt dixi superius, & sic standum est regulae, nisi appareat dispositio specialis, vt latius scripsi in c. proximo. Sed in hoc casu non reperitur dispositio specialis. Igitur, & c. ¶ Tum quia actor tenetur sequi forum rei: vt in c. si clericus. & c. cum sit generale. de foro compe. & l. iuris ordinem. C. de iurisd. om. iudi. & l. fin. C. vbi in rem actio, & etiam in criminali. C. de iurisdic. om. iud. l. & in criminali. Igitur dominus tenetur sequi forum ipsorum habitantium, qui est castellanus, qui habet firmamenta quaestionum & querimoniarum. Nam ipsa firmamenta secundum vnam expositionem sunt cognitiones causarum, in quibus firmatur de iure: cum omnes ho-

mines

De alodio castellani.



I castellanus, siue vasallus dixerit se habere alodium in termino castri, ratione cuius est vasallus, tenetur ille va-

fallus ostendere domino suo quomodo habet per alodium: quia alius potest habere illud alodium ex donatione, vel venditione domini sui, vel alterius alodiarij, vel alio modo: quod si poterit ostendere suum esse alodium, non tenetur de eo in posse domini respondere in iudicio, vel extra. Si vero non poterit ostendere, non erit alodium, sed feudum erit: nec poterit ei iuuare aliqua temporis praescriptio: quae omnia quaeunque castellanus, siue vasallus, habet in termino castri, ratione cuius est vasallus reputantur esse de feudo, nisi contrarium ostendatur, vt dictum est, & vasallus non potest praescribere contra dominum.

SYMMA RIUM.

mines firmare debeant de iure: vt in vsatico, omnes homines. ¶ Quero, quid si inter dominum & vasallum est contentio de iurisdictione an primitus de ea cognoscendum sit: Et credo quod sic, iuxta not. in c. ceterum. de iudic. & j. c. si alodiarius. vbi dicit quod debent venire in posse de cominali. prius igitur debet constare de iurisdictione, cum sit praeparatorium. Bald. de cont. inter do. & vasal. & de ali. feud. pat. §. j. & de inuest. in ma. fac. Et quantum regulariter iudex, cui opponitur de incompetencia, possit declarare suam esse iurisdictionem, fallit in casu, quando est contentio inter duos, quorum vterque contendit suam esse iurisdictionem, secundum Ang. & Io. de Imo. in l. quidam. ff. de iur. om. iudi. Haec quaestio potest dupliciter intelligi. Primo, si est quaestio de iurisdictione: vt puta, quod dominus praetendat habere iurisdictionem in homines castri, & vasallus dicat suam esse iurisdictionem: quia tunc recurrendum est ad tenorem inuestiturae, secundum ea, quae scripsi supra in capi. si autem. Et si de hoc non apparet per tenorem inuestiturae, sed est dubium an concessio castro videatur concessa iurisdictione secundum quod scribam j. c. si aliqui alodiarij. quia alter ex ipsis non potest declarare suam esse iurisdictionem: & sic in isto casu militat dicta limitatio. Secundo potest intelligi, si est quaestio inter dominum & vasallum, hoc est quod dominus dicat rem esse feudalem, & vasallus dicat contrarium: quia tunc ordinarius est iudex, secundum ea, quae scribam j. c. si aliquis. vbi tractabo materiam iurisdictionis. Quero quid si dominus superior habuit aliquid de hominibus pro ipsa iniuria, nunquid tenetur illud communicare castellanis, qui partem recipiunt de his, quae proueniunt ex curia, vel iurisdictione: vide quae scribuntur in princ. vsatici. Quero, quid si iniuria sit facta minori castellano, qui non habet partem in curia, vide super hoc c. si in aliquo castro fuerunt duo. ¶ Ex praemissis sume istam conclusionem quod quando delinquitur in dominum per castellanum & homines castri, tunc ipsi tenentur firmare ius in posse ipsius domini. Et ad materiam huius c. vide quae lati⁹ scribam j. in c. si aliquis. vbi extense scribam de materia iurisdictionis domini, & in quibus casibus ipse, vel pares curiae, aut ordinarius habent iurisdictionem.

- 1 Vasallus alodium in termino castri habere potest.
- 2 Vasallus nisi probauerit alodium, dicitur esse de feudo.
- 3 Vasallus praescriptione contra dominum non iuuatur.
- 4 Castellanus idem est, quod vasallus.
- 5 Vniuersalis dictio quae comprehendere dicitur.
- 6 Possessio indefinita & incerta vniuersali aequi pollet.
- 7 Vasallus quantum feudum sit, ostendere tenetur.
- 8 Terra omnis iure prius libera fuit.
- 9 Feudum cum sit unum totum integrale, omnia praesumuntur esse de feudo.
- 10 Vasallus an teneatur ostendere titulum suae possessionis.
- 11 Praescriptio quae obstat ei, qui se fundat in iure communi.
- 12 Praescriptio centum annorum currit non obstante consuetudine id ipsum prohibente.
- 13 Oratio particularis quae dicitur. Dominium directum qua praescriptione acquiratur.
- 14 Actio omnis tollitur triginta annis.
- 15 Vasallus tenens domum ab aliquo domino, an praesumatur omnes pertinentias habere de feudo.
- 16 Extensio legis quando fiat, & ad quae.
- 17 Verba quando ob rationis identitatem extendantur.

- 18 Vasallus an sine titulo possit unum mansum prescribere.
- 19 Prescriptiones cum stricti iuris sint, non extenduntur ultra id quod agitur.
- 20 Prescriptiones qua ratione fuerint introductæ.
- 21 Prescriptio non potest impediri pacto partium.
- 22 Vasallus fortalium intra terminos castri an possit prescribere res domini intra dictos terminos.
- 23 Pseudatarij percipientes decimam redditus in termino castri, iudicantur ut castellani.
- 24 Vasallus tenens fortalium intra terminos castri, regulatur ut castellanum.
- 25 Prescriptio an possit impediri consuetudine.
- 26 Domino dicenti possessionem rustici esse de feudo, incutit onus probandi.
- 27 Vasallus asserens se habere allodium intra terminos castri, id probare debet.
- 28 Quæstra quid sit.
- 29 Vasallus dicens se habere allodium in termino castri, an id probare debeat.
- 30 Presumptio iuris pro liquida probatione reputatur.
- 31 Reus probare debet, quando contra ipsum prescriptio laborat.
- 32 Baiulus perpetuus a quo baiuliam tenere presumatur.
- 33 Baiulus quid possit prescribere.
- 34 Dominus an possit contra vasallum prescribere.
- 35 Infeudatio ibi presumitur, ubi prestatio census inuenitur.



In castellanus. Diuide istud c. in quinque partes. In prima parte loquitur, quando vasallus dicit se habere allodium in termino, vt ostendat illud domino. In secunda parte dicit, qualiter potest habere allodium in termino. In tertia parte dicit quod si non potest ostendere esse allodium, quod non erit allodium. In quarta parte loquitur quod non iuuat eum in his prescriptio. In quinta parte & vltima dicit quod omnia quæcumque vasallus habet in termino castri, presumunt esse de feudo. Prima pars incipit ibi: si castellanus, vsque ad versi. quia aut. Secunda pars ibi, vsque ad ver. quod si non poterit. Tertia pars ibi, vsque ad versi. nec poterit. Quarta pars ibi, vsque ad ver. quia omnia. Quinta ibi, vsque ad finem. Casus. Datur regula, & eius exceptio. Regula est, quod omnia, quæ vasallus possidet in termino castri presumuntur esse de feudo, nec in his vasallum iuuat prescriptio. Exceptio a regula est, quod nisi contrarium a vasallo ostendatur, presumit quod sit allodium. hoc dicit. Collige notabilia. Not. primò, quod vasallus potest habere allodium in termino castri. concord. supra c. si petita. & c. si autem. vbi hoc innuitur. Not.

quod vasallus tenetur ostendere domino qualiter ipse habet allodium in termino castri. Vide in c. seq. Si item. in verbo Ostendere. Habes ergo hic qualiter onus probandi incumbit vasallo. Et sic not. quod onus probandi debet imponi probare debenti: alias si imponeretur probare non debenti, grauaretur, & posset opponere, secundum Bal. in feu. de contro. inuest. §. item si. No. tertio, in verbo Donatione. qualiter vasallus potest habere allodium in termino castri. ¶ No. quarto, quod si vasallus non probat esse allodium, quod tunc non est allodium, sed de feudo. Not. quinto, quod regulariter omnia, quæ vasallus possidet in termino castri presumuntur esse de feudo, nisi contrarium monstratur. Et pro hoc facit quod dicit Andre. de Sicil. in c. si diligenti. de prescrip. in not. vbi dicit quod qui in alterius territorio ius aliquod pretendit, debet de illo ostendere titulum privilegij prescriptionis, vel alterius munimeti. Ideo dicit textus c. ad decimas. de restitu. spolia. lib. vj. quod presumitur vsurpasse. Et pro hoc tu allega gloss. in c. cognouimus. x. q. iij. vbi dicit quod vsurpatione non tribuit ius. Facit etiam quod dicit Hostien. in d. c. si diligenti. per ipsum tex. quod comites, & domini temporales fundant intentionem suam de iure communi quo ad res sitas in limitibus sui territorij. de quo in c. fina. de offic. archi. in Nouella. Quod dictum intelligit ibi Andre. respectu iurisdictionis, non autem respectu proprietatis rerum, & bonorum existentium in limitibus. ¶ No. sexto & vltimo, quod vasallus in his non iuuatur prescriptio contra dominum. Et sic hic habes vnum casum, in quo non currit prescriptio. Alios casus not. glo. in c. cum non liceat. de prescript. Et alios casus notauit supra in c. si autem in tradenda. & adde tex. glo. & Barto. in l. agros. C. de omni agro deser. Et no. quod hic habes casum, in quo requiritur titulus ad prescribendum. Vide c. j. & ibi Gemi. de prescript. lib. vj. & ibi glo. & in c. si diligenti. quando in prescriptioe requiratur titulus. & j. c. proximo. §. item. Expone literam. Si castellanus, siue vasallus. Ex hoc c. & c. seq. probatur quod vasallus & castellanus iude sunt: vide quæ latius de hoc dixi supra in c. & si nondum. in quaestionibus Guil. de Valesica. in vsatico, castellani. ponit differentiam inter

inter castellanum & vasallum. Sed ego credo quod sint synonyma, id est, idem importantia. Allodium. Quid sit allodium, dixi supra in c. si petita. Ostendere. id est, monstrare, vel probare. Quomodo. id est, qualiter. Alio modo. id est, alio titulo, vel alia acquisitione. Poterit supple dictus vasallus modo predicto. Et sic intelligitur de potentia facti. Verbum enim potest requirit actum verum, vel fictum. Bartol. in l. iij. §. si quis. ff. de sta. libe. & ex quo hic ponitur negatiue, importat necessitatem. Secus si ponetur affirmatiue: vt est glo. in c. j. de reg. iur. lib. vj. Vide glo. in cle. attendentes. de sta. regu. & in c. proposuit. de appel. & Barto. in l. Gallus. ff. de lib. & posthu. & de verbo Poterit vide in c. j. de feu. sine cul. non amittit in verbo, si potuerit. iuuare ei. supple quoniam sit de feudo. Omnia. Ista dictio est vniuersalis, secundum Bal. de capi. qui cur. vend. in feud. & qui omne dicit, nil excludit. l. Iulianus. ff. de lega. iij. & l. a procuratore. C. man. ¶ Hoc tamen intellige quod licet sit vniuersalis. non tamen intelligitur includere nisi tantum illa, quæ sunt proportionabilia materiae, in qua profertur, secundum glo. iij. in fi. & ibi Gemi. in c. dilecto. de senten. excom. lib. vj. Reputatur. id est, presumuntur. Nisi. Ista dictio ex propria significatione stat exceptiue, vt dixi supra in c. si autem. in verbo Nisi, contrarium ostendatur. supple per vasallum. In hoc. scilicet quod non sit de feudo, nisi ostendatur quod sit allodium. Oppo. primò, quod dominus teneatur ostendere quod sit de feudo, & non vasallus quod sit allodium: vt l. plures. C. de fide instru. & l. nec creditores. C. de pigno. actio. Soluti. ex quo constat illud esse castellanum & vasallum, presumitur totum esse feudum. ¶ Nā indefinita, & incerta possessio æquiualeat vniuersali. Cum igitur castrum sit vniuersale, secundum Bal. in feud. de capi. qui cur. vend. presumuntur omnia esse de ipso castro, nisi vasallus ostendant fines agri, quos ostendere tenetur: quia tenetur ostendere titulum possessionis, propter fundatam intentionem aduersarij: ego & probare: quia dubia probatio non releuat eum, secundum Baldum, de vas. qui contra constitit. Lotha. ali. & per eum. si de feud. defunc. mi. §. vasallus. & per eum. de prohi. feu. ali. per Frede. §. illud. & in l. ij. C. quomodo & quando. Et adde glo. in l.

secunda. C. quando & qui. quar. pars. lib. x. super verbo iurata fide. & Specu. titu. loca. §. j. ver. lxiij. & lxiij. & Ang. in l. si rem. supra per glo. j. in verbo, nunquam potero vendicare, de rei vendi. & Ioan. Andr. in addi. Specu. titulo de feud. & vide Jac. de monte iudaico, & Gul. de Valesica in vsato. ¶ de baiulis. In quibus iuribus habes quod vasallus, vel emphyteuta tenetur ostendere quid & quantum sit feudum, vel emphyteuticum honori, & quid & quantum sit allodium. vide constitutionem Regis Petri iij. curia Parpiniani. c. difficultati. vbi habet quod feudatarij, & emphyteutæ tenentur edere instrumenta, pro quibus tenentur possessiones. Sed ista constitutio parum facit: quia loquitur de instrumentis rerum feudalium & emphyteuticarum: hic vero de instrumentis allodij: & sic casus est diuersus. Oppo. secundò, quod vasallus non teneatur ostendere quod sit allodium: quia omnia presumuntur esse libera, nisi contrarium ostendatur: vt l. altius. C. de ferui. & aqua. & l. loci corpus. §. competit. ff. si seruitus vendic. & l. si prius. ff. de noui oper. nun. per Dylum. & per Baldum. de controuer. inuest. §. si autem. & l. improperes. ff. de ferui. urbano. prædio. ¶ Iure enim primario omnis terra erat libera, nisi in quantum violentia est illata. institui. de iure nat. §. ius autem. Nulla enim res presumitur esse feudalis, nisi probetur, secundum Hostien. in c. nimis. de iure iuran. & Baldus in feu. si de feud. defun. mi. §. inter filiam. quia feudum est quedam seruitus: vt ibi not. Bald. & in l. si cuius. in prin. ff. de vsufruct. & ideo presumitur potius allodium, quam feudum, iuxta nota. C. de proba. l. cum res. Soluti. Eo ipso quod terra est sita intra territorium, presumitur esse de territorio & iurisdictione: sicut omnis ecclesia in diocesi presumitur subiecta episcopo. x. q. j. c. regenda. & c. omnes basilicæ. xvj. quaestione septima. nec aliquis potest esse acephalus, id est, sine capite. xcvi. distin. c. nulla. & quia dominus habet maiorem partem, presumitur pro eo, argumento de conten. inter domi. & vasal. de benefi. feud. c. j. Adde Hostien. in dicto capitulo nimis. & de cen. licet. & in Specu. titu. de iure iuran. circa prin. versi. quod est in argumentum, quod quicquid & c. & sic non obstat in feud. de controuer. inuesti. capitulo primo. vbi

presumptio est pro possidente. Nam ex quo constat esse intra terminum castri, cessat ipsa prescriptio. Et pro hoc facit in feud. de feud. gar. & castal. & ibi Iacob. & Bald. Vel solue, & melius, quod hic est speciale in castellanis, qui tenent castrum in feudum: quod secus est in alijs vasallis. Et hoc probat text. ibi: ratione cuius est vasallus. Et secus est in alijs allodiarijs tenentibus res intra terminos castri. Et pro ista solutione est casus j. in c. si allodiarij. Vel solue secundum Hostien. in dicto c. nimis. & adde quae dixi supra in quinto notabili. Vel dic quod illud est de iure communi, hic vero iure consuetudinario, quod tanquam posterior derogat dictis iuribus, secundum Ange. in l. de quibus. ff. de legi. Vel dic quod istud est speciale, ex quo castrum, quod est caput totius ipsius territorij, tenetur pro eo: illud vero, quod in dictis iuribus dicitur, est regulare. Vel dic secundum Bald. de controuer. inuest. §. cum autem. in feud. quod speciale est in feudo, quod quando feudum consistit in aliquo toto integrali, totum praesumatur esse feudum ratione partis. Et est ratio, quia vnum extremum ipsius feudi est indiuisibile, scilicet iuramentum fidelitatis: vt not. ff. de usufruct. l. si cuius. in princip. Nam cum appareat de isto indiuisibili iuramento, quod concernat partem, praesumimus quod tantum simpliciter sit iuratum respectu totius feudi, vt sit indiuisibile, quod est in vno extremo, generet praesumptionem indiuisibilis in altero extremo. Item nulli apparent termini distincti, argumen. de leg. ij. l. Caius. §. j. item non debet eadem res diuerso iure censeri. l. eum, qui aedes. ff. de usufruct. Et pro hoc facit secundum Bal. ibi, quod si de latitudine praediorum dubitetur nunquid sit feudum, vel emphyteusis, quod tota sit eiusdem qualitatis, vbi nullae apparent notae diuersitatis. Secunda & vltima solutiones plus mihi placent. Oppo. tertio ad idem quod vasallus non teneatur ostendere titulum suae possessionis: vt l. cogi. C. de peti. hære. l. vlti. C. de rei vendi. ij. q. v. §. j. Solu. Dic quod illud est regulare, quod hic dicitur, est speciale in hoc casu propter praesumptionem facientem pro domino, ex quo res ipsa est in termino castri, & possidens est vasallus: sicut est speciale in beneficio & in alijs casibus notatis per Paulum de castro in l. si de vi. ff.

de iudi. Vel dic quod dicta iura loquuntur in utili dominio: hic vero in directo. Adde hic quae dixi extra, in prima opposi. Vel solue vt not. in gloss. c. primo. de praescript. lib. vj. Oppo. quarto, de eo quod dicit Hostien. in Summa titulo de praescri. rer. immo. §. quae exiguntur. verli. pretereā. ¹¹ vbi dicit quod contra illum, qui fundat intentionem suam de iure communi, obstat praescriptio tanti temporis, cuius memoria hominum in contrarium non existit. Nec in hoc videtur ob stare l. in initio. ff. de offi. praefect. vrb. cum illa intelligitur quo ad iurisdictionem, non quo ad proprietatem. Solu. Hic iure consuetudinario est remota praescriptio: ibi non. Sed contra istam solutionem facit, quod si per statutum simpliciter est sublata praescriptio, non remouetur illa, cuius memoria hominum non est in contrarium, secundum Ang. in l. qui vniuersas. C. neri dom. & Lud. in l. j. circa fin. ff. de vsuca. quae praescriptio est centum ¹² annorum, vt ibi. Non obstante ergo hac consuetudine prohibenti non currere praescriptionem contra dominum, currit praescriptio centum annorum. Ita dicit Ange. in authen. vt decem. commu. rerum eccle. si cetera non fiant. & Andr. de Sicil. in c. sanctorum. de praescri. Dicas ergo quod ista verba in hac consuetudine apposita solum remouent praescriptionem triginta, vel quadraginta annorum. Ita firmat Bal. in c. j. §. pretereā. de capit. Cora. in vli. feu. & Ang. in l. si quis decurio. C. de decur. libr. xj. in addi. ad Bar. licet idem contrarium teneat, & male, in l. cum satis. C. de agri. & cetera. eo. lib. & Lud. in d. l. j. Sed contra istam solutionem etiam facit c. cum instantia. extra de censu. vbi remouetur praescriptio. Et ibi dicit Io. And. etiam si in contrarium non sit memoria. Sed ibi est verbum Longissimo tempore: & super ipso verbo est dictum Io. And. hic simpliciter loquitur: & sic cum verbum Longissimo, sit superlatiuus qui ponit rem in termino, vltra quem non est progressus, secundum Salic. in l. non ideo minus. C. de accus. Allegat l. j. C. de sac. sanc. eccle. merito comprehendit dictam praescriptionem, vt illud verbum aliquid operetur. Vel dic quod ibi est speciale in procuracione, per rationem ibi positam. Et pondera super hoc dictionem Aliqua, quae est in text. quia est dicitio particularis, non vniuersalis,

lis, secundum Barto. in l. si ita. ff. de lega. ij. ¹³ vbi dicit quod oratio particularis est illa cui apponitur signum particulare: vt quidam, aliquis, & similia. Et quod iste text. non remoueat praescriptionem, cuius memoria hominum in contrarium non existit, facit dictum Bald. in l. si certis annis. C. de pactis. & in l. prima. C. de emancip. lib. vbi dicit quod ex praescriptione, cuius memoria hominum in contrarium non existit, acquiritur directum dominium. Facit pro hoc, quia in ista praescriptione, cuius memoria in contrarium non existit, non requiritur titulus. Et est ratio, quia ex tanto tempore praesumitur, secundum Gem. in c. j. de praescriptio. lib. vj. Et super hoc vide Archi. in c. ad decimas. de resti. spolia. eo. lib. in verbo ostendatur. Vide nota. in vfatico, feuos & in vfatico, hoc quod iuris est sanctorum. in glo. illorum. De hac praescriptione dixi latius supra in c. si autem in tradenda: vbi recurras, & adde hic quae ibi dixi. Oppo. quinto de vfatico, omnes causae siue bonae, siue malae & c. & de l. sicut. C. de praescript. ¹⁴ triginta. vel quadrag. ann. vbi omnis actio tollitur spatio triginta annorum. Sol. illud est regulare: quod vero hic dicitur, est speciale. Nam feudum habet multas singularitates a consuetudine introductas, secundum Bal. in praelu. feu. §. prima diuisio. Vel dic quod per istud ius consuetudinarium, tanquam posterius, derogatum est dictis iuribus in hoc casu: quonia sicut lex posterior tollit priorem, ita consuetudo, quae legem sequitur, derogat legi, secundum Angel. in l. de quibus. ff. de legi. & gloss. insti. de offi. iudi. circa principi. Vel dic vt dixi in c. si autem. in vj. oppo. Oppo. vij. de controuer. inuest. c. j. vbi praesumitur pro possidente. Sol. hic loquitur quando constat possidentem esse vasallum ratione castri: ibi non. Et hanc solutionem dat Bal. in j. opposi. in feud. de feud. gard. §. fin. vbi bonus text. ad ¹⁵ hoc, & eum vide. Quero primo, an ista consuetudo habeat locum in vasallo tenente domum, seu fortalium pro aliquo domino, scilicet vtrum omnes pertinentiae domus videantur esse de feudo: Et dico quod non: quia ista consuetudo non potest extendi ad alias personas, vel casus, quam in ea expressos, vel vltra id quod agitur, secundum Bart. in authen. qui rem. C. de sac. sanc. eccl. Bal. in praelud. feu. & in feud. de

feud. cog. & Ludou. in l. j. §. si stipulanti. de verb. obli. & in l. vectigalia. ff. de publi. ite quod hic dicitur, quod omnia praesumuntur esse de feudo, nisi appareat esse aliud, praesumitur, ex quo dominus possidet maiorem partem eorum, quae sunt intra terminos castri: hic autem est secus. Item istud est hic statutum fauore dominorum. Nam saepe castellani malignando multa auferunt dominis, secundum Bal. de feu. gar. §. si vero. alleg. de conten. inter do. & vas. de inuest. c. j. §. hoc ita. Sed contrarium tenet hic practici antiqui, dum tamen ipsa domus habeat terminos, & non existens intra terminos castri: quia tunc eadem est ratio, & sic idem ius debet statui. l. illud. ff. ad legem Aquil. Nam in text. redditur ratio quare praesumant de feudo ibi: quia omnia, quae cunque, & c. quae quotiescunque est expressa ratio in lege, fit extensio etiam ad ea, quae alias non sunt equiparata, secundum Bar. in l. liberorum. ff. de verbo. signifi. & Ang. Are. institu. de actio. §. in personam. & §. in duplum. Sic igitur si habet terminos, quae cunque habet intra illos, praesumuntur de feudo. Adde tu, quonia licet dicatur quod propter identitatem rationis, vel maioritatem non debemus extendere constitutionem poenalem. Ioan. And. in c. odia. de regul. iur. lib. vj. in Mercur. tamen vbi est eadem ratio, vel maior, non fit extensio, sed tamen caute videtur. Gloss. not. in c. j. de tempore. ordin. lib. vj. secundum Nico. in c. at si clerici. de iudic. sed hic ponitur ratio, si est in termino castri: ergo si domus habet terminos, eadem est ratio. praeterea hic dicitur, si castellanus dicit se habere allodium in termino castri: sed si est in termino domus, vel fortalitij, idem ius esse debet, & potest extendi, argumento notatorum, per Lud. in authen. similiter. C. ad legem Fal. ver. xl. circa specialitates vltimae voluntatis. vbi dicit ¹⁷ quod verba de stricta significatione vocabuli ob identitatem rationis extenduntur ad latam. Facit pro hoc, quia si statutum loquitur generaliter, etiam quod ponatur exemplum, per illud exemplum, non restringatur, ideo potest fieri extensio, secundum Lud. in l. damni. §. Sabinus. ff. de dam. infec. Doct. antiqui dicunt facere pro hoc extra de resti. spo. c. cum ad sedem. per Innocen. Sed si domus ipsa sit intra terminos alicuius castri, & non habet terminos, tunc secus

esset, argumento iurium superius allegatorum. Et ita tenent antiqui sapientes, multis iuribus per me additis. ¶ Quæro ulterius si vasallus, qui non est castellanus, habet unum mansum intra terminos castri, quem tenet pro domino in feudum, nunquid poterit præscribere alium mansum sine aliquo titulo? Videtur quod non, argumen. huius tex. ubi non potest præscribi contra dominum, nisi ostendatur de titulo. Antiqui sapientes dicunt contrarium. Nec obstat iste textus, cum loquatur in castellano, qui nomine domini possidet castrum, & præscriptio sine possessione non procedit. l. sine possessione. ff. de vsucap. & ratione castellanig ipse castellanus posset multas committere fraudes, secundum not. per Bal. in feud. de feud. gar. §. si verò. hic verò loquitur in alio vasallo, qui non habet dominium sicut ipse castellanus, & sic non potest ita faciliter committere fraudes. ¶ Item præscriptioes sunt stricti iuris, secundum Bal. in l. si quis diuturno. ff. si serui. vend. & consequenter non possunt extendi ultra id, quod agitur, ut dixi supra. Et adde Cyn. in l. j. C. quæ sit lon. consue. & Inno. in c. pastoralis. de deci. Et pro hoc facit quod dicit Ioan. de Lignano in c. auditis. de præscrip. referens, in contingentiã facti fuisse obtentum in cancellaria papæ: quidam præscripserat ius visitandi per seipsum per tēpus, cuius non erat memoria in contrarium, volebat visitare per alium, & sic extendere illam præscriptionem de persona propria ad substitutum: fuit iudicatum non posse. Ita etiam sequitur Petr. de Anchar. Et sic ista præscriptio non est extendenda, nisi in casu, in quo loquitur, scilicet in castellano, & non in alio vasallo, per iura superius allegata. Facit pro hoc, ¶ quia præscriptiones sunt introductæ ob bonum publicum, & ne dominia rerum sub incerto haberentur. ff. de vsucap. l. prima. in verbo, bono publico introducta est. & ibi, ne dominia rerum, &c. & ut puniatur negligentia. c. vigilantia. de præscriptio. Si ergo speciale est in casu huius c. quod præscriptio contra dominum non currat, non ergo debet extendi ad alios casus contra iura prædicta: cum, ut dixi, præscriptio non recipiat extensionem ut in alijs casibus etiam similibus non præscribatur: quia ea, quæ stricti iuris sunt, non extenduntur, secundum Barto. in l. non quasi. ff. rem pup. sal.

fore. Regulariter enim omnis res est præscriptibilis, & quando habemus regulam, standum est ipsi regulæ, nisi doceatur de contrario: ut l. omnis diffinitio. ff. de regu. iur. Nec istud capit. corrigat dictam regulam, nisi quatenus contrariatur ipsi regulæ. Nulla enim lex corrigitur, nisi ubi expressè inveniatur. in authen. de non ali. aut permu. §. ult. & ibi glo. in verbo, nisi tantum. colla. ij. & Bal. qualiter feu. olim. §. porro. ¶ Facit etiam pro hoc quod etiam si partes vellent, non possent facere: quin nulla præscriptio curreret: bene tamen possent facere quod non curreret nisi præscriptio cētum annorum. Ita dicit Ang. in authen. vt ecclē. Ro. Si enim expressè fieri non posset quod præscriptio non curreret, quanto fortius fieri non potest quod istud ca. ad alios casus, quam hic expressos. extendatur. Ex his igitur concludendum est, quod ista consuetudo prohibens præscriptionem, intelligenda est tantum in suis proprijs terminis, & non extendamus illam ad alios casus, vel personas, per iura superius allegata: potissimè, cum sit iuris correctoria: ut l. præcipimus. C. de app. Nam præscriptiones inveniuntur propter utilitatem subditorum, ne de iure suo semper dubitent, secundum Bal. si de feud. defun. mi. §. si quis. ¶ Quæro, quid si ipse vasallus habet fortalium intra terminos castri, quod tenetur pro domino castri, nūquid ipse poterit præscribere res domini, & aliorum intra terminos dicti castri? Et videtur quod non: quia contra dominum non iuuatur præscriptio, ut hic in textu, ubi dicitur quod omnia quecunque possidet in termino castri, præsumuntur de feudo: & vasallus in hoc non potest præscribere contra dominum. Sed tu dic contra: quia in tali vasallo non præsumitur quod ita de facili posset committere fraudem contra dominum, sicut potest castellanus. Ita dicunt sapientes antiqui, & allegant in arg. C. quod met. cau. l. si per impressionem. & ne lic. pot. l. j. Nec obstat iste textus, quia, ut dictum fuit supra in proxima q. loquitur in castellano: & sic non potest fieri extensio de persona castellani ad personam vasalli, per iura superius allegata: quia non omnis vasallus est castellanus, sicut est eccontra quod omnis castellanus est vasallus, ut dixi supra in c. & si non. Et pro hoc faciunt verba hic posita, ratione cuius est vasallus. Ex quibus colligitur quod tantum ista consuetudo

consuetudo loquatur de illo, qui est vasallus ratione ipsius corporis castri, & non de illo, qui aliàs est vasallus ratione feudi, quod tenet intra terminos castri: quia iste non dicitur vasallus ratione castri, sed ratione alterius rei feudalis, quam habet intra terminos castri. Ex quo inferitur quod istud capitulum tantum loquatur de mero castellano: & iste talis tenetur ostendere se habere allodium in castro: secus in alijs vasallis, & secus etiam de alijs, qui non sunt vasalli, sed tenent aliquas res per allodium intra terminos castri: quia si dominus castri afferat non esse allodiales, ipse allodiarus non tenetur sibi ostendere qualiter illas habeat per allodium, nec coram eo de his experiri: ut j. capitulo si allodiarus. Et adde hic quod dixi supra in capitulo si autem in tradenda. ubi tractavi materiam quando contra dominum præscriptio procedit. Præterea iste est casus omissus à consuetudine, & sic remanet sub dispositione iuris: ut l. commodissimè. ff. de libe. & posthu. cum vulga. sed per vsaticum. omnes causæ spatio triginta annorum tolluntur. Et l. sicut. C. de præscrip. triginta vel quadraginta annorum. Igitur dicamus quod iste vasallus in istis rebus præscribere possit. ¶ Sed contra præmissa facit, quia illi feudatarij, qui percipiunt in termino castri decimam redditus, vel aliud ius, sunt iudicandi ut castellani ad probationem allodij. Idem si habet quadram infeudatam quantum ad omnia, quæ sunt intra quadram, ut feudatarius habeat probare allodium: quia tunc eadem est ratio, quæ in castellano, & sic idem ius: ut l. illud. Et ibi Flo. ff. ad legem Aquil. Et hoc tenet hic Arnaldus de Moraria doctor antiquus, & dicit pro hoc bene facere in feud. si de feu. gar. & cas. capitulo primo §. fin. & capitulo si verò. ubi dicit quod videtur casus. & quod ibi notatur per Iacob. de Bello visu. quod credo verius: nam præsumitur totum, quod ipse vasallus possidet in termino castri redditus, & iura indefinitè esse feudum: præsumptio enim est pro domino, cum constet illum esse vasallum, & res tenere indefinitas: quoniam indefinita & incerta possessio æquiualeat vniuersali, nisi vasallus ostendat fines ipsius feudi quos ostendere tenetur: quia ex quo titulum possessionis cogitur dicere propter fundatam domini intentionem, ergo & probare: quia

dubia probatio non releuat eum. Et hoc tenet Iacobus de Areti. in summa titu. quibus modis feu. amit. sub rubricella, si dubitetur quid & quantum fuit feudum. Et fuit quæstio Pisei. & dominus Iacobus de terminauit contra vasallum & sequitur Iacob. de Bello visu si de feu. def. §. vasallus. ¶ Ex quibus concluditur quod vasallus, qui tenet fortalium intra terminos castri vel alias res feudales indefinitè, quod iste talis regulatur sicut castellanus. & quod hic statuitur de castellano, habeat locum in alijs vasallis, fortalium & alias res feudales indefinitas, & incertè possidentibus intra terminos dicti castri, sic quod omnia quæ ipse talis vasallus possideat, præsumantur de feudo, nisi ipse probet aliquas ex eis allodiales esse, per iura superius allegata. Tu verò dicas pro concordantia opinionis antiquorum cum opinione Arnaldi de Moraria, quod opinio antiquorum habeat locum ut vasallus possit præscribere res domini, & aliorum intra terminos castri. Opinio verò Arnaldi de Moraria habeat locum quo ad probationem allodij: ut istud capitulum habeat locum in vasallo fortalium, vel res feudales indefinitè intra terminos castri possidente. Et hoc credo verius, per iura & rationes per me supra allegata, & facta. Quæro, utrum per statutum possit fieri quod nulla præscriptio currat. Istam questionem tangit Anto. de Butrio in capitulo cum vobis. extra de præscrip. Ange. in l. j. ff. de postu. vide ibi eos late, quia sufficit tibi remissio. ¶ Sed quæro quid de consuetudine, an ex ea potest introduci quod nulla currat præscriptio. Dico quod ex eo quia præscriptio est de iure positio, secundum Ange. in d. l. quod sic. quia nullum est ius merè positum, quod consuetudine mutari non possit, secundum Baldum de prohib. feud. ali. per Frede. §. præterea. Quæro quid si rusticus, vel alius habet aliquid intra terminos castri, nunquid præsumetur de feudo, nisi monstratur allodium. Ista consuetudo facit quod sic, si causam habuit à castellano. l. vitia. C. de adqui. possess. Nam vitium authoris nocet successoribus: ut ff. de adqui. possess. l. Pomponius. §. j. & fi. & insti. de vsuca. §. furtiua. & l. si. C. de vsuc. pro herede Alij dicunt quod iste tertius præscribere potest. Et allegat C. de fun. patri. l. fina. libr. xj. &

de fun. reipu. l. fin. & in feud. de capi. Cora. capitulo primo. cum ibi nota. in gloss. su.
 26 per verbo præscriptione. ¶ Ego verò dice-
 rem in hac quæstione quòd si dominus a-
 geret contra istum rusticum, vel alium pos-
 sidentē rē intra terminos castri, quòd ipse
 teneretur probare rem esse feudalem: quia
 actori semper incumbit onus probandi:
 & contra vasallo, si ageret contra domi-
 num. Ita tenet Bald. in feud. de vas. qui con-
 tra consti. Lothar. Et eadem regula ser-
 uanda est, si agatur contra tertium: quia
 semper agens debet probare intentionem
 suam concludenter: vt ibi dicit Bald. Sed
 si dominus probaret quòd ipse rusticus ha-
 buerit rem ipsam à castellano, quòd tunc
 præsumitur esse feudalis. Nam semper
 præsumptio est, feudum esse concessum se-
 cundum sui naturam, nisi eius alteratio pro-
 betur, secundum Baldū quid sit invest. §.
 præterea. & de capi. Cora. c. j. Vasallus enim
 debet rem feudalem infeudare cum illis
 conditionibus, cum quibus feudum tenet
 secundum Baldum. quibus mo. feu. amit.
 §. rursus. Si enim dominus probaret rusti-
 cum, aut alium causam habuisse à castel-
 lano, tunc præsumitur esse concessum se-
 cundum sui naturam, & cum suis condi-
 tionibus, cum quibus ipse castellanus illam
 tenet per iura proximè allegata: & sic va-
 fallus, qui asserit illam esse allodialē, illud
 probare tenetur, vt hīc. Nam iste rusticus,
 seu alius, qui excipiēdo contra intentionē
 dñi fundatā ex eo, quia pbauit illū causam
 habuisse à castellano, dicit rē esse allodialē,
 tenetur suam exceptionem probare: quia
 in ista exceptione est actor, vt l. in exceptio-
 nibus. ff. de proba. l. j. & ibi Dyn. & Bart.
 ff. de excep. Et eidem vasallo, qui dicit esse
 allodium, incumbit probatio: vt d. l. j. & in
 l. ij. ff. de proba. Quod verò dicitur quòd
 iste tertius præscribere potest: sustineri po-
 test si non vult vti accessione sui authoris,
 vt tenent Barto. & Ludo. in l. Pomponius.
 §. cum quis supra allega. Secundo potest
 sustineri in secundo adquisitore, non au-
 tem in primo, qui adquisiuit rem à castella-
 no, argumento eorum, quæ dicit Barto.
 in d. §. cum quis. vbi dicit quòd authen. ma-
 læ fidei. habet locum in primo emptore,
 non autem secundo. Tertio potest sustine-
 ri in præscriptione longissimi temporis:
 quia d. authen. solum loquitur in præscri-

ptione longi temporis, secundum Ange-
 lum Are. insti. de vsu. §. furtiuæ. Ex prædi-
 ctis sume istam conclusionem ¶ quòd si
 27 aliquis vasallus dicit se habere allodium
 intra terminos castri, quòd sibi incumbit
 onus probandi illud esse allodium dupli-
 ci ratione. Prima, quia dominus habet fun-
 datam intentionem per hanc consuetudi-
 nem, quòd omnia, quæ sunt intra terminos
 castri sunt de feudo. Secundo per regu-
 lam, quia ei, qui dicit, incumbit probatio,
 per ea, quæ superius dixi, & per nota. per
 Iacob. de Montciudaico, & Gulielmum
 de Valleicha in vsatico, de baiulij. Quod
 tamen intellige de illis, qui maiorem par-
 tem possident pro domino indefinitè, &
 indeterminatè, prout superius dixi, vel te-
 nent fortalitiū pro ipso domino intra ter-
 minos castri: vt not. in dicto vsatico, de ba-
 iulij. nisi ille vasallus se inuaret præscrip-
 tio tantū temporis, cuius memoria homi-
 num non existit in contrarium, per iura
 per me superius allegata, & potissimè per
 §. præterea. in summa Hostien. de præscrip-
 tionibus immo. §. quæ exiguntur: quia talis
 præscriptio habet vim tituli: vt in capitulo
 super quibusdam. de verborum significa-
 ca. ita tenet Bald. in l. si quis. C. de episcop. &
 cleri. & Ludo. in l. vectigalia. ff. de publi-
 ca. & etiam quòd sibi refragetur ius, ob-
 stat talis præscriptio secundum Geminia-
 num in capitulo ad decimas. de restitutio.
 spo. lib. primo. & in c. j. de præscript. eo. li.

Et quia superius feci mentionem de qua-
 dra, ne sub caduco ambulemus, quæro
 28 quid sit quadra? ¶ Et dico quòd est domus,
 quæ in aliqua parte termini castri habet iurisdic-
 tionē separata à iurisdictione ipsius
 castri. Et habemus concedere quòd ipsa
 quadra habet iurisdictionem ab olim le-
 gitimè concessam: & cum modi, seu gra-
 dus iurisdictionis sint plures in hac patria
 Cathalonæ, dabimus sibi iurisdictionem,
 quæ est cognoscere, iudicare, & exequi
 vsque ad quinque solidos: quia ille gra-
 dus inferior sufficit ad creandum qua-
 dram. Hoc dicit Gulielmus de Valleicha
 in vsatico, alium namque. versic. cum ergo
 quadra. Et pro ista iurisdictione facit quòd
 scribam. j. cap. si aliqui allodiarij. vbi scri-
 bam de iurisdictione castri. Poterit tamen
 dominus quadrae aliam maiorē habere iurisdic-
 tionē. ex consuetudine, priuilegio vel con-
 cessione,

cessione, aut inuestitura. Et si de his dubi-
 tatur, semper recurrendum est ad teno-
 rem inuestituræ, vt latius scripsi supra in ca-
 pitulo. si autem. circa finem. Sed Bertrandus
 29 de Seua dicit in suis apostillationibus ¶ quod
 quadra est locus exemptus de termino, &
 censetur esse aliud territorium distinctum
 à termino castri. Sic etiam dicitur de exem-
 ptis, qui non sunt de episcopatu, licet sint
 intra episcopatum, sed nil pro hoc allegat.
 Tu autem pro eo alleg. c. generale. de offi.
 ordi. cum ibi nota. & adde tex. iuncta glo.
 secundum Nico. in c. j. de foro competen.
 in verbo, autem eorum parte. post princi-
 clemen. ij. de priu. Gemi. in capitulo. si pro-
 pter. de rescrip. libro vj. sic etiam ecclesiæ
 non sunt de iurisdictione domini territo-
 rij, licet sint de territorio. Bal. in l. si quis in
 hoc. C. de episcop. & cleri. Et vltius dicit
 idem Bertrandus quòd qui habet quadra,
 non habet terminum communem cum
 alijs: & dominus quadrae vt plurimum ha-
 bet suam iurisdictionem intra terminos
 quadrae: quia eo quòd habet quadram, &
 locum, censetur habere iurisdictionem.
 Sed dicit quòd multi sunt, qui habent qua-
 dram, & tenent ibi suam habitationem, &
 isti habent locum exemptionis quo ad em-
 priuia, & non habent iurisdictionem de
 consuetudine, nisi quatenus probat eis fuis-
 se collatā, secundum eum: & sic semper de-
 bet recurri ad tenorem concessionis, vt di-
 30 xi. ¶ Quæro, ecce quòd vasallus, siue ca-
 stellanus dixerit se habere allodium in ter-
 mino castri, dominus dicit esse de feudo an
 interim quousque ostenderit domino rem
 esse allodialē, teneatur in posse ipsius do-
 mini, vel eius iudicis respondere, & ipse
 de his cognoscere possit: Et dicunt sapien-
 tes antiqui quòd vasallus tenetur clarè
 ostendere domino vel eius iudici quòd sit
 allodium: & ipse dominus interim de ipsa
 re tanquam feudali habet cognitionem, &
 non potest vasallus eius forum declinare.
 Et pro hoc allegant huiusmodi capitu-
 lum sequens. Tu verò distingue, aut quæ-
 ris de castellano, aut de vasallo, qui tenet
 census & iura indefinitè pro domino ca-
 stri intra illius terminos vel fortalitiū:
 aut quæris de allodiaro. primis duobus ca-
 sibus est verum quod dicunt ipsi sapientes
 antiqui. Et pro hoc est textus hīc, & quod
 not. Hostien. in d. capitulo, nimis. & pro

hoc faciunt iura per me superius in j. oppo-
 sitione allegata. Habet enim dominus præ-
 sumptionem iuris in vim huius consue-
 tudinis pro se, ¶ & præsumptiones iuris
 31 habentur pro liquidis probationibus: vt
 est textus iuncta gloss. in l. si tutor. C. de pe-
 ri. tuto. & Angelus in l. prima. C. de testa-
 mi. Contra tamen istam præsumptionem
 bene admittitur probatio in contrarium,
 vt hīc est textus, & est gloss. secundum An-
 gelum de Areti. insti. de actio. §. ex male-
 ficis. in vers. distulerit. Potest igitur con-
 tra istum dominum probari contrarium,
 quòd res sit allodialis. Non enim ista præ-
 sumptio est iuris, & de iure, sed tantum iu-
 ris: quia si iuris & de iure esset, tūc non ad-
 mitteretur vasallus ad probandum con-
 trarium, secundum Anto. de Butri. in ca-
 pitulo is qui. de spon. & Ange. de Areti. in
 d. §. & est textus in l. fin. C. arbi. tu. & l. anti-
 que. & ibi Bald. C. ad Velleia. Ex his ergo
 dicas quòd ipse vasallus in his casibus tene-
 tur probare rem, quam possidet intra ter-
 32 minos castri, esse allodialē: ¶ quia quan-
 do præsumptio laborat contra reum, sibi
 onus probandi incumbit, secundum An-
 gelum de Are. inst. de inuili. stipu. §. Item.
 Tertio verò casu dicas quòd allodiarus
 non tenetur coram ipso domino castri pla-
 citare, aut respondere, sed debent venire co-
 ram principe, vel alia persona cominali,
 qui eos diiudicet, & coram eo ipse allodia-
 rius ostendat, atque probet rem esse allo-
 dialē: vt est casus j. in capitulo si allodia-
 rius. Et pro hoc faciunt not. per me j. in ca-
 pitulo si aliquis habet. vbi tractabo mate-
 riam iurisdictionis in eo quod ibi dicam,
 quòd si vasallus negat rem esse feudalem
 quòd ordinarius est iudex. Notant hīc do-
 ctiores per dictum vsaticum, de baiulij,
 33 ¶ quòd perpetuus baiulus videtur baiu-
 liam tenere à domino, & quòd debet pro
 ea firmare directum domino: & etiam di-
 cunt quòd baiulus non potest habere baiu-
 liam ex præscriptione, nec concedere
 eam suis hæredibus sine consensu domini.
 Et super hoc allegant nota. C. de præscrip-
 triginta vel quadraginta annorum. l. com-
 perit. §. primo. versiculo quarto per Cy-
 num, eo quia baiulus non possidet sibi, sed
 à domino, vt ibi legitur & nota. in vsa-
 tico sequenti. Vbi verò super his baiu-
 lus ostendat se habere titulum seu aliam
 maiorem

maiores concessionem à domino, quòd tunc talis concessio, siue donatio, si per pactum initum inter dominum & baiulum sumendum est. Et hoc intelligunt quòd dictum est in dictis vsaticis de simplici baiulo: secus de illo baiulo, qui semper tenuit, ipse, & prædecessores sui baiuliani, & qui ex testamento, vel ab intestato in ea successerunt. Nam tales credunt habere ius in re, & habere vtile dominium, per ea, quæ no. C. vbi in rem actio. l. ij. ff. si ager vectig. l. j. & C. de iure emphyt. l. ij. in glo. in fin. ¶ Et credunt quòd talis baiulus potest præscribere vtile dominium quantum ad illa, quæ communiter consueuerunt baiuli recipere pro officio baiulicæ: & non intelligunt quòd quantum ad alia iura potest præscribere: quia si posset baiulus, posset ius domini, si vellet, in pluribus vsurpare domino ignorante: quòd non est concedendum: cum malitijs hominum sit obuiandum: vt l. in funda ff. de rei vend. Et hæc dicunt seruasse Bernardum de Monello de consilio Arnaldi de Serra: sed aliqui sunt contra. Quæro, hinc dicitur, quod vasallus non præscribit contra dominum sine titulo, quia præsumitur habere malam fidem ratione iuramenti: quid econtra, ¶ nunquid dominus potest præscribere contra vasallum? Et dicas quod non: ideo præsumitur inuasio, nisi sit tanti temporis, quod non sit memoria hominum in contrarium: vt hæc not. in effectu Hostien. in Summa de præscrip. si verò dicatur, circa princ. & adde quæ ibi no. & quæ no. C. de fund. l. i. lib. xj. l. ij. facit ad hoc, quia dominus & vasallus ad paria iudicantur: vt in vsatico, cunctum malum. & eandem fidem sibi adinuicem præstare tenentur: vt in c. de forma. xxij. q. vlt. & in Spe. ti. de feu. post princip. & in c. licet de iure Romano j. & in li. feu. ti. de for. fid. c. j. & ibi Bal. Quæro quid econtra, si vasallus dixerit se habere rem in feudum, dominus autem illud negauerit, cui incumbit probatio. vide textum in feu. de inuest. inter do. & vas. c. j. §. fi. & de contro. inuest. §. si autem. cum seq. & de conten. inter do. & fide. & si de inuest. inter do. & vasallū, & quid sit inuest. §. j. & quo tempore miles §. si miles. & si de feu. defunc. mil. §. vasallus. & vbiq. Bal. & est textus in vsatico, feuos. vbi videas. Et adde Cynum in d. l. comperit. in iij. q. & Andre. de Sicil. in c. ad audien-

tiam. de præscri. vbi latè. & ibi Io. de Imol. & Nico. & adde Bal. de prohi. feud. ali. per Frede. in antepenul. col. in ver. quæro pone. & Spec. titu. de rescrip. & etiã vide Bal. in commento. l. j. de re. diu. in iij. q. dicēs
 36 ¶ q. vbi inuenitur census præstatio, ibi præsumitur infeudatio, etiam si facta sit longo tempore. Et ibi in xxxj. quæstione quærit, an quis possit præscribere feudum pro se & suis successoribus? Et dicit quòd possessor præscribit feudum secundum propriam naturam feudi: ideo si erat feudum transmissibile ad successores præscriptio operatur eatenus, quatenus patitur natura rei, & non plus. Et adde eundem Bal. in l. j. in antepenul. col. C. de fideicomis. Iuxta quòd quæro, quid si aliquis miles, vel alius homo affirmat feudum per eum de tali castro, vel reditum fuisse datum Caio. Caius hoc difficitur, ideo affirmat ipsum castrum tenere per franchum allodium, & sic de dicto feudo denegat firmam directi, homagium, vel potestatem facere, miles vult offerre contra Caium raptamentum de batallia, et bellare vel dare bataller de dicto Caio: quæritur, an super hoc bellum locum habeat? Respõdeo sic per dictum vsaticum feuos. à contrario sensu, vt paritas sit inter dantem feudum & recipientem. Illud referunt & ita dicunt Gulielmus de valesicha, & Iacob. Merquilles in d. vsatico, referentes ita fuisse iudicatum inter nobilem C. Den teuca & Narters militem. Tu adde quod ex natura correlatiuorū, vt dixi latius supra, in c. eod. æqualitas inter eos seruari debet.

In quibus non præscribit castellanus contra dominum, & in quibus præscribit.



Vasallus, sine castellanus nunquã potest præscribere in non dando potestatem de castro, vel non faciendū seruitium de feudo, etiam si nunquã dederit potestatem, si nunquã fecerit seruitium de ipso feudo: vel si dicatur quod non extat memoria hominum quòd sui fecissent aliquo

aliquo tempore seruitium, vel dedissent potestatem de castro: quoniam ad hæc faciendā, vel præstandā, quomodocunque requisitus fuerit à domino, sufficit quòd ille sit dominus, qui petit sic, & ille sit castellanus, siue vasallus, à quo petatur, vel quòd tenet locum castellani, sine vasalli.

Glossa sicut est tutor, vel curator alicuius vasalli minoris ætatis, quòd tutor, vel curator tenetur facere omnia domino, ac si verus esset vasallus, donec pupillus venerit ad perfectam ætatem: vt infra qualiter sit potestas danda à muliere. c. si defuncto vasallo. & quod hoc constet per publicum instrumentum super hoc inde confectum, quia perinde est, ac si petita fuisset ab illo vasallo, ex quo publicum instrumentum inde confectum apparet: & ita nulla temporis præscriptio in his iuuat vasallum ipsum, postquã constat eum esse vasallum, & illum dominum qui petit, quin teneatur dare potestatem in castro, & facere seruitiū de feudo.

S Y M M A R I U M.

- 1 Potestas castri non potest præscribi.
- 2 Vasallus requisitus potestatem tradere debet.
- 3 Affirmatiua quid operetur, & quid negatiua.
- 4 Seruitium quid.
- 5 Constare quando quid dicatur.
- 6 Instrumentum quare fieri soleat.
- 7 Seruitium quod & quale pro feudo debeatur domino.
- 8 Seruitium quando à vasallo præscribi possit contra dominum. 9. 10. 11. 12.
- 11 Seruitium quare domino præstandum sit à vasallo.
- 14 Vasallus quod seruitium domino exhibere teneatur.
- 15 Feudum francum quod dicatur.
- 16 Dominus recipiens à vasallis seruitium diminutum an sibi præiudicet in residuo.
- 17 Vasallus an cogatur domino seruitium offerre. 18.
- 19 Vasallus vasalli an teneatur primo domino seruire.
- 20 Vasallus an possit domino seruire per substitutū. 21. 22. 23.
- 24 Substitutus per quem vasallus seruire possit, qualis esse debeat. 25.
- 26 Habilis ad succedendum, licet inhabilis ad seruiendum, seruire potest per substitutum.
- 27 Fœmina quo iure possit in feudo succedere.

- 26 Vasallo quomodo succurratur contra dominum indebita seruitia exigentem.
- 29 Vasallus cuius expensis domino seruire teneatur.
- 30 Soldada quid sit.
- 31 Dominus quare spoliari nequeat possessione seruitiorū.
- 32 Dominus an per instrumentum teneatur se probare dominum.
- 33 Ordinarius quo casu cognoscat de quæstione feudi.
- 34 Potestas castri & seruitium quando fiant impræscriptibilia.
- 35 Iudex quis erit, si vasallus se teneri negauerit.
- 36 Emptor feudi, legatarius, vel donatarius an possint contra dominum præscribere.
- 37 Acquisitor nouus feudi an possit præscriptione iuuari.



Vasallus. Diuide istud c. vsq. ad §. Item in tres partes. in prima parte dicit qualiter potestas castri vel seruitium feudi non possunt præscribi: in secunda parte loquitur qualiter ad hæc faciendā & præstandā sufficiat quòd ille, qui petit, sit dominus. & ille, à quo petitur, sit vasallus, in tertia parte, & vltima dicit qualiter de hoc constare debeat per publicum instrumentum. Prima pars incipit ibi: vasallus vsq. ad ver. quoniam. Secunda pars ibi, vsq. ad ver. & quòd. Tertia pars ibi, vsq. ad §. Item. Casus. Potestas castri, & seruitium de feudo, sunt impræscriptibilia, dum tamen constet per publicum instrumentum quòd ille, qui petit, sit dominus, & ille, à quo petitur, sit vasallus. h. d. Colli-ge notabilia. Nota primò quòd potestas castri non potest præscribi, etiã quòd nunquam data sit Item dicit gloss. in vsatico, potestatem. No. secundo quòd seruitium pro feudo fiendum est impræscriptibile, etiam quòd nunquam sit præstitum. Vide quæ de hoc latius dixi supra, in c. si quis in tradenda. in illa q. quæro an vasallus possit præscribere libertatem feudi. Nota tertio quòd in his vasallus non iuuatur præscriptione, cuius memoria hominum non existit in contrarium. concor. in c. si autem. supra. & quæ ibi latius de ista præscriptio- ne scripsi. Et adde c. j. de præscrip. libr. vj.
 2 ¶ Nota quartò in verbo requisitus, quòd vasallus postquã est requisitus, tenetur dare potestatem castri, vel facere seruitiū: an ergo si non est requisitus, constituatur in mora: vide quæ dicam j. in quæstionibus de requisitione. vide quæ dixi supra in capitulo & finitis. & j. capitulo consuetudo. lo ij. Nota quinto quòd ad hoc vt potestas

testas castri detur, & seruitium pro feudo fiat, sufficit quod petens sit dominus, & ille a quo petitur, sit vasallus, ergo substantia dandae potestatis est quod petens sit dominus, & ille, a quo petitur, sit vasallus, alias potestas non esset danda, nec seruitium fieri pro feudo. Substantia autem multipliciter accipitur, secundum Bal. in l. si ex pretio. ff. si cer. peta. sed hic accipitur pro qualitate substantiali, vel materia, vel pro ea, sine qua actio esse non potest. No. sexto & vltimo quod de hoc debet constare per publicum instrumentum. Et sic hic habes casum, qualiter probatio est fienda per instrumentum. Concor. in c. si autem. supra alios casus ibi addidi. Et vide de statuto requirente probationem per instrumentum, Bal. qualiter olim feu. ali. §. porro. Expone litteram. Nunquam. Ista dictio est vniuersalis negatiua, secundum Bartolum in l. si ita. ff. de leg. ij. §. et sicut vniuersalis affirmatiua omnia affirmando includit, ita vniuersalis negatiua omnia negando excludit, & tollit, vt notatur in c. j. de re. iu. li. vj. & adde quae leguntur & notantur per Io. An. & Gemi. in cle. vt his. de ata. & quali. in verbo, nullo modo. & in cle. j. de seq. poss. & fruc. in verbo nullatenus. et Archi. de elec. c. cum ex eo. in verbo, omnino. li. vj. de castro. supple. domino dedit, scilicet ipse vasallus. Dicatur. supple. ab ipso vasallo. Seruitium. Dicas quod seruitium est commune obsequium liberi hominis, & serui. l. aediles etiam. §. familiae. ff. de aedili. edic. sed seruitia feudi consistunt in seruitio virili, puta in pugna: vnde de iure communi excluditur foemina, secundum Bald. de feu. §. hoc aut. & etiam in locutione, & in auditu, vt possit audire excedentia domini, & denuntiationem sibi factam pro seruitio, & alijs causis, secundum Bal. in feud. an. mutus vel aliter imperfectus. de seruitio scriba. j. c. si aliquis. in vj. notabili. vbi dabo aliquas limitationes qualiter seruitium per substitutum fieri potest. Ad haec scilicet dare potestatem de castro, vel facere seruitium. Quodcumque id est quotiescumque. Vide de ista dictione in vsatico, si quis suum feudum. & ibi Iac. de Monteiu. & Iac. de Callicio. & in feu. de feu. da. in vicem legis commisi. in verbo, quodcumque. & ibi Bald. vbi dat aliquas expositiones. Vel quod teneat locum castellani, sicut est tutor, vel curator alicuius, qui te-

netur facere omnia, sicut si esset verus vasallus: vt j. c. si defuncto. & econtra, quando dominus est pupillus, & habet tutorem vide in vsatico, tutores. Constet. De isto verbo in gloss. in cle. praesenti. de censu. & Bald. in l. non dubium. C. de legi. & in l. in bonafidei. de iure iu. Io. And. in c. pastoralis. §. quia vero. dicit quod constare dicitur per aliquas posibles coniecturas publicum instrumentum. Quae requirantur ad hoc vt instrumentum sit publicum, vide Bal. in l. j. §. editiones. ff. de eden. & Bar. in l. si quis §. si initium. & Azo in Summa de fide instru. & Gemi. in c. vt circa. §. edicta. de elec. lib. vj. Et quid contineatur nomine instrumentorum, Bal. in l. si ex falsis. C. de transact. Innoc. in c. j. & in c. peruenit de testib. cogen. Et an vbi scriptura requiratur, possit probari per testes, Bal. in l. fin. C. de iure emphy. & Ange. in l. iure gentium. §. quod ferre. ff. de pact. §. Et sic hic habes vnum casum, propter quod sit instrumentum, quia sit ex eo quod aliter non potest probari, nisi per scripturam. vide Bal. in authen. nouo iure. C. si cer. pet. Super hoc, id est, super dominio. & vasallagio. Temporis. supple. etiam longissimi, cuius memoria hominum non existit in contrarium Materia huius c. quo ad praescriptionem tractaui extense supra in c. si autem. & dic vt ibi dixi. Oppo. primo de eo quod dicit Bald. in feu. si de feu. def. mili. §. si quis. vbi dicit quod dominus praescribit ius petendi seruitium. So. Hic loquitur in vasallo, qui non potest praescribere seruitium, quod facit de feudo. ibi loquitur in domino, qui praescribit ius petendi seruitium. Et sic casus est diuersus, & non aduersus. Vel illud, quod Bal. dicit, fundatur iure communi, quod vero hic dicitur, est introductum iure consuetudinario: & sic tanquam posterior illi iuri derogatur, secundum Angelum in l. de quibus. ff. de legi. Prima plus mihi placet, quia secunda est iuris correctoria. l. praecipimus. C. de appel. Opponi. secundo quod si seruitium non est constitutum ex pacto, vel consuetudine, quod vasallus illud facere non tenetur: vt no. Innoce. in c. sicut. iij. circa princip. extra de iure iuran. & in vsatico, qui solidus ibi: vel secundum posse, vel illorum conuentionem, & quae dicuntur ibi per Iacob. de Callicio. Solu. Quod hic dicitur, intelligo quod seruitium iam erat constitutum,

constitutum, sed erat indeterminatum. Pro pleniori vero examine huius quaestiones tu vide Iaco. de Monteuda. in vsatico, omnes homines, vbi dicit quod si seruitium non sit constitutum pro feudo quod debet fieri: & de his dicit quod fuit magna quaestio in Cathaloniam, & in causa Raymundi de Ripis fuit ipse Raynaldus condemnatus generaliter ad faciendum seruitium, sed fuit omissum iudicari quod seruitium face-
7 re teneretur: ipse vero Iacobus super hac quaestione post multa verba ab eo recitata sic distinguit. Aut per conuenientiam vel sententiam inter partes de hoc contendentes iam lata: vel aliud clarissime instrumentum apparet de seruitio, scilicet quale vel quantum fiendum est: & tunc planum est quod oportet fieri. Aut non apparet, nec est constitutum in aliqua conuenientia vel instrumento: & hoc casu fit dicta quaestio: & sic subdistinguit, quia aut vsus interpretatus est aliqua forte verba generalia posita in conuenientia, aut per vsus est consuetum aliquid fieri: tunc iterum subdistinguit: quia aut illud debet fieri vniforme, aut varium. Si vniforme factum est triginta vel quadraginta annis dicitur a modo sic fieri debere, & obseruari tam a domino, quam a vasallo. & hoc scilicet in modo vel in quantitate faciendi seruitium bene potest vasallus praescribere aduersus dominum. Et hoc dicit satis probari in l. minime. ff. de legi. & per l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. & C. de praescrip. trigin. vel quadra. anno. l. comperit. §. Et secundum hoc iste tex. limitaretur quod vasallus posset praescribere aduersus dominum in modo, seu quantitate seruitij, sed non quod seruitium illi pro feudo non faceret. Nec obstat, vt dicit l. male agitur. & l. cum notissimi. §. fin. quia dicit quod illud quod ad dominum pertinet, scilicet quod non potest contra dominum praescribi, est quo ad dominium, vel census praestationem: sed quo ad quantitatem seruitij, vel census sic, maxime si census, vel seruitium est incertum, vel non determinatum in conuenientia, vt dictum est. Ad quod optime facit quod not. Ioan. Mo. extra de priuil. c. cum persona. lib. vj. Plus etiam dicit quod vbi certus census, vel certum seruitium contineretur in conuenientia, vel in instrumento, quod si postea per triginta annos fiat minor, quod adhuc praescribitur in hoc

contra dominum, vt haec probantur, vt dicit per. l. is, qui. ff. quibus modis vsusfruc. amit. vbi videtur casus. & per. l. comperit. C. de praescrip. triginta vel quadraginta. ibi vbi dicitur, vel minus quam oportuerat, & c. Nec obstat, vt dicit gloss. quae est in l. cum notissimi. §. in his. C. eodem titulo. quae gloss. incipit, verbi gratia, & c. ad fin. ipsius gloss. quia dicit quod minus bene dicit. Et ita dicit tenere Dyn. distinguendo, aut est vna praescriptio, aut plures. Primo casu aut ego, qui recepi quinque, sciebam ipsum teneri ad decem: & tunc retineo ius in alijs quinque. Aut credebam eum teneri ad quinque: & tunc praesudicat mihi, vt dicta l. is qui. Secundo casu quando erant plures praestationes, tunc non retineo per vnam praestationem alias, nec per partem totum, ideo perdo indistincte. ff. de aqua. plu. arc. l. si prius. in principio. Et haec vera sunt in annuo censu ex contractu debito: quia ibi est vna stipulatio. §. Si vero id, quod factum est triginta vel quadraginta annis, non est vniforme, sed varium: puta praestita sunt quibusdam annis decem, quibusdam duodecim, quibusdam quindecim, quibusdam viginti, tunc dicit quod per tales praestationes varias non queritur ius nisi tantum in quantitate minori, quia ea in omnibus quantitatibus inest: argumen. extra de censibus, ex parte. tertia quaestione tertia. §. primo. & de arbit. diem proferre. §. si plures. Quando autem fieri non est assuetum, ita quod nil omnino factum fuit pro seruitio iam sunt triginta vel quadraginta anni, vel etiam plures, etiam in ist. casu, adhuc distinguit: quia aut nullum est praestitum seruitium, sed est petitum: aut nec est petitum, nec praestitum. §. Primo casu dico quod si a tempore petitionis citra & contradictionis factae per vasallum est lapsum ratum tempus, quod sufficiat ad praescriptionem: & tunc credit quod sit praescriptum non solum aduersus praestationem seruitij, sed etiam aduersus dominium: quia per hoc videtur possessio interuersa. Et ita dicit quod tenebat quidam doctor Paduanus, scilicet quod si emphyteuta denegat domino petenti soluere pensionem, quod ex tunc interuertit possessionem, & praescribit: ipse vero Iacob. Montiohic. idem intellexit de domino feudi & vasallo: & pro his allegat secundum dictum docto. in argumen. l. j. §.

quælitum. & de vi & vi armata. l. colonus. & l. cum fundo. Tu super hac interuersione vide quæ latius scripsi in dicto capitulo. si autem. & adde gloss. in vfatice, potestatem. In secundo verò casu, quando seruitium non fuit præstitum aliàs petitum tunc dicit quod possessio non fuit interuersa, argumento. ff. quemadmodum serui. amittit. si quis aquam. §. finali. & consequenter nulla præscriptio occurrit domino. Et hoc dicit expressè. l. cum notissimi. in fin. & l. malè agitur. & ideo hoc casu dicitur quod seruitium est faciendum, ne dominium sit prorsus inutile penes dominum: quod esset, si nullum seruitium, vel nullam pensionem inde haberet. Et ita determinat Ioan. Blanc. in Summa. quibus modis, & in quibus causis feudum amittit. in quinta charta. versicul. sed quid si nihil consuevit. Sed circa hoc quærit quantum vel quale fiet seruitium isto casu, cum nec determinatum sit: Respondet Idem Iaco. fiet pro cauallaria vna de & pro duabus vnus equus vt dicitur in glo. dicti vfatice. Sed illud non placet dicto Iacob. quia diuinare est. Et sic dicit secundum Ioannem Blanc. quia inspicitur consuetudo locorum vicinorum, vel vasallorum, vel hominum, & fiet ad similitudinem eorum: vel si consuetudines vicinorum fuerint diuersæ, accipietur leuior, vt ipse Ioan. not. in dicto versicu. sed quid. & probatur in dicto capit. ex parte. & cap. super eo. extra de cen. Ecce verba Iacob. de Monteuda. ad literam. Ego verò sic dicere, si aut feudum est datu ad seruitium determinatum, aut indeterminatum, aut simpliciter nullo seruitio determinato, vel indeterminato constituto. Primis duobus casibus quando feudum conceditur cum seruitio determinato vel indeterminato, quod potest fieri, vt est tex. in feud. quibus causis feudum amittatur. c. j. circa finem. & de capi. qui cur. vendi. §. fina. & Bald. in præiud. feud. in istis casibus bene loquitur iste Iacob. & ad ea, quæ ipse dicit & plus extensè, & melius adde quæ scribam infra capi. si aliquis dominus. referendo allegationes

13 Iacob. de Callicio. Tertio casu, quando feudum simpliciter est concessum: & tunc ex natura proprii fendi non venit nisi exhibitio seruitij personalis: vt patet in capitulo primo, qualiter debe. vasal. iurare fidelitatem. & in cap. j. de for. fide. in feud. & in ca.

de forma. xxij. quæstione tertia. in decre. Ita dicit Ludouic. in l. etiam. ff. soluto matrim. Et adde Bald. in feud. qui feud. dare pos. §. hoc autè. vbi dicit quod seruitia feudi consistunt in seruitio virili, puta in pugna. Et pro hoc facit vfatice, qui fallierit, & in vfatice qui viderit: & isto casu vasallus, ad nihilum est domino obligatus ex natura feudorum, nisi quod si domino non seruerit secundum quod est ex natura feudi, vt dixi, amitteret feudum, vt not. per gloss. & Bal. in d. c. fin. de capita. qui cur. vendi. in feud.

14 Et sic credo quod si in isto casu Iacob. Montiohic intellexit quod seruitium sit constituendum, male diceret: quia ad nullum aliud seruitium dictus vasallus obligatus est quam ad illud, quod est ex natura feudi, secundum quod dicit Ludouic. vbi supra. per iura ibi allegata. Habet ergo intelligi dictum Iacob. Montiohic in casu, quo feudum est concessum ad seruitium indeterminatum: quia tunc debet determinari. Et in hoc credo eius opinionem veriorum. Et pro hoc est casus in constitutione regis Petri secundi in secunda curia Barchinonæ. c. Item volumus. Et tamen feudum, quod vocatur franchum, scilicet, à seruitijs, seu operis exhibendis, quia nullum pro eo præstatur seruitium, sed non est franchum à maleficijs, siue in faciendo consistentibus, siue in tacendo fraudem, quia non nuntiat domino insidias, secundum Baldum in præiud. feudorū. §. alia diuisio. feudorum aliud franchum. De feudo autem non franco loquitur quæstio præcedens, & de illo loquitur totus liber feudorum, qui vocatur decima collatio. secundum Bald. in d. §. Et in quantum Iaco. de Monteud. dicit quod si per triginta annos dominus receperit minorem censum vel seruitium quam sit in conuenientia quod in hoc præscribitur contra eum. Adde Barto. & Angel. in l. si prius. ff. de aqua plu. arcen. Specu. tit. de præscrip. §. iij. versu. quid si cum debitore. & in titu. de loca. §. nunc aliqua. versu. xl. & probatur ista opinio duobus testibus ex. l. vna est via. de serui. rus. præd. & in l. qui vsumfructu habet: aliàs incipit, si quis vsumfructu habet. qui. mo. vsumfru. amit. & vide gl. in c. auditis. de præscrip. in verbo, ius episcopale. Tu verò vide Lud. in l. quæ dotis. ff. sol. matrim. vbi sic inquit. Aut sola temporis diuturnitas ad præscriptionem non sufficientis in petendo

petendo debitum inducat eius donatio nem: & tunc dicendum est quod non. Casus est in dicto. §. manumissus. Fallit in debito, seu lucro odioso, & poenali, vt vsurario. Aut est diuturnitas temporis coniuncta cum præstatione summæ minoris debite quam fuisset conuentum, inducat donationem tacitam in summa reidua. Et ista est quæstio nostra. Et tunc aut est debitum odiosum: & dicendum est quod sic: vt in l. qui semisses. in princ. ff. de vsuc. & in l. aduersus. C. eod. titu. Aut est debitum fauorabile, seu indifferentis: & tunc dicendum est quod non. Spec. titu. de censibus. §. fina. ad fin. quamuis enim receperit minorem, non præsumitur renuntiare maiori, vel residua: vt l. si marito. §. fina. ff. solu. matrimo. & l. si quidem. cum ibi not. C. de transact. & quod not. Bart. ff. rerum amo. l. si cum dos. Ludouic. vbi supra. & secundum hoc licet dominus receperit minus in seruitium, non præiudicaretur sibi in residuo: quia istud seruitium non est debitum odiosum: quia ideo vasallus recipit beneficium, vt exinde tribuat seruitium, secundum Baldum, in feud. de allod. Nam seruitium est de natura feudi, secundum eum in feud. de cap. qui cur. vendi. §. similiter. & est seruitium de radicibus feudi, secundum Baldum in titu. An mutus vel aliàs imperfectus, afficitur enim feudum propter seruitium, secundum eum de prohib. feu. alie. per Frede. §. illud. Causa enim dandi feudum est seruitium: vt in feud. quibus mod. feudum amittit. §. beneficium. Adde quia si seruitium esset reale, quia tunc non esset proprie feudum, sed contractus innominatus, do vt des. Ita dicit Cynus in authen. ingressi. C. de sacrosanctis ecclesijs, & Ludouic. in dicta. l. etiam. Vel si seruitium erat quod vasallus associet vxorè domini diebus festiuis ad ecclesiam, vel similia, quia istud est contra propriam naturam feudi, valet tamen si apponatur, secundum Bald. quid sit inuesti. §. prætereà. Tenetur tamen dominus istud probare: quia præsumptio est pro vasallo. Nā præsumendum est feudum secundum suam naturam propriam esse concessum, nisi eius alteratio probetur, secundum Bal. ibi. & sic si asseratur per dñm feudum fuisse concessum ad seruitium determinatum vel indeterminatum, ipsi domino incumbit probatio, cum præsuma-

tur seruitium simpliciter esse concessum, & sic secundum eius propriam naturam, per quam non venit nisi exhibitio personalis, vt dictum fuit. Oppo. iij. j. de c. si verò. vbi vasallus iuuatur præscriptione contra dominum. Sol. Ibi loquitur quando nullum instrumentum conuenionale habuit dominus hic quando ecōtra. Vel dic qd ibi loquitur in iuribus iurisdictionalibus, de quibus loquitur. §. Item. j. eo. hic in potestate & seruitio: & sic casus est diuersus, & non aduersus. ¶ Quæro iuxta text. in verbo Requisitus, an vasallus cogatur offerre seruitium? Et videtur qd non: quia est requirendus à domino: vt hic. Et ita est tex. in c. j. §. ad hæc hic si. l. Fre. deinde inci. consue. reg. fallit secundum Bald. ibi in tribus casibus qui sequuntur ibi in tex. Primus si recusauit facere seruitium quod debet ad diem ex pacto. De recusatione seruitij vide j. c. si castellanus siue vasallus. & in vfatice, si quis suu feudum. Secundus, si à dño est ei denuntiatum. Tertius, si sciteri: dominum obsideri, vel ei mortem imminere, & cum potuit, non iuit. Et finaliter dicit quod hoc arbitrio iudicis reseruatur, qui varijs ex causis & personis diffiniet. Tu verò adde eū in §. promptiores. eo. titu. vbi sic dicit. ¶ Not. qd si dominus non nuntiat vasallo, non tenetur offerre. Et hoc est verum, quando est rectum feudum: sed si est ad certum seruitium, tunc refert aut tēpus est expressum, & interpellat dies pro homine: & tunc non datur aliquid plus de tempore, quia potuit provide re. Aut non est expressum certum tempus, sed tacitum: & tunc post illud datur congruum tempus arbitrio iudicis, quia non potuit provide re: verbi gratia, si sit actum qd deberet dominum iuuare mota guerra, vt in d. §. promptiores. in ver. cum potuerit, qui tex. est multum no. & vide l. j. ff. de pen. lega. & ff. quando di. lega. ced. l. nec semel. §. si in habitatione. Si autè non est tempus appositum, requiritur interpellatio: & cū fiat super facto, requiritur aliquod spatium temporis arbitrio iudicantis. Idem si sit appositum tempus cum petero, vel cum requiuero. Nam quod iure cauetur, idem si pacto exprimat, iuris dispositione non immutat: vt C. de fideiuf. l. non recte: & ff. man. l. qui mutuam. §. non ideo, & quod iste vasallus sit requirendus quando feudum est rectum, est tex. in c. j. §. firmiter. de prohib.

feu. alie. per Fre. vbi Bal. adde j. c. si aliquis est homo. Iac. de Callicio in quibusdam allegationibus super hac materia sic inquit: Secunda quonia in Cathalonia feudum non committitur ex cessatione seruitij, sed tantum seruitium requisitum habet emendari ostentis requisitiõibus dñi prius vasallo, super seruitio feudo factis, & seruitium non requisitum nõ potest peti de tempore præterito. Et ita concludunt imperiti Cathalonia in nono casu addito ad octo casus cõmemorationũ Petri Alberti super retentione potestatis vltra decẽ dies. Et est casus in c. licet vasallus seruitiũ. si de feu. defun. contro. fuerit. in feu. Nõ enim vasallo potest adscribi contumacia, nisi constet de legitima admonitione, seu vocatione, secundũ Bald. & Iac. Aluarotum de pa. iura. fir. §. si. vbi plus dicunt q̄ quando aliquis allegat aliquẽ monitum, vel requisitum, debet illud probare: quia nemo præsumitur citatus, nisi probeatur secundũ eos. & dicunt ibi esse text. not. Sed nunquid sufficiat mitti proclama generale per terras & loca ipsius domini requisitantis. Bal. & Iac. in d. §. dicunt q̄ sic: & est text. de no. for. si. ibi: specialiter vel generaliter. Sed in Cathalonia de stylo iudiciorum dominorũ feudalium Cathalonia cõsuevit literatoriẽ vasallis per dominos fieri, & si aliter fit, est nulla, tanq̄ facta contra assuetũ stylum iudiciorũ: vt l. si. C. de aquæduc. lib. xj. & in l. si. circa finẽ. C. de veteri iure enur. & in c. q̄ graui. de fal. & in c. q̄uis rigor. in clem. cum similibus. & potissime in feudis, vbi consuetudines sunt tenendæ ad vnguem: vt in c. j. in feu. de feu. cogni. secundũ Iac. Callicij in dictis allegatiõibus. Tu adde Iac. de Bellou. & Iaco. Aluaro. in d. §. q̄ dicta requisitio vel monitio debet fieri secundũ consuetudinẽ loci. Et quod dicta citatio debeat fieri secundũ stylum, aliàs non citaret citatum, tenet Ange. in l. si. C. de cano. præst. libr. x. & per eum in commento §. ex non scripto. instit. de iure natu. Butrio in c. ex his. de constit. Andra. Siculus in c. ad nostram de confir. vti. vel inuti. j. & in c. de causis. de offic. deleg. adde hinc quæ dixi supra, in c. j. in q. vbi debet requiri potest castri. ¶ Quæro, numquid vasallus vasalli teneatur seruire primo domino. Bal. mouet istam quæst. in feud. de controuer. inuesti. §. rursus. & dicit Barto. tenere quod non, iuxta illud vulgare dictum, Vasallus

vasalli mei non est vasallus meus. Et est ratio, quia cõtractus feudum personale est quo ad personales præstationes. Sed ipse Bald. dicit quod potest compelli per subtractionem beneficij. Item si dominus velit feudum remanere firmum, & sibi præcisẽ seruitia exhiberi, poterit hoc cõsequi in subsidium tanquã contra debitorem debitoris, iuxta ea, quæ not. singulariter. ff. de acquirenda hereditate. l. pro herede. §. quid tamen. per gloss. Et dicas, cum iura feudum non transeunt in extraneum secundũ iuris dispositionem, secus de iure Cathalonico, vt alibi dicam, & quo ad secundum feudatarium ille dominus sit extraneus, quomodo possunt seruitia ei adiudicari? Respondeo, creditor non intelligitur extraneus, donec debitor viuat, quia est eius imago. C. de præscrip. triginta annorum. l. cum notissimis. §. j. & argumento. ff. de damno infecto. l. si finita. §. si quæ sunt iura. & argumento. in l. ij. C. de iure annulo. aureor. vbi dicitur quod imago ostendit hominis qualitatem. Sed cum hæres hæredis sit hæres meus, quare vasallus vasalli mei non est vasallus meus? Respondeo, quia à me non habet causam primam, nec secundam, sed ex quodam separato contractu, & ex propria prouidentia: nemo enim est feudatarius alterius, nisi feudum percipiat ex prouidentia illius, & beneficium ex eo recognoscat, & quia cum vniuersitate transeunt: aliàs filio nomine vniuersitatis lex vteretur, si aliquid esset anomalum, & ei vniuersitas nomen amitteret. Sed ipse Bal. in feu. de lege Cora. §. similiter. dicit arg. est hinc, quod vasallus vasalli cogi debet dño domini seruire: vt j. de pa. iura. fir. §. fin. Sed hoc est falsum, vt hinc dicitur in gl. argumẽto. ff. vsufr. quæ ad. caue. l. si vsufructus. Dic de hoc vt not. de cõtro. inuest. §. si. & d. §. si. de pa. iura. fir. ¶ Quæro an seruitium possit fieri per substitutũ? Et distingue. Aut est sciendum principij aut alij inferiori. Primo casu dico q̄ non, nisi sit cõcessum, muto, aut alij imperfecto: quia tunc potest seruire per substitutum: quia hoc videtur tacite actũ, secundũ Bal. in feu. episcopum vel Abba. §. mutus. Secundo casu subdistingue: aut est cõcessum minori, aut maiori, aut successit impubes. Si cõcessum est minori, an interim per substitutũ teneatur seruire. Dicunt quidam quod ex quo fidelitatem præstare non tenetur, quod etiã per substitutum

substitutum seruire non teneatur: quia seruitium & fidelitas sunt cõnexa, & simul habent procedere. Alij dicunt quod debet seruire per substitutum. quod Bal. in feu. si de feu. defun. m. §. si. minori. putat esse verum quãtum ad compulsionem, sed non ad punitionem amissionis feudum. Et loquitur ipse. §. in pupillo secundũ eum. Si autem impubes successit in feudo, non cogitur facere fidelitatem, nec personaliter propterea præstare seruitium: si tamen alius pro eo sponte facit, admittitur. vt est text. in feu. si de feu. defun. §. si quis decesserit. Tu super hoc vide vsaticum, tutores vel haũli. & in Cathalonia serua illũ, & adde infra. c. si defuncto. & quæ ibi latius dicam. Secundo casu, quando est concessum feudum maiori, an ipse seruire possit per substitutum, ibi gloss. quærit de hac. q. sed Bald. referendo Cyn. in l. quisquis. C. de epis. & cle. dicit, ¶ Aut tractatur de dignitatibus, aut de feudis, aut de alijs actibus seu negotijs. Primo casu non licet regulariter per substitutum seruire. Secundo casu, dicit, aut feudatarius est impubes, aut maior. Si impubes, potest seruire per substitutum, sed non cogitur, nisi vel curiæ, aut consuetudo specialis fuerit: vt d. §. si quis decesserit. In Cathalonia seruiet per tutorem: vt d. vsatico, tutores. & infra c. si defuncto. Tertio casu siquidẽ feudatarius est inhabilis ab initio, aut ex post facto secundũ naturam feudum, vt quia foemina, mutus, clericus, vel similis, & non licet seruire per substitutũ: quia non possunt succedere in feudo: vt in feu. qui feu. da. pos. §. hoc autem. & si defu. fue. controuer. §. qui clericus. & de benef. feu. §. j. & an mutus vel aliter imperfectus. c. j. nisi de nouo fuerint de beneficio inuestiti: vt in feud. episcopum vel Abba. §. si. ¶ Sed in Cathalonia istud dictum non habet locum in foemina. Nam ex quo ipsa potest succedere in feudo, seruiet per maritum, si illum habet: sin autẽ, per alium, si tamen est maior: sin autem, per tutorem: vt in dicto vsatico, tutores. & dicto capitu. si defuncto. & capi. nullus. & in constitutio. Ceruarix regis Petri, capitu. Item ne super laudimio. Si verò est habilis, & est effectus ex post inhabilis feudum susceptum, ex quo est ius sibi quesitum, siquidem seruitium est tale quod potest per alium adimpleri: & tunc potest per substitutum seruire, mittendo alium æquẽ

idoneum, & domino acceptabilem: vt est text. & ibi Bal. de prohi. feu. alie. per Fred. §. firmiter. fallit in priuilegio dignitatis superuenientis. Item fallit ratione necessitatis imminētis, secundũ Bal. in d. l. quisquis. Adde Petrũ Iacob. in libel. tit. de cau. ex quib. do. proprie. amit. debet. §. q̄ diu. 23 vbi dicit quod potest seruire per substitutum, nisi expressẽ conuenisset per se seruire, argumento. ff. de solut. l. inter artifices. Sed dicit quod etiam tunc necessitas posset eum excusare, dum tamen seruiret per alium, argumento. ff. de pollicita. l. de pollicitationibus, vel nisi facti natura esset talis, quod per alium non posset explicari, vt ducere vxorem: vt C. de cadu. toll. l. vna. §. si vero, tunc etiam necessitas excusaret eum in prædicto casu illius matrimonij contrahendi. Et sic sequitur dictum Bald. in limitatione, quam dedit de necessitate, & etiam in alia de dignitate, dando exemplum, si vasallus deberet associare ex pacto vxorem domini quolibet die dominico cum iret ad ecclesiam, vel associaret dominum, & retro eum, vel ante eum virga in manu. Si enim vasallus efficeretur comes, vel rex, postea illud facere esset opprobriosum dignitati suæ: in alijs autẽ seruitutibus, in quibus potest interesse dominus principaliter, vel nõ est opprobriosum vasallo, ipse nõ est liberatus. Dignitas enim vasalli nõ debet damnificare dominum, sed debet seruire, si vult retinere feudum. Et si vasallus efficiatur clericus, si vult retinere feudum, oportebit quod seruiat saltem per alium, secundũ P. Iacob. vbi supra. Et quod dicitur de dignitate superuenienti sequitur Bar. in l. continuus. §. si ab eo. ff. de verbo. obligat. & in l. nullus. C. de dignita. lib. x. Et quod dicitur de necessitate, sequitur Ioan. de Imol. in d. §. si ab eo. si tamẽ est vera necessitas, & non simulata. Tertio limitat ipse Ioan. ibi ratione religionis. & allegat. d. l. quisquis. C. de episco. & cleri. & quod ibi dicit Bald. & Salicet. Quarto secundũ Angel. in d. §. si ab eo. aduertat ¶ quod vbi dicitur quem posse per substitutum seruire, semper substitutus debet esse approbatus per iudicẽ, aliàs nõ deberet admitti. Et istud in re feudali credo habere locum, quãdo dominus nõ vult admittere substitutũ æquẽ idoneũ: quia ille debet esse acceptabilis domino vt bono viro, secundũ Baldum in dicto. §.

firmiter. Ergo si ut bonus vir ipse in his non se haberet, recurrendum esset ad iudicem: & tunc ab illo veniret approbandum, secundum Ange. ubi supra. Quinto secundum Angelum in dicto § aduertus, quia ille, qui potest seruire per substitutum, debet seruire suo periculo, licet substitutus esset approbatus, vt l. nullus. C. de decur. libro. x. Et pro hoc est text. cum gloss. in l. ad similitudinem. C. de episc. & cleri. ¶ Sexto aduertus, quia ad hoc vt quis possit vt substitutus admitti, oportet quod substitutus sit talis, quod per se potuisset admitti ad id, quod substituitur, & vt idoneus deputari: vt l. parabolani. ubi est casus singularis. C. de episcop. & clericis. Septimo nota quod substituens alium in officio suo de maleficis substituti tenetur. Nam periculo substituentis intelligitur facta substitutio, secundum Baldum in d. l. ad similitudinem. & idem dicit Barto. in l. Nam & seruus. § fin. ff. de nego. gest. dicens quod nec liberatur cedendo actione. Ratio, quia non ideo tenetur, quia actionem habet, sed quia imprudenter mandauit. Et vide tex. C. de exe. & exac. l. j. libr. xij. & ff. si mens. fal. mo. di. l. j. § final. cum l. seq. & in l. j. ff. de institut. & ibi Bartol. & per eundem Barto. & Iacob. Rabul. in l. nullus. C. de decur. & in l. cum ad quamlibet. C. de condi. in public. horr. libro decimo. Octauo aduerte, quia regula est ¶ quod inhabiles ad seruiendum, si sunt habiles ad succedendum, possunt seruire per substitutum, secundum Baldum, in feud. de eo, qui ar. belli. depo. Tu adde Ludouic. in l. si vero. § de viro. ff. solut. matrimonio. in xvj. fallen. versiculo quarto, ubi dicit quod quamuis sit electa industria, si tamen est absentis absentia necessaria, tunc dicit eum posse substituere. & ibi versiculo quinto. Idem dicit quod potest substituere, si ad spectabilem dignitatem assumptus est. Idem dicit ibi versiculo sexto, quia pater potest substituere filium. Idem dicit ibi versiculo septimo, si substituens agritudinem patitur, propter quam suis agendis rebus superesse non posset. Idem dicit idem Ludouic. ibi in xix. fallen. versicul. j. posse substituere alium sibi in qualitate & bonitate parem. Et ita dicit intelligere dictum § firmiter. Et pro hoc allegat multa iura, vide ibi cum late. Et adde quae dicam infra capitulo, si aliquis est. & P. Iacob. de

condi. ex mori, & in quantum dixi supra, 27 ¶ quod foemina non succedit in feudo, illud est verum de iure communi secundum iura per me ibi allegata: sed in Cathalonia iure consuetudinario est secus: vt infra. capitulo. si defuncto. & capi. nullus, ubi ponam aliquas limitationes quod etiam de iure communi succedere potest in feudo: & innuit hoc constitutio Ceruarie c. Item ne super laudimio. vide dictum. c. nullus. ubi patet quod mulier potest per substitutum 28 seruire. Quaro, ecce ¶ quod dominus exegit indebita seruitia, vel ultra debitum modum a vasallo, quod remedium ipse vasallus habebit, vel intentare poterit contra dominum: nam per officium iudicis: negatoriam enim intentare potest, quia vasallus est: sed ne quid exigatur supra modum providebit praeses prouinciae secundum Bald. de prohib. feud. alie. per Frederic. § praeterea: vltimo. Hoc tamen intelligendum est secundum vsat. similiter & si senior, & quae ibi scribuntur per doctores. Tu adde quod quicquid recipit dominus a vasallo, ultra debitum seruitium, presumitur per vim vel metum extortum, secundum Ioan. Andr. in c. j. de praescrip. lib. vj. in Nouella. Bald. de pa. Conf. super verbo, pactiones. Bar. ff. de condi. ob tur. cau. l. j. Ant. de Butr. & Nic. in c. quod latenter. de reg. iur. fallit in vsatico, qui viderit: ubi si dominus habuerit redemptionem a vasallo suo ultra debitum seruitium propterea quia vasallus fallierit dominode iuuamine, & seruitio, cessat illa presumptio, non tamen propter hoc potest crescere vasallo seruitium, nisi crescat illi 29 beneficium. ¶ Quaro, an vasallus teneatur seruire domino eius expensis? Vfsaticus, qui solidus, videtur innuere quod sic, in verbo, secundum posse: ubi Thomas Mieres istud tenet quando est magnum feudum, & tale quod hoc exposcit, vel expensis domini, quando ipse vasallus est inops, vel feudum est modicum, iuxta not. in Spec. titu. de feud. § j. versicu. xxij. Tu adde P. Iacob. in libel. titulo de causis, ex quibus do. debet amit. proprie. ubi sic inquit, & si redditus feudi non sufficiunt forte ad sequendum dominum cum armis, cum dominus opus habet, tunc dominus debet ei supplere vnde faciat sumptus. Et vide Bartolum in l. Meuia. § vxor. ff. de annuis legatis, ubi dicit quod fideles imperij non tenentur sequi

sequi Imperatorem, si fructus feudi non sufficiunt. Tu super hoc vide constitutionem Regis Petri ij. in curia Barchinonae capitulo. Item quod si barones, ubi habetur quod seruitium est fiendum secundum vsaticum, de quibus vsaticis loquitur. Dic quod de vsati. alium nanque. & vsatic. qui fallierit. § similiter. qui loquuntur de feudatario: sed non dicitur ibi quod dominus habeat providere eis in expensis, sed quod emendetur vasallis, si quid in seruitio dominorum perdidierint. & idem dicit dictus vsaticus, alium nanque. in verbo, & fecisset emendas. Sed certe in dicto vsatico loquitur de expensis in verbo, Soldadas. sed verbum, soldadas, ibi non accipitur pro expensis, quae necessariae sint fiende per dominum vasallo suo, dum est in seruitio. 30 ¶ Nam soldada est praestatio quaedam annua, & gratuita, quae a neutra parte transit in haeredem. Morte enim dantis vel accipientis finitur, secundum Baldum in feud. quis dica. dux mar. § hodie. ubi est simile verbum soldada. Hodie de hoc est text. j. capitu. si aliquis. ubi latius scribam. & de verbo posse, vide in vsatico, princeps nanque. De hoc melius & extensius scribam. j. in d. capitulo si aliquis. ubi referam allegationes Iaco. de Callicio. Vnum tamen not. ¶ quod dominus non potest spoliari a possessione seruitiorum, cum sit in quasi possessione eorum, secundum Baldum. de prohi. feud. alie. per Frederic. § callidis. Et collige hic quod de seruitio: sit mentio in vsatico, si quis suum feudum. & in vsatico, qui fallierit. & in vsatico, qui viderit. & in vsatico, qui solidus. & in vsatico, si senior. & j. capitulo castellanus. & capitulo si defuncto. & in capitu. si castellanus. & in capitu. homagium. & in capitu. si aliquis. & in capitu. isti. § quartus casus. & § octauus. Quaro ubi vasallus praestabit seruitium feudi domino suo, nunquid extra baroniam, comitatum, vel regnum: vide quae latius scribam j. capitu. si aliquis dominus. ubi inserui quasdam allegationes Iacob. de Callicio. ¶ Quaro an dominus indistincte teneatur ostendere per publicum instrumentum quod ipse sit dominus, & ille, a quo petitur potestas, sit castellanus? Respondeo quod non, nisi tunc demum, cum vasallus, vel ille, qui tenet locum vasalli, negat illum esse domi-

num: quia tunc non tenetur dare potestatem de castro, vel facere seruitium, nisi confito per instrumentum publicum, quod ipse sit dominus, & ille, a quo petitur, sit vasallus: & eo ipso quod fit ista denegatio, suspensa est iurisdictio, & cognitio dicti domini, donec per iudicem ordinarium sit cognitum, & pronuntiatum illud esse feudum, iuxta no. per Innocen. & Ioan. And. in capitu. ceterum. de iudi. Et consequenter isto casu coram ipso ordinario habebit constare per instrumentum publicum quod ille sit dominus, & ille, a quo petitur, sit vasallus, vel teneat locum vasalli, & coram ipso ordinario si cetera erit editio per dictum 33 dominum de ipso instrumento: ¶ iste enim est vnus casus, in quo ordinarius cognoscet de quaestione fiendi, videlicet quando negatur an sit feudum vel ne. & sic an sit sua iurisdictio. Et pro hoc facit capitul. si allodiarum. j. ubi si est contentio inter dominum & allodiarium, quia negatur esse allodium, sed rem feudalem, quod debent venire in posse de cominal, vel principis, aut vicarij: & sic si ipse iudex ordinarius pronuntiat feudum esse, remittet vasallum coram domino feudi, qui de principali cognoscet, secundum Hostien. in Summa titu. de feu. § vlti. versu. cognoscere. Et cognito castrum esse feudale, tunc fit impraescriptibile hic, & est danda potestas, vt in vsatico, magnates. Potestatem. & supra capitulo primo. De hac iurisdictione scribam latius j. capitu. si aliquis habet. Alium intellectum dedit Iaco. de Callicio ad hoc capitu. in vsatico si quis suum feudum. ver. quare etiam idem Iacob. & c. circa fir. ubi dicit quod in hoc capitu. vasallus non negabat feudum, imo confitebatur, sed solum allegabat se non teneri ad seruitium faciendum pro ipso feudo, vel ad dandum potestatem de castro. Vel dic quod iste text. loquitur in praescriptione. Et est speciale in hoc ¶ quod confito per instrumentum quod ille, qui petit, sit dominus, & ille, a quo petitur, sit vasallus, fuerit potestas castri & seruitium de illo fiendum impraescriptibilia, dato quod nunquam potestas castri data sit, vel seruitium praestitum. Nam lex debet intelligi secundum materiam tituli, in quo est situata, vel posita, secundum Bar. in l. cu de vsu. & in l. ij. ff. de except. rei iudi. & Lud. in l. ij. ff. de dona. cau. sed hic

est rubrica, siue titulus, in quibus præscribit castellanus contra dominum. Igitur, &c. ubi ergo in lege ponuntur plures lecturæ, illa est sequenda, quæ conuenit titulo secundum Andream de Sicilia in capit. de confirmationibus. de confir. vii. vel inutili. Erat ergo dubitatio huius. c. quod ex quo vasallus non dederat potestatem, vel fecerat seruitium, volebat se iuuare præscriptione in non dādo potestatem, vel facere seruitium erat dubium si poterat. Et tollitur per istud c. quia si constat per instrumentum publicum quod ipse petens sit dominus, & ille, a quo petitur, sit vasallus, vel teneat locum vasalli, non iuuatur præscriptione. Tenequam volueris: quia si vna lex habet pluras lecturas, quælibet potest esse vera, dum tamen probetur ratione legis, licet iureconsultus de vna tantum intellexerit: & dubitetur quæ sit illa, secundum Bart. in l. in ambiguo. ff. de reb. dubijs, adde Lud. in l. post dotem. ff. solu. mat. quando vna lex potest assumi ad duos intellectus. † Sed est dubium coram quo habeat constare de præmissis. si tenemus intellectum, quem superius dedi, quod vasallus negauerit feudum, & tunc ordinarij est cognitio: vt superius dixi, & coram ipso ordinario si fēda est editio ipsius instru. Si autem sequitur intellectus datus per dictum Iacobum de Callicio quod vasallus non negauerit feudum, sed confiteatur, tunc coram iudice per dominum assignato constare debet illum esse dominum, & coram ipso fieri debet ipsa probatio: vt hæc omnia latissimè deducā in dicto capitulo, si aliquis habet, ubi examinabo quando erit cognitio rei feudalis ordinarij, & quando ipsius domini. Et in hoc istæ lecturæ differunt, quia si negatur feudum, est iudex ordinarij: si confiteatur, est iudex datus per dominum. Sed quia hic est casus omissus, quia non dicit capitulum istud coram quo fēda est ista editio de ipso instrumento, relinquatur dispositioni iuris communis: vt l. commodissimè. ff. de vulg. & pup. cum simi. Quæro, iuxta text. ibi, ubi dicitur quod si per publicum instrumentum constat quod ille a quo petitur potestas, vel seruitium, sit vasallus, vel teneat locum vasalli, vt tutor, & curator, prout dixi in expositione literæ, quod non iuuatur præscriptio: † quid si est aliquis nonus acquiritor,

vt puta emptor, donatarius, legatarius, & alij similes, qui nunquam dederant potestatem de castro, vel fecerant seruitium, nunquid possunt præscribere: in his contra dominum: Et dico quod non, vt hic. Contrarium credo, vt in l. sicut. C. de præscript. triginta, vel quadraginta annorum. & in vsatico, omnes causæ. Nec obstat iste textus, quia loquitur in vasallo, vel in illo, qui tenet locum vasalli: ergo a contrarij sensu si nondum est vasallus: vel teneat locum vasalli, iuuatur præscriptione: quod argumentum est fortissimum in iure: vt l. j. ff. de eo, cui man. est iuris. venit enim istud argumentum ex mente legis. glo. in c. humanum genus. & ibi Gemin. & patet coniecturatiuè secundum Ludouic. in l. si cum dotem. ff. soluto matrimo. & habetur pro vsatico secundum Iaco. Callicij in vsatico, magnates. Præterea ista consuetudo & etiā præscriptio est stricti iuris, vt dixi superius in c. præcedenti: & sic non extenduntur, vt ibi dixi. Et regulariter omnis res est præscriptibilis, vt ibi notauit. Item iste est casus omissus a consuetudine: & sic est relinquendus dispositioni iuris, vt superius scripsi. Et de iure omnis res potest præscribi. Igitur dicamus quod in hoc casu iste nonus acquiritor possit iuuari præscriptioe. Tu tamen super his cogita: quia forte iste nonus acquiritor, qui succedit vasallo, posset dici quod tenet locum vasalli: & tunc non iuuatur præscriptione, nisi esset secundus acquiritor, qui adquisiisset feudum a primo acquiritore, non vasallo: quia tunc ipse talis non teneret locum vasalli, & præscriberet, argumento notatorum per Barto. in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquirenda possessione, ubi dicit quod authenticam. male fidei possessor, habet locum in primo emptore, non autem in secundo. Vide quæ dixi supra in præcedenti capitulo. Quæro, nunquid iste nouus acquiritor, qui nondum fecerit homagium, teneatur dare potestatem de castro, si petita est ab eo.

De hac quæstio. dixi latius supra, in capitu. primo. & in capitu. & finitis, vide quæ ibi scripsi. Et pro hoc vide Bal. de prohib. feud. alienan. per Frede. §. Callidis.

Item



Tem si certæ sunt conventiones inter dominum & castellanum, & dominus ibi retinuerit in instrumento conuentionali aliquas dominaturas, placita, & firmamenta, vel aliqua alia, & tempore procedente castellanus aliqua de his occupauerit, vel aliqua alia, quæ in instrumento conuentionali facta inter eos non continentur, & castellanus non poterit ostendere quod ea habuerit, aliàs ex concessione domini sui, tenetur ea restituere domino suo, nec potest ea præscribere aliqua temporis diuturnitate, ex quo instrumentum conuentionale apparet, & maxime si instrumentum est diuisum per Alphabetum: quia tunc præsumitur castellanum habere penes se instrumentum conuentionale, cum dominus ostendat suum diuisum per Alphabetum. Nam circa euidentia signa nullum tempus longæ possessionis excludit debitum dominum. Et ita in isto casu, scilicet cum certæ apparent conventiones inter eos, nulla temporis præscriptio iuuare potest castellanum in seruitijs, guerris, valentijs hominum, vel etiā in alijs quibusdā rebus exigentibus ab hominibus habitantibus in ipso castro, in quo dominus sibi partem fructuum retinuit, nisi quatenus constiterit per instrumentum conuentionale castellano fore concessum a domino suo.

S V M M A R I V M.

1. Pacta & conventiones quæcunque in inuestitura poni possunt.
2. Dominus feudi quas retentiones ponere possit concessione rei feudalis.
3. Vasallus occupans iura retenta per dominum tenetur

- eidem restituere.
3. Tempus nullum excludit dominium debitum contra signa euidentia.
 4. Vasallus sine titulo non præscribit contra dominum.
 4. Placita quid sit.
 5. Firmamenta quæ dicantur.
 6. Occupare uerbum quid significet.
 7. Signorum usus præscriptione acquiri potest.
 8. Dominium directum causatur consuetudine longissima.
 9. Vasallus quid de castri iuribus occupare possit. as. 20.
 10. Exceptio qualiter firmet regulam uel ampliet.
 11. Bona fides an sufficiat ad præscribendum.
 12. Titulus iustus quis dicatur.
 13. Possessio uiolenta ab alio occupata, quanto tempore præscribitur.
 14. Vasallus quæto tempore possit iura feudi præscribere. 16.
 15. Indefinita quando equipollet uniuersali.
 17. Possessiones uasalli in termino castri, præsumuntur esse de feudo.
 19. Iura ad castrum terminatum pertinentia quæ sint.
 21. Vasallus quid habere dicatur in termino castri.
 22. Vasallus quando contra dominum possit intetare interdium unde ui.
 23. Vasallus sine culpa non est a domino spoliandus feudo.
 24. Agens possessorio recuperanda quo casu non admittatur.
 25. Iura feudi post contradictam & interuersam possessionem possunt præscribi.



Tem si certæ. Iste §. diuiditur in duas partes. in prima parte dicit qualiter vasallus teneatur restituere domino omnia ab eo occupata, quæ sunt extra instrumentum conuentionale inter eos confectum, vel quæ poterit ostendere a domino habuisse. in secunda parte dicit qualiter vasallus in his non potest præscribere contra dominum. Prima pars incipit ibi: Itē vsq; ad ver. nec poterit. Secunda pars ibi, vsq; ad finē. Casus. Vasallus tenetur restituere domino omnia ab eo occupata de iuribus castri, quæ non continentur in instrumento conuentionali inter eos facta, vel quæ non ostendantur ex concessione domini habuisse: nec in his vasallus iuuatur præscriptione. Hoc dicit. Collige notabilia. † Nota primò quod in inuestitura siue concessione castri, siue rei feudalis, possunt apponi quæcunque pacta & conuentiones, vt dixi supra in c. si autē. cōcor. c. itē quod si barones. in prima curia Regis Petri. & supra in c. si autē. & in c. j. de feu. nō ha. propriā na. Et ipse legitimæ pactationes custodiendæ sunt. j. c. licet. in fin. & debent seruari. Bald. si vasallus feu. priue. & Hostien. in Summa titul. de feud. §. quid

quid sit feudum. Nam pactum in feudis plus operatur, quam lex. de feu. mar. §. duo. vbi Bal. ¶ Not. ij. quod in concessione rei feudalis dominus potest apponere retentiones de parte iurium ipsius rei concessæ. Idem notatur in simili in ca. constitutus. in verbo aliquid referuet. de reli. domi. Not. tertio, quod si vassallus occupauerit iura retenta, vel quæ non cõtineantur in instrumento conuentionali, quod tenetur illa restituere domino. Nota quarto, quod vassallus in his non iuuatur præscriptione. Et sic hic habes vnum casum, in quo vassallus contra dominum non præscribit. Alios casus collegi supra. c. si autem. Not. quinto, quod contra euidentia signa nullum tempus excludit debitum dominium. Not. sexto & ultimo quod vassallus non præscribit contra dominum in seruitijs, nec alijs exigentibus ab habitantibus in castro, nisi quatenus continetur in instrumento conuentionali: & sic vassallus non potest præscribere sine titulo contra dominum. Concor. supra capi. si castellanus, & quæ ibi dixi. Ad tenorem igitur inuestituræ semper recurrendum est, vt scripsi supra in cap. si autem. circa finem. Expone literam. Item de ista dictione Itē, latius scripsi supra in capit. & finit. §. Item Conuentiones, id est, pacta, & auinentiæ, siue conditiones. Instrumento conuentionali, id est inuestitura, siue concessione rei feudalis. Dominicaturas. De isto verbo vide in constitutio. pacium & treugarum. c. diuinarum. §. dominicaturas. ¶ Placita, id est iurisdictionis causarum. Ita exponitur per gloss. istud verbum in c. ad audientiam. de præscrip. in verbo Placita. Et pro hoc faciunt vsaticus placitum. & vsaticus placitare. Statamenta. De isto verbo vide in vsatico, cum baiulia. In verbo statamentum, & ibi exponitur, secundum quod refert ibi Merquilles in māna, id est, iuris firma. Alij illud exponunt, id est, iurisdictionis simplex, scilicet coercitio simplex, quæ in multis, secundum eum, consistit. Et hoc tenent Guilielmus de Valle licha. in d. vsatico. Alij dicunt quod statamentum est quod habeat iurisdictionem super censibus & deterioratione rei. De quo in gloss. ibi. Alij dicunt quod poterit equum statare in pratis, vt ibi depascatur ad libitum absque moderatione. Alij dicunt statamentum, id est, firmamentum directi. Qui habet enim statamen-

tum, plus habet, quam qui habet firmamentum: quia potest diuiti dare, & eum collocare, & dare stabulum in loco publico. Et ita dicunt esse consuetudinem. Alij dicunt quod statamentum dicitur scilicet sidentimentum, siue colonia, quæ spectant dominis. Alij dicunt quod statamentum est iurisdictionis, quam dominus habet in homine suo solido, & de redimentia quod potest illum detinere statatum. Et istud connumeratur inter malos vsus. Sed credo quod sunt truhæ: & sic plus placet mihi quod sit iurisdictionis simplex, secundum dictum Guli. ¶ firmamenta, id est, firmas iuris, aut questionum: vt infra. c. si in aliquo. & c. si minor. Vel firmamenta, quæ fiunt per dominos in instrumentis sponsalitiarum, & alienationibus rerum, quæ tenentur per dominum ad directum, & allodialle dominium. Et ita intelligitur per Jac. de Callicio in vsatico, qui viderit. In materia laudimij, vbi allegat hoc capi. Alia, scilicet, similia. Nam alius, alia, aliud, est implicatum similitum, & non dissimilitum: vt no. Salicet. in l. j. ff. man. in ij. oppo. & in l. per diuersas. C. manda. & in l. non ex eo. C. de euict. & gloss. in l. si fugitiui. C. de seruis fugit. vbi textus dicit, libra auri puniatur. gloss. supplet simili. & gloss. in authentica, ex testamento. C. de colla. & gloss. in l. prima. §. non semper. ff. de pollicitationib. vbi glossa ad textum, dicentem, vel ob aliam causam, scilicet, similit. & Ludouic. in consilio nonagesimo secundo. & Geminianus in capitulo. Romana. §. ab Archidiaconis. de appellatio. libro sexto. ff. de rebus dubijs. l. quidam, non tamen semper implicat: vt patet in authentica. de manda. princip. §. oportet. versicu. collectores. & vt defunc. fune. post princi. iuxta illud. Christus crucifixus est, & alij duo nequam. vt ibi no. Sed quod superius dixi, est regulare, & istud est speciale. Et quod non comprehendat maiores, aut meliores, est text. extra de rescrip. c. sedes. Procedente, id est, discurrente. Occupauerit. ¶ Quando dicitur occupare, Bald. in l. pluribus. ff. de procura. & Angel. Aret. instit. de rer. diui. §. insula. gloss. in c. generali. de elect. libro sexto. & Paulus de castro late in consilijs consilio. CCxlvij. Et potest referri ad mobilia, secundum Geminianum, & Innocentium in d. c. in generali. & ponitur in mala parte secundum

secundum Gem. in c. presenti. de offi. or. lib. vj. & in c. auaritia. de elec. eod. libro. & ita assumitur hic. Potest etiam assumi in bona in casu capituli si qui. de prescrip. eo. li. Potest etiam assumi proprie & improprie secundum Gem. in d. c. in generali. Qualiter autem res per occupationem fiant alterius, Lud. in l. rem, quæ nobis ff. de acqui. posses. Non contineantur. Vide no. in c. veniente. de prescrip. in gl. sed hoc est mirum. Concessione domini supple. vel ex concessione, vel titulo adquisito de re allodiali ab alio, quam a domino, puta a Titio, qui habebat rem allodiale intra terminum ipsius castri, vt supra, in c. si castellanus. & iste titulus debet ostendi per vassallum, vt ibi: & quando allegatur per eum, debet narrari, & specificari plene, vt notatur per Hostien. extra de prescrip. c. si diligenti. circa fi. & idem notatur per Inno. Maxime abundanter ponitur: nam idem est etiam quod non sit diuisum per alphabetum. de ista dictione vide gloss. in c. quoniam. de renun. in verbo, maxime. et Bal. in l. j. C. de rescin. ven. vbi dicit quod implicat. Alphabeticum id est, abecedarium: vt puta a, b, c. Penes. differentia inter apud & penes per Odofr. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. Con. in l. j. C. de fal. cau. adiec. lega. Euidencia signa. Et facit pro hoc & ad prædicta c. veniens. extra de prescrip. & vide not. in vsatico, potestatem. & in vsatico, feuos. Tu vide Nico. in c. j. vt lite pen. vbi dicit quod vsus insignium denotantium superioritatem, potest præscriptione adquiri, seu consuetudine in alieno territorio. Et etiam ibi dicit quod insignia pontificalia possunt præscriptione aut consuetudine per inferiorem episcopo adquiri per tantum tempus, cuius memoria hominum in contrarium non existit. Adde quod reseruata principi in signum suæ præminentie præscribi non possunt, secundum Ludo. in l. j. §. deniq. ff. de aqua plu. arc. Alia tamen reseruata non in signum suæ præminentie bene possunt præscribi tempore antè dicto. Nec etiam præscribuntur illa, quæ præstantur in signum vniuersalis domini l. comperit. C. de prescrip. triginta vel quadraginta annorum, nisi immunitas fuerit concessa per principem, & inuiolata permanferit per tempus quadraginta annorum: vt not. in l. fin. C. de fun. patri. libro vndecimo. Ita dicit Ange.

in dicta l. comperit. Et idem dicit Baldus ibi in functionibus, quæ debentur papæ, & regibus, & his, qui sunt similes regibus. Et idem dicit in decima quæ debetur papæ. longæ possessionis. Ergo videtur non excludere præscriptionem temporis, cuius memoria hominum non est in contrarium. Adde quæ dixi supra, in capi. si autem. & vide Baldum in l. si certis annis. C. de pact. & in l. ij. C. de serui. & aqua. & in l. prima. C. de eman. liber. vbi dicit quod consuetudo temporis, cuius memoria hominum in contrarium non existit causat directum dominium. melius hoc j. declarabo. Debitum dominium. Facit l. comperit. C. de prescrip. triginta vel quadraginta annorum. Vide Baldum in l. Item si. vbi habetur quando census præstatur in recognitionem domini. Opponitur primo, quod vassallus licite possit occupare illa, quæ non apparuerint reseruata & excepta per dominum in inuestitura, vel instrumento conuentionali: quia nos habemus de iure quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptis: vt in l. quæsitum. §. denique. ff. de fun. instru. & in l. nam quod liquide. §. fin. ff. de penu leg. quem text. allegat singulariter Ioannes de Imola in repetitione l. filio præterito. ff. de in ius. rup. tes. & in capitu. secundo de coniu. lepro. & capi. dominus trigesima secunda questione j. & in capitu. in nostra de sepul. in verbo, exceptis armis. & sic in reliquis quæ a domino non fuerunt reseruata, retenta, & excepta, videtur regula confirmata, ita quod censeantur vassallo concessa. Solut. Hic nominatum fuerunt expressa in instrumento conuentionali quæ a domino vassallo fuerunt concessa, & sic non videntur concessa nisi ea, quæ fuerunt a domino nominata: vt l. cum de lanionis. §. cui fundum. ff. de fun. instru. Sed contra istam solutionem faciunt verba, vel aliqua alia & c. hic in text. posita, ex quibus habetur quod vassallus non potest occupare de iuribus castri, nisi illa, quæ monstrauerit ex concessione domini habuisse: & sic cetera, quæ non continentur in instrumento conuentionali, videntur retenta. Dic ergo quod regula est quod vassallus non potest occupare iura castri, nisi tantummodo ea, quæ in instrumentum conuentionali fuerunt concessa: cum præsumptio iuris faciat pro domino, vt latius dixi supra in c.

in c. si castellanus. & sic exceptis his, quæ concessa fuerunt, in cæteris regula confirmatur quòd sint domini. Et secundùm istã solutionem facerent iura superius in cõtrarium allegata. Dic ergo secundùm Anto. de Butri. in d. c. in nostra. quòd exceptio in quibusdam non firmat regulam, nec illam ampliat in non inclusis. Facit quod habetur in l. pediculis. §. itẽ cum quæreretur. ff. de auro & argen. leg. facit etiam dictum

10 Bal. in l. in his. ff. de legi. vbi dicit quòd licet exceptio firmet regulam in casibus non exceptis, tamen illam non ampliat, vt sub illa veniant, quæ sui natura non veniunt. & vide Bal. in l. j. C. de condi. inde. vbi dicit quod licet exceptio firmet regulam in casibus nõ exceptis, nõ tamen ampliat alias exceptiones. Tu verò tene secundam solutionem, quia plus mihi placet. Si autem castrum, aut feudum erat simpliciter & generaliter concessum, tunc omnia videntur concessa, quæ non exceptit. argumen. ff. de except. l. pluribus. & quæ in frau. cred. l. j. §. j. & pro hoc tex. glo. & Bal. de capi. qui cur. vend. Sed hinc nõ fuit simpliciter castrum aut feudum cõcessum, cum dominus recipiat partem fructuum. igitur tantum videtur concessum quod verbis fuit nominatum. ff. de euict. l. qui libertatis. & ff. de fund. instru. l. cum de lanionis. & l. prædia. † Oppo. secundò, quòd bona fides sine titulo tantum sufficiat in huiusmodi præscriptionibus: vt in c. vigilant. & c. quoniam. de præscript. & c. de quarta. & de cau. posses. c. cum ecclesia. in quibus tantum sufficere videtur bona fides, cum de titulo nulla fiat mentio ibi: imò videtur quòd ista, quæ dicuntur hinc in fi. cõtraria sunt. Si enim iste vasallus haberet instrumentum cõventionale etiam securus est: vnde nõ est sibi necessaria præscriptio. Sed iste textus contrarium innuit: quasi dicat, quòd vasallus nõ potest præscribere contra dominum in iuribus castri, nisi in illis, quæ ostenderit sibi cõcessa fuisse. Sol. Dic quòd titulus pro tunc dicitur iustus, quia det casum præscribendi, licet in veritate non sit iustus, quia tunc nulla esset præscriptio necessaria: vnde minus iustus titulus dat causam præscribendi, si assit bona fides, & ille credat talem titulum sufficere, & credat tradentem esse dominum. Et sic in isto casu, ex quo vasallus possidet pro dño, & sciat rem ad dominum pertinere, nõ

sufficeret bona fides sine instrumento conuentionali. Et ita dicit glos. in c. si diligenti. de præscrip. Vel dic quòd ex quo ius consuetudinariũ resistit quòd vasallus in termino castri aliquid possideat, nisi ostendat titulum: vt supra c. si castellanus. quòd præscriptio sine titulo non procederet: vt in c. ad decimas. nisi esset tanti temporis quòd memoria hominum non esset in contrarium, secundum Ioan. Andre. in dicto capitulo si diligenti. & est textus, & ibi Gemi. in c. j. de præscript. lib. vj. quia tunc habet vim tituli: vt in capitulo super quibusdã. de verborum significatio. secundum Bald. in l. si quis. de episcop. & cleri. & Ludo. in l. vectigalia. ff. de publica. Sed aduerte, quia hinc est dictio Longe, quæ dictio tantum videtur excludere præscriptionem decem annorum inter presentes, & viginti annorum inter absentes: vt in toto titulo. de præscriptio. longis. tempo. decem vel viginti anno. non autem excluditur præscriptio longissimi temporis, scilicet triginta vel quadraginta annorum. Et sic iste vasallus bene præscriberet in his contra dominum ex præscriptione longissimi temporis: & consequenter non esset necessaria præscriptio, cuius memoria, &c. Et hoc firmant Barto. & Ludouic. in l. sequitur. §. si tu vi. ff. de vsucap. vbi dicunt quòd violẽta possessio ab alio occupata potest præscribi spatio longissimi temporis: ergo nõ requirit tantum tempus, quòd memoria non extaret. Item hinc est dictio Aliqua, ibi vbi dicitur, Aliqua temporis diuturnitate: quæ dictio potest verificari in qualibet particula temporis, argumento notatorum per glos. in cle. j. de foro competen. & ibi Nico. & per Gemi. in cap. indemnitatibus. §. cæterum. de electio. libro sexto. Item hinc est dictio diuturnitate, quæ verificatur in præscriptione decem vel viginti annorum, vt est textus iuncta gloss. in l. si quis diuturno. ff. si seruitus vendic. Quanto ergo fortius in præscriptione triginta vel quadraginta annorum. Nam si id, quod minus videtur inesse, inest, & id, quod magis. Ludouic. in l. qui pignoris. ff. de acquiren. possessio. & sic nisi esset dictio Longe, ista consuetudo tantummodo excluderet præscriptionem longi temporis. Sed his nõ

14 obstantibus crederem quòd vasallus non præscriberet dicta iura spatio triginta vel quadrag

quadraginta annorum per l. comperit. iam allegatam. Item quia hinc est dictio negatiua, vt puta Nulla, quæ dictio omnem præscriptionem tollit, & aufert. Nam sicut vniuersalis affirmatiua omnia affirmando includit, ita etiam dictio negatiua omnia negando excludit, iuxta notata in capitulo primo, de regulis iuris, libro sexto, & adde Ioannem Andream, & Geminianum in capitulo vt his. in verbo nullo modo de ætate & qualitate. & in clementina prima. de sequestratione possessionũ & fructuũ. in verbo, nullatenus. & per Guidonem de electionibus. cum ex eo. in verbo omnino.

15 libro sexto. † Item ista dictio Nulla, indefinite prolata est, & sic æquipollet vniuersali gloss. in clementina si dignitatem. de præbendis. secundum Nico. ibi, & Bar. in l. qui ædificium. ff. de serui. vrb. præd. & Gemi. in c. vt circa. de elect. lib. vj. Ergo dicamus quòd non modò excludat præscriptionem longi, sed etiam longissimi temporis. Nam de longo tempore iam erat de iure ciuili cautum, secundum Bart. & Ludo. in d. §. si iu. vt. Vt igitur aliquid operetur ista cõsuetudo, debet intelligi vt excludat præscriptionem longissimi temporis.

16 † Item vbi nullum apparet instrumentum vasallus non præscribit nisi spatio quadraginta annorum. vt in capit. sequenti. ergo vbi instrumentum apparet, non potest præscribi dicto tempore vt sit differentia inter hoc c. & c. si verò. quod sequitur. & prohibitio præscriptionis verificetur in hac præscriptione. Concludendum igitur est quòd iste vasallus non excludat dominum nisi ex præscriptione, cuius memoria hominum non sit in contrarium, per ea, quæ latius dixi supra, & scripsi in capitulo si autem est. & dicam infra. Nec obstat dictum Barto. & Ludo. quia illud est regulare, quod hinc dicitur est speciale in rebus feudalibus, cum habeant plures singularitates à iure in troductas, vt dixi superius. Vel illud de iure communi, hinc verò iure consuetudinario, quod tanquam posterius illi iuri derogatur, secundum Angelum in l. de quibus ff. de legi. vel illud habet verum, quando non est dictio negatiua: secus si aliqua dictio negatiua apponatur, vt hinc. Vel illud est verum, quando non est præsumptio iuris pro domino: secus verò quando domi

17 nus habet præsumptionem pro se † quia omnia quæ castellanus possidet in termino castri præsumuntur esse de feudo, nisi probetur contrarium: & sic illa non potest præscribere vasallus, vt hinc. Nec etiam obstant dictiones Aliqua & diuturnitate: quia declarantur per dictionem Nulla, ibi subsequenter. Dicamus ergo, aut iste vasallus habet instrumentum conuentionale: & tunc securus est. Si autem non haberet instrumentum conuentionale, tunc non iuuaretur longa, vel longissima præscriptione. Si autem illa præscriptio esset tanti temporis quòd memoria hominum non esset in contrarium: & tunc quia haberet vim tituli, iuuaret vasallum contra dominum. Vide quæ latius dixi de ista præscriptione in capitulo si autem. Ex præmissis igitur sume istam conclusionem quòd iste textus videtur tollere præscriptionem nedum longi, sed etiam longissimi temporis: non autem remouetur illa præscriptio, cuius memoria hominum in contrarium non existit, vt dixi in dicto capitulo si autem.

18 † Et etiam ex præmissis sume aliam conclusionem quòd vasallus non potest occupare aliquid de iuribus castri, nisi saltem illa, quæ per instrumentum conuentionale constat sibi à domino fuisse concessa: cætera verò alia censentur à domino retenta. Sed contra istud quòd præscriptio cuius memoria hominum non existit, quæ est centum annorum, vt dixi in dicto capitulo si autem non obstaret. Facit vsaticus, hoc quod iuris est sanctorum. vbi sine titulo iura castri sunt impræscriptibilia etiã ducentorum annorum possessione † Sed ibi loquitur de illis iuribus, quæ spectant ad castrum, eo quòd est castrum terminatum, quæ sunt ista quatuor, scilicet exire ad sonum gaytare badare, & facere opus foraneum, vt ibi gloss. & Iacob. de Monteuda. & in eis habet locum dictus vsaticus. in alijs, quæ non sunt iura castri bene haberet locum dicta præscriptio. Vel dic quòd dictus vsaticus loquitur in habitatoribus castri, vel eius termini: quia ipsi habitatores non possunt præscribere iura castri, ex quo ipsa iura sine castro possideri nõ possunt: hic vero loquitur in vasallo, siue castellano, qui habet vtile dominium: & sic in eo est secus. Sed contra hoc faceret di-

ctio Nemo, ibi posita, quæ est indefinita, & sic æquipollet vniuersali, vt supra dixi: & sic comprehendit nedum habitatores castri, sed etiam castellanum, sic quod nemo ex eis sine titulo posset præscribere contra dominum, & haberet locum contra eos dictus vsaticus. Istud contrarium est fortissimum: sed dicta dictio debet legi cum subauditione, scilicet nemo ex habitatoribus castri: quia intelligo dictum vsaticum quod habitatores castri non præscribant libertatem ipsorum iurium: quia dicit defendere, & retinere. Et ideo dic defendere, & retinere id est, quod non faciant dicta iura, vel retineant ea. Sed quod castellanus, qui receperit dicta iura per tantum tempus, cuius memoria hominum non sit in contrarium, non iuuatur præscriptione contra dominum superiorem: hoc non sentit dictus vsaticus: quia vnum castrum bene posset præscribere ista iura super hominibus alterius castri dicto tempore: vt capitulum ad decimas. de restitu. spo. libr. vj. & de præscri. eodem libr. capitulo. episcopum. & etiam homines vnius castri possent allegare præscriptionem ex persona, seu nomine alterius castri, seu domini, qui ista iura præscripsisset dicto tempore, iuxta not. de præscrip. capitulo. cum ex officij. & capitulo. cum olim. in gloss. ¶ Et quod ista iura à vasallo possint præscribi, facit text. sequens capitulum. si verò. vbi si nullum instrumentum conuentionale ostendatur, bene potest castellanus præscribere contra dominum, præterquam in eis, quæ ibi continentur. Cogita. Et etiam assume aliam conclusionem, quæ sicut est præsumptio iuris, quod omnia, quæ vasallus possidet in termino castri, præsumuntur esse de feudo, nisi ostendantur à vasallo esse allodialia, vt supra capitulo. si castellanus. ita etiam vasallus non potest aliquid occupare de iuribus castri, nisi illa, quæ monstrauerit ex concessione domini habuisse. Et hoc verum est, quando apparet instrumentum conuentionale: nec in his iuuatur præscriptione. Casus est hic. Et sic in istis duobus casibus est speciale quod vasallo incumbit probatio: nec aliter præscribere potest, nisi illud ab eo ostendatur. Et consequenter in istis duobus casibus requiritur titulus, ad hoc vt vasallus præscribere possit. in hoc enim est speciale istud

21 capit. & allegatur ¶ quod vasallus non habet aliquid in termino castri, nisi tantum, quantum probatur sibi à domino fuisse concessum. Quod est verum si apparet instrumentum conuentionale. Si autem non apparet instrumentum conuentionale, præsumitur castrum simpliciter sibi esse concessum: quia cum castrum sit vniuersale, vt not. Bald. de capi. qui cur. ven. præsumitur totum concessisse, nisi aliqua sint excepta, vt dixi superius. Et de hoc est casus in cap. sequenti, & ibi dicam. igitur ex præmissis sume istam distinctionem. Aut dominus simpliciter concesserit castrum castellano cum iuribus & pertinentijs suis: & tunc omnia quæ sunt in termino castri, quæ illi pertineant & spectent, videntur illi concessa, nisi appareant aliqua à domino retenta, argumento notatorum per glo. & Bald. in d. c. j. de capi. qui cur. ven. & per alia iura supra in prima oppo. in fin. allegata. Aut in concessione castri sunt expressim nominata, quæ in feudum fuerunt concessa: & tunc non veniunt nisi illa, quæ nominatim sunt concessa: alia verò censentur retenta: casus est hic: & ita intelligo hoc capitulum. & alia iura in prima oppo. allegata. Si autem non apparet quid actum sit, vide quæ dicam j. in sequenti capitulo. in j. notabili. ¶ Quæro primo, quid si castellanus possidet aliqua contra conuenientiam, & dominus incognitionaliter ipsum ab eis spoliat, nunquid possit ipse vasallus intentare contra dominum interdictum vnde vi. Dic quod sic: quia etiam iniuste possidenti incognitionaliter auferenda non est possessio. Innoc. in ca. cum olim. de seruit. in verbo, per portarium. Barto. in l. fin. C. de edic. diu. Adria. toll. Bald. in l. si deserta. C. si propter publicum. Ludo. in consil. consil. clvij. imò si ablata est, debet sibi restitui, etiam quod per iudicem esset facta spoliatio: quia sicut fuit facilis in auferendo, ita debet esse facilis in restituendo, secundum Baldum in l. si pacto quo poenam. C. de pact. Item miles à domino non debet spoliari à feudo sine culpa cognita, & conuicta. per laudamentum partium: vt in feu. quo tem. mil. §. sancimus. & ibi Bald. Et de ista spoliatione cognoscet ordinarius, secundum Baldum de inuef. in ma. fac. Contrarium dicunt antiqui sapientes, vt hic, ex quo dicunt esse impræscriptibilia,

scriptibilia, vt in hoc textu, & C. de præscrip. triginta vel quadraginta annorum. l. male: & not. in vsatico, potestatem. Tu adde quod vbi ius resistit tali spoliato, non fit restitutio. capitulo ad decimas. de restitu. spol. libro vj. Item exceptio defectus proprietatis notoria obstat agenti possessorio recuperandæ, secundum Innocen. in capitulo. constitutus. de fil. pref. Archi. viij. dist. capit. quo iure. Gemi. in dicto capitulo. 24 lo ad decimas. vbi dicit ¶ quod vbi est verisimilis præsumptio contra agentem possessorio recuperandæ, quod possessionem, ad quam petit restitui, iniuste occupauerat, & de iniustitia constat, non fit restitutio, nisi iustam probet possessionem. Vide Baldum & Ludo. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. possess. vbi ponunt plures limitationes ad regulam, quod spoliatus restituatur. Et idem Paul. de castro in l. si de vi. ff. de iudi. sed forte ista conclusio non seruaretur in Catalonia per constitutionem. Item quod nos, vel officiales nostri, &c. Quarunt hic doctores antiqui, si ego vasallus, qui præstiti fidelitatem vni, an debeam tibi agenti contra me fidelitatem, & homagium facere, vel etiam respondere: videtur quod non, quia episcopus, vel alius clericus obedientiam, quam alius in eo possidet, petere non potest, nec oblatam debet recipere: Alioquin si peras, puniendus es. Nam eadem obedientia in eadem persona non potest deberi pluribus, vt not. per Hostien. de ma. & obe. capitulo. inter quatuor. circa fin. penulti. colū. 25 ¶ Quæro vterius, an ista iura, de quibus loquitur vsaticus. hoc iuris est sanctorum. post contradictam, & interuersam possessionem possint præscribi. Iacob. Merquilles ibi refert quod quidam dixerunt quod sic, argumento eorum, que not. in vsatico potestatem. & per Iacob. in vsatico, omnes homines. Et vide Bertrand. des Peus in capitulo si aliqui allodiarum. Sed dic contra, quia hæc iura per priuatum possideri non possunt, & sunt impræscriptibilia, vt in dicto vsatico, cum dicat text. nec pro suo iure defendere, nec retinere etiam longinqua ducentorum annorum possessione, quasi dicat, nec mille, nec vllò vnquam tempore, quia sunt impræscriptibilia, & possideri non possunt à priuatis. Et huius opi. fuerunt Ray. de Abbatia Petr. Terreni, Fran-

cif. de Podio, & Bertrandus de Vizinellis, & communiter omnes practici antiqui periti Barchinonæ. Nec obstat glo. posita in vsatico, potestatem. vbi dicitur quod potestas castri præscribitur post contradictionem, quia ibi castrum præscribit libertatem: & hoc non est ius castri incompetens contra castrum, & est inductum in fauorem castri, & dominorum castrorum, quorum iura non præscribuntur: & sic non debet in eorum læsionem retorqueri. l. quod fauore C. de legi. quod esset, si diceretur quod ex quo ius castri non præscribitur, quod etiam castrum non posset præscribere libertatem contra seruitutem per castrum debitam: vt not. de præscrip. capitulo. illud. Vide quæ de interruptione dixi in c. si autem.

In quibus præscribit castellanus, & quando contra dominum suum.



I verò nullum instrumentum conuentionale habuerit dominus, nec castellanus, & castellanus dixerit se & suos antecessores ita tenuisse, & possedisse spatio quadraginta annorum, vel etiam amplius, & recognouerit ea tenere in feudum pro ipso domino, & ita semper fuisse de feudo, tunc iuuat eum præscriptio præterquam in guerris faciendis de ipso tali castro, in quo dominus recepit partem fructuum, & in seruitijs fortatis, vel questis, & ipsorum hominum valentijs: quia in his, quæ in destructionem castri sunt, non potest præscribere castellanus sicut, nec in alienationibus possessionum castri faciendis sine consensu domini sui: nam castellanus, siue vasallus nunquam potest facere gratiam de tali castro, ratione cuius est vasallus, nec etiam

hominibus habitatoribus illius castrum facere quaestiam, nec ab eis exigere valentiam extra terminos castrum, nisi datum fuerit sibi, & concessum à domino suo: quod raro inuenitur esse factum: quia non debet castellanus, nec potest domino suo feudum deteriorare: nec, ut dictum est, iuuat eum praescriptio in his, etiam si omnes sui praedecessores gratiam inde & quaestiam ibi fecerint. Si tamē iste castellanus, siue vasallus fugatus fuerit ab inimicis suis intra terminos castrum sui, ratione cuius est vasallus: homines illius castrum tenentur intra suos terminos iuuare ipsum, & fugare inimicos: extra verò terminos castrum non tenentur. Et si ipsi inimici praedicti aliquid vasallo, vel hominibus castrum abstulerunt, ipsi homines possunt etiam extra terminos castrum ipsos inimicos fugare, ut possint eis praedam sui domini auferre, pro eo quia intra terminos suos eam abstulerint: nec propter hoc intelliguntur homines castrum vsi guerra, nec facerent valentiam castellano.

S V M M A R I V M.

- 1 Vasallus qualiter utile dominium contra dominum praescribere possit.
- 2 Dominium utile quanto praescribatur tempore.
- 3 Dominium directum quanto temporis spatio queratur.
- 4 Vasallus utile feudi dominium non praescribit, nisi illud pro domino in feudum recognoscat.
- 5 Vasallus rem feudalem non debet facere deteriorem.
- 6 Homines castrum dominum iuuare debent ad fugandos inimicos.
- 7 Homines castrum ubi & ad quid inimicos domini fugare possint.
- 8 Vasallus, nullo apparente instrumento conuentionali, ea, quae tenet, à domino recognoscere debet.
- 9 Ita, dictio quid significet.
- 10 Amplius, dictio est implicatiua. Praeterquam, dictio est exceptiua.
- 11 Seruitia fortia quae dicantur.
- 12 Clericis bladi quaestiam imponi non debet.
- 13 Valentiam quid sit, & à quibus cui debeatur.

- 14 Tantum, dictio est taxatiua.
- 15 Dominium utile an possit praescribi annis quadraginta.
- 16 Castellanus an possit quaestiam exigere ab hominibus castrum.
- 17 Homines castrum an teneantur dominum sequi extra terminos.
- 18 Castellanus quanto tempore possit praescribere.
- 19 Praescriptio seu consuetudo longissima uim habet priuilegij.
- 20 Principi reseruata, quae praescribi possunt.
- 21 Praescriptio rei feudalis an requirat domini scientiam & patientiam.
- 22 Scientia superioris non requiritur, quando contra iura subiectorum praescribitur.
- 23 Castellanus an censeatur in non consuetis praescripsisse.
- 24 Praescriptio, seu consuetudo contraria iuri non trahitur ad alias res aut personas.
- 25 Consuetudo de loco ad locum, non de casu ad casum est extendenda.
- 26 Castellanus quae contra dominum in castro annis quadraginta praescribere possit.
- 27 Vasallus an possit foriscapiam praescribere.
- 28 Feudi natura qualis.
- 29 Res feudalis quare alienari prohibeatur.
- 30 Emens rem feudalem seu emphyteuticam sine uoluntate domini, an sit ea priuandus.
- 31 Inuestitura per procuratorem fieri potest.
- 32 Emptor, non obstante praescriptione, laudimium tenetur soluere.
- 33 Dominus superior an uasallo irrequisito possit de castro pacem & guerram facere.
- 34 Dominus castrum retinens propter guerram, an interim faciat redditus & fructus suos.
- 35 Dominus quo casu castrum potestatem retinere possit.

SI verò. Istud c. est pars §. praecedentis. Nam in eo dicit quòd vasallus non praescribit contra dominum, nisi in his, quae in instrumento conuentionali continentur: hinc verò dicit quòd si nullum appareat instrumentum, bene praescribit. Diuide istud c. in quinque partes. In prima parte ponit regulam, qualiter vasallus praescribat contra dominum. In secunda parte ponit exceptionem à regula. In tertia parte dicit qualiter castellanus non potest rem feudalem deteriorare. In quarta parte loquitur qualiter homines castrum dominum iuuare tenentur. In quinta parte, & ultima dicit qualiter homines castrum extra terminos possunt fugare inimicos. Prima pars incipit ibi: si verò, vsq; ibi: praeterquam. Secunda pars ibi, vsque ad ver. quia non debet. Tertia pars ibi, vsq; ad ver. si tamen. Quarta pars ibi, vsque ad ver. & si ipsi inimici. Quinta pars ibi, vsq; ad finem. Casus. Datur regula & exceptio ab illa. Regula est quòd castellanus praescribit

scribit contra dominum in dominicaturis, & alijs narratis in praecedenti §. ubi dominus nec castellanus nullum habent conuentionale instrumentum, & vasallus recognoscat ea tenere in feudum. Exceptio à regula est, quòd vasallus non praescribit contra dominum in guerris, seruitijs fortiatijs, quaestijs, siue valentijs, nec in alienationibus possessionum faciendis sine consensu domini, nec in his quae in destructionem castrum sunt, & quòd vasallus non potest rem feudalem deteriorare, et quòd homines castrum tenentur eum iuuare intra terminos castrum, extra eos non tenentur: possunt tamen extra eos fugare, & auferre praedam ab inimicis factam: nec ex hoc intelliguntur de guerra, nec facere valentiam. h. d. totum istud c. Collige notabilia. ¶ Not. primò qualiter vasallus potest praescribere contra dominum utile dominium, si nullum appareat conuentionale instrumentum. Et est ratio, quia praesumuntur omnia, quae sunt in termino castrum, in feudum concessa fuisse castellano: quoniam ex quo instrumentum conuentionale non appareat, ut posset videri quid actum sit, praesumitur castrum concessum fuisse eo modo, quo possidebatur per dominum castrum ante illius concessionem, argumento. l. creditor. §. si. ff. de actio. empti. & l. si venditor. §. si. & ff. si serui. ven. l. testatrix. §. si. cum concor. ibi in gl. pro accipiente: & contra dantem debemus interpretari argumento. ff. de contrahen. empt. l. Labeo. & de verb. obli. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. Praesumendum enim est, dominum vsum fuisse verbo generali, vel simplici, & sic omnia concessisse, quae non exceptit, argumento. ff. de except. pluribus: & quae in frau. cre. l. j. §. j. Nonne omnia, quae sunt in termino castrum, insunt castrum, tanquam pars in toto: ergo tradito castrum, & omnia alia, quae sunt de pertinentijs ipsius, tradita intelliguntur: aliàs non intelligeretur castrum cum pertinentijs traditum per te subtracta argumento. ff. de verb. obli. l. qui vsufructum in prin. & l. in executione. §. penulti. & ff. de rei ven. l. si quis cum totum. ¶ Not. secundo quòd in praescriptione utilis dominij requiritur spatium quadraginta annorum. Secus dicitur in feud. si de feud. defunc. m. §. si quis per triginta. & ibi Bal. ubi sufficit spatium triginta annorum. De praescriptione utilis dominij est tex. & ibi Pe-

trus de Ancha. & Andre. de Sicilia in c. ad audientiam de praescrip. Cynus in l. comperit. C. de praescrip. triginta vel quadraginta annorum. per praescriptionem enim utile dominium acquiritur. Casus est in l. si duo. §. Iulianus. ff. de iureiuran. l. j. §. ff. de aqua plu. arc. bonus tex. in l. si quis diuturno. ff. si serui. ven. Adde quae dicit Bal. in l. si certis annis. C. de pact. & in l. ij. C. de serui. & aqua. quòd ¶ consuetudo, cuius in contrarium memoria hominum non existit, causat dominium directum. l. hoc iure. §. ductus aquae. ff. de aqua quoti. & aesti. vide quae singulariter dicit in l. j. C. de eman. lib. Adde Bal. in commento l. j. ff. de re. diu. in iij. q. dicens quod ubi inuenitur census praescriptio, ibi praesumitur infeudatio, etiam si facta sit longo tempore. & ibi in xxxj. q. Vbi quaerit, an quis possit praescribere feudum pro se & suis successoribus. Et dicit quòd possessor praescribit feudum secundum propriam naturam feudi: ideo si erat feudum transmissibile ad successores, praescriptio operatur eatenus, quatenus patitur natura rei, & non amplius. Et dicit quod ille, qui possedit feudum triginta annis, praesumitur iuste possedisse, & praesumitur voluntaria inuestitura. Et vide eum in l. j. C. de fideicom. in penulti. col. sed in Cathaloniam iure consuetudinario requiritur quòd possident spatio quadraginta annorum, ut hinc. ¶ Not. tertio quòd ad hoc ut vasallus praescribat utile dominium, tenetur recognoscere illud in feudum pro domino. Not. quarto ibi: praeterquam. in quibus non potest utile dominium praescribi spatio quadraginta annorum. Not. quinto quod vasallus non potest exigere ab hominibus castrum ea, quae enumerantur in hoc text. nisi de consensu domini. ¶ Not. sexto quod vasallus non potest deteriorare rem feudalem. concor. j. c. castellanus. Idem dicit Gemi. in c. ad apostolica. §. sed licet. de re iudi. lib. vj. Nam vasallus non potest facere deteriorem conditionem feudi in praedictum dominum, vel agnatorum, Bald. quib. mo. feud. amit. §. rursus. & de inuef. de re ali. §. quid ergo. vide Iacob. de Monteiu. in vaticano, magnates. Et contra dominus tenetur reddere vasallo castrum potestatem absque detrimento, ut supra. capitu. & finitis. §. Item. Et sic ad paria in his iudicantur. Nam eandem debet dominus vasallo fidelitatem, quam

vasallus domino j. capitu. licet. Specu. titu. de feud. & in vsatico, cunctum malum. & dixi de hoc supra in capitu. j. circa finem.

6 ¶ Not. septimò quòd homines castri tenentur iuuare castellanum ad fugandum inimicos intra terminos castri. De iuuamine, quòd vasallus tenetur facere domino suo, habetur j. in capitu. si aliquis est homo & in capi. barones. & in capitu. si aliquis baro. & in capi. si aliquis habet. & in vsatico, Item statuimus. Spe. ti. de feu. §. quoniam. versi. xvij. & ver. xij. tex. & ibi Bal. in feud. hic si. lex Fre. demum inci. consue. §. contra omnes. & in vsatico, si senior. & si de feud. defun. mi. §. licet. de cap. Cora. §. similiter. & Bald. de prohi. feu. ali. per Frede. §. praterca. & Ange. in l. hi. ff. de postu. & dicam j.

7 in capitulo duplex. ¶ Not. octauò quòd homines castri non tenentur fugare inimicos extra terminos castri. Not. nonò quòd ipsi homines possunt fugare inimicos extra terminos castri pro recuperatione preda ab eis facta, nec ex hoc intelliguntur de guerra, nec facere valentiam. No. decimò

8 & vltimò quòd si dominus, nec castellanus non habent instrumentum conuentionale, quòd castellanus tenetur facere recognitionem domino de eo, quòd tenet in feudum pro eo. Expone literam instrumentum conuentionale id est, inuestitura, vel concessio, seu aliud, vbi contineantur conuentiones, pacta, & concordia inter dominum & castellanum inita & facta. Antecessores. Differentiam inter antecessorem, predecessorem, & praedecessorem vide de renuntia. c. ij. per gloss. lib. vj. ¶ Ita. Dicitur Ita quandoq; facit conditionem, quandoque modum. Bald. in pralu. feu. §. Secunda. Io. And. in capitu. constitutus. de reli. domi. l. si tibi. ff. de leg. ij. Barto. in l. quibus diebus §. Termilius. ff. de condi. & demon. Salice. in l. vbi C. de iure do. vbi dicit quòd est limitatiua, & modificatiua precedentium. Et ita est hic: Nam modificat & limitat §. precedentem, vbi dicit quòd si apparet instrumentum conuentionale, vasallus non prescribit nisi ea quae sunt in instrumento conuentionali: hic verò limitat illud dictum vbi nullum apparet instrumentum, & castellanus ea tenuerit, & possederit per quadraginta annos: quia tunc illa prescribit quo ad vtile dominium: tenetur tamen ea recognoscere in feudum pro domino. Et

lic directum dominium remanet penes dominum. ¶ Amplius. Dicitur amplius implicat. ff. si cert. petat. l. lecta. & ibi Barto. de legatis tertio. l. si tibi iure. de manumif. testat. l. si quando. de verborum significationibus l. verbum. Et quid operetur iteratio, vide Anto. de Butrio in capitulo veritatis. de do. & contu. Praterquam. Ista dicitur de sui natura est exceptiua: vt in capitulo in nostra. in verbo. praterquam. de sepul. De dictione Prater, vide per Ioan. & Archi. decimatertia quaestione secunda. capitulo. Ebron. & per Paul. plenè de sum. trini. capitulo vix. in clemen. Guerris. Vide pro ista guerra in feud. in capitu. domino guerram faciente: hic fin. lex Frede. deinde inci.

11 consue. reg. Seruitijs fortiat. ¶ Seruitia fortiat dicuntur, quae inuitis habitatoribus ab eis extorquentur. & exiguntur, & ad quae praestanda, vel facienda ipsi pacto, consuetudine, aut de iure non obligantur. Quaestijs. Quae dicantur quaestiae, vide in consuet. pac. & treu. Notum sit cunctis, quòd nos Iaco. §. praterca. vbi habetur quòd nullus in manibus regijs, vel ecclesiarum, vel locorum religiosorum, vel hominum in villis habitantium inuitis habitatoribus procuraciones, albergas, & acaptas, siue exactiones aliquas exigere, vel facere praesumat: & ibi §. Item sub hac pace statuimus quòd nullus vicarius, aut baiulus, vel miles, vel filius militis, seu quilibet alius faciat quaestiam de blado, nisi de suis proprijs hominibus. ¶ Nec ecclesijs quaestia bladi potest poni per officiales: vt in constitutione sit notum cunctis. Regis Iacob. §. Item concedimus quòd vicarij curiae Herde, nec ipsi clerici ratione rei mobilis, aut immobilis, quaestiam soluere tenentur. constitu. in nomine sanctae. §. Item statuimus quòd clerici. Iacob. j. curiae Therracona. Quaestias soluere tenentur omnes terras tenentes intra terminos castri capitulo. Item quòd terras tenentes. curiae Barchinonae regis Petri secundi. & nisi priuilegio vel consuetudine se excusent, vt ibi. De iure ciuili quid sit quaestus, vide gloss. in l. cum pater §. mensa. ff. de legatis secundo. textus. & ibi glossa in l. quaestus. & in l. sed & si. ff. pro soc. & per Ludouicum in l. si constante §. quotiecs. & in l. insulam §. vsuras. ff. soluto matrimonio ¶ Valentij id est, iuuaminibus. Et nota quòd castellanus non habet

bet valentiam in hominibus eius extra terminum: ergo in termino non tenentur bona sua, quae sunt extra terminum suum defendere: vt in sententia lata inter Raymundum de Ripis, & subiratis. Nisi. Ista dicitur est exceptiua de sui natura, vt dixi supra in capitulo si autem. Deteriorare: quia vasallus meliorem conditionem domini facere debet, & non deteriore: vt not. in feud. de inuestig. de alienatio. fac. capitulo primo §. econtrario. Vide quae dixi supra in sexto notabili. nec valet praescriptio: vt in eod. titulo §. quid ergo. & ibi nota. gloss. facit l. male. C. de praescrip. triginta vel quadraginta annorum. l. cõperit. eo. tit. & l. omnes. C. si cõtra ius vel vti. public. Ibi facere supple

14 consueuerint. ¶ tantum. Ista dicitur est taxatiua, secundum Bartol. in l. ij. §. cum Titio. ff. de adi. lega. & Ludo. in l. j. §. per feruum. ff. de acqui. possessio. Possunt. Necessitatem non importat, sicut verbum Debet. gloss. in clemen. attendentes de sta. regu. & in c. proposuit. de appellationi. Barto. in l. Gallus. de liberis & posthumis. & gloss. in c. j. de regu. iur. lib. vj. & j. c. nullus. Facere valentias. Hic est argumentum pro hominibus religiosorum, qui habent mansos in aliquo castro, quòd tenentur exire ad sonum castri, nec propter hoc intelliguntur esse de guerra. & quòd in charta pacis, quae incipit, in Christi nomine. alias, diuinarum. §. villanos. In gloss. ibi signata. Ad idem eadem constitutio §. vias. cum glossa super verbo, vel inuadat. Opponi. primò, de c. proximo §. item. vbi vasallus non prescribit. Solu. Ibi quando dominus & vasallus habent instrumentum conuentionale: hic secus. Et dic hic vt ibi dixi. Opponi. secundò, quòd ¶ praescriptio quadraginta annorum non sufficeret ad prescribendum vtile dominium, vt inuuit text. in capitulo si diligenti. de praescriptio. circa finem. Solutio. Ibi loquitur in ecclesia Romana, contra quam solum praescriptio centum annorum habet locum: vt in authen. vt ecclesi. Roma. hic verò loquitur in priuato, vel alia ecclesia: & sic sufficit praescriptio quadraginta annorum. Et ita dicit ibi Petrus de Anchara. Opponi. tertio, de §. porrò. in feu. qua. feud. olim ali. po. vbi habetur quòd si vasallus alienauit partem feudi sine consensu domini, quòd

dominus poterat illud recolligere ab emptore, nisi sciens suo iuris expressè renuntiaret, vel taceret per annum: sed praescriptione triginta annorum sciens vel ignorans, repellitur. Et sic hic habes qualiter obstat praescriptio annalis, vel triginta annorum. Solutio. Illud erat olim iure antiquo. hodie secus, vt hic: & est text. de prohibitio. feudi alien. per Fredericum. & de

16 capit. Cora. §. Praterca. ¶ Opponi. quarto, quòd castellanus potest exigere quaestiam ab hominibus dicti castri: vt in constitutio. Notum sit cunctis §. item sub hac pace. quam superius in expositione literae. in verbo quaestijs, commemorauit. Solutio. Ibi loquitur in hominibus proprijs, hic in alijs. Vel ibi loquitur in domino, hic in castellano. vel ibi quando dominus non recipit partem fructuum castri: quia tunc castellanus potest quaestiam exigere. Hic verò quando dominus recipit partem fructuum. Vel dic quòd si castellanus habet consensum à domino, quia tunc potest. Et ita intelligo dictam constitutionem. Secus si non habet: & tunc non potest, vt hic. Vel ibi quando castellanus habet castrum in allodio: hic quando illud tenet pro alio.

17 ¶ Opponitur quinto. de capit. si aliquis. infra vbi homines castri tenentur sequi dominum extra illius terminos. Solutio. Ibi loquitur in domino, qui potestatem habet pugnandi contra Saracenos, hic in castellano: & sic est secus in eo. Dic vt ibi late scribam. Quaro iuxta textum, vbi dicitur quòd castellanus non potest prescribere in guerris faciendis ab ipso de castro, & in alijs quae enumerantur ibi in versu,

18 praterquam. sine consensu dñi: ¶ an autem ipse castellanus possit ea acquirere praescriptione temporis, in cuius contrarium hominum memoria non existit. Et credo quòd sic. Et adduco in simili not. per Bartolum in l. si publicanus §. fina. & Ludouic. in l. vectigalia. ff. de publicanis. vbi habetur quòd noua vectigalia, aut gabellae sine principis consensu induci non possint. Et concludunt quòd aut agitur de prescribendo vectigalia à nullo antiquitus percepta: & tunc possunt prescribi per spatium tanti temporis, cuius contrarium memoria non existit, per capi. super quibusdam.

19 §. penul. extra de verbo. signifi. ¶ Talis enim

longissima præscriptio, seu consuetudo vim habet priuilegij: vt ibi, & de iniur. l. sane. vbi est melior tex. qui possit allegari in iure ciuili. coniuncta glossa. facit l. si quisquam. de diuer. & tempor. præscription. Et ita dicamus in nostro casu. Facit ad hoc quod quauis referuata principi in signum suæ præminentia, præscribi non possint, 20 ¶ tamen alia referuata non in signum suæ præminentia tempore ante dicto præscribi possunt, secundum Ludouicum in l. prima. §. denique. ff. de aqua pluuiæ arcenda. Sed ista, quæ hic enumerantur, non sunt de illis: igitur dicto tempore præscribi possunt. Et adde Baldum in feud. quæ sunt regalia. & Innocen. in capitulo cum P. de hie instrumentorum. Nec obstat iste text. quia simpliciter tollit præscriptionem: & sic intelligi debet de præscriptione triginta vel quadraginta annorum, non autem de illa, cuius memoria hominū non existit in contrarium, quæ est centum annorum, secundum not. per me supra in capitulo si autē. Vide quæ ibi dixi. Vel dic quod hic tantū prohibetur præscriptio quadraginta annorum: & sic non excluditur illa, cuius contrarium hominum memoria non existit, secundum ea, quæ dixi in dicto capitulo si autē. nam si quadraginta annorum præscriptio est prohibita, videtur præscriptio, cuius memoria &c. permissa: argumento notatorum per Baldum in l. voluntas. C. de fideicom. vbi prohibitio in quibusdam videtur in alijs permissio. 21 ¶ Sed quæro, nūquid in ista præscriptione requiratur scientia & patientia domini? Et Barto. in dicto §. fina. dicit quod sic. Sed ipse Ludouic. referendo Bald. in feud. quæ sunt regalia. dixit quod in contrarium est glossa singularis in l. hoc iure. §. ductus. aquæ. ff. de aqua quotidiana. & æsti. quæ tenet procedere præscriptionem per spatium temporis supra dicti, non requisita scientia eius, contra quem præscribitur. Et contra Bartolum terminat Bal. dicto loco. Et est ratio secundum eos, quia hic non præscribitur contra potestatem domini, sed contra libertatem priuatorum: ergo non requiritur scientia ipsius domini. Et hoc firmat Innocen. in capitulo lo conquerente. de offic. ordina. dicens ¶ quod vbi præscribitur contra iura subiectorum principaliter, non requiritur scientia supe-

rioris: quia tunc non minus sunt subiecti, quam primo erant. Et istam opin. sequitur Imo. in dicto §. fina. addens aliam rationem, quod d. c. super quibusdam. indistincte loquitur. non requisita alia scientia: ergo indistincte debet intelligi. l. de pretio. de publi. Subdens aliam, quod ista potius meretur appellari consuetudo, quam præscriptio, quia per eam agitur de præiudicando iuri, seu libertati ipsorum habitantium, non vnus personæ tantum: & certum est quod consuetudo, quam ius expresse non reprobat, vt est ista, secundum eos, potest induci absque scientia superioris: vt in c. fina. extra de consuetu. & iij. distinct. c. leges. in gl. Facit ad hoc c. j. de præscript. lib. vj. vbi non exigitur titulus, etiam si præscriptio sit contra præscribentem. Et not. in dicta l. prima. §. fina. de aqua pluuiæ arcenda. & in l. secunda. C. de seruitu. & aqua. 23 ¶ Sed ulterius quæro, ecce quod castellanus præscripsit in seruitijs, aut in guerris, vel quæstijs, aut in aliquo aliorum, quæ hic in text. enumerantur, videlicet quod castellanus consueuit per dictum tempus facere guerram de ipso castro, vel exigere ab ipsis hominibus valentiam extra terminos castri, vel facere eisdem quæstiam, & sic de singulis: nunquid in alijs quæ non consueuit censeatur præscripsisse? Et dico quod non, secundum nota. per Bartol. in dicto §. fina. & Ludouic. vbi supra. Et allegat c. pastoralis. extra de decim. & capitulo tua nos. & ibi Innocen. & per eundem in capitulo dilecto. de offic. archid. & in capitulo auditis. extra de præscript. in quibus patet ¶ quod præscriptio, aut consuetudo iuri contraria non est trahenda ad alias res, neque personas. Quod tamen intellige secundum Ludouic. iuxta l. eos. C. de vsu. Tu adde quod præscriptio non est extendenda ad casum similem. capitulo cum ex iniuncto. de hæredi. & capitulo cum olim. de præscript. sed tu vide Petrum de Anchara. in capit. cum ex officij. eo. titu. vbi dicit quod quæstio occurrit in facto quod quidam ex consuetudine visitauit semper per seipsum per tempus, cuius memoria hominū non est in contrariū: impeditus vult visitare per alium: an possit, inuitis illis, qui visitantur, & sic extendere illam præscriptionem de persona propria ad substitutum? Et refert excel-

sum doc. Ioan. de Lignano dicentem fuisse obtentū in cancellaria papæ, quod non. Nec obstant nota. per Innocen. in ca. dilectus. de offic. ordina. ¶ vbi extenditur consuetudo de loco ad locum, non de casu ad casum, vt est in q. nostra. Et ita residet do. Petrus. Et credo istam partem esse veram per doctrinam Barto. in authenti. qui rem. C. de sacrosanct. eccle. vbi dicit quod consuetudo, vel præscriptio se non extendit ultra id, quod agitur. Allegat. l. j. §. tertio. ff. de itine. actūque priua. Facit quod notat Cynus in l. prima. C. quæ sit long. consuetu. & quod not. Innocen. in c. pastoralis. de deci. facit quod dicit Bald. in prælu. feu. & Andre. de Sicil. in clemen. ne Romani. de electio. vbi consuetudo, vel præscriptio non extenduntur ultra earum proprios terminos. Et adde Ludouic. in l. si stipulanti. ff. de verborum obligationib. & Barto. in l. j. §. si quis hoc. ff. de itine. actūque priua. text. & ibi Inno. in c. ad audientiam. de præscr. tex. & ibi Barto. in l. arboribus. §. de illo. ff. de usufruct. & Bal. in l. secunda. in xv. col. versic. sed nunquid qui fecerit vnum actū. vbi loquitur valde eleganter. C. de serui. & 26 aqua. ¶ Quæro, quid si dominus non habet partem fructuum in castro, sed tantum potestatem de castro, vt infra capitulo castellanus. an castellanus possit præscribere spatio quadraginta annorum quod possit facere guerram de castro, & facere quæstiam, & exigere valentiam ab habitatoribus castri. Et credo quod sic a contrario sensu huius capitu. quod argumentum est fortissimum in iure: vt l. prima. ff. de offic. eius, cui manda. est iurisdic. quod argum. habetur pro consuetudine, secundum not. per Iaco. de Calicio in vsatico, magnates. Dicitur enim hic, quod si dominus recipit partem fructuum, quod castellanus non potest præscribere. Ergo a contrario sensu, si non recipit, censetur dicere quod potest. Nam istud argumentum venit ex mente legis: vt est glos. & ibi Gemi. in c. humanum genus. j. distinct. & Andre. de Sicil. in rubrica. de reb. eccle. non alie. Et istud argum. patet coniecturatiue secundum Ludouic. in l. si cum dotem. ff. soluto matrimo. estque sensus subauditus secundum nota. in l. apud antiquos. C. de furt. qui sensus assumi potest, ex quo non inducitur iurium corruptio. Tu verò super his cogita. ¶ Quæ-

ro, nunquid vasallus possit præscribere quod recipiat foriscapia. Ista consuetudo vult dicere quod non. Et pro hoc facit quod nota. in vsatico, si quis suum feudum. In vltima glossa. sed contra in capit. si minor. supra. vbi innuitur quod castellanus potest recipere firmamenta: ille tamen, qui emit, non potest præscriptione se tueri, si habeat soluere foriscapium: vt nota. in vsatico, castellani. in prima glo. Vbi tamen not. quod dominus maior, & non vasallus, debet recipere foriscapia. idem videtur quod ad dominum maiorem pertineat: quia feudum, & emphyteusis æquiparantur: vt plene nota. in Specu. titu. loca. §. nunc: sed emphyteuta non potest vendere sine consensu domini: vt l. fina. C. de iure emphyteu. Cōstat quod rei emphyteuticæ dominus habet laudimium, siue introitum: vt in eadē lege: ergo. & feudatarius, qui non potest vendere sine consensu domini, vt de prohi. feud. al. per Fredericum §. illud. super verbo, requisitus. Et videtur casus. ff. de legatis tertio. l. penultima. in fin. in contrarium videtur pluribus rationibus. Prima, quia non inuenitur iure cautum: & est fortissimum argumentum, quando non inuenitur iure cautum, vt dicit Compost. in capitulo bonæ. de election. ¶ Secunda, natura feudi inspecta, quæ est quod non propter lucrum domini, sed amore & honore illius vt in feud. de feudo dato in vicem legis commissoria. capitulo primo. in principio. ergo non potest dici quod laudimium domino debeatur. Tertia, ratione probatur inspecta natura seruitij. Nam datur vt iuret dominum, cum opus erit. In feud. hic finit lex Frederic. deinde incip. consuetudo regni. in principio. de prohibitione feudi alienandi. capitulo primo. Quarta, ratione probatur propter mutationem status rei. Nam si voluntate domini vendatur res feudalis, ipsa res non remanet feudalis. 29 Quod sic probo. ¶ Ratio prohibitionis alienationis rei feudalis, fuit quod ex hoc deueniebant quod barones, seu seniores exutis suis beneficijs vasallorum, vocati per principem ad expeditionem ire non poterant. Videtur ista ratio reddi in textu in feudis. de prohibitione feudi alienandi. per Lotharium primū. circa medium. Ergo concluditur quod emptores non erant vasalli: quia si erunt, tenerentur facere quod

illi tenebantur, à quo emerūt, sicut tenetur ipse vasallus, quando datur sibi feudum: vt in feud. de lege Cora. §. penul. Quinta ratioe prætextu cessatiōis causæ principalis, quādo laudimium datur: quæ est ratio, quod laudimium datur, illa, scilicet missio in possessionem, quam habet facere per se: vt l. fi. C. de iure emphyteuti. sed ista ratio cessat, vbi alienatur res feudalís voluntate domini. Quod probō: quia solum inuenio cautum quod domini voluntas habeatur in feudo: & si fuerit habita, dicit text. quod emptor est securus: vt in feud. de ali. feu. §. si verò cum voluntate domini. Sed secus in emphyteuta: quia vltra voluntatem, vt emptor sit securus, habet mitti in possessionem per dominum: vt dicta l. fina. C. de iure emphyteu. ¶ Præterea, quod est fortius, alienatio facta sine voluntate domini non aufert emptori rem, dum tamen sit paratus facere seruitium domino, quod feudatarius, qui vendidit, faciebat. Et istud nō est hodie correctum, vt in feud. qualiter feud. po. olim ali. §. cum sine hærede. & ibi not. per Iacob. de Bello visu. Si enim possessiōnis missio requireretnr, & laudimij præstatio, textus hoc bene dixisset, argumen. de cadu. tollen. l. prima. §. sin autem. Item est 31 alia ratio. Certum est ¶ quod inuestitura potest fieri per procuratorem. in feud. vt per quos fiat inuesti. §. sed vtrum. Secus autem est in missiōne in possessionem rei emphyteutica, vt dicta l. fina. Prædictis igitur rationibus apparet quod dominus laudimium habere non debet. Et hoc disputando apostillarunt hic Iacob. Callicij, & aliqui sapientes antiqui. Sed quicquid ab eis fuerit disputatum, hodie in Cathalonia domino debetur laudimium: vt infra c. cautum. & in c. consuetudo. lo. ij. §. item. & in constitutio. Ceruarie. c. item ne super laudimio Regis Petri. ibi solui debet domino. & ibi: domino feudi soluatur. & in multis partibus ipsius constitutionis: & dicam latius in d. c. cautum. vbi scribā qualiter fiet illius diuisio. Et sic hodie non habet dubium quin dominus pro alienatione rei feudalís habeat laudimium. Et hoc tenet etiam Iacob. de Monteiu. in vsatico, cum baiulia. vbi dicit quod de re emphyteutica, & feudali soluitur laudimium. & quod dixi superius secundum glo. vsatici, castelani. in prima glo. ¶ quod ille, qui emit, non

potest se tueri præscriptione, quin habeat soluere laudimium. Dico quod illa glossa est falsa, & contra ius consuetudinarium: vt infra capitulo consuetudo. ij. §. item est consuetudo. ibi: & de hoc potest facere demandam dominus, pro quo tenetur feudum cors acors, vsque ad triginta annos. Et pro hoc facit vsaticus omnes causæ.

33 ¶ Quæro quid econtra, an dominus maior, qui recipit partem certā de redditibus, fructibus, seu emolumentis castri dati in feudum, possit de tali castro & hominibus eiusdem pacem & guerram facere irrequisito vasallo? Quidam voluerunt dicere quod sic, & ita esse de consuetudine Cathalonie. Sed Gulielmus de Vallecha in vsatico, magnates. dicit quod veritas est quod dominus maior, siue recipiat partem fructuum, siue non, nunquam irrequisito vasallo, potest facere de castro & hominibus eiusdem pacem & guerram. Sed debet & potest dominus maior sic procedere, quod requirat, & habeat potestatem de castro & vasallo, & quod retineat potestatem castri dum guerra durauerit: & per hanc viam faciet dominus de dicto castro & hominibus eiusdem pacem & guerram. Nam aliter faceret iniuriam dominus suo vasallo, cui sunt tantum homines obligati, & vasallus domino. Et sic intelligitur dictus vsaticus, secundum dictum Guliel.

34 ¶ Sed quid si recepta potestate dominus propter guerram retinet sibi castrum, an faciet sibi fructus, seu redditus suos, & vtetur in hominibus dicti castri dominus iurisdictione? Dic quod non, nec debet recipere fructus, seu redditus dicti castri, sed solum tenebit caput fortalitij, & poterit intrare, exire, & guerificare de dicto castro & hominibus eiusdem: sed vasallus percipiet, & habebit redditus, & alia iura castri, & vtetur iurisdictione castri plenè, nec faciet tempore guerræ vasallus aliquas expensas in custodia dicti castri. Et ita fuit iudicatum inter dominum Regem Petrum vigesimum tertium, & Rogerium de Logeria super castro de Consentayne Regni Valentie, & etiam fuit iudicatum inter eundem dominum Regem Petrum & dominum de Monthecatheno de castro de Muncada tempore quo Gallici intrarunt Cathaloniam, secundum quod refert dictus Gul. vbi supra. Et nota

35 not. secundum eum, & tene mentit qd si potestas castri fuerit data simpliciter pro recognitione domini iuris, qd nihilominus potest dominus castrum propter guerram retinere, si castrum est in frontera, vel in tali loco qd dominus ipsum habeat necessarium ad guerram illam: & in nullo alio casu licet domino potestatem simpliciter receptam retinere post decem dies, secundum consuetudinem Cathalonie, secundum dictum Gul. Tu adde quæ scribam de hoc j. c. isti sunt. Nota qd castellanus non potest facere quæstiam: sed si dominus, facit, debet facere de hominibus pagensium, & nō in dominicaturis castellani, quæ quidem quæstia debet habere medietatē, secundum antiquos sapientes hic.

Quod alodiarij tenentur defendere castrum & habitatores castrorū, in quibus habent allodium.



I verò aliqui alodiarij, tam miles, quam rustici, quàm etiam alij fuerint in termino alicuius castri, habitantes ibi mansos, vel domos, siue fortitudines cum hominibus, vel sine hominibus, quæ sint allodia, tales alodiarij & oēs eorū homines, quos ibi habent, tenentur defendere castrum, & dñm castri, & homines habitatores castri intra terminos ipsius castri, & quemadmodum dominus castri ipsius habitatores tenentur defendere ipsos alodiarios, & tempore etiam guerræ debent alodiarij sibi cauere, ne de domo, vel fortitudine sua, quæ est allodium, contingat, vel possit contingere damnum aliquod domino castri, vel habitatoribus eiusdem: quod si dominus castri, & habitatores de hoc habuerint suspicionē violentā tempore guerræ, aut præ-

stet ipse alodiarius optimam cautionem domino, & habitatoribus eiusdem castri, nec quod malum eidem castro contingat, vt tradat sibi domum, vel fortitudinē, & dominus teneat eam, dum ipsa guerra durauerit. Alodiarij omnes tenentur ad omnia tempore guerræ, ad quæ tenentur omnes alij habitatores castri, scilicet ad faciendū guaytā, ad opus, & ad fossatum aptandum, & ad alia, quæ sunt facienda pro defensione castri tempore guerræ, exceptis alodiarijs campanarijs, qui alibi sunt habitantes.

S V M M A R I V M.

- 1 Alodiarij in castri termino esse possunt tenentes mansos vel fortalitia.
- 2 Dominus & habitatores castri alodiarios defendere tenentur.
- 3 Alodiarij ad quæ teneantur pro castri tuitione.
- 4 Alodiarij quidam milites, & quidam pagani. Alodiarij qui dicantur.
- 5 Quemadmodum, dictio quid significet.
- 6 Actus plura coniunctim requirens iuratur, si quod illorum omitatur.
- 7 Cautio optima quæ intelligatur. s.
- 9 Supellatiui natura qualis.
- 10 Alodiarij ad quæ teneantur, & ad quæ non. Campanarij qui sint.
- 11 Dominum iuuare tenentur, qui in castri termino morantur.
- 12 Alodiarius an & quando cautionem domino præstare teneatur.
- 13 Alodiarius turrim vel fortalitiū facere non potest, domino castri prohibente.
- 14 Castrum ob delictum à domino destructū, non debet de nouo edificari.
- 15 Aedificare ad emulationem in solo proprio quando licet. 16.
- 17 Quadrā habens in territorio castri, an ad eiusdem iura teneatur.
- 18 Quadra quid sit.
- 19 Alodiarius cautionem cui præstare teneatur.
- 20 Dominus patiens fieri fortalitiū in termino sui castri, an illud defendere teneatur.
- 21 Alodiarij baronum & ecclesiarum, an teneantur principem iuuare.
- 22 Castrum terminatum erigere quis possit. 23. 24. 34.
- 25 Princeps solus castra terminata erigere potest.
- 26 Castrorum erectiones titulis hodie uix probantur.

Imper

- 27 Imperium merum quod dicatur.
 28 Castrum terminatum quod dicatur.
 29 Prescribi nil potest sine possessione.
 30 Castrum erigendi ius quare sit imprescriptibile.
 31 Nominatio quid operetur.
 32 Castrum terminatum non nominatio sola, sed longæua possessio, &c.
 33 Princeps sine cuiusquam præiudicio locorum diuisiones facere presumitur.
 34 Castrum terminatum fuisse factum quibus probetur.
 35 Probatio tanti temporis, cuius non sit memoria, instar habet priuilegij.
 Fama quæ probationem plenam faciat.
 37 Bannum & præconisatio quasi iurisdictionis probationem inducunt.
 38 Castrum erigere ad solum spectat principem.
 39 Castrum quid sit, & quid ueniat eius nomine. 40.
 41 Iurisdictione an ueniat in castris concessione.
 42 Iurisdictionem habent castra terminata habentes.
 43 Castrum terminatum, quo differat à non terminato.
 44 Baroniam an per castris concessione dicatur uendita.
 45 Princeps castris & territorium cõcedens, uirilitatem prædiorum intra fines positorum cõcedere censetur.
 46 Castris terminati iura quæ. 47. 48.
 49 Iura propria castris terminati sunt quatuor.
 50 Macellum fortiatum non potest castris dominus facere.
 51 Furnus, an subijci possit ut omnes de uilla in eo panes coquant.
 52 Homines castris, an teneantur in eo cisternam facere.
 53 Dominus castris quando possit habitatores eius ad opera compellere. 54.
 55 Prescriptio, an quandoque currat contra iura castris terminati.
 56 Prescriptio sine possessione currere non potest.
 57 Dominus an possit aliquibus mansis in termino castris immunitatem concedere in præiudicium aliorum. & nunc. seq.
 61 Dominus castris quam iurisdictionem habere censetur in eodem.
 62 Imperium seu iurisdictione, an possit consuetudine queri.
 63 Castro terminato quæ competat iurisdictione.
 64 Vasalli non tenentur soluere debita domini.
 Vasallus an teneatur iurare dominum ad maritandam filiam.
 65 Dominus castris malè tractans subditos, feudo priuatur.
 66 Iurisdictione castris, an subijciatur habens bona in territorio ipsius.
 67 Castrum recipiens sub homagio, illi restituere debet, à quo recipit.

SI uerò aliqui allodiarij. Diuide istud c. in quatuor partes. In prima parte dicit qualiter allodiarij, qui sunt in termino castris, teneantur defendere castrum. in secunda parte loquitur qualiter tempore guerra ipsi allodiarij debeant præcauere ne de domo aut fortalicio, eorum allodiali fiat damnum domi-

no, vel habitatoribus castris. in tertia parte loquitur, qualiter teneantur præstare cautionem, si est suspicio violenta contra eos, vel tradant domum, aut fortalitiū. in quarta parte, & ultima dicit qualiter allodiarij teneantur ad gaytam & opus castris. Prima pars incipit ibi: si aliqui, usque ad ver. & tempore. Secunda pars ibi, usque ad ver. quod si dominus. Tertia pars ibi, usque ad ver. allodiarij. Quarta pars ibi, usque ad fin.

Casus. Allodiarij, qui sunt in termino castris tenentur defendere castrum, dominum, & habitatores castris intra illius terminos: & uicuersa ipsi dominus & habitatores ipsos allodiaris, & debent præcauere, ne de eorum domo aut fortalicio damnū inferatur domino, vel habitatoribus castris: & si suspicio est violenta contra eos, tenentur tempore guerra præstare cautionem, ne de domo aut fortalicio allodiali eorum fiat damnum domino castris, vel eius habitatoribus, aut tradant domum, vel fortalitiū tenendū vel tenendum durante guerra: & etiam allodiarij tenentur ad faciendū gaytam, & opus castris, exceptis allodiarijs extra terminos castris habitantibus. Vel breuius. Ad quid teneantur allodiarij, qui sunt in termino castris, dño ipsius castris, & ei⁹ habitatoribus, & ipse dñs, & habitatores dictis allodiarijs, ut hic habetur. Collige notabilia. † Not. primò, q̄ in termino castris possunt esse allodiarij, qui teneant mansos, domos, vel fortalicia cum hominibus, vel sine. Adde c. si allodiarius. j. Not. secundò, quod ipsi allodiarij, & eorum homines tenentur defendere castrum, dominum, & habitatores castris intra illius terminos. † Not. tertio, q̄ ecõtra dominus & habitatores castris tenentur defendere ipsos allodiaris. Not. quarto, quod ipsi allodiarij tempore guerra debent præcauere ne de eorum domo, vel fortalicio allodiali possit inferri damnum domino castris, vel habitatoribus eiusdem. Nota quinto, q̄ si est suspicio violenta contra allodiaris tempore guerra, tenentur allodiarij præstare cautionem, ne aliquod damnum fiat domino castris, vel eius habitatoribus, aut tradere domum, vel fortalitiū domino tenendam vel tenendum durante guerra.

† Not. sexto, quod allodiarij tenentur ad faciendū gaytam & opus castris & alia defensionem illius necessaria. Concord. c. consuetudo.

suetudo. & usus est Cathalonie. Nota septimò quod allodiarij alibi habitantes tenentes campos, & terras in termino castris, excipiuntur à præmissis. Nota octauò, quod milites allodiarij in hoc æquiparantur rusticis, vel dignitatem non habentibus.
 4 Nota nonò, & ultimò quod allodiarij alij sunt milites, & alij pagani. Expone litteram Allodiarij. Dicuntur allodiarij illi, qui tenent fundos proprios, quos à nemine recognoscunt, nisi à Deo. Vide quæ dixi supra, in capitulo, si petita super verbo Allodia. Fortitudines, id est, fortalicia: Et ita exposui supra, in dicto capitulo, si petita: in verbo, fortitudine. Cum hominibus, supple proprijs. Quemadmodum. † Ista dictio est significatiua impropriatum, vel fictionum. Bartolus in lege si quis pro emptore. ff. de usucap. & Ludouicus in lege, si in uacuum. ff. de acquirenda possessione. Item significat similitudinem. Ludouicus in rubrica. ff. soluto matrimonio, & ita est hic. Aliæ significationes ponuntur ibi per Ludouicum. Contingat: vel possit contingere, id est, eueniat, vel possit euenire. Cauere, id est, uidere, prospicere, vel cautam habere, & obseruare. De hoc, id est, quod inferatur eis damnum. Violenta. De præsumptione violenta habes gloss. in capitulo. Præterea de testibus. & Matthæ. in centesimo decimosextimo nota. & Baldus in lege siue possidetis. C. de probat. Tempore guerra. Ergo requiruntur duo, quod sit suspicio violenta, & tempore guerra. † Nam ubi plura requiruntur in actu, omisio vnius habet vitare actum. Angelus in lege cum hi. §. si prætor. ff. de transactionibus. Baldus de milite uasallo in feudis, & in authentico. qui semel. C. quomodo & quando. Glossa in clementina prima de uita, & honestate clericorum. Imola in lege si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. Sed contra hoc facit quod dicit Bart. in lege minus proprie. ff. de verborum significationibus. ubi dicit quod quando duo coniunctim à lege inducuntur, quorum quodlibet est sufficiens per se, si alterum desit, sufficit alterum: sed hic non sufficit alterum: quia etiam quod esset suspicio, nisi esset guerra, non sufficeret: vel econtra, si esset guerra, & non suspicio, idem. Nam uerba legis aut statuti debent aliquid operari. Bartolus in lege omnes populi. ff. de susti.

& iure. & lege prima. §. per vim. ff. quod vi aut clam. & in lege prima. §. prætor. ff. de damno infecto. Ludouicus in authentica. similiter. ad legem falcidiam, & nota. in capitulo pastoralis. ff. de appella. Optimam cautionem. † Quæ dicatur ista optima cautio, credo quod cum fideiussore, vel pignore. Nam cum lex dicit quod cautio idonea præstetur, quod intelligitur cum fideiussore vel pignore: ut lege si mandato Titij. §. fina. ff. manda. & lege quarta. §. adijci. ff. de fideicommissarijs libertatibus. de donatio. inter uirum & uxorem. capitulo, per vestras. de pigno. §. final. de usucap. capitulo quanquam. libro sexto. & in capitulo. fina. de sententia excommunicatio. eodem libro. Idem si dicatur, cautio competens: ut ponit text. de sententia excommunicationis capitulo. solet. eodem libro. Non tamen significationem eius declarat: sed habes gloss. singularem, quod intelligitur cum fideiussore vel pignore. ff. de iudic. l. si debitor. Idem si adijciatur uerbum sufficiens. De hoc habent Canonistæ gloss. in capitulo. quoniam frequenter. §. in alijs. extra ut lite non contesta. in capitulo. qua fronte. de appella. & in capitulo. ex parte. de verborum significationibus. in c. si. de pig. de seq. pos. Ita dicamus in nostro casu, quod ex quo adijciatur uerbum optima, quod idem importet, ac si diceret, idonea, vel competens, aut sufficiens, & sic intelligatur cum fideiussore, vel pignore, ut illud uerbum aliquid operetur. Nam si uerbum idonea, competens, vel sufficiens, istud importat, multo fortius uerbum optima, illud importare debet: † cum istud uerbum optima, sit superlatiuus, quod de sui natura est ponere rem in termino ultra quem non est progressus, secundum Salicetum in lege non ideo minus. C. de accusationibus. allegat. l. j. C. de sacrosanctis ecclesijs. De uerbo optimus, habetur in l. j. C. de usucap. & ibi gloss. & in l. venditor. §. venditor. ff. de ædilitio edicto. De ista cautione quod damnū non inferatur, uide l. qui bona. §. qui damni. ff. de damno infecto. & uide Bartol. & Ludo. ibi. §. si quis iusta. uide quæ latius de hoc dixi supra, in c. & finit. Focatum, idem ad uallos, portus, & uias, & soluet quilibet pro numero iugerum: quia munus imponitur persone pro rebus. C. de immuni. ne. cõce. l. fin. cum ibi not. libro decimo. † Sed ante

neantur ad præstandū alimenta, vel ad hospitandum, vel ad angariam, vel perangariam: Dico quòd non: vt C. de cano. lar. l. fin. lib. x. & ibi not. in vlti. glos. & vide j. c. item est cōsuetudo, quòd si duo, ibi: & ad alia, quæ sunt faciendā pro defensione castrī. Adde j. c. consuetudo. l. iij. §. item vsus est Cathalonig, quòd si duo. Campanarijs. Dicuntur campanarij, qui colūt campos, & terras intra terminum castrī, sed ibi non habent mansos, domos, aut fortalitia, nec sunt habitatores castrī. Opponi primò de eo quòd dicit Bartolus in l. vt vim. ff. de iustitia & iure. & glo. in c. quanto. de sentē. excommunicata. vbi dicunt quòd populares nō possunt compelli defendere illū, quem vident iniuriari. Sol. Illud est de iure communi, hīc verò de iure consuetudinario, quòd tanquam posterius corrigit ius commune, secundū Angel. in l. de quibus. ff. solu. matrim. Vel illud est regulare, quòd hīc dicitur est speciale in hoc casu. Vel dic quòd illud habet locū in extraneo, vel populari, aut priuato, hīc vero in domino, qui habet iurisdictionem in territorio castrī.

11 Nam omnes, qui sunt populati in termino castrī tenentur eum iuuare, & defendere: quontam subditus ratione iurisdictionis potest compelli ad fidelitatem iurandā: vt dixi supra in c. primo. vbi tractauī materiam fidelitatis: & sic si de fidelitate sibi tenentur: quantò fortius de iuuamine, & defensione intra terminum castrī. Et pro hoc refert Bertrandus de Seuā antiquus doctor Barchinonæ, quòd Abbas Balneolarum obtinuit contra habitatores Balneolarum, in quibus tantū habebat iurisdictionem citra mortem & membrorum detractionem, quòd facerent sibi fidelitatem, licet fortalitia non tenerent. idem dicit de nobili Bernardo de Fuxano contra homines villæ de Armenteria. Et vide Hostien. in Summa, titulo de feud. §. quid sit fidelitas. vers. si autem domesticus. ibi cum dicitur:

12 sed quia sub iurisdictione. Toppon. secundò, quòd iste alodiarius non teneatur præstare cautionem, secundū nota. per Gul. de Cugno. in tractatu de securitate. Solu. Verum est indistinctè: sed vbi suspicio imminet, vt hīc, tunc cōpellitur, vt dixi latius supra in c. & finit. vbi tractauī materiam securitatis. Et adde hīc quæ ibi dixi. Oppo. tertio, quòd isti alodiarij nō

teneantur ad gaytandum, & operandum in castro, cum ex eo dicuntur alodiarij, quia sunt franchi, & liberi, & neminē recognoscunt, vt dixi supra in expositione literæ. Et vide Bal. in l. ingenuum. C. de ingenu. manu. & in feud. de allo. & in c. j. de capi. qui cur. vend. in feud. in illa quæstio. alia quæstio formatur ab Oldrado: miles. sed gaytare, & operari sunt de angarijs, & muneribus: vt est glossa in feudis quæ sunt regalia. & in lege neminem. C. de sacrosanct. ecclesi. ideo si ad ea tenerentur, non essent franchi, nec liberi: quòd esset contra naturam alodij. Solu. speciale est in operibus & custodibus murorum, & fortitudinum: quia nemo ab eis excusatur: vt est textus in l. ad instructionem. C. de sacrosanct. eccle. & in l. ad portus. C. de oper. pub. & ita tenet glo. in d. l. ad portus. cum cōcordantijs ibi allegatis. Opp. quarto, de hoc quòd nota. in vfatico, hoc quòd iuris est sanctorū. in fi. glos. quæ est signata super verbo. Potestatem. Sol. ibi loquitur, quando est litigium de iure castrī ad inuicem inter potestatem & ecclesiam, seu dominum castrī: secus est in alodiarijs ecclesiæ, vel milites. De quo dic plenè vt dicitur in constitutio. extrauagantis, quæ incipit. Item est cōsuetudo Cathalonig, si alodiarij fuerunt in aliqua. Toppon. Super hac consuetudine aduocati antiqui Cathalonig tenent firmiter ita esse de vsu & obseruantia Cathalonig quod si in termino alicuius castrī sit alodiarius aliquis, & velit facere turrin, vel fortalitium, quòd dominus castrī poterit prohibere. Si verò promiserit eū ædificare, ex postfacto ab eo potest petere securitatē sibi præstari quòd damnum aliquod sibi euenire non possit, & alodiarius tenetur eam præstare domino castrī, & non castellano. Et super hoc fuit interrogatus Bertrandus de Seuā antiquus doctor, & dixit ita sententiatum fuisse. Super ista materia vide Innocen. in c. Pisanis. de restit. spoliato. vbi dicit. Et nota quod non licet noua castra ad iniuriam vel æmulationem alterius ædificare. Et vide etiam eum extra de no. oper. num. c. insuper excommunicamus. vbi dicit Toppon. si castrū, ciuitas, vel villa, vel queuis alia loca per superiorem fuerunt destructa propter delictum eorum, qui eum tenebant, quòd non debent decetero ædificari. Pro primo dicto tu vide Ang. in l. ex hoc iure. ff. de

ff. de iustitia & iure. vbi dicit quòd quādo quis vult ædificare castrum, vel villam, si fit ad æmulationem: & non potest. Aut nō fit ad æmulationem: & tunc aut vult ædificare in territorio proprio: & potest. Specu. titu. de reli. do. vers. quid si ciuitas. Aut quis vult ædificare in territorio alieno: & tunc si alienum quo ad dominium, potest dominus autoritate propria demoliri. Aut est suum quo ad dominium, alienum quo ad iurisdictionem: & tunc potest face re patiente illo, cuius est iurisdictione, & non contradicente, secundū Angelum vbi supra. Et ita istud vltimum concordat cum dicta consuetudine. Adde eundem Ange. in l. cum eo. ff. de serui. vrb. præ. vbi dicit

15 Toppon. quòd ad æmulationem vicini licitum est in solo proprio & libero ædificare. Fallit in casu l. vltimæ. C. eo. Secundò vbi ædificando ad æmulationem directè præcidit vtilitatem, quæ in locum vicini transit ex loco, in quo ædificatur. Exemplū, si ad æmulationem tui tantū præcido venas aquarum exeuntes in meo, quæ in tuo directè decurrunt. l. j. §. denique. de aqua plu. arc. Item fallit vbi ædificatur ad æmulationem Reipublicæ secundū Angelum ibi: vide P. Iaco. in libel. in addit. Philo. vj. Poli. §. & notandum. in iij. pagina. vbi sic inquit: Cui libet priuato licet sua loca murorum ambitu vallare, nisi ad alterius æmulationem fieret, vel exinde seditio posset oriri vicinis, Vel nisi fieret in limine imperij. Pro secundo dicto de destructione facta ex condemnatione, vide Barto. in l. si quis adulterum. §. si quis. ff. de adult. Ange. in l. in numerationibus. ff. de solu. & Geminia. in capitulo felicis. de pœnis. lib. vj. sequentes Innocen. vbi supra. Tu ad prædicta addas quod est de consuetudine in Cathalonig quòd si tu incipias facere fortiam in alodio tuo, quòd habes in termino castrī mei, possum te prohibere, nec vllō modo poteris facere fortalitium me inuito, etiam si velles eam mihi assureare. Si autem me ignorante facta fuerit, vel me contradicente, est in optio ne mea vt des mihi potestatem, aut etiam assureares, aut penitus destruas, argumento. ff. de noui ope. nuntiatione. l. j. in gloss. & l. prætor. in prin. & in §. interdū. Et pro hoc vide Bart. in l. ratio. §. si emptor. ff. de actio. empti. Item si me sciente, & non contradicente, factum fuerit opus, vel diu ita

teneris, teneris tantū mihi assureare cum iure iurando. Et pro hoc faciunt nota. per Ange. in l. ex hoc iure: vt dixi superius.

17 Toppon. Quæro, quid si habeo quadrā in termino castrī, an teneatur ad iura castrī? Antiqui sapientes dicunt quòd non: & ita vsitur in Cathalonig: quia ad hoc vt teneatur ad iura castrī, est necessarium quòd sint intra, & de termino castrī: & si sint intra dum non sint de termino, non tenentur ad illa iura: sicut dicitur de exemptis, qui non sunt de episcopatu, licet sint intra episcopatum, vt dixi supra. in capi. si castellanus. vbi alia

18 qua dixi de quadra. Toppon. Nam, vt ibi dixi, quadra est locus exemptus à termino, & censetur aliud territorium distinctum à termino castrī: & sic est necessarium quòd nō sit scissio termini, sed quòd vnus sit terminus communis omnibus habitatoribus castrī. Et qui habet quadrā, non habet terminum communem cum alijs, & dominus quadræ vt plurimum habet suā iurisdictionem intra terminos quadræ: quia eò quòd habet quadrā, & locum, censetur habere iurisdictionem: vt ibi dixi. sed multi sunt, qui habent quadrā, & tenent ibi suam habitationem: & isti habent locum exemptionis quo ad empiriā, & non habent iurisdictionem, nisi aliter probent eis collatam. Et ita apostillarunt hīc doctores

19 antiqui. Toppon. Quæro iuxta textum, vbi dicit quod alodiarius tenetur præstare cautionem: cui igitur præstabit istam cautionem, an maiori domino, an ei, à quo castrum habuerit? Respondeo, quod maiori, vt hīc habes in textu, vbi dicit. Aut præstet ipse alodiarius optimam cautionem domino. Et appellatione domini in dubio intelligitur de maiori, vt dixi supra in capitulo. j. & ipse maior dominus debet recipere assureamentum sibi, & castellano, ac habitatoribus ipsius castrī, vt de illo fortalitio non exeat malum ipsi castro in termino, cuius est illud fortalitium. Possent dici quòd etiam castellano potest præstari, cum respectu habitatorum castrī dominus dicatur. Et hīc verbum dominus ponitur indefinitè, & sic vtrunque comprehendit, per no. in c. j. de regu. iuris.

20 lib. vj. Toppon. Sed quæro, ecce quòd fortalitium est factum in termino, patiente domino, & non contradicente, an dominus castrī teneatur illud defendere, sicut alodiarius tenetur castrum defendere? Et credo quòd sic, ex

quo dñs passus fuit illud ibi ædificari, argumento huius literę, vbi allodiarius tenetur defendere dominum, & habitatores castrum: ita & ipsi viceversa dictum allodium defendere tenentur, vt in his æqualitas inter eos seruetur. l. fin. C. de fruc. & lit. expensis. cum simili. secundum antiquos sapientes. Quæro, dicit hic quod allodiarius tenetur præstare cautionem, aut tradere fortalitiū: cuius ergo erit electio, an ipsius domini, vel ipsius allodiarij? Et credo quod ipsius allodiarij duplici ratione. Prima, quia verba executiua ad ipsum diriguntur. Secunda, quod iste allodiarius est obligatus ad præstandum cautionem, vel tradendum dictum fortalitiū, & sic est debitor alterius eorum: & sic in tali alternatiua electio est debitoris. Ita dicit Bal. in feu. de allo. & Bartol. in l. Lucio. ff. de legatis secundo: & Dyn. in capitu. in alternatiuis. de regulis iuris. est text. secundum eos in l. plerumque. de iure dotium. & text. & ibi Ioā. Fab. & Angel. Aret. institut. de actio. § qui

²¹ igitur. ¶ Quæro, an tempore guerrę allodiarij baronum & ecclesiarum teneantur iuuare principem. Et dico quod sic, secundum Præpositum: quia isto casu princeps habet in eis iurisdictionem, & tenentur ei obedire, & parere: vt infra capitulo barones. & infra capitu. si quis baro. Vide quæ in eis latius scribam, & latius in capitulo, si aliquis dominus, vbi latē de hoc dicam in prima oppositione. & vide scripta in vsaticeo, princeps nanque. nec barones in talibus hominibus vllam habent iurisdictionem, vt in curia Ceruarie domini regis Petri capitulo tertio. Nam princeps in quacunque parte sui regni de regalibus cognoscere potest, sicut archiepiscopus in calibus sibi pertinentibus cognoscit intra prouinciam vbi que c. litigantes. de offic. ordina. Plus dico quod princeps potest recipere fortalitia omnium castrorum quæ sunt in suo regno tempore guerrę, siue sint baronum, siue militum, aut ecclesiarum: sed in isto casu vasallus non tenetur ad expensas custodum: vt in vsaticeo, in fine. & vide in l. secunda. C. de summa trinita. Nam speciale est, quando potestas datur, quod intra illos decem dies, per quos potestas castri potest detineri per dominum, quod vasallus tenetur ad expensas: ergo in contrarium est ius commune. l. j. ff. ad muni. Et ita vidi pluries &

incōcussē praticari tempore guerrę, seu turbationis principatus, quod dominus rex indifferenter occupauit & ad manus suas habuit plura fortalitia huius principatus, & ibi posuit capitaneos, & custodes prout voluit. Quæro, quæ est ratio quod isti allodiarij teneantur facere gaytam, & opus castri, vide nota. per Andræ. de Barulo. C. de mu. patri. l. neq. Quæro, an terram tenentes intra terminum castri contribuant in questijs, quas fecerit dominus castri? Dic quod sic: quod intellige vt in constitutio. domini regis Petri facta in curia Barchinonę. c. Item quod terram tenentes. Et quia hic dicturus sum materiam castri terminati, de quo multi scripserunt, vt puta Iacob. de Monteuida, & Thomas Mieres in vsaticeo, rocas. & d. Thomas in cōstitutio. Item quod vicarij: & per eos, & Iac. de Valle sicha. in vsaticeo, hoc quod iuris est sanctorum. vbi idē Gulielm. posuit multa, quæ dicuntur esse de iuribus castri, & dictus Tho. posuit illa in d. constitutio. Item quod vicarij. Gulielmus Præpositus dixit multa in suo, alfabeto, in verbo castrum. Ego verò hic per multas quæstiones materiam castri terminati tractabo. ¶ Et primo quero, quis potest erigere castrum terminatum. Iacob. Callicij in prærogatiuis principis, quas posuit in exgrauatorio curiarum. §. vij. versicu. lxxxix. & in Margariata fisco. §. viij. eodem versicu. & latius Gulielm. de Valle sicha in q. castri sancti Martialis, quam hic volo inferere sub his verbis. Dominus castri de Mōte catheno vendidit Amplagamāts castrū de sancto Martiali, quod erat intra terminos dicti castri de Montechateno cum cæteris terminis, & cum iurisdictione, & alijs certis iuribus in instrumento venditionis contentis, & quicquid habebat, vel habere poterat in dicto castro sancti Martialis, & suis terminis, vendidit etiam ius, quod habebat in certis parochijs, quas pro domino rege tenebat: dominus rex firmavit dictam venditionem sub his verbis: Nos Iaco. Rex qui hæc laudamus, concedimus, & firmamus. Dubitabatur an firma domini regis ad omnia præmissa extenderetur, vel solum ad illa, quæ erant sub directo dominio dñi regis? Et propter supra dictā venditionem dominus castri sancti Martialis habet castrum terminatum, & iura ad castrum terminatum,

tum pertinentia. Et posito quod ille titulus non sit sufficiens: si ex tali insufficienti titulo, cum vsu & præscriptione aliquorum iurium ad castrum terminatum pertinentium de sancto Martiali dicatur castrum terminatum, & habeat iura castri terminati. Ista quæstio fuit diutius ventilata inter en marinio ciuem Barchinonæ succedentem dicto Plagamants in dicto castro sancti Martialis, & homines eiusdem castri. ¶ Breviter est videndum, quis potest erigere castrum terminatum in Cathalonia. Dicebant quidam quod cuiuslibet priuato competit erigere castrum. l. per prouincias. C. de ædifi. priua. & l. ij. C. de fund. limi. libr. xj. & construere ciuitatem, vel castrum est de iure gentium. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. ff. quod cuiusque vniuer. l. j. in gloss. Nembroth post diluuiū ædificauit ciuitatem. sexta distin. c. non est. & in vsaticeo, Anno ab incarnatione. §. Item prohibuerunt vt intrantibus his continuatis treugis, videlicet tempore aduentus domini seu Quadragesimæ nullus castrū, vel munitiones ædificare præsumat, nisi Quindecim diebus communibus dictas treugas continuatis hoc incohauerit. Ergo ante dictas treugas licitum est erigere castrum. De isto vsaticeo facit mentionem glos. in vsaticeo, simili modo. Et hoc dicebat Gulielmus de Valle sicha aduocatus den marinio, & quidā alij. In contrarium dicebatur quod ad solum principem spectabat erigere castrum terminatum, & muris, & vallibus eircuire. l. sacra. §. penulti. ff. de rerum diu. glos. not. in l. tertia. C. de diuer. prædi. libro vndecimo. Et si factum fuit sine eius auctoritate, debet demoliri. l. ædificia. C. de operibus publicis. l. de operibus. eodem titu. & punitur si contra principem erigatur. l. ij. ad legem Iuli. maiesta. & l. in nomine domini. C. de offic. præfec. prato. Afric. §. cum ergo. De hoc videtur casus in vsaticeo, rochas. & in vsaticeo. ex magnatibus. & c. Pisanis. de restit. spolia. Innocen. licet quidam intelligant, & fortē bene, quod illi vsatici non loquuntur nisi de castro, quod erigitur in rocha, & hoc contra principem, vel ad æmulationem alicuius, vt apparet in tex. & glo. & non loquitur de castris terminatis. Sed de

²⁵ cōsuetudine seruetur quod solum princeps erigit castra terminata, & nō alius: & tunc habent iura & præeminencias castrorum. Et faciunt nota. in vsaticeo, hoc quod iuris est sanctorum. Et hoc de consensu expresso. Idē de tacito, vt quia scit & non contradicit: quare qui tacet, consentire videtur. Et sufficit scientia principis. l. quædam. ff. de re iud. l. idem Vlpianus. ff. de excu. tut. Facit. c. cum ab ecclesia. de offic. ordi. per Inno. eo. tit. c. si qui. lib. vj. §. ij. & seq. facit consti. hæc est pax. §. nullus Christianus. Et si princeps passus fuit: vt quis teneret castrum terminatum, vt edo iuribus castrorum, princeps quodam modo consentire videtur. Nec obstat. c. si Papa. de priuileg. lib. vj. & c. si summus pontifex. de sent. excommu. in cle. & quod ibi dicit Gulielm. in fine glo. quia papa vel princeps nominando aliquod castrum, non disponendo circa illud, sed narrando, quod propter hoc non dicitur castrum. Quod est verum, quia illa sola denominatio non sufficeret, sed si concurrat legitima præscriptio siue vsus longanus castrorum terminatorum cum illo insufficienti titulo legitime præscriptisset, durum esset quod castra antiqua haberēt probari fore erecta per principem. ¶ Quare credo quod nulli, vel pauci tituli reperirēt de erectionibus eorum, sed præscriptio, cuius memoria hominum non est in contrarium, præsupponit istum titulum præcessisse, iuxta. l. j. de aqua plu. arc. & ibi Bar. Et in hac sententia est Archi. & isto tempore præsupponit verū titulum & bonam fidem habuisse. Sed contra istum dictum est vsaticus hoc quod iuris est sanctorum, vbi in castris terminatis non attenditur præscriptio. Ad istud respondetur quod verum est quod iura castri sunt impræscriptibilia, quod quis non præscribat castrum terminatum vtendo iuribus castrorum terminatorum, hoc non dicit vsaticeo. nec prouidet, ideo potest præscribi, sed nō insignia, & alia, vt not. Bar. in l. in omnibus. ff. de diuer. & temp. præscrip. & l. ij. §. si seruus. ff. de acqui. pos. Sed adhuc remanet contra: quia, vt est dictū, solum princeps erigit castrū, & est suæ iurisdictionis, & iura potestati, quæ habet vt potestas, vide licet iurisdictionem, quæ sunt impræscri

potabilia, dicitur quod loquitur de mero Imperio, quod debetur potestatibus, ut potestatibus, ut vfa. quia iustitia. & tenet glo. & Iaco. ibi. Sed erigere castrum debetur principi, & iurisdictione, cum ea, quae debetur castro terminato, sunt simplicis iurisdictionis: & ista optime possunt praescribi. Regis Petri in curia Barchinonae. c. j. & ij. dicunt doct. sed contra ea, quae pertinent principi, & nulli alij, ut condere legem, & similia, sunt de mero imperio magno: ut l. imperium. & ibi Barto. ff. de iur. om. iudic. & erigere castrum est proprie regalia: & ista videntur impraescriptibilia, ut dici potest in vfatice, princeps namque simili modo. Similiter & in alijs regalijs. Dico quod vfatice, hoc quod iuris est sanctorum. ¶ loquitur in mero imperio, quod est animaduertere in facinorosos homines, ut vfa. quia iustitia. & non de regalijs, quae pertinent principi. ideo dicitur in vfa. potestatum. in plurali: & intelligitur de comitibus, qui habent merum imperium quo ad gladium: ut d. vfatice, quia iustitiam. & ibi Iaco. Et si dicatur quod nomine potestatum intelligitur comes Barchinonae, ergo censetur dicere de suis regalijs. dicitur quod non debetur istud ius regi ut potestati: sed ut potestatibus, id est, comitibus. Et sic quod habent comites ut comites, habet dominus Rex ut comes vniuersus de comitibus. Vel aliter aliud est dicere quod ius, siue regalias, quas habet dominus Rex iuxta formam vfatice, & constitutionum, sit impraescriptibile: ut d. vfa. hoc quod iuris est sanctorum. & alias regalias, quas habet non ex prouisione vfatice, sed ex vsu, & consuetudine longa, sicut est erigere castrum terminatum, quod habet potius ex consuetudine, quam ex vfatice, & consistit, ut satis est supra dictum. ¶ Sed ex praemissis satis habetur quod si aliquis habeat castrum terminatum, & vsus fuit longo tempore aliquibus iuribus castri in alioerijs, qui sunt intra terminos castri, & tenuit & possedit dictum castrum, ut terminatum sciente & videte principe, quamvis titulum non habeat, quod illud dicitur castrum terminatum, & habet omnia iura ad castrum terminatum pertinentia. Qui sunt illi vsus & conditio, qui faciunt castrum terminatum. Dicitur quod est necessarium quod illud castrum sit in alto loco positum, ut in vfat. castrum. Et quod habeat terminos: ut in vfa. hoc quod iuris est sanctorum,

& constitutio, item quod si vicarij. & quod tenuerit, & possederit dictum castrum ut castrum terminatum, & hoc a tanto tempore citra, & c. ut l. j. ff. de aqua plu. arc. sciente & vidente principe: ut l. quidam. ff. de re iudic. & est supra allegatum. Et si princeps, & sui officiales eum nominarunt castrum, ut in c. cum ab ecclesiarum. de offi. ordi. & ibi Innocen. & ab alijs fuerit castrum nominatum, ut tenet Iacob. de Bellovisu in authen. quib. mod. nat. effi. sui. §. illud tamen. colla. vij. ver. vij. vsus & c. Et quod a maioribus fuit sic habitum, & tenebatur, & nominabatur castrum terminatum, iuxta c. licet. de testib. Item quod fuit vsus aliquibus iuribus ad castrum terminatum spectantibus: quia illa iura indicant & demonstrant quod tenuit & possedit illud castrum, ut castrum terminatum: quia sine possessione praescriptio non procedit: ut not. Dy. in regula iuris. ¶ Et his probatis certe haberi potest pro castro terminato. In praedicto casu apparebat quod in Marimo fuit vsus in domibus fabrica de districtu, iurisdictione, sonode vi affors, quod dominus Rex & sui officiales nominabant castrum de sant marcal. & ponit decreta in syndicatibus. & obuiabat ne penones ponerentur in dicto loco, ostendebat instrumentum venditionis, de quo superius mentio fuit habita, erat in dicto castro castellanus, & multa alia iura, per quae apparebat castrum terminatum: sed erectionem nullam habebat, & apparebat quod illico homines operarentur in muris & vallibus. ¶ Sed contra praemissa videtur quod ius erigendi sit impraescriptibile, nisi talis concessio sit a principe facta. l. viam. ff. de via pub. l. praescriptio. C. de oper. pub. & l. cooperit. C. de praescriptio. trigin. anno. Et si sit praescriptum quo ad vnum actum, vel plures, quod non se extendat ad alios actus iurisdictionis, ut plene Inn. in c. ij. de capel. mo. & Cy. in l. j. C. de em. lib. & Bar. in l. si publicanus. ff. de publ. l. cum de indebito. ff. de probat. dicit quod praedicta locum habent, quoniam praescribit certa species iurisdictionis: quia alias species non censetur praescripsisse. Et quando praescribo genus propter aliquas species: tunc ceteros oes species praescripsisse: & consuetudo & praescriptio in his iuuat. l. quicquid castellanorum. C. de fun. limi. lib. xj. & l. j. ff. de aqua plu. arc. l. si. C. de diuer. rescri. c. quam graui. extra de crimi. fal. Videtur quod

quod illa nominatio nihil operet: quia error nominis non nocet. l. quotiens. de here. insti. & l. in rem. ff. de rei ven. c. licet ex quadam. extra de testi. in c. vlti. de pig. c. tua. de cofan. & affi. c. si summus pontifex. de sen. excom. in cle. & c. si papa. de priuile. l. vj. & talis vsus loquendi nihil facit. Cyn. in l. fin. C. de praescrip. trigin. anno. anniculus. ff. de verb. signi. nec praesumptiones faciunt totum prohibitum, nec verum. ¶ Et quod talis nominatio nihil faciat, patet. ff. de leg. iij. l. patronus. §. libertis quoque. de reb. dub. l. penul. de aur. & arg. leg. l. pediculis. §. argento potorio. ff. de calum. l. vltima. Et ista verba enuntiativa nihil operantur. C. communia vtriusque iudic. l. scriptura. ff. de hered. insti. l. ex facto. de condi. & demon. l. cum tale. §. fina. de leg. iij. l. Lucius. §. Sempronie. & statuerit veritati, & non dicto. ff. de leg. praescri. contra tabu. l. filium. §. si quis. ff. de re. eo. l. magis puto: quod non statuerit nominationi castri. ff. de castren. pecu. l. forte vxor. maxime si obuiant iura, argumento. l. qui testamentum. ff. de proba. de leg. iij. l. cum quis decedens. §. fin. Castrum per limitationem fundorum territorij & iurisdictionis cognoscitur, & non per nominationem, argumento. l. si quando. C. de inoff. testa. & tales actus non faciunt terminatum, nisi insit erectio. ff. de iur. om. iudi. l. & quia. Et veritatem spectamus, non quod fingimus. ff. de castren. pecu. l. forte vxor. not. C. de dona. l. si donatio. ¶ Dico quod sola nominatio non facit castrum terminatum: sed vbi nominationi inest possessio longaeua actu illi nominationi adherentium cum alijs adminiculis, benefacit castrum terminatum siue ciuitatem, ut patet per dictum Iaco. in d. §. illud. in authenti. quibus modis natur. effi. sui. colla. vij. quia quae non profunt singula, multa iuuant: & standum est nominationi ciuitatis, loci, vel ville, nisi de contrario constet: cum aliquo istorum nominum habeat nominari, nisi contrarium probetur, de errore nominis, & nisi alijs adminiculis fulciretur. l. cum scimus. C. de agric. & cen. lib. vj. videtur quod parochia habeat limitationem, & terminationem. xvj. q. j. in parochia. duae enim ecclesiae non sunt intra terminos eiusdem. xij. q. j. c. j. Talis diuisio facta per dominum de Montechateno in praedictum castrum in termino non valuit sine principis auctoritate. C. de meta. l. j. lib.

xij. Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. & l. si eadem prouincia. ff. de officio affi. & §. illud autem. ut iudic. sine quoquo. suf. coll. ij. ¶ Et princeps censetur facere istas diuisiones sine praedictio alterius. l. j. §. merito. ff. ne quid in lo. pub. Barto. ibi l. j. de meta. dicitur quod verum est. & hic interuenit auctoritas principis: & vbi non interuenisset, praescriptio legitima habetur loco auctoritatis, vel potest quis diuidere rem propriam. l. quod in rerum. §. si quis. ff. de legatis primo. & l. quod princeps. ff. de aqua plu. arc. Item non potest facere istas diuisiones, siue vniones sine causa. c. sicut vnire. de excels. praes. & capitulo primo. ne sed. vacan. Dic quod hic subscriptio principis, & non possessio hoc facit. Dicitur quod in castro est necessarium quod sint castellani per principem ordinati. C. de fun. limi. l. quicumque. libro vndecimo. C. de officio praeto. Africa. l. in nomine domini. §. quod autem. versicul. pro limitaneis. Innocen. in c. dilectus. in fi. de excels. praes. Super dicta quaestione fuit decisum per Ioannem de plano, cui negotium fuit per dominum regem commissum de consilio venerabilis Bernardi Lunes, Mathiae castellanis, & aliorum iuris peritorum, quod attentis firma regis dictae venditionis, & actibus, qui fuerunt secuti, & possessione longueua, quod dicti homines tenerentur operari, licet nunquam operas praestitissent in dicto castro: fuit ad dominum regem appellatum, & fuimus certi iuris periti in consiliarios electi, inter quos ego fui, & venerandus Ioan. de sancto Michaeli praesidens de consilio. Gul. de Montefauo, Bernardi Michaelis, & mei. Idem iudicauit in ciuitate Barchinone anno Millesimo. ccc. lxxx. Gul. de Valle sicha. Ecce verba dicti Guilielmi de verbo ad verbum, ex quibus habes quis potest erigere castrum terminatum, & qualiter erigatur. ¶ Et ad id quod dicitur, an quis in suo possit erigere castrum. Tu adde Baldum in feudis de contentio. inter dominum & fide. C. de oper. publi. l. opus. & ibi Iacob. de Aret. & Albertic. & Guido. in l. per prouinciam. C. de aedificijs priuatis. & Barto. in extrauaganti. quoniam nuper. & facit quaestio Pilei, quae incipit, quidam prouincialis. & est xij. & Innocen. in capit. Pisanis. de restitu. spolia. Sed istud est de iure communi. In Cathaloniam vero nulli licet castrum aedificare sine

principis licentia: vt in vfat. rochas. & vfat. ex magnatibus: quod intelligunt ibi doctores in rochis altis, vel iuxta eas: quia in plano forte secus, à contrario sensu: quod argumentum est fortissimum in iure: vt in l. j. ff. de offic. eius, cui man. est iuris. vide l. ij. C. de fund. limi. libro vndecimo. vbi dicit quod à priuato in limine Imperij non potest edificari. Dicit tamen Angel. in l. j. ff. ad legem Iuliam maesta. quod in confinio ciuitatis non licet vasallo priuato habere castrum. Sed Do. de sancto Gemin. j. distin. ius gentium. dicit quod facere munitiones & castra pro defensione sua est permissum. Si tamen priuatus aedificat castrum, ad cuius custodiam non sufficit, cogitur illud destruere. gloss. in dicta l. prima & Innocen. in dicto capitu. Pisanis. Vide Gulielmum de Vallesicha in vfatico, castrum. Et ad de ad probationem castrum terminati quod secundum Præpositum, & Tho. Mieres requiritur instrumentum factum super aedificatione, & terminatione ipsius castrum factis de & cum autoritate & licentia principis, vel alia scriptura authentica ex archiuo regio: & si talia non appareant, dicunt quod probabitur per indicia, vt puta per mollos ab antiquo figuratos, vt est moris. Ad de. c. cum casum. de proba. vbi probatiões finium iunt per libros, testes, famam, & alia adimicula. Solent enim distinguere limites per riuos aquarum, villas, castella, & per cacumina montium, vt ibi doct. & facit c. ex literis. eodem titu. & capit. indicante. de præscript. & ibi de probatione finium, & per Bald. in l. conuenticula. C. de episco. & cler. Item quod habeat castrum. Item qd habeat sonu cornu, badam, gaytam, & opus foraneu. Item quod sit in loco forti & eminenti. Ex his cum fama publica quod non sit memoria hominum in contrarium probari poterit esse castrum ab antiquo terminatum, secundum eos. Et pro eorum dicto tu alleg. l. j. ff. de aqua plu. arc. Nam probatio de dicto tempore quod non sit memoria, & c. habet vim priuilegij & tituli: vt in c. super quibusdam. de verb. signific. Io. de Imo. & Gemin. in c. licet. de præbend. libr. vj. Bald. in l. si quis ad. C. de episco. & clè. Ludouic. in l. vestigalia. ff. de public. Et pro hoc facit quod fama in factis antiquis, que excedunt mentem hominum, operatur plenam probationem, secundum Bald. in d. l.

conuenticula. & in authent. quas actiones. C. de sac. sanc. eccl. & Lud. in l. j. Item Labeo. ff. de aqua plu. arc. & in l. si verò. §. de vi ro. ff. sol. mat. in l. ij. fallē. ver. vj. Per famam enim probantur dn̄ia regum & baronum, secundum Bar. in l. proprietatis. C. de proba. vide Ang. in l. atqui natura. §. cum me absente. ff. de neg. gest. & Anto. de But. in c. Veniens. de testib. Item inquantum Guliel. dicit superius quod requiritur scientia, & visus principis, alleg. l. quædā. de re iudi. Tu ad de pro eius dicto Bar. in l. si publicanus. ff. de public. vbi idem dicit: aliter præscriptio non procedit. Sed in contrarium est glo. in l. hoc iure. §. ductus. ff. de aqua quotidiana. & æsti. quæ tenet procedere præscriptionem per spatium tanti temporis, cuius memoria hominum, & c. non requisita scientia eius, contra quæ præscribitur. Vide quæ de hoc latius dixi supra in c. si verò. Item inquantum dicit quod fuerit vsus aliquibus iuribus ad castrum terminatum pertinentibus & spectantibus, quia illa iura indicant, & demonstrant quod illud tenuit, & possedit vt castrum terminatum, vide Baldum in l. ij. C. de seruitu. & aqua. & Petr. de Anchara. in c. sine possessione. de regulis iur. in repe. Facit ad hoc consilium Ludouic. in consil. lxx. vbi dicit quod bānum & præconisationes inducunt probationem quasi iurisdictionis. vide Barto. in l. j. §. si quis. ff. de iti. actū. que priua. Et inquantum dicitur vsus in aliquibus iuribus ad castrum spectantibus in alijs videatur præscripsisse vide, quæ de hoc latius dixi supra, in dicto capitu. si verò. Item inquantum Gulielmus, dicit in dicta quæst. sancti Martialis, qd ea, quæ pertinent principi vt principi, & nulli alijs, vt condere legem, & c. non possunt præscribi. Idem dicas in illis, quæ sunt reseruata principi in signū suæ præminentia, de quibus extra. de off. deleg. c. quo ad translationem. de excels. præla. c. illud. per Bald. in l. rescripta. C. de preci. imper. offe. Hoc voluit glo. & per Bald. in sua disputatione, quam fecit in ciuitate Papiæ, quæ incipit, Apulus. & Innocen. in c. bonæ. & Ludouic. in l. j. §. idem que. ff. de aqua plu. arc. Et sic erigere castrum est proprie regalia principis, & de reseruatis sibi, vt etiam dici potest in vfatico, princeps nāq; simili modo, & c. Tu verò te neas opinio. Gul. vbi supra. nā dictus vfat. loquitur de regalijs reseruatis principi, que non

non sunt concessibilia, sicut est facere processus in vnum vfat. autoritate & rogatu camini, & strata simili modo, & similes, qui non sunt concessibiles: sed erigere castrum terminatum nō est de illis, quia concessibile est. Item & creare tabelliones, veniam ætatis concedere: nam talia bene possunt præscribi per tempus, cuius memoria hominum in contrarium non existit, secundum Bartol. in l. publicanus. ff. de public. & Bald. in feu. que sunt rega. & Innocen. in c. cum P. de fide instr. & Ludo. vbi supra. alijs vfat. discreparet à iure communi. Ideo vt iura iuribus concordentur. c. cum expediat. de elect. libr. vj. intelligamus dictum vfat. in illis regalijs, quæ de iure communi præscribi non possunt. In alijs secus. Tu super hoc intellectu cogita: quia iste intellectus nimis restringit dictum vfat. & est nouus intellectus, & à nemine dictus. Sed quæro, quid sit castrum: Et dicit quod castrum appellatur, quod muro cingitur, secundum Bal. de capi. qui cur. ven. in feu. Nam castrum sunt muri, & habitationes. secundum eū, si de feud. defun. mi. §. in generali. Bar. in tractatu, qui sunt rebelles. dicit quod castrum dicitur quasi casa alta, seu fortis, & munita muris, seu vallo. Et istud idē dicit vfat. castrum. Ludo verò. in l. j. §. siue autem. ff. de no. oper. nun. dicit quod castrum dicitur nedum si muris cingitur, sed etiam & fossato. Vide l. qui cunq;. iuncta gloss. C. de fun. limit. libr. xj. de quo constitutio. Item qui in castris. de oper. pub. l. resplendissimè. & l. si quando. Et an castrum possit quis tenere in confinio inimicorū, vide Jac. Callicij in extragraua torio curiarum. §. vij. vers. cxj. Quæro, ecce quod per principem conceditur castrum, quid veniat in ipsa concessione, an autem veniat directū, honor, & iurisdiction, & alia iura ad castrum terminatum pertinentia. Gulielmus de Vallesicha in d. q. castrum sancti Martialis superius inserta mouet istam q. & allegat Cy. in l. more maiorum. ff. de iur. om. iudi. in xj. q. vbi tenet quod nō, nisi expressè fuerit data iurisdiction. Iaco. de Ra. vt ibi refert, tenet contra per leg. ij. C. de fun. limit. libr. xj. Faciunt pro primo loco. l. si. C. de testa. Barto. in l. ij. ad leg. Iul. maesta. Innocen. in c. cum ad sedem. de restit. spo. Ioan. And. in c. si ciuitas. de sen. excom. libr. vj. & dicit Cynus ita seruari per totam Ita-

liam, & vniuersum mundum, seu orbem. Pro Jac. de Ra. facit Inn. in t. in literis. extra de iure patro. Et hanc sequitur P. Iaco. in libel. de condi. ex mori. & l. j. §. cum vrbem. ff. de offi. præfe. vr. & C. de bo. vac. l. si quando. & Archi. j. q. j. c. iubemus. & Ioā. Blanch. in tit. de vaf. & eorum disse. Item quæri potest. Tu adde Bald. in c. j. de capi. qui cur. ven. vbi mouet istam q. an in donatione castrum, vel loci, veniat merum imperium. Et vide cum de cōsue. rec. feu. & per eum de allo. & Bar. in l. si quando. C. de bo. vac. Bar. ff. de acqui. re. do. l. inter eos. Inn. extra de restit. spol. c. cum ad sedem. Lud. in l. possideri. ff. de acquir. end. possessione. 41 distinguat an concessio castrum sit facta à principe, an ab alio priuato. Primo casu dicit, quod venit iurisdiction. Secundo casu subdistinguit, aut iurisdiction coheret personæ vendentis, seu concedentis: & tunc nō transit cum territorio. Aut coheret rei: & tunc transit. Aut dubitatur an cohereat rei, vel personæ: & tunc transit: quia in dubio videtur coherere rei. Et istud plenè ponit Bart. in quodā consilio, quod incipit, quæritur an iurisdiction. & per eum in l. inter eos. Sed in Cathalonix est constitutio regis Petri secundum capitu. Item quod si vicarij. Bene in regnis Castellæ, Portugallie, & Nauaræ vt plurimum habentes castra non habent iurisdictionem, sed fructus, & redditus sic. Et sic ibi princeps dando castrum non censetur dare iurisdictionem, quæ est de suis regalijs. Sed consuetudo terræ in regno Aragoniæ est contra: quia eo ipso quod habeo castrum, & territorium, & iurisdictionem habeo: vt dicit constitutio, Item quod vicarij, & non est proprium de regalijs principis: ideo comites habent iure proprio, vt vfat. quia iustitia. & alij habentes castra terminata habent iurisdictionem, vt vfat. hoc quod iuris est sanctorum. & quod ibi no. secundum Gul. de Vallesi. vbi supra. Sed inquantum dicit qd qui habet castrum, habet territorium, Lud. in d. l. possideri, tenet contrarium de iure communi. Sed nunquid princeps dando simpliciter castrum non faciendo mentionem de suis terminis, dum tamen alijs castrum habeat terminos, dicatur castrum terminatum, & habeat iura castrum terminati. Tenet Io. Blanchard. quod sic, vt titulo prædicto. §. potest & hic formari. & facit dicta constitutio,

tutio, item quod si vicarij, & proprie non dicitur castrum sine termino, secundum
 43 Gulielmum ubi supra. Nota tamen, quod castrum terminatum differt a castro non terminato. Vide Ioanem Andream in addi. Specula. titu. de cen. § nunc dicendum. versi. quod si vniuersitas. in illa quaestione. Est & alia quaestio de castro. Vide etiam in Specu. titu. de homagio. § j. versi. & not. quod vasalli baronum. Sed quaero, an concessio castro videantur concessi trabuchi baliste, & alie res defendibiles? Bald. in feu. de controuer. inuelt. § si quis de manso.
 44 dicit quod sic. ¶ Sed an concessio castro videatur vendita baronia? Bar. in l. traqua. ductus. ff. de contrahenda emptio. ubi dicit quod sic. Et idem dicit ibi Bartol. quod si aliquis habet iurisdictionem de nouo, & facit ibi turrim, ubi ponat malefactores, q̄ vendita iurisdictione videtur vendita turris. Et an concessio capite castri, intelligatur totum corpus esse concessum, Bald. in feud. de allo. dicit quod sic. Sed an praescriptio castro, sit praescripta iurisdictione, vide Barto. in l. si aliena. ff. de vsucap. & in l. j. de damno infecto, ubi dicit quod si iurisdictione sibi cohaeret, quod sic. ¶ Et no. quod princeps concedendo castrum & territorium, videtur concedere quandam vniuersitatem praediorum inter fines positorum, secundum Baldum in feud. de capi. qui cur. ven. Et ibi quod si Imperator vendit castrum cum iuribus & pertinentijs suis, veniunt accessorie molendina, nisi essent priuatorum. Sed vtrum appellatione castri veniant vasalli. Bald. in c. j. § in generali. si de feu. defun. m. sic dicit, Videtur quod no: quia castra sunt ipsi muri & habitationes: homo autem nobilior est. Sol. debet intelligi sicut suadet dignitas concedentis, & eius, cui conceditur. In dubio autem dic vt dicam in d. c. de cap. qui cur. ven. Sed quid econtra, pone quod in castro omnes homines erant mei vasalli, & ego concedam tibi omnes vasallos meos talis castri, vtrum videar concedere omnes habitationes meas, quas habeo in eo castro & ipsum fortalitium? Et dico q̄ non: quia vasalli sunt pars, & non totum: vnde no videtur concessum, quod est separatum, a corpore. An autē valeat donatio vel alienatio facta per Imperatorem de castro Imperij, late Bal. in praesudijs feu. § expedita. Sed quaero, aliquis reparat castrum, vel de

nouo aedificat, in quo populus se congreget, nunquid habet iurisdictionem in populo: vide Ioan. Andr. in c. quid per nouale. extra de verborum significatione. Quaro, ecce quod pignoratur castrum, an creditor possit vti iurisdictione, & alijs iuribus incorporalibus. Bal. in feu. de feu. da. in vi. legis comis. dicit, dic vt extra de re iudi. c. cu Bertoldus. & ff. de pig. act. l. eleganter. § fin.
 46 ¶ Quaero, quae dicantur iura castri terminati. glossa in dicto vsatico, hoc quod iuris est sanctorum: & ibi Iacob. de Monte iudaico ponunt quatuor: scilicet sonus, cornu, gayta, bada, & opus foraneum. Et allegatur pro hoc l. singulorum. C. de immuni. ne. conced. l. final. libro decimo. & textus in hac consuetudine. & infra capitu. consuetudo. § vsus. Gulielmus de Vallesicha ibi multa addidit, quae refert Thomas in d. constituto. Item quod vicarij, quae sunt ista, videlicet sacramentum fidelitatis, ab omnibus populatis intra terminos castri, & quod ipsi tenentur se recolligere in castro tempore guerra, seu necessitatis. Item dicit idem Gulielmus quod de consuetudine Cathalonie habet dominus dicti castri in ipsis populatis pacem & guerram, soltas, hostes, & caualcatas. Sed istud ita indistincte non est verum secundum Iacobum Callicij in vsatico, qui fallerit: & dicam latius infra capitulo si aliquis dominus. in prima oppositione. pax vero & treuga non habet locum quo ad punitionem criminis contra delinquentes in suo territorio. de constitutio. Item quod vicarij, &
 47 constitutio. Item q̄ nulli homines. ¶ Item habet iurisdictionem districtam & honorem. Innoc. in c. ex literis. de iure patro. Tu super hoc vide quae superius dixi. Itē quod iura castri praescribi non possunt d. vsatic, hoc quod iuris est sanctorum. l. praescriptionem. C. de ope. pub. Itē habet castellanum, cum ipse castellanus faciat castrum. l. ij. C. de fund. limit. l. ij. libro xj. Item habet terminos: vt dicto vsatico, hoc quod iuris est sanctorum. & in d. constituto. Item quod vicarij, vide d. l. quicumq̄. & de offic. praefec. praeo. Afric. l. in nomine domini. § in limitaneis. Item habet fabricam, & districtum. C. de fund. limit. l. secunda. libro vndecimo. ¶ Item habet bana, & poenas in constitutio.
 48 Item quae nagum vagabundo. ¶ Itē habet tallias in constituto. Item q̄ vicarij. C. de oper. publi.

publi. l. omnes. & in constitutio. Item quels terraments. Item habet vnam pronam de peix, de tall, de consuetudine. Item habet de animali spanylato en derrocat crus vel spatulam. Item habet pernam apri occisi intra terminos castri. Item habet tempus ad vendendum suum vinū, & alij habent cessare. Item habet de bestiarum lanuto aut porcino, quod tranlit per terminum castri, videlicet de quolibet grege siue remat o folcat vnum pecus: & si est bouinum, aut mulare, vnum solidum pro bestia. Et ita est de consuetudine, & semper vidi praedicari. Sed ista proprie non dicuntur iura castri terminati, sed adminicula, siue probationes castri terminati: ¶ quia illa quae proprie dicuntur iura castri terminati, & sunt imprescriptibilia, non sunt nisi quatuor, scilicet sonus, cornu, gayta, bada, & opus foraneum: vt glo. & Iaco. de Monte iud. in d. vsatico, hoc quod iuris est sanctorum. & in hac consuetudine & infra. c. consuetudo. iij. § vsus. Quaro, an dominus castri habens omnimodam iurisdictionem in eodem, possit facere macellum fortiatum in termino castri? Dominus Bernardus de Galbis antiquus aduocatus huius ciuitatis, & qui fuit vice regius consultus ab honorando Petro de Turrillijs domino castri de Castelleto super quaestione cuiusdam carnificinae dicti castri dixit se credere quod no, cum no sit de iuribus castri. Tum etiam, quia non licet domino castri etiam habenti omnimodam iurisdictionem, inferre vim habitatoribus dicti castri, etiam si essent de redimētia. Tum quia in Cathalonie tales gabellae, siue districtus, sunt prohibita per constitutiones Cathalonie generales, & quilibet est constitutus in libertate, per iura patrie, ire, quod vult, emere, & vendere liberē, & abstrahere merces suas de tota Cathalonie infra & extra, nisi quatenus est prohibitum per ipsas constitutiones. Nec credo quod hodie etiam cum licentia domini regis possit fieri: cum contra iura patrie non possit id concedere, lege patrie id prohibente: nec ipsi regi licet, cum sibi imposuerit legem cum curia generali quod destreumēta, siue vets & districtus non faciat, vt in ipsis constitutionibus conti-

netur. Ecce verba dicti consilij, quod consilium fuit habitum a libro honorandi Petri de Ortigijs, quondam regentis cancellariam, & ego a libro Thomae Mieres. Et sic ex ipso consilio habes
 50 ¶ quod dictum macellum fortiatum non potest dominus castri facere. Sed nil allegatur in dicto consilio nisi iura patrie in genere. Tu vide Hostiensem, & Ioan. Andra. & Anto. de Butr. in capit. significante. de appella. ubi dicunt quod si aliquis praetendit habere hanc seruitutem, scilicet quod omnes de aliqua villa teneantur emere carnes de suo macello, quod illam probare tenetur, pacto habito cum eis, vel praedecessoribus suis, vel alias fuerit prohibitus, & ipsi ad quietem ipsi prohibitioni, & postea praescriptio completa fuit: quia tunc habet dictam seruitutem, & potest prohibere ne alibi carnes emant, nisi dominus villae sit is, qui sibi hanc seruitutem asserit. Et sic ista exceptio a dicta regula facit contra dictum consilium Guliel. de Gualbis. Nam ex quo est dominus castri, & habet omnimodam iurisdictionem, merito dici potest quod dictum macellum facere potest fortiatum. Sed forte istud, quod dicunt doctores in dicto capitulo significante, est de iure communi, & quod dicit G. de Gualbis est de iure Cathalonico, per dictas constitutiones: vide Bal. in l. si plures. C. de condi. ¶ Iser. ubi querit an furnus potest subijci seruituti, q̄ omnes de villa teneantur decoquere panem in eo? Et dicit q̄ sic. Et vide P. Iac. in libel. titu. de libello super furno. Sed nunquid homines castri operabuntur turrim magistram, quae est intra fortalitium. Credo quod non: quia solum tenentur ad opus foraneum fortitudinis castri. Item quia domini castrorum non debent operas imponere subiectis, nec ab eisdem exigere: vt l. j. C. ne opere a collec. exhi. libr. x. & ibi not. ad quod. C. vt rusti. ad nullum obse. dona. l. ij. libr. xij. nisi consuetudo esset: vt C. de agri. & censit. l. domini praediorum. & l. cum fatis. § caueat.
 52 ¶ Et an tenebuntur operari cisternam intra castrum. Videtur quod sic: quia ex cisterna castrum est fortius. Credo tñ contra per rationes & iura allegata in j. q. cu non tenentur ad aliquam munitionem intra castrum:

castrum: quia aliis duplici onere grauarentur: quod esse non debet: vt ff. de lega. ij. l. Titia. §. qui in vita. à libro Thomæ Mieres. Et istud credo fore verum: nam operarum prestatio est munus personale: vt dicit Bar. in repet. l. placet. C. de sacrosanctis ecclesijs, ideo est patrimoniale. Quod an sit verum, Bartol. & latius in repet. l. neminem. eod. titu. Et istæ operæ dicuntur angaria, & talia angaria sunt regalia, & tanquam regalia soli competunt principi, secundum Baldum in l. non solum. C. de ho. quæ lib. & gloss. in c. non minus. extra de immuni. eccles. & sic dominus non potest compelle re eius homines ad istud angarium prestandum, nisi quatenus de consuetudine, vel de iure videtur sibi permissum. Sed non inuenitur quod ipsi homines teneantur operas prestare domino, nisi quo ad opus foraneum: nec dominus potest illos compelle re, nisi ad dictum opus, ergo in alio opere videtur sibi denegatum. l. cum prator. ff. de iudic. Et quod isti vasalli non teneantur ad angarium vel perangarium, est text. in authen. de manda. princip. §. illud. & de colla. §. ad hæc. Vide latius de materia operarum per Bartol. in d. l. neminem. ¶ Quæro, dominus habens castrum, dicit quod omnes habitatores intra terminos castri sui, siue sint ecclesiarum, siue sint alij allodia rij, tenentur exire ad sonum, & defensionem ipsius castri, etiam tempore guerræ, & quod tenentur operari in fossatis, & muro ipsius castri, & facere guaytas. Est certum quod idem dominus ipsius non habet pacem, nec guerram, nec hostem, seu caualcatam in ipsis hominibus, nec constat quod ipsi homines vnquam operati fuerint, vel operari consueuerint in fossatis, & muro ipsius castri: nec de hoc constat memoria hominum: quæritur quid iuris? Super quæstione prædicta videtur dicendum quod iuxta hanc consuetudinem quod tales habitantes intra dictos terminos ad prædicta tenentur, etiam quod idem dominus pacem & guerram, hostem & caualcatam non habeat in ipsis hominibus. Contra quæ iura ipsi homines non possunt se tueri præscriptione dicendo quod nunquam fecerunt prædicta, iuxta dictum vsaticum, hoc quod iuris est sanctorum, ad quod etiam facit gl. penult. in d. vsatico, quæ incipit. ff. de verborum significatio. ¶ Nec obstare videtur

etiam prædictis quod dominus talis castri non habet pacem, & guerram, hostem, & caualcatam in ipsis hominibus: quia adhuc ipsi homines de iure castri, ac aliis quod castrum esset sine guerra proprii domini, potest esse guerra aliquibus de causis, & ipsi homines indigent defensione castri, & sui ipsius, & honorum suorum, & sic tenentur ad prædicta iura castri, nisi præscriptione legitima se tueantur. Crederem tamen quod si ipsi homines requisiti per dominum castri prædicta facere contradixerint, & expresse domino castri prædicta facere interuertendo, in hoc possessionem dictorum iurium castri, & post dictam contradictionem, & interuersionem prædicti homines fuerint in libera, & pacifica possessione libertatis continuæ, & in pace, & spatium sufficiens ad præscriptionem, & possunt se tueri, huius præscriptione, & iure potestatis. Nam est de natura castri, & annexum iuri castri feudalis, sicut prædicta sunt iura castri: & sic videtur posse præscribi post contradictionem, vt est dictum. Nec videtur obstare prædictis dictus vsaticus, hoc quod iuris est sanctorum, & d. gloss. eiusdem vsatic. ¶ In quibus videtur dici quod aliquis non potest se tueri præscriptione aduersus iura castri terminati: quia d. gloss. & d. vsatic. intelligo nisi fuerint interuersa & contradicta possessio expresse talium iurium ipsa iura contradicendo cum præscriptione postea subsecuta. Aliter enim omnia prædicta iura, & vsati. concordare non possemus, nisi sic intelligerentur, quæ sunt concordanda, ex quo concordari possunt sano modo, & in sano intellectu, secundum Bertrandum de Seua. Sed vtrum in casu presenti feruitus præscribatur etiam per contradictionem? dicitur quod non. Nam contradictio nihil operatur, nisi quod facit contradictorem possessorem libertatis, & in rebus præscriptibilibus facit quod contradictor, id est possessor posset præscribere libertatem: ¶ cum sine possessione præscriptio non procedat. ff. de vluc. l. sine possessione. extra de præscriptio. capitu. causam, quæ. Sed iura castri, quæ non possidentur, non præscribuntur, vt in dicto vsatico, hoc quod iuris est sanctorum: frustra enim quæretur si possent præscribi, nisi possiderentur: cum, vt permissum est, sine possessione præscriptio

ptio non currit. Et quod sic loquatur d. vsaticus, patet ex sui serie ibi, cum dicit, nec pro suo iure defendere, nec retinere: tunc etiam longinqua ducentorum annorum possessione. Nec obstat alleg. gloss. posita in vsatico, potestatem. vbi dicitur quod potestas castri præscribitur post contradictionem: quia ibi castrum præscribit libertatem: & hoc non est ius castri, nec est ius competens contra castrum, & est inductum in fauorem castri, & dominorum castrorum, quod eorum iura non præscribantur: & sic non debet in eorum læsionem retorqueri: quod esset, si diceretur quod ex quo ius castri non præscribitur, quod etiam castrum non posset præscribere libertatem contra seruitutem per castrum debitam. C. de legi. l. quod fauore. Simile notatur extra de præscrip. c. illud. & sic iura castri sunt impræscriptibilia, secundum Bernardum de Abbatia Petri terreni. Francisc. de Podio, & Bernardum de vzinellis contra Bertrandum de Seua. ¶ Quæro, vtrum dominus castri possit facere immunes aliquos mansos constitutos in termino dicti castri ob operibus, vadis, & gaytis dicti castri, & facta immunitate possint cogi, ad faciendum opus foraneum? Et videtur quod possint cogi, prædictis non obstantibus, per hunc textum. C. de oper. pub. l. ad portus. & l. omnes prouinciarum. C. eod. titu. l. j. & l. intra urbem. C. de decu. l. vacuatis. lib. x. C. de episcop. & cleri. l. ad instructionem. Nec iuramentum domini obstat, cum sit præiudicium habitatorum, vt no. de cle. coniug. c. diuersis. de elec. nosti. Cynus. C. de pact. l. si quis in conscribendo. ij. oppo. & contra ius publicum est præstitum, vt no. per Gul. de Monte laud. de iure iur. in cle. j. secus in alijs operibus voluntarijs, & non necessarijs: quia dominus potest: & omnia videntur rei imposita, & non personæ. ff. de mu. & hono. l. honorum. §. viarum. Pro tributis res, & non persona conuenitur: vt ff. de publi. & vect. l. Imperatores. & in d. l. omnes. ¶ Ista quæstio residet in illa q. si dominus castri eximat aliquos de castro, vt non teneatur ad dictas operas, & dato quod teneatur talis exemptio plus alios oneret. Spec. in titu. de censi. §. nunc dicendum. vers. quid si vniuersitas. dicit quod si aliqua vniuersitas tenetur ad aliquam annuam præstationem, si dominus aliquem exemerit, non te-

nentur illi vniuersitate ad integram solutionem, sed tantò minus, quod est illud, quod debebat soluere priuilegiatus. Et idem videtur sentire Bartol. in l. ab omnibus. ff. de leg. tertio. In obligatione ex contractu, vt vno liberato reliqui non teneantur ad portionem illius. Sed dominus Nico. in c. accedens. de præscript. cōcludit quod si onus imminet pluribus non insolidum pro virili portione, tunc aut incūbit ex contractu, aut ex vltima voluntate, aut iure communi, vel consuetudine. Primo casu vno exempto priuilegio alij tenentur pro virili portione, & non insolidum. Secus si fuissent obligati insolidum: vt not. Bartol. in dicta l. ab omnibus. Secundo casu cum tenentur ex vltima voluntate, & testator eximit aliquem, reliqui tenentur insolidum, vt dicta l. ab omnibus. Tertio casu cum tenentur ex dispositione iuris communis, solus imperator potest eximere in temporalibus regulariter, & papa in spiritualibus: tunc onus adstringit alios. Et sic intelligitur d. c. accedens. Alij verò reges, & principes, & similes non habentes iura imperij, licet possint eximere aliquem, illud fit in eorum præiudicium, non tamen in præiudicium aliorum & Reipublicæ. Facit d. l. vacuatis. iuncta gloss. & dicto Barto. C. de decur. Et idem dicit in obligationibus ratione statuti. Vnde Bartolus & Iacobus de Are. in d. l. ab omnibus. ¶ dicunt statuto cauetur quod comitatiui teneantur soluere salarium potestatis, & post aliqua villa eximitur ab oneribus, tenentur reliqui comitatiui soluere integrum salarium. Quod Nico. putat esse verum, quando ex causa rationabili quis eximitur per inferiorem. Allegat nota. per Barto. in dicta l. vacuatis. In quarto membro in obligatis ratione consuetudinis credit idem quod in obligatione ex contractu: quia ex quo omnes tenentur ad onus ratione consuetudinis, non debet vnus eximi in præiudicium aliorum. Facit quod not. Ioan. And. in dicto. §. nunc dicendum. Nunc ad propositum, quia isti homines populati intra terminos castri sunt obligati ad dictas operas, & ad alia iura, tam de iure, quam ex consuetudine, merito quia dominus castri est inferior à principe, crederem quod dicta exemptio alios grauet, per iura superius allegata: nisi dicta exemptio fuerit facta ex aliqua rationabili causa, secundum

61 dūm Nic. vbi supra. ¶ Quero, quam iurisdictionem habet dominus castri in castro, & eius termino? Et dico quod primo inspicendus est tenor concessione, siue inuestitura ipsius castri. Nam vbi dubitatio est de re feudali, ad tenorem inuestiture est recurrendum, secundum Bald. in prælud. feu. §. quarta. nec ab illius tenore est recedendum, secundum eum, quæ fuit prima causa benef. amit. §. denique. & j. c. si aliquis habet. Si autem non apparet in ipsa concessione, aut infeudatione, siue inuestitura de ipsa iurisdictione, tunc distingue. Aut dominus consuevit vti certa iurisdictione in ipso castro, & termino: & tunc dic quod illam censetur habere, quia consuetudo tribuit iurisdictionem. Nico. in c. cum contingat. de foro competen. vbi dicit quod indubitanter simplicem tribuit. Nam etiam ista priuato tribui potest. De mero & misto imperio, vide eum ibi late, & Cynum in l. j. C. de eman. lib. Barto. in l. j. C. de aqua plu. arcen. Innocen. in c. nouit. de iudi. & in c. j. de apostil. & ibi Bald. & Ioan. de Plat. in l. quicumque. C. de fun. limit. lib. j. Inno. extra de offi. archi. c. dilecto. Iac. de Bello vsu in authen. de defen. ciui. colla. iij. Gemi. in c. j. §. nec. de offi. ordi. lib. vj. Ludo. in l. fi. de aqua plu. arcen. l. prætor. §. is quoque. & ibi Ange. ff. de iudi. Sed ipse Angel. in l. & 62 quia. ff. de iurif. om. iudi. quærit, tan consuetudo det imperium. Et dicit quod non, sed populus, qui vult probare se imperium habere, debet allegare sibi concessione factam à principe, & ad eam probandam debet deducere, & probare vsu longeuum imperij. Si autem non apparet per consuetudinem de ipsa iurisdictione: & tunc in dubio recurre ad quandam sententiam latam per dominum Regem Alfonso in causa lutiōis castri de Villaffario, die xxv. Augusti, anno à nat. domini & c. cccc. xix. in aula maiori palatij veteris regij ciuitatis Barchinonæ, cum qua dominus Rex declarauit quodcunque imperium, necnon & totam ciuilem iurisdictionem in parochia de Villaffario, & de Argentonā competentem, excepta illa ciuili modica iurisdictione, quæ competit in vicaria Barchinonæ, seu communiter velut plurimum in Cathalonia iure castri cū coercitione banni tantum quinque solidorum fore redimiles & c. A qua quidem sententia fuit

appellatum per homines de Villaffario. & fuit confirmata per Regem Alfonso in ciuitate Turdi die quarta Martij, anno à natui. domini. millesimo quatercesimo vigesimo octauo. ¶ Et sic ibi habes quod castro terminato iure castri competit ciuilis modica iurisdictione cum coercitione banni quinque solidorum: quia aliàs iurisdictione sine modica coercitione nulla esset: vt ff. de offi. eius, cui mand. est iurisdictione. vt l. mandam. in fine. & extra de offi. deleg. c. ex literis. Et istud intelligas, quādo simpliciter iurisdictione est concessa sine aliquali illius designatione: quia si designata fuit in concessione siue inuestitura castri, serua quod in ea continetur, vt dixi superius. Quæro, an dominus castri possit prohibere piscari, & venari intra terminos castri. Vide Ioan. Andre. in c. non est. extra de deci. & Ioan. Fab. instit. de rer. diuisio. §. flumina. 64 quia sufficit tibi remissio. ¶ Quero, an vasalli teneantur soluere debita domini sui. Dic quod non: nam si ipse dominus nō habet vnde soluat, potest creditor mitti in possessionem vasallorum, secundum Baldum in l. ob causam. C. de actio. & obligatio. & per eum. de alie. feud. pater. §. finali. in feud. Quæro, an vasallus teneatur iuuare dominum ad maritandum filiam suam. Bald. de capit. Cora. §. similiter. dicit quod non, nisi super hoc esset specialis consuetudo. Adde Petr. Iacob. in libel. titu. super conuentione. ex moribus. & per eum de caus. ex quib. do. propria. priue. Specul. in titu. de feud. §. ij. circa finem. Intelligas tamen quod si semel exactum fuerit à subiectis prætextu consuetudinis, quod si casus eueniat, quod iteratō maritetur, quod iterum à subiectis nō potest exigi, secundum Gul. 65 de Cug. in tractatu munerum. ¶ Quæro, si dominus castri male tractat vasallos castri, quod remedium habebunt? Dominicus de sancto. Gemi. in capitulo ad apostolicam. de re iudicata. libro sexto. §. sed licet. dicit quod priuatur feudo. Bal. in feu. de pace tenenda. §. publici. dicit quod dominus Rex potest monere eum quod eos tractet modo debito & consueto: aliàs poterit sibi auferre castrum. Et est ratio, quia male vitur substantia sua. In Cathalonia recurritur ad remedium vsatici, similiter & si senior. & in vsatico, alium nanq. Vide constitutionem anno domini millesi. §. ibidem.

§. ibidem. vbi permittit domino male tractare rusticos suos. Et adde Iac. de Montciud. in vsatico, omnes. & Iacob. Callicij in vsatico, magnates. Quæro, an domini castrorum possint à suis subditis tallias exigere? Et dic quod non, secundum Gul. de Cug. in tractatu de muneribus & honoribus. sed in Cathalonia dicunt aliqui quod potest, & dicunt quod istud est de iuribus castri, vt dixi superius. Et hoc tenet Spec. de feud. §. fin. versi. & not. & sic contra Gul. Sed ipse Guliel. dat intellectum ad dictum Specu. Vide quæ dixi supra in capit. si vero 66 in ver. questijs. ¶ Quero, pone q. teneo temporalia intra territorium alicuius castri, nunquid ego & mea dicemur esse de iurisdictione ipsius castri? Dic q. sic. Pro quo xvj. questione vij. omnes basilica. extra de ordi. cogni. cum dilectus. in princip. de restitutio. spoliato. Pisanis. ff. de officio præfect. vt. l. j. §. cum vrbem. extra de priuileg. c. ex parte. Ad quod facit xvj. q. j. c. alia. Sed seruitus potest probari imposta, si petatur. ad municip. l. incola. & de cen. l. forma. de public. & vectig. l. imperatores. Et quælibet res præsumitur libera, nisi probetur sua, vt hic, in nostra q. vnde subest iurisdictione domini ipsius castri. Pro quo in authen. de quæsto. §. si vero forsan. colla. vj. & quod nota. Ioan. de Bla. titu. de actio. §. præiudiciales. sub rubrica quæ sunt iura, quæ dominus habet in homine suo. Pro hoc vsaticus, omnes homines. & in vsatic. si quis de hominibus. Hoc tenet Specul. titu. de feu. §. primo. versicu. xvij. quæritur. quid iuris habeo in homine meo. & vide not. de reli. c. cum venerabilis. de excess. præla. c. dilecta. Cyn. C. de eman. lib. l. j. & per eum de peda. iu. d. l. j. & per Spec. titu. de iurisdictione. om. iudi. circa medium titu. & per Ioan. And. de foro competen. c. vno. in clemen. secundum Bernardum de Vzinellis antiquum aduocatum Barchinonæ. ¶ Et nota quod secundum consuetudinem Hispaniæ quod qui castrum recepit sub homagio, debet illud restituere illi, à quo recepit sub homagio, & non alijs. Alioquin incidit in commissum prodicionis, quod est maius crimen, quod possit esse in patria. Vide quæ dixi supra, in capitulo primo. circa finem. & licet crimen prodicionis largius assumatur in iure, tamen secundum consuetudinem Hispa-

niæ sumitur pro crimine læsæ maiestatis, & solum restringitur ad tres casus, scilicet si interficiat dominum, & si non restituat castrum, vel faciat domino iniuriam, de qua loquitur in vsibus feudorum. Facit. j. capit. Barones. & in Spec. titu. de feud. §. primo. versicu. xiiij. quæritur, cum versicu. sequen. secundum antiquos scribentes. Tu adde tex. & ibi Ange. in l. prima. C. ad legem iul. maiesta. vbi dicit quod si castrum non restituitur per castellanum, incidit in crimen læsæ maiestatis: & idem si tradidit ipsum hostibus, secundum eum.

Sub cuius examine alodiarij tenentur experiri.



I alodiarius fuerit in aliquo castro, & dominus castri contenderit cum eo de alodio, dicendo nō esse alodium, ipse alodiarius nō cauetur experiri sub examine domini illius castri: sed ambo debent venire in posse de cominal, qui eis diiudicet: & si non conuenerint de cominali persona, quia forte non placet domino castri quæ elegit alodiarius, vel econuerso, si alodiarius vult venire in posse principis, vel sui vicarij, dominus castri tenetur acceptare, velit, nolit, vel cedere liti, pro eo quia ille princeps, vel eius vicarius est communis persona omnibus habitatoribus in hac patria. Si verò contentio fuerit de alodio, vel alia re inter alodiarium, vel aliam personam à domino castri, alodiarius nō tenetur firmare directum in posse domini castri, nisi de consuetudine antiqua hoc fuerit obseruatum. In hoc enim bene præscribit dominus castri contra alodiarios. Si verò non fue-

Cominal, id est, p. partes communis & econuerso, id est, p. comunitatem, sicut dicitur in l. de vicariis. vel in commentarijs catur.

cessum castrū simpliciter, aut cum iurisdictione infeudata. Primo casu dic q̄ allodiarius nō tenetur firmare directū in posse domini castrī, nisi haberet de consuetudine: quia cōcedendo castrū simpliciter non venit, nisi modica iurisdictione, vt dixi supra in c. proxi. Secundo subdistingue, aut ipse allodiarius est de genere militari, aut non. Si autem est de genere militari, dic idem vt dixi supra in viij. not. Secundo casu dic q̄ tenetur firmare directum in posse dñi: quia dicitur ordinarius in termino castrī, secundum Inn. & Io. Andr. vbi supra. & dixi supra in expositiōe literæ in verbo, cōsuetū.

11 **T** Opp. tertio, q̄ allodiarius si teneat aliquas possessiones pro dño, nō teneatur in posse suo directū firmare, quia esset iudex in causa sua propria, quod iura non patiuntur: vt C. ne quis in causa sua iudi. aut ius di. in rubro & nigro. & l. qui iurisdictioni. ff. de iur. om. iudi. cum vulga. Sol. Illud est regulare, quod hīc dicitur est speciale. Nā multipliciter potest quis sibi ius dicere: vt ibi Ang. & latius Iaco. Callicij in Margarita fisci. Vel dic q̄ ipse nō erit iudex in causa propria: quia tenetur sibi assignare iudicem, secundum not. per Ia. de Monte iud. in vlatico, omnes homines. & quæ scribā j. c.

12 **S**i aliquis. **T** Quæro, nunquid dñs castrī habeat iurisdictionem in criminalibus in allodiarium? Dico q̄ non, si tamen habeat illam modicā iurisdictionē, quā habet iure castrī: sed in flagrantia maleficij inueniatur, potest capi per quemcūq̄ dominū, quantum illius criminis non habeat cognitionē: sicut dicitur de clerico capto per iudicem secularē in flagrantia maleficij, secundum not. in c. vt fame. de sen. excō. & ibi Io. Andre. C. vbi fena. vel cla. l. fi. idem vbi non esset flagrans maleficium, sed esset ab aliquo requisitus: vt in authen. vt nulli iud. §. si vero cōprehensorum. coll. ix. Quod intellige verum, quādo non esset copia iudicis, ad quem pertineret iurisdictione, & intra viginti horas debet ab eo remitti suo ordinario, secundum Bar. in l. capite quinto. ff. de adulte. Canonistæ verò in c. at si clerici. de iudic. dicunt q̄ debet remitti incontinenti. Si verò allodiarius esset persona de genere militari, tūc potest detineri captus quousque à domino Rege fuerit requisitus. Non tamē quod si miles tenet militem, vel personam generosam captā, debet eam tene-

re publicē, & non in occulto, & cum per dominum Regem fuerit requisitus, tenetur ipsum restituere. Hoc ortum habuit in vlatico, ex magnatibus. ibi: & si milites, & dic solutos ei reddat: vt in constitutio. Regis Petri secundi. c. item quod nullus miles. Est tamen dubium, si officiales regij possunt facere dictam requisitionē: cum in vlatico dicatur, cum requisitus fuerit à principe. & in constit. dicatur, cum nos ipsum &c. & sic videatur personaliter loqui: & consequenter non potest requiri per vicarium. Et pro hoc vide tex. v. q. iij. §. in criminalibus. vbi per illum tex. dicit ibi Gemin.

13 **T** q̄ vbi cūq̄ statutū vtitur istis verbis per se, intelligitur personaliter & nō per interpositam personā. & adde l. per hanc. C. de ero. mi. an. lib. xij. in verbo per se. vbi stipēdiarius debet capere stipendia sua per se, & sic non per substitutum. Et ibi dicit Bar. idem in doctore legente, vt personaliter teneatur recipere stipendia sua. Facit dictum Card. in cle. j. de iure iur. in verbo, per manus nostras. vbi dicit q̄ quoties in rescripto vel statuto dicitur aliquid debere fieri per manus nostras, nō potest fieri per substitutum. Et pro hoc dicit esse gl. singularē in cle. j. de vi. & ho. cle. Tu allega text. meliorē de iure in l. probatorias. in verbo, manu principis. C. de diuer. offic. lib. xij. Vide ibi Bar. vide tex. de poen. dist. j. c. periculo. se. in verbo proprijs manibus. vide tex. in c. glo. in l. singulos. in verbo proprio chirographo. ff. de testa. Sed Præpositus dicit q̄ contrario vtimur de cōsuetudine, scilicet q̄ vicarius facit dictas requisitiones, cum sit eius iudex. Et pro hoc tu allega, quia nullū est merē ius positiuū, quod consuetudine mutari nō possit, secundum Bal. de prohi.

14 **f**eu. al. per Frede. §. praterea. **T** Quæro iuxta tex. et illius expositionē in verbo Antiqua, quantum tempus requiratur ad inducendam istā cōsuetudinem? Et dic quod inducitur ex cursu decem annorum secundum glo. instit. de iure nat. §. ex nō scripto. & Bar. in l. de quibus. ff. de legi. & ibi Salicet. in vers. quæro septimō, quia hæc dicitur inueterata, reprobata opī. Azo. qui dicebat quod decē annis inter præsentēs, & viginti inter absentes: quoniam ciuitas semper est præsens: vt l. proponebatur. de iud. & etiā reprobata opī. illorum, qui dicebāt tanto tēpore, cuius contrarium memoria initiij

initij non existit. Et istam etiam sequitur Bal. in d. l. de quibus. vers. quinto. & allegat Inno. in c. quod si per nouale: de verb. signi. & ibi recitat opinionem quorundam canonistarum qui dicunt **T** q̄ aut consuetudo est præter legem, & inducitur decem annis, vt dictū est. Aut est cōtra legem: & tunc quadraginta annis: quia irrationabilis censetur eo ipso, q̄ est contra ius: & ideo requiritur tempus longissimum: quia irreuocabilia difficilius præscribuntur: vt l. cum notissimi. & l. si quis emptionis. C. de præscrip. triginta vel quadraginta ann. Concludit tamen q̄ aut consuetudo inducitur super rebus ecclesiasticis alienandis, puta super infeudatione vel liuellatione: & tunc sunt necessarij quadraginta anni, nec antè dicitur res consueta infeudari, vel emphyteuticari, argumento extrā de feud. c. ij. & de præscrip. c. de quarta. **T** Aut super factis & actibus aliarum personarum: & tunc inducitur decem annis, vt dicit dicta glos. Vide eundem Bal. in feu. qualiter feu. olim ali. circa prin. Sed in quantum dicit q̄ consuetudo super rebus ecclesiasticis infeudandis, aut emphyteuticandis præscribit quadraginta annis, vide eum latius in feu. qui feu. da. poss. §. consuetudo. vbi querit an valeat talis consuetudo. **T** Sed quæro, vnde incipiat currere isti decem anni, an ab actuum pluralitate, an ab vno actu, à quo consuetudo incipit exordium. Et Bald. in d. l. de quibus. ver. secundō queritur. dicit quod quidam dicunt quod verū, & essenziale principium cōsuetudinis, est ab actu vno: nam tunc præsumitur populus sciendo quod consentiat, & cōsensus est principium consuetudinis. Alij dicunt quod ab vno actu publico & notorio incipit consensus: & per consequens incipit nasci consuetudo. Et istud dicit Bal. quod est verum, vt not. in l. cum de consuetudine. ff. de legi. **T** Quæro, ecce q̄ per consuetudinem quis quaesuit iurisdictionem iudicandi inter certas personas, vt puta contra allodiaros, an contra alias potest iurisdictionem exercere? Dic quod aut exercuit singulariter contra certos: & tunc non querit cōtra alios. Aut vniuersaliter, tanq̄ iudex vniuersalis, & animo exercendi contra quemcūq̄, cum casus occurreret: & tunc acquirit contra omnes, secundum Cynum & Bald. in l. j. C. de emanci. lib. Sed quid si vsus est iurisdictione in vna specie, an in alijs speciebus durioris generis dicatur sibi quaesierit? Et dicunt ipsi quod nō: sed tantum in similibus, vel leuioribus. Vide Inno. in c. dilectis. de capel. monachorum.

Quando potest alienare castellanus, & quando non, partem castrī sine consensu domini sui.



Castellanus, seu feudatarius non potest absque domini voluntate alienare castrum, vel feudum, nec aliquam partē castrī, seu feudi de aliquo genere alienationis, in quo castrum, vel feudum dominus recipit partem de redditibus castrī, vel feudi. Si verò tale castrum est, in quo dominus nihil recipit de redditibus castrī, nisi tantum potestatem de ipso castrum, vel si non est castrum, vel fortitudo ipsum feudum, sed aliud, puta campi, vineæ, decimæ, siue aliquid aliud sine aliqua fortitudine, non requiritur, nec datur potestas, sed fit homagium tantum, & aliquod seruitium tempore guerre, vel generalis expeditionis præstatur: tunc in casu isto potest vasallus sine domini voluntate ad perpetuum in emphyteusim stabilire aliquam partem feudi, ita tamen quod huiusmodi stabilimentum fiat ad meliorandum sine diminutione feudi: quia in tali alienatione non diminuitur feudum, nec dominus amittit aliquid postquam nihil recipit in redditibus castrī, vel feudi: & illa pars feudi, quæ per vasallum ad emphyteusim conceditur, remanet sub dominio, nec recedit à feudo: imò dominus, & vasallus re-

tenent dñium in tali alienatione. Et licet huiusmodi alienatio fiat per vasallum, nihilominus talis vasallus dabit plenariam potestatem de castro, & faciet homagium, & plenum seruitium domino suo ratione feudi sibi & antecessoribus suis concessi ab antiquo, ac si nihil de feudo ad emphyteusim stabilisset. Cæteras autē alienationes, vt sunt donationes, & venditiones, & cæteræ, in quibus nullū dominium retinetur, non potest vasallus facere sine domini voluntate: quia licet dominus nil recipiat in rebus, non potest tamen vasallus feudum diminuere domino suo.

S V M M A R I U M.

- 1 Vasallus nec feudum, nec ipsius partem alienare potest domino partem reddituum capiente.
- 2 Dominus feudi partem de feudi redditibus capere potest. Corporalia & incorporalia infeudari possunt.
- 3 Feudum in quibus rebus constitui possit.
- 4 Castrum quibus conditionibus infeudari possit.
- 5 Vasallus quas de feudo alienationes facere possit. Alienatio quid sit.
- 6 Vasallus feudum deterius facere non potest.
- 7 Feudum quid sit, & quid importet.
- 8 Vasallus, castellanus, & feudatarius eadem rē significant.
- 9 Sine dicto sui: natura est exclusiua.
- 10 Voluntas quid sit.
- 11 Alienatio nis nomine quid contineatur.
- 12 Species qualibet sub genere uenit generis appellatione.
- 13 Taxatiuæ dictiones negatiuè exponuntur.
- 14 Partis appellatione quid ueniat.
- 15 Alienationis nomine uenit datio in emphyteusim.
- 16 Consortes feudi citra domini uoluntatem illud diuidere possunt.
- 17 Vasallus feudum sine dignitate potest ut libet alienare.
- 18 Feudum ideo pignori potest dari, q. nullum transferatur dominium.
- 19 Vasallum posse feudum alienare propter necessitatem, qualiter intelligatur.
- 20 Feudum paternum alienari non potest, agnatis inuitis.
- 21 Pater feudum uni ex filiis assignare potest.
- 22 Consensus quando tacitè induci dicatur.
- 23 Lex noua quatenus ueterem tollere dicatur.
- 24 Leges priores distinguunt posteriores.
- 25 Feudum hodie sine domini consensu alienari nequit.
- 26 Feudum quando per alienationem citra domini consensum factum eidem aperitur, & nume. seq.

- 29 Feudum per alienationem non amittitur sine traditione.
- 30 Pacta quæ in feudis apponi possint.
- 31 Vasallus quando feudum pro alodio suo alienare possit.
- 32 Vasallus quado dominum feudi dominio priuare dicatur.
- 33 Iura noua quando uetera corrigere dicantur.
- 34 Dominus quo casu feudum realiter emperare possit.
- 35 Vasallus ignoranter feudum alienans, illud non perdit.
- 36 Feudum quo casu sine domini consensu alienari possit.
- 37 Pignoris datio uenit quandoque alienationis nomine.
- 38 Vasallus an possit impunè partem feudi alienare.
- 39 Feudum an in ultima uoluntate legari possit.
- 40 Alienationis nomine quando ueniat heredis institutio.
- 41 Vasallus quo iure de feudo in ultima uoluntate possit disponere.
- 42 Infeudatio facta alicui & suis, qualiter intelligatur.
- 43 Vasallus quando ad uotum possit de feudo disponere.
- 44 Iura non corriguntur, nisi id ipsum expressè dicatur.
- 45 Alienatio non perficitur sine traditione.
- 46 Vasallus an possit feudum sine domini consensu pignori dare.
- 47 Impera realis in quibus locum habeat.
- 48 Feudum quibus modis alienari possit.
- 49 Feudum sine domini consensu non debet pignori dari.
- 50 Dominus non contradicens alienationi feudi an sibi præiudicet.
- 51 Patientia domini non contradicens feudi alienationi, an habeatur pro licentia.
- 52 Ratum habere dicitur, qui non contradicit.
- 53 Consensus tacitus quando sufficiat.
- 54 Tacens quando habeatur pro consentiente.
- 55 Dominus feudi intra quantum tempus debeat contradicere alienationi feudi.
- 56 Vasallus si partem feudi alienet, dominus ab emptore poterit recolligere.
- 57 Dominus recipiens partem seruitij de feudo diuiso, an sibi præiudicet.
- 58 Protestatio contraria facta, an & quando iuuat protestantem.
- 59 Pignoratio feudi cum traditione reali prohibetur iure communi.
- 60 Feudum non uenit sub generali obligatione.
- 61 Vasallus an cadat à toto feudo, si partem indebitè alienauerit.
- 62 Vasallus feudum alienans an perdat illud ipso iure, an uero requiratur sententia.
- 63 Feudum ob alienationem indebitam an ipso iure amittatur.
- 64 Feudum ob alienationem uel culpam amissum, ad quem reuertatur.
- 65 Vasallus feudum domino suo inscio alienans, & item illud recuperans, an illud perdere debeat.
- 66 Vasallus quibus casibus cadat in commissum.
- 67 Perdere, uerbum quandoque temporaliter capitur.
- 68 Præscribi an possit, quod alienari est prohibitum.
- 69 Præscriptio quæ lege prohibita censetur.
- 70 Præscriptio prohibita à testatore equiparatur prohibita à lege.
- 71 Lex posterior quando & ad quæ extendatur.
- 72 Potestas de qua re domino feudi soleat tradi.

Potestas

- 73 Potestas de feudo quando capiatur per modum imperæ realis.
- 74 Potestas castri an danda sit, quod tempore concessionis nondum edificatum erat.
- 75 Dominus feudi potest sibi providere quocumque sibi placuerit petendo & accipiendo potestatem.
- 76 Dominus maior quando uasallo irrequisito de castro & eius hominibus an possit pacem & guerram facere.
- 77 Vasallus recognoscens nō dominum in dominum, an præiudicet domino.
- 78 Vasallus si feudum sine domini consensu uni obligauerit, alij cum domini consensu, uter præferetur?
- 79 Pignus unde dicatur.



Astellanus. Diuide istud capitulū in quinque partes. In prima parte dicit qualiter feudatarius non potest alienare feudum, vel eius partem in casu, quo dominus recipit partem de redditibus. In secunda parte dicit qualiter feudatarius potest dare partem feudi in emphyteusim. In tertia parte dicit qualiter res emphyteutica remanet sub dominio ipsius domini. In quarta parte dicit qualiter feudatarius remanet vasallus. In quinta parte & ultima dicit qualiter feudatarius non potest facere alias alienationes sine uoluntate domini. Prima pars incipit, Castellanus: vsq. ad uersū. si uerò. Secunda pars ibi, vsque ad uersū. & licet. Quarta pars ibi, vsque ad uersū. cæteras. Quinta pars ibi, vsque ad fin. Castus. ¶ Feudatarius non potest alienare feudum, vel eius partem, ubi dominus recipit partem de redditibus. Si tamen dominus nil recipit, tunc potest feudatarius ad meliorandum dare partem feudi in emphyteusim, & pars emphyteutica remanet sub dominio domini, & vasallus tenetur dare potestatem de castro, & facere homagium & seruitium domino. Alias uerò alienationes vasallus facere non potest sine domini uoluntate. Hoc dicit Col. ligenotabilia. ¶ Not. primò quòd feudatarius non potest alienare feudum, vel eius partem, sine domini uoluntate, ubi dominus recipit partem de redditibus. Quo ad alienationem concordat j. capitulo si aliquis. §. Item non potest. & §. Item feudatarius. cum §. sequen. et si dominus. & in feud. de prohibitione feud. alij. per Lothar. & de prohi. feud. alij. per Frede. & adde vsaticum si quis suum feudum. & §. capitulo si

uerò. ubi vasallus non potest præscribere in alienationibus fiendis. ¶ Nota secundo qualiter dominus potest recipere in castro vel feudo partem de redditibus. Concord. supra capitulo vasallus. §. Item. & in capitulo si uerò sequenti. Not. tertio in uerbo Campi, uinea, & decimæ: quòd res corporales, & incorporales possunt infeudari. Vide Bald. de consuetudine rectorum feud. ubi dicit quòd iurisdictio, decimæ, & aliæ res incorporales in feudum concedi possunt. & text. & ibi Baldus de feud. cog. ubi dicit ¶ quòd feudum potest constitui in rebus immobilibus solo coherentibus, aut in his, quæ inter immobilia computantur, ut puta annui redditus, pedagia, & guidagia. Et adde eundem Baldum de consuetudine rectorum feud. ubi dicit quòd feudum est corporale & incorporale. Et uide Hostiensium in Summa titulo de feud. §. qualiter feudum constituitur. uide textum j. capitulo consuetudo. §. ius & consuetudo. ¶ Not. quartò quòd castrum potest esse ita infeudatum quòd tantum dominus habeat in eo potestatem: uel si non est castrum, quòd tantum præstetur sibi homagium, & aliquod seruitium. Nota quinto quòd feudatarius sine domini uoluntate potest dare partem feudi in emphyteusim, ubi dominus non recipit partem de redditibus. Idem dicit P. Iacob. in libello. titu. de condi. ex l. Imperialem. §. calidus. ubi dicit quòd istud introductum est de consuetudine. Vide text. & ibi Bald. de alij. feud. ubi dicit quòd potest dare partem ad libellum: dicens etiam quòd libellus est contractus emphyteuticus. Vide not. institu. loca. §. adeo. & C. de anno. & tribu. l. celsiter. libro vndecimo, super uero, recedere à feudo. Sed gloss. Bald. & Iacob. Alua. in capitulo primo de prohi. feud. alij. in prin. tenent quòd vasallus sine consensu domini non potest rem feudalem concedere in emphyteusim. Et idem tenet Franc. Zaba. in c. ij. extra de feu. No. sexto q. res emphyteutica remanet in dominio domini, nec separatur à feudo. Not. septimò quòd licet vasallus dederit in emphyteusim partem feudi, nihilominus ipse vasallus dabit potestatem de castro, & faciet homagium, & seruitium. ¶ Nota octauò quòd etiam quòd dominus non recipiat partem de redditibus, vasallus non potest facere alias alienationes

nationes, in quibus dominium non retinetur sine voluntate domini. Vide l. j. C. de fun. dot. vbi dicit quod alienatio est omnis actus, per quem dominium transfertur. & ibi vide Salicetum. † Not. nonò quòd vafallus non potest feudum deteriorare, seu diminuerè. Concor. supra capitu. si verò.

No. decimò & vltimò quòd vbi in re feudali non est est fortalitiu, tunc non datur potestas, sed tantum fit homagiū, & aliquod seruitium. Et sic hñc habes casum, de qua re est danda potestas, scilicet quando est fortalitiu in re feudali. Vide quæ dicam. j. in quæstionibus. Adde Guilieum de Valesicha in vsatico, potestatem. vbi sic inquit. Et no. † quòd feudum in Cathalonia denotat seruitium, & ius petendi & recipiendi potestatem in feudo, nisi conuentientia feudi aliud habeat: quia sufficit quod ille, qui petit potestatem, sit dominus: & ille à quo petitur, sit vafallus: vt in capitu. vafallus. §. j. supra. & in vsatico, si quis suum feudum. cū ibi notatis per ipsum G. quod ipse intelligit si feudum consistat in castro, domo, vel aliquo fortalitiu. Si autem esset feudum in decimis sine deline, campis, vineis, vel aliquibus redditibus, tunc de tali feudo non datur potestas. Et allegat hoc capitulū. Expone literam. Castellanus. † Nota quòd castellanus, & feudatarius, ac vafallus sunt synonyma, id est idem importantia. Vide quæ dixi supra in capit. & si non in quæstionibus. Potest. Istud verbum hñc ponitur negatiue, & sic importat necessitatem, secundum gloss. in capi. j. de reg. iur. libr. vj. Secus si affirmatiue poneretur, secundum glo. in clemen. attendentes. de sta. regu. & in c. proposuit. de app. vide Bart. in l. Gallus. ff. de libe. & posthu. Et de ipsis verbis. Non potest, vide Bal. in authen. habita. C. ne fil. pro pat. capitulo j. de iniur. & dam. da. li. vj. De isto verbo Potest, Bald. in j. quæstione. de appel. & per eum in l. si verò. C. de his, qui. vt indig. & in l. ij. in ij. col. C. qui. res. it. nō noc. Bar. in l. j. ff. de iniust. rupt. testa. & in repetit. l. creditores. C. de pig. & in l. saepe. de offic. præsi. & in l. sius quoq. §. sed si filio. ff. de hæc. insti. & Gemi. in c. statutum. §. cum verò. de rescri. lib. vj. Absq. id est sine. † Ista dictio de sui natura ponitur exclusiue, secundum Archi. in c. qui ad agendum, de procu. libr. vj. & Gemi. in c. j. de consue. eo. lib. Volunta

te. Quid sit voluntas, est illa, quæ non est à lege regulata l. iij. de arbi. in prin. secundum Andre. de Sicil. in rubrica de re iudic. Vel secundum Bald. in l. in vendentis. C. de contrahen. emp. voluntas est animi motus nullo cogente. Vide eum latius in l. voluntas. in lectura antiqua. C. de fideicommiss. & in l. j. C. de vindic. lib. vbi dicit quòd voluntas absoluta est illa quæ stat in finibus voluntatis. aliquo genere alienationis. Vide Bald. de contro. inter do. & emptorem. vbi dicit quòd aut alienatio prohibetur ratio nere rei: & tunc omnis contractus continetur. Ita est ibi & hñc. Aut ratione personæ: & idem, vt nota. in l. ij. C. de vsuc. pro empto. Aut ratione modi, & formæ: & tunc secus, vt legitur & nota. in l. vltima C. de prædi. cu. libr. x. Adde P. Iacob. in libello. titu. de condi. ex l. Imperialem. §. callidis. vbi dicit quòd nomine alienationis in materia feudali venit omnis species alienationis. Vide Bald. de suc. feud. §. hoc quoque. vbi posuit aliquas conclusiones in materia feudali. Adde hñc quæ dixi superius in capitulo eodem, vbi multa dixi de verbo Alienationis. & adde Bald. in feud. de ali. feud. vbi dicit quòd alienatio dicitur tribus modis. et eum vide per quos fiat inuef. §. noui. vbi dicit quòd appellatione generis quelibet species continetur. Et ibi dicit Baldus quòd alienatio dicitur proprie non solum si alienetur directum, sed etiam si alienatur vtile dominium tantum. De ista dictione vide textum in l. prima. §. per seruum. ff. de adquirenda possessione. vbi Ludouicus dicit quòd hæc dictio taxatiua non inducit exclusionem casuum sibi similitum, aut ab alijs legibus positurum. Et de hac dictione ponit Bartolus. ff. de ad. leg. l. tertia §. cum Titio. & in l. prima. ff. si quis ius di. nō obrem. & tex. & ibi Baldus in l. cum apertissime. C. de secundis nuptijs. & in l. si quis ex consensu. C. de episcop. aud. vbi dicit quòd dictiones taxatiuæ exponuntur negatiue. Natura enim termini restrictiuæ hæc est, & per consequens taxatiuæ, vt quemadmodum ad se remota excludit, ita sibi coherentia, & connexa includit, secundum Ludouicum in l. si cum dotem. §. sin autem. ff. soluto matrimonio & vide eum in consilio centesimo decimo quarto allegat clementi. exiuit. §. cū aut. Aliquid aliud. vt puta corporale

porale aut incorporale: quia hñc narrantur campi, vineæ, & decima: & sic veniunt similia. Nam verbum Alius alia aliud, est implicatiuū similitum, & non dissimilitum, vt not. Salicet. ff. man. l. j. in ij. oppo. & in l. per diuersas. C. man. & in l. non ex eo. C. de euic. Ang. Are. insti. de actio. in princ. Gemi. in c. Romana. §. ab archidiaconis. de appel. lib. vj. Bal. in l. j. C. de his, qui à non do. vide gl. in l. si fugitiui. C. de seruis fugi. vbi rex. dicit libra auri puniatur, vel quacumq. alia poena. glo. supplet, simili. Ludo. in consilio xcij. & glo. in authen. ex testamento. C. de colla. & glo. in l. j. §. nō semper. ff. de polli. vbi gloss. ad text. dicentem, vel ob aliam causam, scilicet similm. Vide textum in c. vafallus. §. Item. in verbo Alia Fortitudine. De verbo Fortitudo, dixi supra in c. si petita. in expositioe literæ, in verbo Fortitudine. Guerra, si quam habet dñs cū aliquo: vt in c. domino guerram hñc si. lex Frede. deinde inci. consue. Expeditionis. De hoc verbo vide textum in l. sin. C. de resti. mi. & de prohi. feu. ali. per Frede. §. firmiter. Et sic hñc accipitur verbum Guerra pro guerra domini, & verbum Expeditio, pro generali guerra. Et pro hoc j. c. si quis baro. in isto casu supple, quo dominus nihil recipit de redditibus castri. Emphyteusim. De hoc verbo vide in l. j. C. de iure emphy. Aliquam partem. † Licet appellatione partis contineatur dimidia in materia statuti, vel consuetudinis, secundum Bal. de ali. feud. Attamen quando additur verbum Aliqua, vt hñc, restringitur, & importat minus dimidiam. Glo. & ibi Nico. in cle. j. de fo. cōpe. Bapt. de sancto Pet. in l. sicut. C. de tes. mil. vide Gemi. in c. indemnitatibus. §. cæterum. de elect. lib. vj. vbi dicit quod appellatione partis comprehenditur tertia pars, & minor quando iungitur verbum. Aliqua. Et allegat d. gloss. Ita. De ista dictione dixi supra in c. si vero. Ad meliorationē. Ita est de natura rei emphyteuticariæ: vt in l. j. C. de iure emphy. in tali alienatione. id est, concessione ad in emphyteusim. Et sic hñc habes quòd appellatione alienationis venit datio in emphyteusim. Et sic licet prohibita sit alienatio de re feudali, vt in huiusmodi tex. & dixi supra in notabilibus, fallit in datione in emphyteusim, vt hñc. Itē fallit in infeudatione: vt in feu. in capitu. j. §. si verò. & ibi Bal. quali. olim feu. ali. pot. & dixi latius supra

in capitulo si duo. in oppositionibus, & in quæstionibus. Et adde P. Iaco. in libel. tit. de condi. ex l. imperialem. §. callidis. & per Iacob. Callicij in vsatico, si quis suum. in verbo Alienauerit. & text. & ibi Bald. de lege Cora. §. similiter. dum tamen det æquali persone: vt si est miles, detur militi: vt ibi. & text. & ibi Bald. per quos fiat inuef. §. sed res. Vide j. capitu. si aliquis. §. Item si vafallus illius. & j. capitulo si dominus. circa finem. Fallit etiam secundum Baldum in d. §. callidis. quia † confortes feudi possunt illud diuidere sine permissione domini, excepto feudo ducatus, marchionatus, & comitatus: vt in feud. de prohi. feud. ali. per Frede. §. præterea ducatus. Vide Baldum in l. si familia. C. fami. erciscun. & per eum in capitulo primo consti. feud. Specu. titu. de feud. §. quoniam. versicu. xxxj. xxxij. & xxxiii. Sed ista fallentia in Cathalonia non habet locum: vt j. in capitulo consuetudo. §. ius, & vsus est Cathalonix. Vide Iacob. Callicij in vsatic. si quis suum feudum. Adde quæ dicam in d. §. vsus. Item fallit secundum P. Iaco. vbi supra. quia inter agnatos conceditur alienatio: vt in feud. de ali. feu. pa. capitu. j. Item fallit, si vafallus non habens descendentes, nec agnatos, legat feudum extranco, vel eum hæredem instituit, vt not. in constitut. Imperialem. §. j. Quod est intelligendum secundum eum, dum tamen fiat sine fraude. Item fallit, secundum eum, † quia hodie de consuetudine sui vafallus habeat descendentes, vel agnatos, siue non, ipse potest alienare feudum non habens dignitatem, legando, vel hæredem instituendo. Item fallit etiam, secundum eum, quia de consuetudine ex quadam æquitate vafallus potest dare feudum inæstimatum pro dote pro filia sua sine permissione domini. Vide j. capitulo si defuncto. & capitulo nullus. & quæ ibi latius de hoc dicam. & in constitutione. Item ne super laudimio curiæ Ceruariæ. Et antecedēs istas fallentias dicit habere locum, quando fit alienatio sine fraude. Vide Bald. super hoc per quos fiat inuef. §. sed res. Vide quæ dicam j. vbi tractabo extensè, quando potest feudum alienari tam de iure communi quam municipali. Conceditur. id est, separatur. Cæteras. superius dixi in genere de alienatione, nunc dicit in specie, quæ alienationes sunt prohibitæ de re feudali. Nullū dominium

18 dominium. Potest ergo dare in pignus, cum nullum dominium transferatur: vt in l. pignus. C. de pig. act. cum concor. in gl. vi de quæ dicam j. in oppositionibus. Oppo. primò quòd vasallus potest alienare dictum feudum: vt in feud. per quos fiat in uel. sed res. vbi vasallus potest vendere feudum. Solu. Regulariter feudum alienare non potest, vt hic, & in ipso. §. sed res. Fal sit vbi vasallus vendit agnato, qui successurus est in rem feudalem, quam licet prohibeat alienare, sibi tamen potest vendere, vt ibi tex. & Bal. Opp. secundò de c. j. de feu. non ha. propriam natu. vbi licet vasallo alienare feudum. So. Ibi feudum erat datu vasallo, & suis hæredibus, ac cui, vel quibus ipse dedit: & sic tacite censetur concessisse quòd alienare possit. Oppo. tertio de eo quòd dicit Bal. qui. mo. feu. amit. §. aut si libellario. vbi dicitur quod vasallus potest alienare feudum propter necessitatem. Sol. Dic quod contrarium est verum, propter petita parabola à domino, & si denegat, nihilò minus vendere poterit, saluo iure domini, & hoc expresso in contractu, dum tamen iure alienet ad vitã, vt ibi Bal. Opp. iij. q. vasallus poterit alienare sub ista conditione, si consensus domini, & agnatorum accesserit, vt no. Bal. de suc. feu. §. hoc quoq. So. Concedo contrariu, eo quia si ipsi non consentiunt, nulla est alienatio, nec per talem alienationem vasallus cadit à feudo, vt ibi Bal. Opp. quinto quod etiam de voluntate domini vasallus non potest alienare feudum: vt in feu. de ali. feud. pa. c. j. So. Ibi feudum erat paternu, vt ibi: hic nouu. Istud est diuinare: quia hic simpliciter loquitur de feudo & sic potest intelligi tã de paterno feudo, quàm nouo. Dicas igitur quod agnatis non consentientibus feudum paternu alienare non licet, etiam de voluntate domini, vt ibi. Vel dic quod illi c. derogatur per hanc consuetudinem tanquam posteriorem, secundum Ang. in l. de quibus. ff. de legi. Oppo. sexto quod vasallus potest dare vel disponere sine consensu domini de ipso feudo: vt in vsatico, si à vice comitibus. So. Ibi disponebat vasallus inter filios, hic inter extraneos: quare secus hic, & secus ibi. Et pro hac solutione facit quòd dicit Bal. in feu. qui feu. da. pos. §. hoc aut. vbi dicitur quod pater potest assignare feudum vni ex filiis. Et sic videtur quod quis filij æqualiter succedant in feudo, etiam quod inæ-

qualiter sint instituti vt ibi, & §. & quia tamen pater vni ex filiis totum ius feudi assignare potest, & sic de eo disponere. Vel dic quòd ibi disponebat vasallus de feudo in vltima voluntate, & inter filios, hic tantum inter viuos, & inter extraneos: quod satis reincident in idem cum prima solutione. Vel dic vt dicam in octaua oppositione.

Oppo. septimò quod vasallus potest alienare feudum absque domini consensu: vt in c. j. extra de feud. vbi est casus quod vasallus dedit feudum in pignore, & nomine alienationis comprehenditur pignus: vt in c. nulli. de reb. eccle. non ali. & in l. fi. C. eod. titu. Nam de iure communi feudum pignori tradi non potest: vt in c. j. de prohi. feu. ali. per Frede. & in c. j. de ali. feu. cum ibi not. per gloss. & Iac. de Bello visu. & per Bal. quib. mod. feu. amit. §. similiter. & per eum de inuef. de re ali. §. quis. & per Hostien. in Summa, titu. de feu. §. quid hodie. & in constitut. hæc est pax. §. nullus Christianus. in pacibus & in treugis. & in vsatico, si quis suum feudum. Sol. Ibi vasallus impignorauit feudum dominum et ipsius feudi, & sic tacite interuenit consensus domini in ipsa impignoratione, & ita tenet impignoratio. Et ita soluit Bald. de prohibi. feud. ali. per Frede. c. j. Adde Ludo. in l. quæ dotis. ff. soluto matrimonio quod vbi dicitur quòd si tacite nitas vnã cum patientia concurrat, actus positiuus consentire habens vnã cum eo contrahat. cui consensus prestari debet, vel ex contractu cum illo celebrato quid recipiat, inducitur consensus: aliàs regulariter impignorari non potest, vt dictis iuribus. Oppo. octauo quòd hodie vasallus potest disponere de feudo inter viuos, & in vltima voluntate, & aliàs alienare ipsum feudum sine consensu domini, dum tamen sibi tertium, aut laudimium soluatur, vt in constitutio. Item ne super laudimio curiæ Ceruariæ. in versic. adijciantes. & in verbo intendimus. So. ista constitutio derogat huic consuetudini, & corrigit iura supra in contrarium allegata, ex quo est posterior: vel quia legum correctio est vitanda, & expediat iura iuribus concordare. c. cum expediat. de elect. lib. vj. & in l. j. C. de inoffi. do. quod nam noua lex non tollit præcedentem, nisi quatenus ei contrariatur: quoniam nulla lex corrigitur, nisi vbi hoc expresse inueniatur. In autem. de non ali. aut permu. §. vltimo. & ibi glo.

glo. in verbo, nisi tamen. colla. ij. Bal. in feu. qualiter olim feud. §. porro. Non ergo receditur à iure veteri: ideo regulariter iuri antiquo standum est, nisi reperiat recessus per nonam constitutionem. de regu. c. constitutionem. in princip. super verbo, Prorogamus. lib. vj. Dicas ergo quòd dicta constitutio intelligitur quòd vasallus possit inter viuos, vel in vltima voluntate de feudo disponere, prout ibi dicitur, dum tamē disponat de consensu domini, in casibus, in quibus de iure communi exigitur consensus domini, & valeat dispositio, aliàs non: vbi in casibus de iure communi non exigitur consensus in alienatione, vel dispositione, & restringatur iuxta tex. vsatici, si quis suu feudum. & d. §. nullus Christianus. & iuxta. 24 c. si dominus alicuius castri. j. quod nam leges posteriores distinguuntur per priores: vt l. non est nouum. cum seq. ff. de lega. Et hoc videtur satis colligi in d. c. Itē ne super laudimio. ver. intendimus. ibi: aut posses. vsq. ad verbum infirmitatem: & ibi in verbo, quorum sit requirendus consensus. Adde hic Guliel. de Vallsicha in vsatico, si quis suum. vbi querit, quid si domino ignorante vasallus feudum obligauit, postmodum verò cum dominus sciuit obligationem sui feudi esse factam, non contradicit statim, nec feudum emperat, sed permittit creditorem feudum possidere: queritur vtrū fiat domino præiudiciu necne. Videtur quòd sic, per l. si filius. ff. ad Maced. & l. ratum. ff. de sol. Sed contrarium est rei veritas, quoniam feudum hodie sine domini consensu alienari non potest, vt dicto vsatico, & alienatio, & quæcunque feudi obligatio seu impignoratio hodie est prohibita: vt capitulo tertio curiæ Ceruariæ, & sic non obstante aliqua temporis præscriptione dominus feudum suu emperare potest. Et hoc innuit hæc litera vsatici ibi cum dicitur, quencunque voluerit per l. imperialem. §. ij. in feud. de prohi. feu. alienan. per Frede. & vsat. hoc quod iuris est sanctorum. Et de hac præscriptione dic vt not. hic per Iaco. de Monteuda. Et prædicta vera, nisi dominus acceperit seruitium illius feudi ab ipso creditore, vel emptore: quia tunc dominus sibi parat præiudiciu, argumento. ff. de lega. commis. l. si per emptorem. & l. post die. & l. fi. eo. tit. Gul. vbi supra. Tu autem vt tibi liqueat ista materia, latius sic distin-

gue secundum Iaco. Callicij in dicto vsatico. 26 co. si quis suum feudum in iij. opp. queritur aut vasallus alienat feudum pro feudo domini, & saluo iure domini, sine tamen eius consensu: & tunc an ex ipsa alienatione sine eius consensu facta sit apertum feudum domino: & puto quòd non de consuetudine, & iure Cathalonico: vt in cap. Item teneas quòd nunquam feudum committitur. infra. & in d. constitutio. Item ne super laudimio. versic. adijciantes, ibi: vbi verò de super alleg. licet secus sit de iure vsaticorum: vt in dicto vsatico, si quis suu. & de iure communi feudali: vt in c. j. de prohib. feud. alie. per Lotha. & in c. Imperialem. de prohib. feud. alienan. per Frederic. cum ibi not. per gloss. & Bald. & in c. ij. extra de feu. & tex. in feu. de feud. sine cul. §. si quis. & qualiter feud. olim ali. c. j. & §. j. Nam de iure communi erat quòd licet vasallus diceret in alienatione feudi, saluo iure domini, & filioru, & agnatorum, si tamen procederet ad traditionem, per ista verba vasallus non releuabatur: quia cum non sit denuntiatum, clam fieri videtur, & sic dominum contemnere, secundum Baldum quæ fuit prima cau. benefi. amit. §. denique. nisi adijceret hæc verba, nec aliter, vel alio modo: quia tunc nihil videtur actum, & forte non perderet feudum, secundum eum ibi. Idem, si diceret, si consensus domini, & agnatorum accesserit: secundum Bal. de suc. feu. §. hoc quoque. Idem si diceret, Vendo si, & in quantum de iure possum, & aliter non: & sic sequitur traditio. Quod dictum est veru, nisi aliqua captio domini posset interuenire per corporalem traditionem, puta castrum, quod vix dominus recuperare non posset. Nam dolus est in traditione, qui debet purgari per amissionem feudi, secundum eum ibi. Adde P. Iacob. in libel. de condi. ex mori. 27 pro feud. quod queris prædicto casu an dominus ipsius feudi possit ipsum feudum realiter emperare, tanquam illicite alienatum, & sine eius consensu, ad hoc vt vasallus alienator feudi reuocet alienationem, & habeat recuperare ipsum feudum, & facere domino ipsius feudi debitum seruitium: & puto quòd non regulariter: quoniam quanquam per dictum capitulum. Item teneas quòd feudum nunquam, & c. & propter consuetudinem Cathalonix tollatur hoc casu feudi amissio, & non tolla-

tur reuocatio alienationis feudi, eò quia facta sine consensu domini, tamen hodie vtraque tollitur per d. c. Item ne super laudimio. in dicto ver. adijcetes. & in verbo, vbi verò vasallus, & c. vt ibi colligitur expressè. ¶ Et istud verum intelligamus in alienationibus, in quibus de iure communi aut consuetudinario requiritur domini cōsensus: & in illis in quibus de iure communi aut cōsuetudinario nō requiritur domini cōsensus: quoniam vtroq; casu feudi alienatio absq; consensu domini hodie valeret: vt in dicto capit. Item ne super laudimio. § adijcetes. & ver. intēdimus. ibi: In quibus acta per vasallum sine consensu domini habere volumus roboris firmitatem. Iunctis notatis per glo. & docto. de prohib. feud. alienan. per Frederic. & in c. j. § ij. per quos fiat inuesti. Tu verò intelligas istud dictū quòd valeret alienatio sine consensu domini in casibus, in quibus de iure communi, aut consuetudinario requiritur domini consensus, dum tamē ille, in quem facta est alienatio, soluat laudimium, aut foriscapium domino feudi alienati, aut possessionem ipsius feudi non adipiscatur, sed ipsa alienatio solūm existat in nudis verbis alienationis: vt ista colliguntur in dicta constitutione. Item ne super laudimio, 29 versiculo. Intēdimus. ¶ Nam feudum per alienationem nunquam amittitur, nisi perueniat ad traditionem, secundū Baldum in capitulo primo. § aut si libellario. quibus modis feud. amitta. in feud. & de suc. feud. § hoc quoque. Et idem est in pignore, secundū eum de prohib. feu. alienand. per Frederic. c. Imperialem. & Petrus Iacob. In libellis titulo de condi. ex l. Imperialem. § callidis. & per eū de eadem condi. ex mori. Idem est in emphyteuta, secundū Bar. in l. ij. ff. de rescin. ven. & Lud. in l. sequitur. § Item Labeo. ff. de vsucap. Si autem procederet ad traditionem sine consensu domini, vel non soluto dicto laudimio, tunc locus esset imperæ reali: vt d. ver. intēdimus. Et bene dixi regulariter, quoniā fallit in diuisione feudi, in qua locum habet dictus vsaticus, si quis suum feudum, & huiusmodi text. nam diuisio reuocatur, secundū Iacobum Callicij in dicto vsatico. Item fallit quando in infeudatione fuit appositum pactum de non alienando: vt in feud. de capi. Cora. § præterea. per

30 Bal. ¶ quia in feudis possunt apponi quæcunque pacta, etiam quòd sint contra eius naturam, secundū Ioannem Andræam, in addi. Specu. in titu. de feud. & in feud. de feud. non hab. propria. nat. c. j. & infra. capitulo si autem. Aut vasallus alienat ipsum feudum pro allodio suo proprio, & non in feudo domini, nec saluo iure domini, nec requisito eius consensu: & tunc subdistingue, quia aut vasallus hoc casu alienat ipsum feudum pro allodio suo scienter, & in fraudem domini ipsius feudi: & tunc dicit quòd alienatio non valet, & feudum domino committitur: & dominus hoc casu poterit ipsum feudum tanquam sibi apertum & commissum ex dicta alienatione sine spe recuperationis realiter imperare: vt dicto capitulo. Item teneas quòd nunquam feudum, & in capitu. primo. de prohib. feud. alien. per Frederic. & in capitu. vasallus si feudi partem. & in capitu. vasallus. si de feud. defun. controuer. fue. tu. Adde Bald. in feud. per quos fiat inuest. & per Petr. Iaco. de condi. ex l. Imperialem. § callidis. ¶ Idē dicas si vasallus recognoscit tenere rem feudalem pro alio, quam vero domino: quia censetur eam alienare, & priuare dominum illius dominio. Et idem si celat eam, secundū Collectarium. Anto. de Butrio, & Nico. in c. ij. extra de feud. & vide Bald. in authen. quas actiones. C. de sacrosanctis ecclesijs. Et quoad celationē feudi vide tex. & ibi Bald. si de feud. defun. § vasallus. Idem dicas si vasallus negat ipsum feudum, vel eius partem: vt in feud. de leg. Cora. § si fuerit. & si de feud. defunc. iij. § vasallus. & vide Hostien. in c. ceterum. de iudic. & in summa, titulo de feud. § qualiter. Nam in istis casibus, in quibus vasallus feudum pro alio recognoscit, aut celat, vel negat, illud feudum est apertum domino, vt dictis iuribus: quia dicta constitutio solūm permittit alienationem licitam, & de ea tantummodo loquitur: & sic alia iura, ex quibus feudum amittitur, remanent incorrecta: ¶ quia noua iura disponentia super materia legis antiquæ, non mutant antiquā legem, nisi in casu expresso iuris secundū Gem. in c. constitutio. de elec. lib. vj. Adde quæ dicam. j. super hoc c. circa finem. Nec huic opinioni obstat d. c. Item ne super laudimio. dicto versicu. adijcetes. quia, vt dixi ibi, conceditur dispositio licita, & non il-

licita,

licita, vt est præmissa, & patet ex præmissis, argumento notatorū per Bal. & P. Iac. vbi supra. & vide Bal. de prohib. feu. ali. per Fre. § Callidis. ¶ Aut vasallus alienat ipsum feudū pro allodio suo proprio, & nō in feudum dñi, nec saluo iure domini, vel recognoscit illud pro alio, aut celat ignoranter, & sine fraude domini: & tunc feudum non poterit per ipsum dominum tanq; commissum imperari: quia hoc casu feudum non committitur dño ipsius feudi: vt colligitur à contrario sensu in d. c. Itē teneas q; nunq; feudum committitur, & c. & in c. vasallus si feu. par. ve. si de feud. contro. fue. & in c. j. § fin. de cōtro. inter mas. & fœmi. & aliās est de contro. inter do. & empt. & ibi videas tex. cum glo. qualiter hoc casu dicatur vasallus ignorans. Tu adde text. si de feud. def. mi. § si vasallus. Et idem est, si ignorāter vasallus feudum inficiatus est, vt ibi. § vasallus. & ibi Bald. & Ludo. in l. si verò. § de viro. ff. sol. mat. in li. fallen. ver. xij. Aut quæris hoc casu ¶ an dominus ipsius feudi possit ipsum feudum realiter imperare, tanq; illicitè alienatum, & sine eius consensu, ad hoc vt vasallus feudi alienator recuperet feudum alienatum, & vasallus remaneat, vel quòd contractus alienationis ipsius feudi iterum reficiant cōtrahentes in feudo domino, & saluo iure domini: vel vt nonus acquiritor feudi cassato instrumento illicitæ alienationis ipsius feudi ad instrumentum & nouam acquisitionem feudi veniat cum domino ipsius feudi: & tunc putat ipse Iac. quòd sic, per dictum vsaticū, si quis suum feudum. Et pro hoc ego allego textum, & ibi Bald. in feud. si de feud. defun. mi. § si vasallus. vbi habetur ¶ quòd si vasallus ignoranter feudum alienauit, illud non amittit, ideo est sibi restituendum, non domino: tamen tenetur emptori ignoranti ad interesse, & quo ad dictum vasallum potest rem retinere, quamdiu sibi non reddatur interesse: vt ibi Bald. quoniam, vt prædixi, quanquam hoc casu tollatur feudi commissio, non tamen tollitur reuocatio alienationis ipsius feudi illicitè factæ, vt colligi videtur ex mente dicti capitul. Item ne super laudimio. ver. adijcetes. & in d. c. si vasallus feudum. si de feud. contro. & in c. j. § fina. de contro. inter mascu. & fœmi. & de contro. inter do. & emp. c. j. § j. de prohib. feud. alienan. per Freder. Et isto modo di-

cit Iacob. Callicij, quòd intelligitur dictus vsaticus, si quis suum feudum. & not. ibi per Iacob. de Montefud. super verbo, Tenere in dominio, & c. Et istā distinctionem posuit dictus Iaco. in ipso vsatico, vt prædixi in d. ij. oppo. pluribus per me additis. 36 ¶ Et inquantū dicit quòd potest imperare feudum, vt contractus iterum reficiatur, & c. Tu adde quòd illud habet locum de refectione contractus, vbi dominus requisitus à vasallo, nollet emere, & vasallus alienauerit feudum homini suæ conditionis. Nam potest refici dictus contractus, & nouus acquiritor est admittendus: vt de his est tex. j. in c. si aliquis. § Item non potest: & in dicta constitutione. Item ne super laudimio. ibi: & fatica triginta dierum. & j. c. cautum. & est textus de lege Cora. § similiter. Et si aliter alienatio fieret, potest dominus emptorē non recipere, sed feudum per imperam realem occupare, vt ibi est tex. ver. & ita dominus potest feudum occupare, & c. & in dicto vsatico, si quis suū feudum. 37 ¶ Conclude igitur ex prædictis quòd si feudum est alienatum alicui ex descendens in casu, quo nullum debeat præstari tertium, aut laudimium, & non requiritur consensus domini. Idem si non perueniat ad traditionem. Si autem alienetur in casu, quo laudimium debeat, requiritur consensus domini: & si non soluitur laudimium, est locus imperæ reali. Item si ad traditionem rei feudalis sine illius consensu procedatur. Oppo. nonò de sine istius consuetudinis, vbi dicit quòd ea, in quibus vasallus nullum dominium retinet, non potest vasallus sine domini voluntate alienare: & sic potest dare in pignus: quia nullum dominium transfertur, vt dixi supra, in expositione textus. Et sic est contra dictum vsaticum, si quis suum feudum. vbi etiam prohibetur impignoratio feudi sine consensu domini. & de prohib. feu. alienan. per Frederic. c. j. Sol. intellige istum textum secundū dictum vsaticum, & dictū c. j. quòd non modò vasallus nō possit dictas facere donationes & venditiones de dicto feudo, sed nec etiam illius impignorationem: & sic ultra prohibitionem alienationis, in qua dominium transfertur, prohibetur pignoris datio, secundū dictum vsaticum. Non enim est nouum, priores leges trahere ad posteriores. l. non est nouum. ff. de legi. Et

hoc vult dicere tex. huius, vbi dicit, ceteras
 38 atq; alienationes, &c. † & appellatiōe alie-
 nationis venit pignus: vt est text. in d. l. fina.
 C. de rebus ali. non alienan. Sed istud non
 soluit contrarium: quia hic verbum Alie-
 natio est declaratum ibi: vt sunt venditio-
 nes, & donationes, & cetera, in quibus
 nullum dominium retinetur. Dicas ergo
 quod ista consuetudo, tanquam posterior,
 derogat dictis iuribus, secundum Ange-
 lum in l. de quibus. ff. de legi. & gloss. insti-
 tu. de offic. iudic. in princip. Sed quia le-
 gum correctio est vitanda: vt in c. cum ex-
 pediat. de elect. libro sexto. dicas quod ista
 consuetudo intelligitur, quando dominus
 non recipit partem de redditibus: quia tunc
 bene potest feudum impignorare: ibi quan-
 do aliquid recipit de ipsius redditibus: quia
 tunc secus. Et pro hoc facit principium hu-
 ius c. vbi in dicto casu prohibetur indistin-
 ctē alienatio, & in fine loquitur quando do-
 minus nihil receperit: quia tunc potest da-
 re in emphyteusim: & in illo casu declara-
 tur verbum alienatio. Sed quia istud est
 diuinare: dicas quod istud capitu. intelli-
 gitur quando fit impignoratio sine traditio-
 ne: & tunc potest. Iura autem in contra-
 rium allegata habent locū, quando fit cum
 traditione. Tu tene quam volueris: sed ter-
 39 tia solutio plus mihi placet. † Oppo. deci-
 mō quod vasallus potest impune partem
 feudū alienare: vt in feud. qua. olim feud.
 aliena. poter. §. porro. Solut. Illud est ve-
 rum iure antiquo: sed hodie secus, secun-
 dum Baldum in feud. si de feud. defun. mi.
 §. Titius. & est casus hic. Quarit Iacobus
 Callicij in dicto vsatico, si quis suum feu-
 40 dum. † quid si vasallus in vltima volunta-
 te absque domini consensu feudum alicui
 legauit, vel in ipso aliquem heredem insti-
 tuit, nunquid dominus hoc casu habebit re-
 medium illius vsatici? Gulielmus de Valle
 siba in lectura super dicto vsatico mouet
 istam q. sub istis verbis. Pone quod vasal-
 lus mortuus est, hæres suus ex testamento
 vel ab intestato feudū vacans acceperit, &
 possessionē eius adeptus est sine domini li-
 centia, nunquid habet locū hic vsaticus? Vt
 detur q. sic: quia prohibita est rei feudalis
 alienatio, vt hoc vsatico: & hæredis institu-
 tio cēsetur esse prohibita: vt l. si quis ita pro-
 miserit. §. ea lege. ff. de ver. ob. & l. codicil-
 lis. §. matre. ff. de lega. ij. & l. peto. §. fratre. ff.

de leg. ij. & l. cum pater. §. fundus. ff. de leg.
 iij. & l. quædam. ff. de acquir. re. do. In con-
 trariū videtur, vt l. pater. §. Iulian. ait de leg.
 ij. & omnia alia similia iura loquētia de con-
 sensu adhibendo. l. j. ff. de leg. iij. quid dicen-
 dum? Credo fore distinguendum, vt domi-
 nus meus dominus Dynus distinguebat,
 41 † Aut lex vitur verbo alienationis prohibi-
 ta cum causæ expressione, aut simpliciter.
 Primo casu comprehenditur hæredis insti-
 tutio: vt l. hac edictali. C. de secundis nupt.
 Secundo casu non cōprehenditur: vt l. j. ff.
 de fundo dota. Et est ratio, quia non potest
 omni tempore viuere, & sic oportet ipsum
 habere heredē. Sed hoc vltimum mēbrum
 subdividitur: quoniā aut fit prohibitio cir-
 ca certas personas, aut in certū genus perso-
 narum. Primo casu cōprehenditur hære-
 dis institutio, seu successio ab intestato de
 illis certis personis: vt §. ea lege alleg. & l.
 codicillis. §. matre. supra alleg. Secundo ca-
 su subdividitur, vt l. cum pater. alleg. &
 not. in allegata. l. peto. §. fratre. Aut est pro-
 hibitus hæres extraneus: & tūc verbo alie-
 nationis prohibite comprehenditur institu-
 tio hæredis extranei: vt allegato. §. fratre. &
 allegata. l. cum pater. §. cum inter. ff. de leg.
 ij. Et prædicta opi. secundum Dy. procedit
 42 de iure cōmuni. † Sed de iure patriæ est ex-
 peditum q. licitum est vasallo de feudo ad
 libitum suæ voluntatis in vltima voluntate
 disponere quouismodo: vt in cap. iij. curiæ
 Ceruariæ domini regis Petri. Ab intestato
 verò proximior succedens vasallo in suis
 bonis, succedet etiā in feudo iure domini
 seruato illaso. Sed si plures ab intestato fue-
 rint in eodem gradu successores, erit locus
 gratificationi: vt prædicta habentur in alle-
 gato. c. iij. curiæ Ceruariæ. ver. adijcētes.
 vsq; ad ver. vbi. Adde dominum Bar. in al-
 lega. §. eadem lege. Gulsel. vbi supra. Sed
 Iac. Callicij in d. vsatico, si quis suū. respon-
 43 det distinguēdo: † quia aut vasallus dispo-
 nit de feudo in vltima voluntate in extraneū
 absq; domini consensu: & tunc non valet
 dispositio: quia vasallus in extraneū dispo-
 nendo de feudo ipsum alienare videtur: vt
 l. pater. §. Iulianus. ff. de le. iij. quod sibi nō
 licet, vt ibi, & in c. j. de suc. feud. & in c. j. §.
 donare, qua. olim feu. ali. po. & in c. j. §. j. de
 prohi. feu. alie. per Fre. cum ibi notatis. per
 gl. & doc. Aut vasallus disponit in vltima
 volun- tate de feudo in proximiorē agna-
 tum

rum suum, qui aliter de iure esset successu-
 rus in feudo: & tunc valeat dicta dispositio:
 vt in c. clientulus. in fi. de feu. alie. & in c. j.
 §. sed res. per quos fiat inuesti. Et ita dicit
 quod venit limitandus dictus vsaticus ge-
 neraliter loquens, sicut in isto casu, per glo.
 & docto. limitatur. §. j. in c. j. de prohi. feu.
 ali. per Frede. cum dictus vsaticus recipiat
 interpretationem limitatiuam à iure com-
 muni feudali, iuxta not. per Bartol. in l. o-
 mnes populi. ff. de iusti. & iure. & etiam vi-
 detur limitandus hoc casu dictus vsaticus,
 44 quando † in feudatio est alicui facta simpli-
 citer, vel libi, & suis: quia tūc intelligitur fa-
 cta secundum dictam dispositionem iuris
 feudalis, iuxta not. per Petrum & Cynum
 in l. liberti. C. de oper. libe. Secus autem si in
 infeudatione esset facta, & suis, & quibus
 vellet alienare, seu trāsferre ipsum feudum:
 quia tunc inter viuos, vel in vltima volun-
 tate posset vasallus absq; domini voluntate
 disponere: vt in c. j. de feu. nō ha. propr. na-
 turam. nec tunc locus esset procedimento
 dicti vsatici, per iam dicta. Et pro hoc vide
 quæ scribam infra. c. si aliquis habet. §. Item
 si quando. Alij dicunt hoc casu correctum
 esse dictum vsaticum à iure cōmuni, & hu-
 ius patriæ, loquendo de consensu senioris
 adhibendo in alienatione feudū: vt dicto vsa-
 tico, & in c. si verò nullum instrumentum.
 & c. si dominus alicuius castri. & c. castella-
 nus. & c. Item j. & §. nullus Christianus. in
 pac. & treu. in constitut. hæc est pax. & §. j.
 in c. j. de prohi. feu. ali. per Frede. & c. quæ
 in ecclesiarū. extra de constit. & omnia alia
 similia iura loquentia de consensu adhiben-
 do, per d. c. Itē ne super laudimio. versi. vbi
 45 verò vasallus. † Intantum, quod vasallus
 inter viuos vel in vltima voluntate possit
 de feudo irreuocabiliter disponere absque
 domini consensu in capacem tātum, & etiā
 in non capacem reuocabiliter tātum: quia
 cogetur ipsum alienare incapacem intra
 annum, vt ibi. Nec obstat textus ibi: aut
 possessionem, seu quasi ipsius feudū absque
 domini consensu, &c. ibi: In quibus acta
 per vasallum etiam sine domini consensu
 habere volumus roboris firmitatem, &c.
 quoniam dispositio & alienatio feudū inter
 viuos, vel in vltima voluntate in capacem
 irreuocabiliter, vel in non capacem reuoca-
 biliter, bene valet absque domini consen-
 su, vt colligitur ex dictis versi. adijcētes.

&c. & vbi verò, &c. sed tantum in casibus,
 in quibus ipsum. c. ibi disponit laudimium
 domino feudi esse soluendum, habet locum
 quod dominus debet mittere acquirentem
 feudi in possessionem feudi: nec nouus ac-
 quisitor debet ipsam recipere absq; domi-
 ni consensu. Ita loquitur ipsum c. de consen-
 su adhibendo in possessione feudi recipien-
 da, & non in alienatione feudi adhibenda:
 quod plus dicit sibi placere. Sed ego dico
 quod iura ipsa non sunt correctā per dictā
 constitutionem quo ad alienationem in ex-
 traneos factam, vel in descendentes titulo
 oneroso. Nam non est verisimile quod do-
 minus rex vnico verbo vellet tollere tot iu-
 ra. l. si quando. C. de inoffic. testamen. Item
 quia legum correctio est vitanda. c. cum
 expediat. de electio. libro sexto. & l. j. C. de
 46 inofficio. do. † Item quia iura non corri-
 guntur, nisi quatenus expresse dicatur, vt
 dixi superius: quoniam si dominus rex vel-
 let ipsa iura corrigere, illud expresse dixis-
 set. capitu. ad audientiam. de deci. Dicas er-
 go, aut vasallus processit ad actum facti,
 seu traditionis, aut stat in finibus verbi. Pri-
 mo casu requiritur consensus domini, aliās
 cadit à feudo. Secundo casu non, quia iniu-
 ria non habet effectum. Et ita tenent do-
 ctiores in locis per me supra in tertia oppo.
 allegatis. Et adde Specul. titul. de loca. §. j.
 verlicu. xcv. Nam verbum Alienatio, intel-
 ligitur cum effectu: sed ante traditionem
 non dicitur perfecta alienatio: Igitur non
 esset cum effectu, secundum Ludouicum
 in lege sequitur. §. Item Labeo. ff. de vsuca.
 Et secundum hanc distinctionem dicta iu-
 ra concordantur cum dicta constitutione,
 & remanēt incorrecta: quoniam leges de-
 bent concordari per aliquam diuisionem,
 distinctionem, aut limitationem saluari, se-
 cundum Barto. C. de nouo Cod. compo. §.
 quibus, & in extrauaganti ad reprimen-
 dum. in verbo, non obstantibus. Conclu-
 47 denter igitur dicas reprobando opinio-
 nem dicti Iaco. de Callicio † quod omnia
 dicta iura de consensu domini loquentia
 habent locum in traditione possessionis:
 quia tunc per traditionem perficitur alie-
 natio, & illud verbum verificatur, & non
 antē, quādo stat in finibus verbi, secundum
 iura supra allegata. Et pro hoc facit consti-
 tutio, quoniā dignē regnat. & melius pra-
 gmatica regis Petri, quas inferui supra, in

c. eodē modo, vbi requiritur traditio possessionis, adeo vt habeat locū poena in eodē appositā. Querit Iac. Callicij in d. v. fatico, si quis suū feudum, secundū gl. ibi positam quid si dño ignorāte vasallus feudū alienauerit, postmodū cum dñs sciuit obligationem sui feudi esse factam, non contradixit statim, nec feudum emperat, sed permittit ipsum creditorē feudum possidere, vtrum dño fiat praeiudicium necne? Et breuiter dicit q̄ ista quæstio hodie in istis terminis non procedit, cum hodie vasallus, vt dicit, absq̄ domini consensu possit feudum impignorare, vel obligare, iuxta c. Item ne super laudimio, vers. si tamen aliquo. Ego vero anteq̄ subintrem ad aliam quæstionem, quam ibi Iaco. Callicij ponit, dico dictum Callicium non bene dicere in hoc, quod

48 dicit, q̄ quod vasallus possit feudum impignorare sine consensu domini: quasi velit dicere quod vsaticus si quis suū feudum. & de prohi. feu. al. per Freder. c. j. & quod dicit Bal. in feu. quib. mo. feu. am. s. similiter. & de inuest. de re ali. s. quis. & quod ponit Hostien. in summa titul. de feud. s. quid hodie. & d. s. nullus Christianus. & alia iura similia sint correctā per dictam constitutionem. Et quasi istud recidit in id, quod superius dixi in precedenti q̄. reprobādo eius opinionem: quod mihi non placet. Nam si verba dictæ constitutionis bene & subtilius intelligantur, profecto dicta constitutio non permittit obligationem, aut pignorationem feudi cum traditione sine consensu domini: quoniam verbum Possessio, refertur ad omnia supra dicta, quæ in constitutione disponuntur, loquentia de solutione laudimij. Nam vult dicere ipsa constitutio

49 q̄ quod in omnibus his, in & de quibus tertium, aut laudimium iuxta ipsam constitutionem soluendū existit, si recusatum fuerit solvere, & possessio sine consensu domini adipiscatur, locus est emperæ regali: & sic de ipsa impignoratione solui debet laudimium, iuxta dictam constitutionem. Et consequenter in ipsa impignoratione, si procedatur ad traditionem, requiritur consensus domini. Faciunt ad hoc verba dictæ constitutionis, vbi sunt ista verba. Et prædicta, & subscripta: & sic comprehendunt omnē dispositionem dictæ constitut. Et etiā pro isto intellectu faciūt illa verba dictæ constitutionis, scilicet: intendimus tamen q̄ si is, cui di-

ctum feudū aliquo ex dictis modis peruenit. ¶ Et dic, modis, puta venditionis, permutationis, dationis in solutū, legati, donationis, hæredis institutionis, vel successio- nis abintestato, impignorationis, vel alijs modis, de quibus iuxta ipsam constitutionē laudimium sit soluendū: quia dictio Modis, ad ipsa omnia refertur. Facit ad hoc q̄ dicta verba, Aut possessionē, seu quasi ipsius feudi absq̄ domini consensu, & c. referuntur ad omnia superiora. l. seruus. s. ff. de leg. j. c. causam, quæ. de rescrip. Faciunt etiā ad istū intellectu omnia iura, quæ loquuntur q̄ in pignore cū traditione requiritur consensus dñi, ne videantur correctā, ex quo dicta constitutio illud expressē nō dicit, vt dixi superius per iura ibi allegata. Facit, in quā, ad hoc q̄ dicta in dicta constitutione de pignore, videantur repetita in dicto verbo, dictis modis, & in verbo, aut possessionē, iuxta not. per Bar. in l. prætor ait. el. ij. s. eritq̄ differentia. ff. vi bo. rapt. & not. plenē Flor. in l. quæadmodū. s. ff. ad leg. Aquil. & facit ad materiam. l. in repetendis. & quod ibi not. Bar. & Bal. ff. de leg. iij. & quod not. Bart. in l. stipulatus. s. Chryzogonus. ff. de verbo. ob. & in l. j. c. de diuer. rescrip. & per Ang. Aret. insti. ad leg. Aquil. s. capite. potissime in his, quæ nō sunt exorbitantia à iure communi, vt hinc: ideo sunt secūdū ius commune:

51 ¶ quia, vt dixi, in tali impignoratione requiritur consensus dñi. Et per hoc facit dicta constitutio, qm̄ digne: quā commemorauit in d. c. eodē modo. vbi sunt ista verba, Vende re, vel impignorare, censui, vel tributo stabilire, vel quolibet alio modo alienare sine speciali licētia principum dominorū. Et licet loquatur in re emphyteuticaria, attamen extēditur ad feudū, cum iuxta d. c. eodē modo, æquiparatur, & eadē est ratio: vt l. illud. ff. ad legē Aquil. In feudis enim proceditur de similibus ad similia, secundū Bal. de feud. cog. & Iac. Callicij in v. fatico, magnates. Facit ad hoc q̄ vasallo est prohibitum omne cōmerciū super re feudali sine voluntate dñi, secundū Bal. de prohi. feud. al. per Lotha. quod verbū cōmerciū est generale vocabulum, vt ibi. Et etiā faciunt ad hoc not. per Gul. de Valleficha in d. v. fatico, si quis suū, secūdum quod retuli supra. in viij. oppo. Intelligo tñ istud dictū quod deo ipso q̄ dñs recipit laudimium pro ipsa impignoratione, & firmat instrumentū ipsius

ipsius impignorationis, q̄ tunc illud habetur pro cōsensu. Et ita tenet Iac. Callicij in dicto v. fatico, si quis. Et hoc iure vtūtur. dictum verò Ia. Callicij intelligitur in illo casu, in quo feudum alienatur in personas, ex quibus iuxta dictam constitutionem nullū debetur laudimium. Or redeamus ad q̄. positam per dictū Iac. Callicij in d. v. fatico, quæ est sub his terminis: pone q̄ vasallus absq̄ domini consensu feudum diuidit pro alodio suo scienter & in fraudem domini, vel ignorāter alienat feudū, postmodū cum dominus scit diuisionem, vel illicitā alienationem feudi esse factam, non contradixit eidē statim, nec feudū emperauit, sed permittit feudi adquiretores possidere ipsum feudum, nunquid ipso domino fiet præiudicium necne? Et responso ad istam q̄. colliges responsonem ad q̄. de pignoratione feudi, tenendo opinionem q̄ requiratur consensus domini. Et circa hanc q̄. Iaco. Callicij putat sic fore distinguendum, ¶ Aut queris in casu quæstionis iam dictæ, an domino fiat præiudicium, intantū q̄ non possit ipsum feudum tanq̄ apertū, & sibi commissum emperare, ex quo ipsi diuisioni vel alienationi illicitæ non contradicit. Et putat q̄ sic: quoniam per dictū vsaticū, si quis. ad hoc vt dominus possit ipsum feudum alienatum emperare, debuit, & obligatus fuit ad contradicendum alienationi, cum sciuit ipsam alienationem: ergo à contrario sensu dicti vsatici, si sciuit alienationem, & eidem non contradixit, feudum emperare non poterit. Et pro hoc dicit q̄ facit l. si super seruus. qui mi. non pos. li. xij. & l. general. de tabula. li. x. & l. si seruus. C. de epi. & cle. Nam ibi ius obligat dominos ad contradicendum, sicut in dicto v. fatico: & ex quo non contradixit à tepore sciētie habet ipsos pro volētib: Quis Henric. Boych aliter intelligat illa iura in c. nonne. de presūm. dicēs q̄ ibi tacens habetur pro consentiente fauore libertatis. Tu verò super hoc vide Bal. de prohi. feu.

53 al. vbi quæritur nunquid patientia domini sine contradictione habeatur pro licentia? Glo. ibi sentit q̄ sic. Simile C. de omni agro deser. l. qui agros. libr. xj. quia in potestate domini est factū impedire, nisi interueniat error: quia qui errat, non consentit, nec ratificat: vt not. C. de rei ven. l. mater. Ad hoc de tacito consensu facit. C. ad Velleianum. l. si sine. & v. fatic. castellanus. & quod ego

scripsi supra c. si duo. Alij dicunt contrariū, vt refert Bal. vbi supra, quando scit ius sibi esse reseruatū: & ideo sine illa reseruatione prouidētia legis ei sufficit: sed hinc per dictum vsaticum est secus: ideo tene primum dictum. Et adde Bal. & Ludo. in l. ij. s. volūtatem. ff. so. ma. vbi dicunt nō contradicentem haberi pro consensu, & voluntate. Et allegant glo. in l. quo enim. s. j. ff. rem ra. ha.

54 ¶ vbi dicunt, Non contradicere ratihibitio ni par est. Adde Bald. in l. si non. C. si à non do. manumit. vbi dicit q̄ ex lōgo silētio cōsensum inducit. & Cyn. in l. si. C. noua vetri. Adde Ludo. in l. quæ dotis. so. mat. vbi dicit q̄ si tacens contradicendo potuisset actū impedire, & nō impediat, sed passus est ita fieri, tunc ex taciturnitate consensus resultat. Ita est hinc. Nam dominus possit impedire alienationem contradicendo, & illud emperando statim q̄ sciuit, aliās si passus fuit acquiretorem possidere, censetur consensuisse. Adde etiam Lud. ibi, vbi dicit q̄ aliquando ad solennisandum alterius actū requiritur consensus tertij, vt puta domini, vt hinc. & tunc videtur sufficere tacitus consensus resultat ex ipsa taciturnitate. De ista taciturnitate quando inducat consensus, ibi Bar. & Lud. & Bal. in l. si sine. C. ad Velle. Aut quæris in casu q̄. an domino fiat præiudicium, ad hoc vt non possit reuocare diuisionem feudi, vel aliam illicitam alienationem, intantum q̄ feudum diuisum nō possit peti vniri, vel q̄ feudum pro alodio alienatum non habeat alienari pro feudo, & pro feudo recognosci. Et putat ipse Iacob. Callicij q̄ non: quoniam per non contradictionē domini solum tollitur domino ius emperandi feudum, & non alia iura sibi pertinentia in feudo pro seruitio, vel integratione feudi: vt in dicto v. fatico, in versic. si scierit, & c. colligitur expressē. Et pro hoc facit etiam quod dictus vsaticus recipit interpretationem à iure communi examinati uam, secundum Bar. in l. omnes. ff. de iusti.

56 & iure. ¶ sed de iure communi tacens, vbi tractatur de præiudicio ipsius tacentis in contractu, qui fit in extraneum, non habetur pro consentiente, intantum quod non possit postea dissentire l. ij. C. de rem. pig. & not. per gloss. in l. si seruus communis. ff. de do. inter vi. & vxor. & per Bar. Bald. & Lud. & Hēri. vbi supra. Poterit igitur hoc casu dominus feudi reuocare diuisionem,

vel alienatione feudī. Vide Baldum & Ludouicum in l. dotalem. ff. soluto matrimonio. Quæro, intra quod tempus in proximis duobus casibus specificatis in proxima quaestione dominus à tempore scientiæ debet ipsi alienationi contradicere? Et breuiter secundum Iacobum Callicij in dicto vsatico dico quod ipsi domini cum sciunt ipsam alienationem quam primum commodè possunt contradicere ipsi alienationi, debent eidem contradicere: quoniam quando alicui iniungitur quod faciat aliquid, nec statuitur ei certum limitatum tempus ad hoc faciendum, ut est in casu dicti vsatici, quam primum potest commodè fieri, debet illud facere: ut l. hæc conditio. la. ij. ff. de condit. & demonstra. & l. si peculium. §. vlti. ff. de sta. lib. & l. ij. §. confestim. ad Tertul. l. nepos Proculo. de verb. sign. & iuxta not. per Bar. in l. tutor qui repertorium. ff. de adm. tut. & per Henri. Boich. in c. ij. de testibus cogendis. Tu adde quod id, quod requirit factum hominis, de necessitate habet aliquod interuallum temporis: ut l. foramen. ff. de serui. vr. præd. Bald. in l. quaesitum. de leg. j. Et de intellectu istorum verborum, quando aliquis habet aliquid facere quam citius commodè poterit, vide gloss. & Nicol. in c. j. de poenis. in verbo commodè. Sed tu vide text. & ibi Bald. qualiter olim feudū alienari potest. vbi dicitur quod si vasallus alienabat partem feudi sine consensu domini, quod dominus poterat recolligere ab emptore, nisi dominus sciens suo iuri expressè, vel tacite per annum refutasset. Et sic ibi habes casum quod dominus habet annum à tempore scientiæ ad contradicendum alienationi: aliàs silentio anni suo iuri renuntiasse videtur. Et in quantum dictus vsaticus requirit scientiam domini, adde Bald. de prohib. feu. alienan. per Lotha. §. quoniam. vbi dicit quod vbi lex notat culpam, non currit tempus, nisi à tempore scientiæ. Vide eum in d. §. porro. vbi dicit quod tempus, ex quo inducitur tacita renuntiatio, non currit ignorantia. Adde quæ dicam infra c. consuetudo. §. item est vsus Cathalonie quod si aliqui subcastellani. Quærit ulterius Iaco. Callicij in dicto vsatico, iuxta glo. ibi positam, quid si dominus feudi diuisi semel receperit partem seruitij feudi diuisi à quolibet nouo acquiratore feudi, an præiudicauerit sibi, intan-

tum quod postea non possit reuocare, vel impugnare feudi diuisionem, vel ipsum feudum emperare? Et glo. & Guliel. de Vallesicha determinat, & bene, secundum eos, quod dominus hoc casu sibi præiudicasse videatur. & allegat. l. iij. §. eleganter. ff. de lege commissio. cū sumi. Et istud intelligit gl. verum, nisi dñs cum acceperit feudi diuisi seruitium, fuerit ius suū protestatus: ut l. si debitor. ff. qui. mo. pig. Quod non placet dicto Iaco. quoniam recipiendo seruitium facit actum contrarium suæ protestationi, & etiã quia protestatur contra naturam actus, quem facit, & sic protestatio ipsum non iuuat. Tu dicas quod pro opinione gloss. facit quod dicit Gemi. inc. li. quem. §. secus. de procu. lib. vj. vbi dicit quod protestatio contraria facto iuuat protestantem, quando factum non est contrarium verè, sed presumptiuè, & à potestate protestantis dependet tollere factum. Pro opinione tamen Iac. de Callicio facit l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acqui. hæc. & quod dicit Bald. in feu. quæ fuit prima cau. benef. amit. §. deniq. vbi dicit quod in præiudicialibus non iuuat protestatio. & quod dicit de suc. feu. §. hoc quoque. vbi dicit quod protestatio iuris non tollit ea, quæ facti sunt. Tu verò pro concordia gloss. & ipsius Iac. de Calli. dicas quod quando actus contrarius sequitur parum post protestationem: & tunc est vera opi. glo. Si autem actus sequatur ex magno interuallo, quia tunc actus valet, protestatione non obstante. Et ita not. Bart. in d. §. Celsus. Sic & in proposito, si dominus recipit seruitium parum post protestationem, iuuat eum dicta protestatio: secus si ex magno interuallo. Licet Bald. quem alij post eum communiter sequuntur in dicto. §. Celsus. illud improbet, dicens quod siue ex interuallo, siue incontinenti sequatur actus post protestationem, reditur inualidus, dummodo duret eadem protestandi causa. Quærit etiã idem Iacobus de Callicio, de qua obligatione loquatur dictus vsaticus, si quis suum feudum. & eius quaestio secundum Iacobum de Monteuid. procedit secundum literam, quam ipse Iacob. de Monteuida. vnà cum glossa ibi ordinaria habebant, qui habebant in litera, obligauerit. Et respondet idem Iac. de Monteuid. quod de obligatione, quæ consistit in impignoratione cū traditione rei feudalis, & non de obligatione, quæ consistit

in hypotheca absque traditione, per text. dicti vsatici, qui dicit seruitium posse peti tam à donatore, quam à receptore. Hoc etiã probat text. secundum eum specialiter loquens de impignoratione cum traditione rei: constit. pacis. §. nullus Christianus. Et istud sequitur idem Iaco. Callicij, & bene: quia, ut dicit dictus vsaticus, recipit interpretationem à iure communi examinatiuam, & declaratiuam, secundum Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. ¶ Sed de iure communi tantum illa pignoriatio, quæ fiebat de feudo cū reali traditione, prohibetur: ut in c. j. de prohib. feud. ali. per Frede. & non de hypotheca absque traditione. Et videtur colligi ex gloss. posita in c. j. qualiter feu. olim ali. po. cū ibi not. per doc. licet dicat quod hodie non est facienda vis, quia vtraque vasallo permittitur, per dictum c. ite ne super laudimio. ver. si tamen aliquo. Tu verò adde Bald. in c. j. de prohib. feu. ali. per Fre. vbi dicit, sed nunquid si vasallus contrahat cum aliquo, & obligat omnia bona sua, si cadit à feudo? Et respondet quod non: quia non includitur feudum in tali obligatione. Et sic ibi habes determinatum quod verbum Obligatione absque traditione. Et istud idem dicit Bald. in feu. qui. mo. §. aut si libellario. & vide tex. & ibi Bald. de inuef. dere. ali. §. quauis. Et adde quod dicit Spe. de pig. §. j. in fi. Hosti. qua. dos promi. pe. §. quibus. & Bar. in l. codicillis. §. instituto. de leg. iij. & Lud. in l. si constante. ff. sol. ma. vbi expressè determinant quod feudum non venit in generali obligatione tacita, vel expressa. Oportet ergo quod expressa fiat impignoriatio, & de consensu domini, ut ibi: & consequenter melius est positum verbum Impignoraui, sicut ego habeo in meis vsaticis: quia proprie pignus dicitur à traditione. vide quæ dixi supra c. eodem modo. Sed ego credo quod in Cathalonie per dictam constitutionem, item ne super laudimio. feudum includitur in generali bonorum obligatione. Et hoc sentit Iacob. Callicij in dicto vsatico, vbi, ut prædixi, dicit quod hodie non est facienda vis: quia vtraque vasallo permittitur, scilicet obligatio generalis & specialis. Tu verò super his cogita. Et in quantum ipse Iaco. dicit quod vtraque vasallo permittitur, dicas quod istud verum est quo ad specialem obligationem de

consensu domini, ut latius fuit superius deductum. Quæro iuxta text. vbi dicitur quod non potest vasallus alienare partem feudi: quid si vasallus de facto alienauit partem feudi sine consensu domini in casibus, in quibus secundum distinctionem per me supra positam in viij. oppo. requiritur consensus domini, an propter partem indebitè alienatam vasallus perdat totum feudum? Et Bald. in feu. de prohib. feu. ali. per Fre. §. callidis. dicit secundum gl. quod sic de rigore illius §. Sed Canonistæ dicunt quod poena non transcendit metam delicti: & ideo solum pars in traditione, cuius delinquitur, ad dominum reuertitur: cum traditio sit immediata causa poenæ: & sic re, & animo istud delictum committatur, non debet transcendere rei mensuram, quia in alia parte nulla interuenit traditio: ergo nec poena. ff. de verb. signi. l. alienatum. Nisi dicas quod hic sit speciale: quia plus ille, qui in fraudem legis alienat simpliciter punitur: ut ff. de iure pat. l. si libertus. l. & si liberti minorem. Quod sit verum, vide qualiter olim feud. ali. §. si verò. vbi videtur glo. tenere contrarium, & opinionem Canonistarum approbare. Et vide de vas. qui contra constit. Lotharij feu. ali. c. j. & supra si de feu. cōtro. fue. Bald. vbi supra. vide eundem Bald. in d. §. si verò. vbi dicit quod hodie propter partem indebitè alienatam perdit totum, etiam si cespitem alienauit. Et quanquã ita sit, ut dicit, de rigore iuris ciuilibis, tamen de æquitate canonica, quæ seruanda est in terris ecclesiæ, & in ecclesiasticis feudis, dicimus quod non perdit nisi id, quod alienauit, ut notatur in c. ex parte. extra de feu. in Nouella. & dicit quod illud, quod ibi dicit, teneas. Sed Lud. in l. quidam. §. donatione. ff. de dona. tenet quod solum priuet in parte feudi alienata. Et pro eius opinione facit tex. de vas. qui contra constit. Lotha. c. j. Tu verò dicas quod opinio Bald. est de iure verior: opinio verò Lud. & Canonistarum est æquior. Et pro hac quæ adde G. de Vallesicha in vsatico, si quis suum. vbi quærit, tan vasallus alienando partem feudi pro alodio, vel negando partem feudi esse feudum, ideo affirmando alodium priuetur vasallus toto feudo, vel solum parte feudi. Et dicit quod solum priuetur illa parte, quæ asserit vasallus alodialem, vel quam pro alodio alienauit: quoniam in ea parte solum vasallus deliquit, & sic in ea puniri conuenit

uenit: vt l. sancimus. C. de poenis. & l. Paulus respondit. ff. ad Trebel. & l. haeres. ff. de his, quib. vt indig. & in feu. de vafal. & ibi etiam dicit idem Gulielmus in q. an vafallus possit alij feudum, & c. verli. & quod dicitur de feudo, quod non potest alienari, seu obligari, idē intelligas de parte feudi: quia idem iudicium est de parte, sicut de toto: vt l. quae de tota. ff. de rei vendica. sed de hoc dicit esse casum in hoc capitulo. Tu verò pro hac q. Gulielmi de Vallesicha

65 ¶ In eo quod querit an propter partem, indēbitē negatam amittatur alia pars non negata: dicas quod in §. vafallus. si de feud. defun. mi. dicit quod licet Pet. de Cer. tenuerit quod totum amittere debet, non quod sit rationabile, sed quod ita placet consuetudini, attamen ipse Bald. tenet contrarium, scilicet quod non puniatur nisi in parte negata. Secus est si negaret qualitatem feudi: quia tunc totum feudum perdere debet. Et idem quando simpliciter negat feudum: quia etiam totum amittere debet: vt in feud. de lege Cora. §. si fuerit. & si de feud. defun. mi. §. vafallus. dum tamen

66 scienter illud negauerit, vt ibi. ¶ Quero an vafallus, qui alienauit feudum, propter quam alienationem est apertum domino, secundum ipsam distinctionem in octaua oppositione supra positam, an illud feudum vafallus amittat per sententiam, vel ipso iure. Bald. de feu. sine cul. non amit. dicit quod non amittitur ipso iure, ideo requiritur sententia. Sed in c. j. §. deniq. quae fuit prima cau. benef. amit. refert Innocen. in c. ex parte. de feud. vbi dicit quod speciale est in feudis, quod ipso iure. Sed dicit quod illa litera contrarium innuit dum dicit cauturum, quod futuram poenam significat. Vide eum si de feu. defun. mi. §. vafallus. & de eo, qui interf. fratrem. c. j. & latius in §. Callidis. de prohib. feud. alienan. per Frederic. vbi dicit quod feudum reuertitur ad dominum ipso iure: tamen dicit quod dominus non poterit sua autoritate possessionem apprehendere, quam bona fidei emptor teneret, quia in eo non habet casum ab ipso domino. Requiritur igitur contra emptorem sententia. Et sic vafallus amittit feudum ipso iure, & dominus non potest possessionem apud alium constitutam autoritate propria apprehendere, secundum Bal. in d. §. Callidis. Ego super hac materia sic distin-

67 guo. ¶ Aut dominus vult procedere per imperam reale in casibus, in quibus feudum imperari potest, secundum not. per Iac. Callij in vfatice, magnates. & dicā latius j. in c. si castellanus. Aut vult procedere ad apprehensionem & occupationem propter culpas, aut feloniam commissas per vafallum contra dominum ex causis, ex quibus feudum sine spe recuperationis amittere debet, secundum vfatice, qui seniore. & vfatice qui se sciēte: & vfatice, cum temporibus. iuncto vfatice, simili modo. & j. c. domino defuncto. & in ca. Item est consuetudo Cathalonie. & alias causas, ex quibus vafallus amittere debet feudum. Primo casu feudum ipso iure committitur, & est apertum domino reuocabiliter, secundum quod scribam in d. si. c. si castellanus. & potest dominus autoritate propria illud imperare, id est, ad manus suas accipere: vt in vfatice, magnates. & in vfatice, si quis suum feudum. Nam in his dominus procedit tanquam pars, & non vt iudex, secundum dictos vfatice: & sic partem citare non tenetur, nec requiritur sententia, secundum Inn. in c. cum venerabilis. de cē. & ita loquitur Inn. in c. ij. extra de feu. & Bal. in c. j. §. deniq. quae fuit prima cau. benef. amit. & in d. §. Callidis. Et est ratio: quia in isto casu non amittitur feudum sine spe recuperationis, & potest fieri dicta impera, & feudum apprehendere tam a vafallo quam etiam ab emptore, vel nouo acquiretore: vt in dicto vfatice, si quis suum feudum. & in dicta consti. c. Item ne super laudimio. Et in hoc est derogatum praedictis vfatice & constitutionibus not. per Bal. in d. §. Callidis, vbi dicit quod dominus autoritate propria non potest apprehendere feudum ab emptore. ¶ Secundo casu dicitur quod feudum non amittitur ipso iure: ideo requiritur sententia. Et ita loquitur tex. & ibi Bal. in feu. in c. j. de feu. sine cul. non amit. & Iac. de Mōteud. in d. vfatice, qui seniore. & faciunt not. in c. j. de vaf. qui cotu. est. in feu. Et istud sequitur P. Iac. in libel. ti. de cōdi. ex l. non scrip. feu cōst. ex mori. vbi dicit quod regulariter feudum non amittitur ipso iure, sed per sententiam. Fal lit in d. §. Callidis. Et est ratio secundum eum, quia ibi vafallus, vtile dominium vel quasi, quod habet in re feudali, quantum est in se in alium transfert: & sic postquam ipse vafallus priuauit se vtili dominio vel quasi scilicet sic alienando, non oportet eum plus priuari: quia

quia nec illo priuari posset, cum illud non habeat. Vide ibi eum late. Et pro hoc faciunt verba posita in vfatice, qui seniore suum vitum. & in vfatice, qui seniore suum despexerit: vbi est verbum perdere debet: quia intelligitur per sententiam. Adde quae dicam j. in q. quero an vafallo faciente contra casus. & vide quae dicam j. in c. domino.

69 Quero, ecce ¶ quod feudum fuit a vafallo alienatum, propter quam alienationem feudum amittere debet secundum dictam distinctionem per me positam supra in octaua opp. vel vafallus commisit aliquas culpas, seu felonias, propter quas feudum sine spe recuperationis amittere debet ad quos feudum reuertitur. Bal. in feu. si va. feu. priue. diuidit istam q. in duas partes. Primo quando vafallus cadit a feudo propter ingratitudinem delicti. Secundo quando cadit a feudo propter ingratitudinem contractus. Primo casu, quando propter ingratitudinem delicti amittitur, dicit, Aut vafallus, cuius erat feudum, delinquit in dominum: & tunc ad eum reuertitur, exclusis descendens agnatis & cognatis quibuscumque. Aut delinquit in alium: tunc ad agnatos. Et dicit quod hic est casus, vbi filij licet proximiores, repelluntur, & vteriores agnati admittuntur: vt in c. si vafallus culpam. si de feu. def. contra. Et est ratio, quia vafallus delinquendo praedicit sibi, & liberis suis: quia pater & filius censentur eadem persona. Vide ibi eum latius super hoc. Et pro hoc est textus in vfatice, qui se sciēte. ibi: debet venire in manu domini sui cum omnibus, & c. ¶ Secundo casu quando cadit a feudo propter ingratitudinem contractus. Bal. ibi diuidit istud in duas partes. vide ibi eum late super hoc, & in feu. de vaf. qui contra consti. Lothar. quia sufficit tibi remissio. Et pro hoc vfatice, si quis suum feudum. vbi habetur quod dominus potest imperare feudum, id est ad manus suas illud habere, & tenere in dominio illius. Quero, ecce quod per dictam constitutionem, Item ne super laudimio. est permissum vafallo quod possit disponere de feudo tam inter viuos, quam in vltima voluntate, & non est dictum in constitutione quod domini vel agnati possint redimere, nunquid hoc tacite intelligatur cautum. Bal. qua. feu. olim. §. porro. dicit quod sic: quia cum hoc stet in finibus permissionis, & nil disponat in praedictum dominum vel agnatorum super iure re-

dimendi, tacite videtur hoc ius, siue priuilegium redimendi sibi reseruatum, ex quo non reperitur ademptum, secundum eum. Et de statuto permittente feudum vendi, Bal. de vafal. qui contra constituit. & vide eum de succe. feu. vbi dicit quod per statutum ciuitatis concedi potest facultas testandi de feudis subditorum, non alienorum, neque ecclesiarum. Et ista faciunt pro dicta constitutione, Item ne super laudimio. Quero iuxta tex. an sicut vafallus potest partem feudi dare in emphyteosim, possit illam dare in feudum. De hoc latius scripsi supra c. si duro, & vide tex. & ibi Ia. Callij in vfatice, castellani. & latius Ludo. in l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. Quærit G. de Vallesicha in vfatice, si quis suum. ¶ quid si vafallus alienat feudum domino irrequisito, postea ipsemet vafallus recuperat feudum, an dictus vfatice locum habeat? Et dicit quod sic, argumento l. j. §. si re. ff. depo. & in feu. de vaf. qui feu. v. & recup. c. j. & l. rogo. & l. quidam. ff. de fideicō. liber. quoniam in prima alienatione interuenit dolus, qui per redemptionem non fuit purgatus: vt l. qui ea mente. ff. de fur. Tu vide pro hac q. quae scribam j. c. cautum. & quae scripsi supra c. eodem. Quero quid si aliquis vafallus in testamento suo pro anima sua recipit decem millia solidorum, & pro eis redditus dicti feudi obligando, eosque concedendo colligere per suos manumissores. Ita quod fructus feudi non valeant in sortem dictorum decem millium solidorum computare, sed colligant ipsos quousque heredes suos dictam soluerit quantitatem manumissoribus praedictis: queritur an talia vafallus facere potuerit sine domini consensu? G. vbi supra dicit quod non, per dictum vfatice, si quis suum. & per c. ij. in curia Ceruaria, ver. alias in non capacem feudi, & c. & sic dicti manumissores sunt inhabiles ad tale feudum possidendum: tum quia hoc sapit naturam alienationis: vt l. sufficit. ff. de condict. inde. & sic fieri non potest: vt dicto vfatice. & vide not. per Specu. titu. de loca. §. nunc aliqua. ver. cx. & cxvij. ¶ Quero, an vafallo faciente contra casus dicti vfatice, si quis suum feudum. vel aliquem ipsorum habeat locum commissum. G. de Vallesicha ibi dicit quod non: quia solum, secundum eum, in Cathalonie in duobus casibus habet locum commissum, scilicet quando negatur feu. Pro hoc facit aut. Itē

si possessor. C. qui pot. in pig. ha. & not. per Spe. tit. de feu. §. ij. verli. lxx. ideo est de iure emphyteotico. Et quando venditur feudū, pro allodio, vel quando tacet esse feudum, vt ibi dixit. Et idē not. ibi per Iac. de Monteuda. & per Petrum Carouiram legū doctorem. Aduerte tamen secundū eum, q̄ in vsaticis sunt multæ causæ perdendi feudū, & aliquando vtuntur hoc verbo perdere, aliquando Amittere, de quibus habetur in vsatico, qui seniore suū in bello viuū. & in vsatico, qui seniore suū despexerit, & vsatico, princeps nanq̄. & vsatico, miles ve
73 rō qui desemperauerit. † Aliquando hoc verbū Amittere, seu Perdere, ponitur temporaliter q̄ fiat amissio feudū: vt in vsatico, magnates. & in vsat. si quis cōtradixerit. In quibus ponitur verbū Donec. & in dicto vsatico, si quis. in fi. vbi verbū Donec, non denotat perpetuitatē amissionis feudū. & in vsatico, qui ira ductus, vbi fit empera, licet videretur amissio. & in vsatico, qui se sciente. & in vsatico sequētī, in quibus debet venire in manu senioris. & in vsatico, potestatem. ibi: q̄ diu. ergo non semper. & in vsatico, per bonum. In quo non est amissio, sed certa prouisio. Vide quæ latius scribam de amissione feudū. j. c. dño defuncto. Et quo ad poenā commissi teneo quod dixi supra, q̄ vasallus qui negat feudū teneri pro dño vel illud celat, priuatur feudo. Vide Bal. si de feu. defun. mi. c. vasallus. vbi tex. & Hostien. in c. ceterum. de iudic. Quo verò ad rem emphyteoticam Bald. ibi tenet q̄ non committitur: sed Petr. Helia in tractatu de iure emphy. tenet contrarium. Quæro iuxta
74 xta text. vbi dicit † q̄ vasallus non potest alienare feudum sine voluntate domini, an ex hoc sit prohibita præscriptio. Videtur q̄ sic. tex. in l. alienationis verbū. ff. de verb. sig. & l. vbi lex. ff. de vsuc. In contrarium facit l. si fundum. ff. de fun. do. & quod not. in l. si. C. ex quib. cau. resti. non est ne. Cōclude aut lex prohibet rē alienari, eo quia non est in commercio nostro. vt quia res sacra: & tunc non potest præscribi. l. ita stipulatus. §. sacram. ff. de verb. obl. Aut est in commercio nostro: & tunc prohibetur alienari: & tunc aut prohiberetur simpliciter alienari: vt in re dotali: & tunc aut præscriptio fuit inchoata anteq̄ esset res dotalis: & tūc non impeditur præscriptio: vt est casus singularis in d. l. si fundum. Secus si non fuisset in-

choata, vt ibi: quia tunc impeditur præscriptio longi & longissimi temporis, secundum tempora Digestorum: quia illæ non erant cognitæ per ius Digestorū, vt not. gl. in l. si. ff. ex quibus causis ma. l. quisquis. C. ad legem Aquil. sed hodie secundum iura Codicis videtur quod præscriberetur spatium longissimi temporis, scilicet triginta vel quadraginta annorum, per id, quod habetur in d. l. sicut. & §. furtiua. insit. de vsuca.
75 † vbi licet lex prohibeat præscriptionem rei furtiuae vel rei possessæ, tamen illud intelligitur de præscriptione longi temporis, non autem longissimi: vt dicit gloss. in d. §. furtiua. Quandoq̄ prohibetur res alienari favore personæ, vt in pupillo: & tunc est prohibita præscriptio longi temporis: secus si longissimi, per supra dicta. Quadoq̄ prohibetur alienari sine certa solennitate: & tunc Barto. in d. l. si. in quibus caus. sentit q̄ nō videtur prohibita præscriptio. Sed contrarium videtur sustentabilius per d. l. vbi lex: quia ex quo lex prohibet alienationem non interueniente solennitate, debet ergo intelligere prohibere præscriptionem per d. l. vbi lex. quæ simpliciter loquitur secundum Imol. & Andr. de Sicil. in c. cum non liceat. de præscript. quod procedit in præscriptione longi temporis: secus si longissimi. Et ita intelligatur. d. l. final. Facit quia videmus quod licet res ecclesiæ non possit alienari sine certa solennitate duo decima quæstione secunda. capit. sine exceptione. tamen non intelligitur prohibita præscriptio quadraginta annorum: vt patet ex no. in c. j. de præscriptio. libro sexto. Idem dicitur
76 cas † quando est prohibita præscriptio à testatore: quia tunc idem est quod in prohibitione à lege vt præscribi non possit: vt late not. Barto. & Ludouic. in d. l. vbi lex. Idem etiam dicit, vbi prohibitio fit per statutum, vt ibi late per eos. & vide Bald. in l. si contra. C. de vsucap. pro emp. Tu super hoc vide text. in c. si verò. supra, & quæ ibi dixi, vbi vasallus non præscribit in alienationibus possessionum castri faciendis sine consensu domini. Et sic ibi est casus huius quæstionis. Sed fortè hodie ista quæstio nō procederet cum per dictam constitutionem, Item ne super laudimio. ver. adijcientes, vasallus potest disponere de feudo tam in vltima voluntate, quam inter viuos. Vide que dixi supra in c. si autem. & c. vasallus. Potest

test dici quod procederet in casu illicitæ alienationis secundum distinctionem positam supra in viij. oppositione. Vel dic q̄ dicta constitutio permittit licitam alienationem, vt ibi dixi: & sic in hoc tantum corriguntur iura alienationem feudū prohibentia: cætera autem iura de illicita alienatione aut præscriptionibus loquentia stant, & remanent incorrecta: vt l. præcipimus. C. de app. Nam à iure veteri non est recessum, nisi quatenus reperiatur recessus per nouam constitutionem, quando noua constitutio exorbitat à iure communi, vt est in c. constitutionem. de regu. in princ. super verbo Prorogamus. lib. vj. & adde quæ superius de hoc dixi. Et ita est hic: quia dicta constitutio exorbitat à iure communi, per quod prohibita est alienatio: Igitur, &c. Et facit ad hoc, quia dicta constitutio est stricti iuris, & sic non recipit extensionem, secundum Bar. in l. non quali. ff. rem pup. fal. fo.
77 † Facit ad hoc etiam, quoniam lex posterior loquens in vna materia generaliter & affirmatiue, non extenditur ad vnū casum specialem, quem lex antiqua in eadem ponit prohibitiue, secundum Ludouic. in auth. similiter. C. ad legem Fal. ver. xix. circa specialitates vltimæ voluntatis. Sic est in proposito: quia quæ dicta constitutio permittit dispositionem feudū generaliter & affirmatiue, attamen non extenditur ad præscriptionem, & ad alia specialiter per legem antiquam prohibitiue posita. Leges enim priores trahuntur ad posteriores. l. non est nouum. ff. de legi. & vna lex per aliam distinguitur, & limitatur, secundum Ludouic. in l. post dotem. ff. so. ma. Adde Bal. qualiter feu. alii. potest §. porrò. vbi dicit quod si per formam statuti est permissa alienatio, & nil disponat in præiudicium domini, vel agnatorum super iure redimendi, tacite videtur sibi hoc ius, siue priuilegium redimendi reseruatum, ex quo non reperitur ademptum. Vult ergo dicere in summa quod statutum non tollit beneficium legis, vel consuetudinis, aut priuilegij, nisi expresse caueatur. Et ita est hic q̄ per dictam constitutionem non tolluntur alia iura prohibitiua alienationis feudū, vel super illa disponentia, nisi
78 quatenus reperiuntur adempta. † Quæro vterius iuxta tex. de qua re datur potestas domino: Et certè hic est textus quod quando feudum consistit in castro, vel fortalitio,

quod tunc de ipsis danda est potestas. Et pro hoc est tex. supra c. j. ij. & ij. & in vsatico, magnates. & in vsatico, si quis contradixerit. & si castrum est dirutum, sic quod de ipso castro potestas dari non possit, tunc datur secundum formam c. & si non est supra. Sed si feudum non consistit in castro, vel fortalitio, sed in alijs rebus corporalibus, vel incorporalibus, vt puta vineæ, campi, decima, iurisdictio, & similibus, vt hic, tunc non datur potestas castri, sed proceditur per viam emperæ realis. Nam in feudo consistenti in castro, vel fortalitio, non fit emperæ realis regulariter, secundum Iaco. Callicij in vsatico, magnates. & scribam latius j. c. si castellanus. vbi tractabo materiam emperæ realis. G. de Vallesicha in lectura sua in vsatico, magnates. super hac q̄. sic dicit, quid si vasallus tenet regnū in feudo, in quo sunt ciuitates, castra, vel villæ, vt faciebat rex Maioricarum, vel comitatum, in quo sunt etiam villæ, castra, vt comes Vrgelli, & Pallariē. an in terminis istius vsatici possit procedi per viam emperæ realis, vel per viam potestatis, petendo & recipiendo eam? Dicit q̄ feudorum aliqua habent in se fortalitium, vt sunt ciuitates, castra, villæ: aliqua non habent in se aliquod fortalitium, vt decimæ, siue delmes, campi, vineæ, vel redditus. In primo casu non proceditur per viam emperæ, sed per viam petendi, ac requirendi potestatem. Secundo verò casu non proceditur per requisitionem potestatis, sed per viam emperæ realis faciendæ. Et pro hoc videtur text. in ca. xvij. in commē. Petri Alber. Prædicta procedere videntur, nisi in casibus vsatici, si quis suum feudum. j. & ita not. in allega. c. xvij. per antiquos. Sed quare in isto casu non proceditur per viam faciendæ realem emperam? Dicit q̄ ratio est, vt euitetur absurditas, seu inconueniens: quoniam per emperam realem possessio feudū incontinenti tollitur vasallo, & domino applicatur: vt hoc vsatico, cum hic notatis per Iac. de Monteiu. & in vsatico si quis suum feudum. & sic incontinenti vasallus habet à dicto feudo exire, cum possessione eius priuetur: quod in ciuitatibus, villis, & castris esset impossibile quod si fieret emperæ realis, incontinenti vasallus audita voce domini, possit exire: & sic necesse est quod per requisitionem potestatis datis decem diebus

procedatur in terminis huius vsatici contra vasallum contumacem, seu inobedientem. Et prædicta videntur habere locū, vbi vasallus fuit inuestitus, & præstitit homagiū: aliās si non esset inuestitus, nec homagium præstitisset, nō haberet locum hic vsaticus, sed vsaticus, si quis suū feudum. contrariū tamen no. j. in vsatico, potestatem. q. v. vbi sic inquit. Sed queritur an vasallus ante præstitum domino homagiū pro feudo teneatur requisitus tradere potestatem? Vide tur q. non, vt hoc vsaticū, cum not. in gl. & in vsatico, tutores. gl. manibus. Sed veritas se habet in contrariū, vt c. vasallus siue castellanus. in cōmē. Petri Alber. quoniā fo refactura per talē vasallum pōt contra dominū committi, & hausia cadit in ipsum, vt alleg. c. si vasallus. & est c. xxvij. quoniā propter recognitionem domini petitur potestas: vt not. in vsati. magnates. per Iacob. de Monteiu. ergo adhuc non præstitit vasallus domino sacramentū, & homagiū. Faciunt no. per Hostiē. in lectura in c. intellectu. extra de iureiur. cū natura feudi obliget possidentem: vt c. veritatis. extra de iureiur. cū ibi not. & c. presbyterū. xxvij. di. cū gl. & vide no. supra in vsatico, magnates. in v. 80 q. ¶ Quæro quid si aliqua res corporalis data est in feudum, & tempore cōcessionis nullum erat ibi castrū, aut fortalitium, sed processu temporis castrum, seu fortalitium ibi ædificatur, an de ipso castro vel fortalitio ædificatis sit danda potestas? Bertrandus de Seua dicit hīc q. est de consuetudine q. sic. Et est ratio, vt dicit: quia vbi est fortalitium, nō est res apta ad imperādum propter faticā directi, vel propter fallimentum seruitij: quia cū facta empera ad manum tuam tenere non posses, & vasallum expellere de fortalitio, nec esset conueniēs q. vasallus facta empera statim desereret fortalitium cū omnibus bonis, quæ ibi haberet, sicuti est de natura emperæ realis: & ideo cū propter faticam directi dominus tenere debeat ad manum suam castrum, vel feudum imperatum, donec ei factum fuerit directum plenē: vt legitur & no. in vsatico, magnates. in firmatione directi, & faciēdo ipsam non posset cōmodē tenere & apprehēdere fortalitium: ergo videtur q. de ipso fortalitio, sicut de castro debeat dari potestas, & non debeat habere locum empera prædicta. Econtrario videtur q. nō debeat

dari potestas, quia vsatici, & eorum glo. & consuetudines Cathalonie loquuntur de potestate danda castrorū, & non fortalitiorum: & ideo potestatis datio non valet extē di ad fortalitia, cū statuta sint stricti iuris: vt no. per gen. extra de cōsue. c. cū in tua. circa prin. & Bar. in l. constitutionibus ad muni. & facit ad prædicta, quia datio potestatis esset introductio noue seruitutis, que nō pōt constitui, nisi certis modis, vt no. in Summa. Azo. de serui. §. cōstituitur. & ideo mos vetustatis, qui erat ante fortitudinem, seruandus est, argumēto. C. de testa. l. testa. & præcipuē si vasallus habebat iam mansam, vel domiciliū in loco illo, in quo ædificauit fortalitium: quia tunc de dicta mansata vel domicilio nunq. fuisset data potestas, nec de fortalitio, quod succedit in locū dictæ mansatæ, seu domicilij, debet dari, argumēto. ff. si quis cau. l. si cum. §. qui iniuriarum. quia cum suo onere transit, & non cū maiori onere: vt ff. de contrahē. emp. l. alienatio. G. de Vallesicha in lectura sua in vsatico, magnates. mouet istam q. sub his terminis. ¶ Sed quid si aliquis tenet pro aliquo comite Barchinonæ milite, vel ciue, vel etiam pro domino rege aliquod trociū terræ in feudum, post tempora aliqua facit vasallus aliquod fortalitium, nūquid in terminis huius vsatici procederetur cōtra vasallum per viā faciendi emperam realē, vel per viā petendi potestatem. Dic q. per viā petendi potestatem, cū fortalitium & trociū terræ sit feudum, & cū fortalitium sit caput feudi, ideo habet locum petitio potestatis, & non empera realis: & ita se habet consuetudo Cathalonie: vt cxvij. in cōmē. P. Alber. Sed contra decisionē duarū questionū proximarum facit tex. huius vsatici, qui electionem domino tribuit procedendi contra suū vasallum per viā recipiendi potestatem, vel emperā faciendi, vel, quod est fortius, q. simul, cū disiunctiua ponatur pro coniuncta: vt l. cū quidam. cū ibi not. per Cynum. C. de verb. sig. ¶ Sed dic q. ex quo quis est vasallus, quia fuit inuestitus, & præstitit sacramenta, & homagium: dominus quocumq. sibi placuerit, pōt sibi prouidere tractus, & pacatus, petēdo, & recipiēdo potestatem: vt in. §. sin autem aliter. istius vsatici, & assequitur dominus effectus ibi positos circa finem. §. Si verò requisitus esset de forma iuris, vel de seruitio, quod

quod faciebat, vel tale quid fecit, q. amittere debet feudum, tunc non solum per viā potestatis pōt sibi dominus prouidere, sed post factum per viā emperæ realis: vt in vsatico, si quis suū feudum. §. si. qui incipit, & si contra dictum. nam deneganti potestatem vel firmā iuris per dominum malum in ferri pōt, vt supra probaui, & in vsatico, potestatem. & plus ita cōmodē inferri non pōt, nisi q. auferatur feudum incontinenti, non expectatis decem diebus, nec vna hora. Et hic est fructus emperæ realis, vt supra probaui. ¶ Si verò vasallus non esset inuestitus, & sine consensu, & firma domini reperitur in feudo, incontinenti per emperam realē pōt dominus sibi prouidere: vt in vsatico, si quis suū feudum allegato in prin. nulla facta mētionē de potestate: quia petendo potestatem iam dominus approbaret eum vasallum ante inuestiturā: quod non est dicendū. Sed hic vsaticus de vtraq. viā fuit locutus. Nam si vasallus non seruet emperam, prouidebit dominus si vult petendo potestatem, & nisi tradat potestatem, erit haufator, vt ibi dicitur, ex quo est vasallus: quia inuestitus præstitit sacramentū, & homagiū. G. vbi supra. Ego verò aliter 84 dicerē. ¶ Aut tempore concessionis erat ibi fortalitium: & tunc dic q. de eo potestas dari debet: quia de fortalitio concessio in feudū potestas dari debet, vt innuit tex. hīc, & alia iura superius in proxima q. allegata, & rationes in prima parte superius factæ. Aut non erat ibi aliquod fortalitium, sed expositum ibi factum fuit: & tunc subdistingue, quia aut ibi castrum fuit ædificatū, aut aliquod fortalitium. Primo casu de ipso castro potestas dari debet. Et ita loquuntur c. j. ij. & iij. supra allegata, & dicto vsat. magnates. cum seq. Secundo casu dico q. de ipso fortalitio potestas danda nō est, pcr iura & rationes in secunda parte per Bertrādum de Sena allegatas: sed eo tunc dominus tenetur procedere per viā emperæ realis, & vasallus tenetur eam seruare in alijs rebus, præter q. in fortalitio non vtendis. Nam vasallus non teneretur deserere dictum fortalitium: quia nunquā hoc fuit visum, vt dicit antiqui sapientes: quoniā vasallus in hoc laudandus est, quia fecit meliorē conditionē domini in ædificatione ipsius fortalitij, quod est maioris pretij q. sit mansata vel fundus datus in feudū. Et prædicta distinctio

colligitur in hac cōsuetudine, & in alijs cōsuetudinibus, & vsa. superius cōmemoratis. opinio verò G. de Vallesi. sustineri posset, quia satis videt rationalis: igitur tene 85 quā volueris. ¶ Sed quid si dñs maior recipit partē certā de redditibus, fructibus, seu emolumentis castri dati in feudum, an dñs possit de tali castro & hominibus eiusdem pacem et guerrā facere irrequisito vasallo? Quidam voluerūt dicere q. sic, & ita esse de cōsuetudine Cathalonie. Sed veritas est q. dominus maior castri, siue recipiat partē fructuū, siue non, nunq. irrequisito vasallo pōt facere de castro & hominibus eiusdē pacē & guerram, sed debet & pōt dominus maior sic procedere q. requirat & habeat potestatem de castro à vasallo, & q. retineat potestatem castri, dum guerra durabit & per hanc viā faciet dominus de dicto castro & hominibus eiusdē pacē & guerrā: nam aliter faceret dominus iniuriā suo vasallo, cui sunt tantū homines obligati, & vasallus domino. Et sic dictus intelligitur vsaticus secū dū dictū G. de Vallesicha vbi supra. ¶ Quæro, an vasallus recognoscendo non dominū in dominum faciat præiudiciū domino? Respondeo, Aut hoc facit mala fide: & nō facit præiudiciū domino, etiam respectu possessionis: aliās esset in potestate vasalli subtrahere dominū quando veller: cū quandoq. ex subtractione possessionis perdat dominium in effectu, extra de resti. spo. c. sape. & l. fin. C. de reuendi. & l. is qui. ff. e. ti. Si verò hoc faciat ignoranter & bona fide, quia credebat esse dominū illum quem nouiter recognouit, & iustā causam credendi forsan habuit: & tunc parat præiudiciū domino quo ad possessionē, non quo ad proprietatem. ff. de li. agnos. l. j. §. Julianus. & ff. de Car. edic. l. quod Labeo. Et si dubitat an hoc fecerit malitiosē, tunc de hoc prius quærendum est corā ordinario iudice, & multum considerabitur fama loci. Ad hoc facit l. si quis à liberis. ff. de li. ag. & quod not. de f. eius nō ordi. c. eo libentius. secū dū Nico. in c. ceterū. de iudi. & hoc placet Anto. de Bu. q. præiudicetur respectu possessionis, quando dominus sciuit, & tacuit. De materia alienationis feudi, & ex eius priuatione, & de recuperatione feudi facta alienatione per vasallū, & quid nomine alienationis contineatur, & an locatio, contractus emphyteuticarius, & per-

mutatio contineatur, & an ratione pauper tatis possit alienari feudum. Dic per Io. de Blanof. tit. quib. mo. & qui. cau. feu. amit. §. praterea. in folio xiiij. & §. continetur. e. fo. & §. nō solum. in folio xv. vsq; ad §. vltimū in folio xvij. & in feu. de vas. qui cōtra con sti. Loha. ali. & Hostiē. in tit. de feu. §. quid sit hodie. §. j. ¶ Quarit idem G. de Vallecha in dicto vsatico, si quis. si Caius obligauit Titio fundum sine domini superioris consensu, subsequenter tractu tēporis obligauit eundē fundum Sempronio cum domini consensu, quis in dicto fundo potior erit. Et dicit q̄ ille, in cuius obligatione domini consensus interuenit, cum prima obligatio censeatur de iure patrie prohibita: vt in c. hac est pax. §. nullus Christianus pacis & treuga. & c. quoniam regnat. & vsa. nullus Christianus. & sic ex quo fit contra legem, potior secundus censi debet in obligatione, in qua domini consensus interuenit. Et ita dicit fuisse iudicatū per antiquos Barchinonae. Fallit tamen in dote, pro qua res feudalis, seu emphyteuticaria sine domini consensu potest obligari: vt in capit. iij. curiae Ceruarie, & c. xij. del. recognouerunt proceres. G. vbi supra. Et pro eius opinione tu allega. supra c. castellanus. §. fin. & gl. in vsatico, si quis suum feudū. in fi. argumento c. suggestū. de iure patro. & l. si ea res. §. vltimo. ff. de actio. emp. & de his que fi. a ma. par. cap. c. ij. & ff. de reli. & sump. l. vlti. & in feu. de inuef. de re ali. §. quibus. vbi enim in dote est speciale, est secus in alijs, argumento c. nonne. de præsump. & xxv. di. c. qualis. Sed in contrariū facit textus in l. lex vectigalis. ff. de pig. & P. Iac. de actio. in rem pro re emphy. §. Item pōt impignorare emphyteuta. Pōt etiam emphyteuta rem vendere sine consensu domini, dum tamen non sequatur traditio. P. Iac. in dicto ti. §. notandum est. & per eum in rubrica de eadem condi. ex mori. pro feud. §. sed quid erit. & quod scripsi supra in c. eodem. Item quia emphyteuta seruitutes imponere pōt ff. de serui. l. iij. & P. Iaco. in dicto tit. de eadem condi. q̄ re emphy. Tu super hoc dicas q̄ ista iura pro secūda parte allegata habent locum de iure cōmuni: secus verō est de iure Cathalonico, per quod dictis iuribus tanq̄ posterius fuit derogatum. Sed quia legum correctio vitanda est, dicas q̄ iura pro secūda parte allegata habent lo-

cum, quando neuter eorū possidet: vt in c. iij. curiae Ceruarie. ver. preter q̄ in calibus. Secus si res reueteretur ad dominum iure praelationis. Nam omnis obligatio & seruitus euanescit: vt d. l. lex vectiga. de inuef. de re. ali. fac. c. ij. ver. quid ergo. nec nocet præsriptio. C. de præscri. trig. vel quadra. an. l. cum notissimi. §. illud. de anna. exce. l. j. in fi. nisi dominus consensisset in obligatione: quia tunc sibi praeiudicaret, argumento. ff. de aqua plu. arc. l. in diem. & quod not. in vsatico, si quis suū. Si verō res fuerit tradita realiter, vel sic clausula precarij, vel q̄ meo, sic q̄ debitor non possideat, tūc secundus creditor, qui habet cōsensum domini, preferitur: quia tunc videtur alienatio, argumento. C. de rei ven. l. quoties. ff. de pig. l. posterior. no. per Iaco. in vsatico, si quis suum. in Spe. tit. loca. §. nunc aliqua. ver. cxxij. secundum G. Prapo. Tu pro hoc adde quae scripsi supra in c. eodem, in q. quæro extra tex. ecce & sic secundū doctores scribentes super dicto. §. nullus. ipse. §. nō habet locū, nisi quando deueniatur ad traditionem. Nam dato q̄ aliquis obligaret rē, dum tamen nō procedat ad traditionē, debitor nō facit cōtra prohibitionē. Et pro hoc est verbum in vsatic. si quis suū impignorauerit: quod imporat traditionē: ¶ quia pignus dicitur à pugno, id est, à traditione. Alij autē habent in dicto vsatic. obligauerit. & idē Gul. super ipso verbo obligauerit, dicit, intellige generaliter tradendo, vel nō tradendo rē feudalem cū hypothecaria obligatione, seu reali impignoratiōe, nō pōt sine domini cōsensu fieri: vt ca. iij. curiae Ceruarie domini regis Petri iij. Sed Ia. de Mōteiu. in dicto vsatic. qui habebat verbum obligauerit, querēdo de qua obligatiōe loquatur, dicit q̄ de obligatione, quæ cōsistit in pignoratione cum traditione rei feudalis, & nō de obligatiōe, quæ cōsistit in hypotheca absq; traditione. Et istā partē sequitur ibi Ia. de Callicio. Nā dictus vsaticus recipit interpretationē à iure cōmuni, secundū no. per Bar. in l. oēs populi. ff. de iusti. & iure. sed de iure cōmuni feudum nō includitur in tali obligatione, secundū Bal. in feu. de prohi. feud. ali. igitur intelligitur de obligatione speciali cum traditione, vt ibi Bal. sed hodie nō est faciēda vis: quia vtraq; domino permittitur, per c. Item ne super laudimio. ver. si tamē aliquo ex dictis titulis, secundū Calliciū vbi supra.

Si

Si dominus potest diminuerē, uel eiicere uasallum de feudo.



I dominus alicuius castri voluerit vendere castrū, de quo habeat uasallū militem, considerandū erit cuius conditionis sit ille, cui venditur: quoniā si ciuis vel villanus, vel rusticus fuerit, uasallus miles non teneretur ei facere homagiū, licet teneatur ei facere seruitium, & firmare ei directum, et facere ius pro feudo. Idē est de alijs feudis inferioribus. Si ecclesie venditur, tenetur facere homagiū prela to indistinctē. Si autem militi vendatur, attendendū est, si miles, cui venditur, sit ita infimus, & uasallus sit ita nobilis, q̄ pro illo milite emptorē sic infimo non teneret feudum sine suo deshōre, puta quia uasallus est comes, vel vicecomes, vel in alio magno honore constitutus tam ratione sui generis, q̄ ratione suę magnę dominationis, tunc talis uasallus nō tenetur facere homagium sic infimo militi emptori. Sed si uasallus possit tenere feudum absq; suo deshōre pro alio milite emptore, licet sit ille miles emptori inferior de valore vel genere domino venditore, tenetur uasallus facere homagiū ipsi militi emptori: licet quidam dicant, q̄ dñs non pōt diminuerē uasallum de dño, sicut nec uasallus dominū de uasallo. Quod non est verum, quia uasallus non pōt vendere feudū sine uoluntate dñi: dñs verō potest sine uoluntate uasalli cuiuscunq; uult inuito uasallo uasallus suo con-

simili habet vendere feudum, si dominus dat ei licentiā vendendi: aliter non potest inferiori uēdere, nisi de uoluntate domini. Idem est de emphyteutis, & alijs feudatarijs.

S P M M A R I V M.

- 1 Uasallo milite existente, non potest dominus castrum uendere cui, rustico, aut uillano.
- 2 Dominus feudum uasallo inuito uendere potest.
- 3 Ecclesie, quæ feudi emit proprietatem, uasallus homagium facere tenetur.
- 4 Uasallus feudum sine domini uoluntate uendere non pōt.
- 5 Dominus cui feudum uendere possit.
- 6 Villa que dicatur.
- 7 Proprietas feudi si quid sit uniuersale, in rusticum alienari potest.
- 8 Persona quæcunq; hæc uerba quid importent.
- 9 Dominus feudi an possit ipsius proprietatē alienare. 10. 11.
- 12 Uasallus nō homagiū, sed seruitiū tantum præstare tenetur inferiori, in quem feudi proprietatē translata est.
- 13 Debitor inuitus alteri per creditorē non potest delegari.
- 14 Dominus feudi qualiter uasallum alienare possit.
- 15 Rusticus quas emere possit dignitates.
- 16 Consuetudo nō extēditur ad casus nō cōprehēsos in ipsa.
- 17 Dominium feudi an possit per partes diuidi.
- 18 Uasallus utrum in dominum recognoscere debeat, si feudum duobus fuerit uenditum.
- 19 Constantinus Imperator qualiter urbē ecclesie donauerit.
- 20 Dominus feudi an possit ipsius proprietatem sub hypotheca obligare.
- 21 Dominus feudi, partem ipsius illicitē alienans, an cadat à proprietate.
- 22 Uasallus cui debeat fidelitatem, si dominus relinquat plures heredes.
- 23 Uasallo pluribus heredibus institutis decedente an teneantur omnes præstare fidelitatem.
- 24 Inhabiles feudo tenendo qui dicantur.



I dominus. Dicitū est superius qualiter uasallus potest uēdere feudum: hic tractatur qualiter dominus potest vendere proprietatem feudi. Et diuide istud c. in sex partes. In prima parte dicit qualiter uasallus miles excusatur facere homagium emptori castri, de quo est uasallus, si ipse emptor est ciuis, villanus, vel rusticus. In secunda parte dicit qualiter si ecclesia est emptrix, illi homagium facere teneatur. In tertia parte dicit qualiter prohibetur fieri homagiū emptori militi, si est deterioris conditionis uasallo. In quarta parte dicit qualiter si uasallus potest tenere feudum sine suo deshōre, teneatur facere homagium ipsi emptori. In quinta parte dicit qualiter dominus pōt

vendere feudum absq; voluntate vasalli. In sexta & vltima parte qualiter vasallus illud vendere non potest sine voluntate domini. Et idem in emphyteuta, & alijs feudatarijs. Prima pars incipit, si dominus. Secunda ibi, idem est. Tertia pars ibi: si autem. Quarta pars ibi, sed si. Quinta pars ibi: dominus. Sexta pars ibi: nam vasallus. Casus. Si vasallus est miles, non tenetur facere homagiū emptori castri, si est ciuis, rusticus, vel villanus. Et idem si feudum vendatur militi deterioris conditionis ipso milite vasallo: secus si vendatur ecclesie, vel alteri militi, pro quo absq; deshonorē dictus vasallus illud feudum tenere possit: & potest dominus feudum vendere inuito vasallo. Quod secus est in vasallo vendente feudum. Et idē est in emphyteuta, & alijs feudatarijs. h. d. Istud capi. ponit duas regulas negatiuas, & duas exceptiones ab illis. † Prima regula est, quod si vasallus est miles, q; dominus non potest vendere castrum ciui, rustico, aut villano. Secunda regula est, q; vasallus miles non tenetur prestare homagium militi emptori, si est deterioris conditionis ipsi vasallo. Prima regula fallit, si vendatur ecclesie. Et ista limitatio probatur in cap. j. §. si verò. de pa. iu. fir. alijs in c. j. §. si verò. de allo. secundum Lud. in l. ij. ff. so. ma. vbi, secundum eū, licet dominus regulariter vasallū eo inuito alienare non possit, fallit nisi alienaret in ecclesiam. Secunda regula fallit, si vendatur militi, pro quo sine dedecore ipse vasallus possit tenere feudum. Collige notabilia. † No. primò q; dominus potest vendere de iure consuetudinario feudum inuito vasallo. Concor. j. ca. consuetudo. lo. iij. No. secundò q; si vasallus est miles, non tenetur facere homagiū ciui, rustico, aut villano, cui à domino feudum fuerit venditū. Not. tertio q; si ciuis, rusticus, aut villanus, fuerit emptor, q; vasallus tenetur sibi facere seruitium, & firmare directum, & facere ius pro feudo. † No. quartò q; si ecclesia est emptrix, vasallus homagium sibi prestare tenetur. Not. quinto q; si emptor est miles inferioris conditionis ipso vasallo, q; ipse vasallus sibi homagium facere non tenetur. Not. sexto quod si vasallus potest tenere feudum pro illo emptore absq; suo deshonorē, quod vasallus sibi homagium facere tenetur. Hoc idem dicit dictum c. consuetudo. † No. septimò, q; vasallus non potest

vendere feudū sine voluntate domini. Concor. c. supra proximo. & adde hīc concordantias, quas ibi dedi. No. octauò quod vasallus habet vendere feudum suo consimili, nisi expressē sibi licentia à domino concedatur vendendi alij inferiori. Concor. j. c. si aliquis habet. §. Item si vasallus illius. circa fin. ipsius. §. & §. Item non potest. Et vide tex. et ibi Bal. in feu. de l. Cora. §. similiter. et tex. & ibi Bal. per quos fiat inuef. §. sed res. 5 † No. nonò q; dominus potest vendere feudum cuiuscunq; emptori, etiā inferioris conditionis vasallo, seruata in præstatione homagiū distinctione prædicta. Vide quæ dicam. j. in opp. No. decimò & vltimò q; emphyteuta non potest vendere rem, nisi de voluntate domini. Concor. constitutio, quoniam digne. & l. vltima C. de iure emphyteu. Adde not. per me in capit. eodem modo. supra. Et sic hīc habes vnum casum in quo feudatarius & emphyteuta equiparantur. Alium habes in d. capitulo eodem. vide quæ ibi dixi. Expone literam, Vendere castrum, id est, proprietatem, vel directum dominium castri: nam illud directū dominium est ipsius domini. Text. & ibi Bald. in feud. quibus causis feu. amit. & de inuef. de re ali. §. si. & in §. rei. eod. titulo. text. & ibi Innocen. & Nico. et Andre. de Sicil. in capitu. si diligenti. extra de præscript. in verbo, ad ius & proprietatem. Conditio nis. id est, naturæ, vel generis. Ciuis. Quis dicatur ciuis, Jacob. de Bellouisur in quaestione disputata in authenti. quibus modis na. §. fin. coll. vj. Bald. in l. ciues. C. de appellationibus gloss. in l. ij. ff. de his, qui sunt sui vel alie. Barto. in l. iij. C. de natu. lib. & in l. quidam cum filium. de verborum obligationibus. in vltima questione. vide Ludo. in l. si is. ff. de vsu. & Salic. in l. qui exportandus. C. de ser. expor. & Bald. in l. Romanæ. C. de eunuch. latius Ludouic. in consil. lxxij. & in consil. xcij. Gemi. in capitu. fundamenta. §. vt autem. de elect. lib. vj. & in capitulo nullus. de temp. ord. eodem libro. & text. & ibi doc. in vñtico, ciues. Villanus. id est, qui moratur in villa. † Et dicitur villa, quæ non est muris circumdata, & est extra muros. gloss. & ibi Barto. in l. si hares. ff. de legatis primo. Ioannes Andreas in capitulo si ciuitas. de sententia excommunicationis. libro sexto. gloss. in l. si merces. §. præterea. ff. lora. Sed in Cathalonia omnia loca populosa,

pulosa, etiam quæ non sint muris circumdata, dicuntur villæ, dum tamen ibi non habeatur episcopus: quia tunc dicitur ciuitas: & ita vulgaris & communis locutio patriæ est verus intellectus: vt l. liberorum. §. tamen Cassius. cum simi. ff. de leg. iij. cū ibi notatis. Et dic villanus, id est, Burgensis, qui equiparatur ciui honorato. Vel villanus, qui artem mechanicam exercet: quia hīc simpliciter & indiffinitè loquitur, & sic omnem villanum comprehendit, dum tamen non sit de genere militari, inter quos fit differentia, vt hīc in textu. Rusticus, id est, qui moratur in rure. Et pro hoc l. fina. C. qui testamēta facere possunt. Et scilicet, ciui, rustico, aut villano emptori. vide Bal. in feud. de lege Cora. §. ex eadem. vbi dicit 7 † quod si proprietates feudi est quid vniuersale, puta plebs, castrum, vel villa, etiam rustico alienari potest: Seruitium. De materia seruitij tractauit supra capitu. vasallus. Firmare directum. Defirma directi vide quæ scripsi supra. c. j. Inferioribus. supple ipso castro. Autē. De ista dictioe vide Bartolum in l. transigere. C. de transactionib. Attendendum. id est, considerandum. Infimus. id est, inferior, vel minor. Honore. id est, dignitate: Alibi in vñtico, tutores. accipitur pro feudo. Generis. id est, lineæ. Tribus modis dicitur genus. ff. de legatis secundo. l. Meuius. §. duobus. Tu super hoc vide l. j. ij. & iij. ff. de libera. cau. & gl. in l. secunda. ff. de probatio. Non tenetur homagium sic infimo militi emptori, supple licet teneatur facere seruitium, & firmare directum: vt supra in hoc capitulo. et melius in dicto capitulo consuetudo. Deshonore. id est, dedecore. De valore. supple quia sit dignior. Voluntate. id est, consensu. Cuiuscunque. supple personæ. † Verba, quęcunque persona, etiam in dispositione odiosa posita, includunt quālibet personam, cuiuscunque sit status, dignitatis, vel præminentie ecclesiasticæ, vel mundanæ, etiam si imperiali, vel regali præfulgeat dignitate. Text. in clemen. ij. de iudi. iuncta gloss. ibi, in verbo quibuscunque. secundum Nicol. ibi. Consimili. supple vel maiori: vt infra capitulo si aliquis. §. item si vasallus. & textus in dicto §. ex eadem. Et sic hīc habes quod alienatio potest fieri pari, vel potentiori, & non inferiori, nisi de voluntate domini, vt sequitur. Vendere feudum. id est, vtile do

minium feudi, quod habet vasallus in illo, secundum Baldum. de capi. Cora. §. præterea. & in prælud. feu. & Inno. in dicto capitulo si diligenti. & Jacob. Callicij in vñtico, si quis suum feudum. Nisi. De ista dictione dixi supra in capitulo, si petita. Idem est in emphyteuticis & alijs feudatarijs, scilicet quod non possunt vendere feudum sine voluntate domini. Vide glo. in capitulo inter dilectos. de fide instrumen. in verbo, conferebat. Hostien. in Summa de immu. eccle. §. in quantum. versicu. sed nec illa. vsque ad finem. & idem in libello. Ioan. de Blanof. de actio. præiu. circa finem. super 9 verbo de emphyteuticis. † Oppo. primò quod dominus non potest alienare proprietatem feudi sine voluntate, sui vasalli, inferiori ipso vasallo: vt in feu. d. l. cora. §. ex eadem. Soluti. intelligo istum text. secundum illum, quod si dominus vendat proprietatem feudi, de quo habet militem vasallum, ciui, rustico, aut villano quod interueniat consensus vasalli, vt ibi: alijs inferiori ipso vasallo sine eius voluntate alienari non potest. Et sic isto modo concordatur ista consuetudo cum dicto capitulo ex eadem. Nā non est nouum, priores leges trahere ad posteriores: vt l. non est nouum. ff. de legibus. & vna lex per aliam distinguitur, & limitatur, secundum Ludouicum in l. postdotem. ff. soluto matrimonio. Ista solutio nimis restringit istum textum. ibi in verbo, cuiuscunque. Dicas ergo quod dominus sine voluntate vasalli potest alienare feudum inferiori illo, sed vasallus non tenetur illi prestare homagium. Et sic per istam consuetudinem tanquam posteriorem derogatur in hoc dispositioni ipsius §. Nam sicut lex posterior tollit priorem, ita consuetudo, quæ legem sequitur, derogat legi, secundum Angelum. in l. de quibus. ff. de legi. & glo. institui. de offic. iudic. in principi. sed quia legum correctio est vitanda: vt l. j. C. de inoffi. dona. Dicas quod ibi loquitur in cōsimilitate emptoris cum domino: hīc verò loquitur de consimilitate, vel minoritate emptoris cum vasallo, & sic casus est diuersus, & non aduersus. Et ista 10 plus mihi placet. † Opponi. secundo, quod etiam dominus non potest alienare feudum proprietate sine cōsensu vasalli, vt in dicto §. ex eadem. & ibi Bald. & in capit. j. quo temp. mi. §. si quis. & per Ludo. in l.

ij. ff. sol. mat. glos. in l. inuitus. C. de fideicō. lib. Cy. in l. j. C. de noua. Bal. in l. debitorū. C. de pac. & in l. ij. C. de dona. Host. & Ioā. Andr. in c. dilectis. de maio. & obed. Bal. si de feud. defunc. mi. §. in generali. Ludo. in consil. consilio xxvj. & Gul. de Vallscha in vsatico, si quis suum feudum. vbi quærit an dñs allodialis castri inuito vasallo possit suū ius directum aliq̄ inferiori suo vēdere, seu alienare. De iure dicit q̄ est expeditum q̄ non: vt in feudis, de lege Corad. c. ij. & l. imperialem. §. præterea ducatus. de prohi. feu. ali. & per Host. in Summa de feu. §. fin. & per Spec. tit. de feu. §. j. in ver. xxix. Sed de iure Cathalonico dicit q̄ est secus: vt in hoc c. per quod capitulum dicit apparere q̄ tenet alienatio directi domini, licet non teneatur emptor vasallus facere homagiū, sed bene seruitium, & firmare directum, & facere ius pro feudo. Sol. † Dominus regulariter nō potest alienare feudum inuito vasallo, vt dicitur iuribus. Fallit si alienetur cū ciuitate vel terra, secundum Ludo. in d. l. ij. & gl. in d. §. si quis. & Bal. in d. §. ex eadem. Item fallit si alienetur cum vniuersitate, secundum Bal. in d. §. & Lud. in dicto consilio. Item fallit, si alienetur in ecclesiā, vt hīc, & dixi superius, secundum Lud. Item fallit si alienetur in alium æque bonū, seu meliorem, secundum Ludo. in l. ij. & Bal. in d. §. ex eadem. & hīc, & dixi superius in prima opp. Hæc solutio nō placet mihi: quia restringit verba huius consuetudinis, ibi: cuiusq̄ vult inuito vasallo. & etiam expositionem, quam feci superius, exponēdo verbum Cuiusq̄: cum istud verbum indiffinitè sit prolatum. Dicas ergo q̄, per istam consuetudinē permittitur domino vendere proprietatem feudi cuiusque personæ, & sic per eam derogatum est dictis iuribus, secundum G. de Vallscha, vt superius retuli: & consequenter secus est de iure communi, & secus de iure consuetudinario Cathalonice. † Hoc tamen videtur limitandum q̄ si alienatur inferiori, vasallus nō tenetur sibi præstare homagium, nisi tantum seruitium firmare directū, ac facere ius pro ipso feudo: vt habetur hīc in text. & j. c. consuetudo. Sed ista solutio etiā non placet mihi, quia corrigit multa iura, & dicta doctorū: & nō est verisimile q̄ vnico verbo tollatur. Dicas ergo pro pleniori examine huius materiae distinguendo, Aut dñs vult alienare

totam feudi proprietatem, aut illius partē. Primo casu subdistingue, aut dñs vult alienare solum vasallū sine ciuitate, aut terra: & non potest. Hoc primò probatur in d. l. inuitus. Secundò, quia quāuis vasallus sit, nihilominus est persona libera respectu proprii patrimonij: ergo sine terra alienari non potest. Sic nec coloni ascriptitij, & censiti: quia quāuis quo ad seruitiū personale sint serui, tamen quo ad alia sunt liberi, vt not. glo. ord. Insti. de iure perso. in verbo, sunt. & tamen isti sine terra alienari nō possunt. l. quemadmodum. C. de agric. & cens. lib. xj. Tertiò, quia non est maior potestas dñi in vasallum, quàm patris in filiū: sed ille per patrem in alienam potestatem poni non potest sine eius consensu, vt l. in adoptionibus. ff. de adopt. neq̄ etiam alienari, vel obligari: vt in l. j. C. de patr. qui si. distraxe. & in l. qui filios. C. quæ res pig. & in c. ij. de pign. cum ibi not. nisi in casu l. ij. C. eo. tit. Igitur & c. Quartò, quia vasallus nō est alius quàm debitor exhibitionis reuerentiæ & seruitij dño suo: † sed debitor eo inuito alteri per creditorem delegari nō potest. l. j. & l. nec creditores. C. de noua. igitur & c. Bene tamen possit, secundum Lud. suadente necessitate dñi, operas vasalli alteri locare. Ad hoc de oper. li. l. patroni qui operas. Quintò, ad idem nō est dubium q̄ ex diuisione inducitur alienatio, sed vasalli sine terra diuidi nō possunt: vt l. quedā mulier. ff. fami. erc. & l. Carmelia Pia. ff. de iure patro. Et fuit conclusio Spec. tit. de feu. §. quoniam. ver. xxxj. igitur & c. Aut dñs vult alienare vasallū vnā cum ciuitate, vel terra: & iterū subdistingue, † aut vult eum alienare cum tota sua hereditate, & sic cum vniuersitate: & dic quod potest tam de iure communi, quàm huius consuetudinis. Et pro hoc est gloss. in d. §. si quis. & per Bald. in dicto §. ex eadem. & Ludo. in dicto consilio. dum tamen alienet pari, aut maiori, vt hīc, & ibi: & per Ludo. in dicta l. ij. Secus si minori, nisi esset proprietas quid vniuersale, puta plebs, castrum, vel villa: quia tunc etiam rustico alienare potest, secundum Baldum, in dicto §. ex eadem. vbi dicit quod rusticus potest emere dignitates, & iurisdictiones, quæ sunt propriū patrimonij veditorū. Et vide ibi quæ sunt illa, quæ sine vniuersitate transire non possunt. Sed vbi minori alienare, vasallus nō tenere sibi præstare

re homagium, per istum tex. Aut dominus vult alienare vasallum, siue vniuersitate: & dic quod de iure communi non potest, vt dictis iuribus: sed de iure Cathalonico per istum tex. potest. Et in hoc derogatur iuri communi per istam consuetudinem tantum posteriorem, vt dixi superius. Secundo casu principali aut vult alienare partem feudi, & partem retinere: & tunc dic secundum Bal. in d. §. si quis. quod admitteretur contradictio hominum suorum: quia eorū interest tot dominos nō habere: & hoc per c. dilecti filij. de maio. & obed. & ibi in Nouella. & adde Bald. in d. §. ex eadē. & in §. illud. de prohi. feu. ali. per Fred. Et sic intelligo istum textum: quia in totum liceat domino alienare feudi proprietatem. Secus pro parte: quia recipit interpretationem examinatiuam, limitatiuā, & declaratiuam à iure communi, secundum Bart. & Bal. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. & Bal. in l. nō dubium. C. de legi. † Nam consuetudo nō extenditur ultra casus in ipsa comprehensos, vt dixi supra in pluribus capitulis. Et secundum hoc licitū est dño in totum, quod pro parte non licet. Quod habet verum secundum glo. & Bal. in d. §. ex eadem. quādo nō est eadē ratio partis quo ad partem, quæ est totius quo ad totum. Item in indiuiduis, vt hīc. Et prædicta colliguntur hīc in text. & in iuribus superius allegatis. Et secundum ea intelligo istum text. Sed contra istum intellectum facit j. c. consuetudo. §. item est vsus Cathalonie, vbi patet q̄ dominiū feudi potest diuidi per partes. & sic cum diuisio sit species alienationis, vt supra dixi, & per Bald. in l. j. C. si aduer. diui. & transac. Igitur poterit per partem alienari. Nisi dicas quod speciale sit in diuisione fienda inter filios. Et secundum hoc posses dicere † quod dominiū feudi regulariter per partes non possit diuidi, vt hīc, in hoc secundo membro. Fallit in diuisione fienda inter filios: vt in dicto §. item. Si autem velis intelligere istum textum generaliter, quod etiam per partes possit fieri alienatio, & sic diuisio de dominio feudi: dic quod vasallus non tenebitur facere homagium, nisi vni eorum dominorum, vel alteri idoneæ personæ, de quo, vel de qua se conuenire habent, vt colligitur in hoc c. & in d. §. vide que ibi dicam. Et pro isto intellectu vide Bald. in dicto §. ex eadem. vbi

18 sic inquit, extra quæro † quid si dominus vnā medietatem vendidit vni, alterā medietatē aliq̄, à quo recognoscet se vasallus? Et videtur q̄ à nemine, nisi inter se conueniāt à quo vasallus se debet recognoscere: quia regula est q̄ pro vno feudo non teneatur recognoscere plures dominos. Concordent ergo, si volunt: aliās sibi imputent, arg. ff. de vsufruc. l. quoties. Et hoc credo verius. Adde quæ not. Bal. in d. §. præterea ducatus. circa fin. Et pro ista opinione allego tex. in c. consuetudo. §. itē est vsus quod si duo. vbi colligitur quod dominiū castri directū potest esse penes plures. Adde quæ dicam in dicto §. itē est vsus. Opponi tertiò, de c. intellecto, extra de iure iurando. vbi est tex. quod positus in dignitate non licet alienare iura feudalia, saltem inuitis vasallis, secundum Hostien. & Ioā. Andre. in capitulo dilecti filij. de maioria. 19 & obedien. † quia quando Constantinus donauit urbem beato Syluestro, fecit, cum consensu populi sui, secundum Baldum, si de feud. def. mi. §. in generali. Solutio. Ibi loquitur de Rege, qui iurat non alienare, vt in dicto capitulo intellecto. hīc de alijs inferioribus. Nam appellatione Regis non veniunt aliq̄ inferioris dignitatis, secundum nota. per Gem. in c. hac constitutione. de officio delega. libro sexto. quia regalis dignitas dicitur altitudinis præminentia, vt ibi. Sic & ecōtra, si in rescripto facta sit expressa mentio de episcopo & archiepiscopo, & additur clausula generalis. Et quidam aliq̄: non comprehenditur Rex, vel Imperator, secundum Specula. titu. de rescript. §. ratione. versic. sed nunquid. Vel dic quod Rex potest alienare aliqua de suo regno inuitis vasallis, si non diminueret iurisdictionem suam, & non præiudicaret ista alienatio successori suo in regno, secundum Bartolum in l. prohibere. §. planē. ff. quod vi aut clam. & est text. qui loquitur de rege Aragonum in capitu. Abbate. de re iud. lib. vj. Vel dic quod d. c. intellecto. habet locum quādo grauiter ex illa alienatione grauaret regnum, non autem de modica, secundum lo. And. ibi. Et pro hoc facit singulare d. Inn. & Gem. in c. grādi. de sup. neg. præla. lib. vj. vbi dicunt q̄ coadiutor Regis potest facere donationē. Licet Archi. eos ibi reprahēdat per dictū tex. intellecto. Tñ dicūt Inn. & Gem. q̄ ad modica. vide

vide Alber. de Rosa. in prima parte statutorum. q. cxlvij. vbi refert statutum iuratum Regis Aragonum, q. immobilia Regis non possent alienari, exceptis inclytis infantibus natis nostris: ita tamen q. Rex possit ex causa necessitatis & utilitatis Regni donare. Super hac q. an Imperator possit dare, vendere, aut alienare castrum imperii, aut aliqua de regno, vel imperio, vide late Bal. in prelu. feu. §. expedita. lac. But. in rubr. C. & dicunt q. vna re dare potest. Vide Freder. de Senis in consil. cxciiij. vbi dicit q. c. intellecto, non intelligitur de modica donatione: quia iuramentum ad modica non se extendit. Vide consilium Old. in consil. xc. vbi quaerit, an valeat donatio facta per Regem in praesentia filij. Super vero alienatione patrimonij Regis Aragonum factae sunt multae pragmatice, & specialiter est pragmatica Regis Alfonsi, ad quas recurre, cum opus fuerit. Nam hic putabatur tractare materiam alienationis patrimonij Regis, & ipsius luitionis: sed quia est longa materia, volo ad partem Deo duce facere specialem tractatum cum insertione pragmaticarum de eadem factarum, & sententiarum exinde latarum.

20 ¶ Quæro, an dominus possit hypothecare proprietatem feudum: Et intelligo de hypotheca cum traditione. Et Bal. in d. §. si quis. dicit q. non in praesentia vasallorum. Sed ego credo contrarium, per text. huiusmodi, vbi permittitur venditio, in qua dominium transfertur: multo magis hypotheca: vbi non transfertur. authen. multo magis. Nam sub verbo Venditio, continetur hypotheca. ff. qui. mo. pig. vel hyp. fol. l. sicut. §. venditionis. De hoc verbo, Venditio an comprehendat hypothecam, dixi latius supra. c. eo dem. Quæro, ecce ¶ q. dominus de facto alienavit feudum partem illicitam, secundum meam distinctionem, quam posui supra in secunda opp. an ex hac alienatione dominus cadat a proprietate: Et dico non, sed ipsa alienatio pro infecta debet haberi. Casus est in d. §. si quis quo tem. mi. secundum Bald. ibi. Secus est in vasallo. Et in hoc est differentia, an dominus alienet, an vasallus: vt ibi Bald. & vide eundem Bal. in d. §. ex eadem. de lege Cora. in verbo, nec licet partem. Quæro, quid si dominus vna medietatem vendidit vni, alteram medietatem alij, & sic isto modo fiet alienatio de tota proprietate feudum, vel dominus diuidet feudum inter duos filios, a quo recogno-

scet se vasallus: Et videtur q. a neutro, nisi inter se conueniant a quo vasallus debet se recognoscere: quia regula est, vt dixi, q. p. vno feudo non teneat recognoscere plures dominos. Concordet ergo si voluit, alias sibi imputet, secundum Bal. in d. §. ex eadem. circa fi. vide text. in c. consuetudo. lo. iij. §. penul. nec isto casu currit ei tempus, nec tenet de fide, vt

22 ibi. ¶ Quæro, quid si dominus decepsit pluribus hæredibus militibus relictis, vtrum omnibus sit fidei fidelitas, an nulli ratione incertitudinis, an vero vasallus possit gratificari vni? Bal. dicit pro & contra, & finaliter concludit q. non debet fieri nisi vni. Vide eum de feu. defunc. mi. §. oēs. vide Ang. & Lud. in l. stipulatio. §. ex his igitur. ff. de ver. ob. Spe. tit. de feu. §. qm. ver. xxviij. & per Bal. de phi. feu. al. per Fred. §. præterea ducatus. & Io. de Imo. in l. stipulatio. §. quaesitum. ff. de no. ope. nun. Quæro, quid contra, ¶ si vasallus decedit pluribus hæredibus institutis, an oēs teneantur præstare fidelitatem domino, si feudum diuisum teneant. Et ibi est text. q. sic.

Quæro, quid si dominus alienauerit feudum proprietatem inferiori seipso, an vasallus tenebitur saltem præstare fidelitatem dicto emptori, ac dare potestatem de castro, quemadmodum si homagium esset præstitum: Et dico q. sic. Casus est in c. consuetudo. j. lo. iij. & sic istud c. supplet per d. c. consuetudo. quia non est noui priores leges, & c. vt dixi superius. Vide Host. in Sum. tit. de feu. §. apud. ver. non potest. Quæro, quæ sit differentia inter fidelitatem & homagium. vide extra de sumo. c. ex diligenti. & de re iudi. c. pastoralis. in cle. & ibi Inn. & Host.

24 ¶ Quæro iuxta text. in verbo, Consimili, ¶ quæ dicantur personae inhabiles ad tenendum feudum: Dic q. in multis consistit inhabilitas, nec de ea potest certa regula tradi. Quandoque euenit propter defectum dignitatis seu conditionis illius, in quem transferretur feudum: quia non est similis conditionis, sed inferioris illius, qui feudum alienat: quod considerat in hoc c. Quoniam est inhabilitas ex defectu personae, in qua alienat, quæ circa temporalia intendere non potest, vt clericus, monachus, ecclesia, monasterium. Quoniam inhabilitas est defectu personae in qua feudum alienat, quia administrationi suarum rerum vacare non potest, vt cæcus, claudus. Et de his omnibus habetur de lege Cora. §. ex eadem. & de prohi. feu. al. per Fred. §. præterea ducatus. & Hostien. in Summa, titu. de feu. §. iij. &

iiij. & j. c. consuetudo. & in feu. c. episcopi. §. mutus. & ibi bonam gl. & in feu. an mutus. & in c. curiae Ceruarie. c. item ne super laudimio. & Hostien. in Summa de immu. eccle. §. in quantum. ver. sed quasi. vsque ad ver. finalem, secundum Gul. de Vallescha in vlatico, si quis suum feudum. Adde quæ dicam j. in c. vasallus. in q. quid si vasallus decedens ab intestato, & c. ibi: sed cum de iure communi. Vide j. in c. si aliquis. in expositione literæ. in verbo, qui pos. in feudum succedere. Et adde etiam quod ille qui per se, aut per alium interfecerit, vulnerauerit, ceperit, aut percusserit aliquem episcopum, efficitur inhabilis ad tenendum feudum ab ecclesia: vt in constitutionibus sacri concilij Therracone. c. quonia exempla.

Qualiter sit ponendus emptor castri in possessione.



I venditum fuerit castrum siue feudum, in quo vnus vel plures sint vasalli, & dominus venditor voluerit emptorem ponere in possessione castri, ita fiat: dominus venditor vocabit omnes vasallos, & habitatores castri, tam rusticos, quam alios, & congregabit eos in ecclesia, vel in alio loco castri, & coram ipso emptore appellabit nominatim vasallos: qui surgentes veniant coram domino venditore, & emptore: & dominus venditor proposita coram omnibus venditione absoluit eos ab omni fidelitate, sacramento, & homagio, quod amodo non teneatur sibi in aliquo pro illo castro, siue feudo, & mandabit eis quod faciant homagium tali emptori, sicut domino eorum: qui incontinenti singulatim debent facere, vt consuetum est. Hoc idem dicit rusticis, & alijs habitatoribus ipsius ca-

stri, pro quibus omnibus, si magna fuerit vniuersitas, eorum tres, vel quatuor, vel plures de melioribus habitantium, secundum voluntatem domini emptoris faciant homagium domino emptori, & postea venditor mittet dominum emptorem, in domum castri, si domum habet, vel in alia domo, si domum non habet, & dicet sic: ergo talis pono vos tale in possessionem istius castri. Et dominus emptor faciet ibi parari comestionem: & finito prandio recedat venditor, si vult.

S Y M M A R I V M.

- 1 Venditor feudi tenetur emptorem mittere in possessionem.
- 2 Venditor feudi debet subditis uenditionem denunciare emptore presente.
- 3 Vniuersitas si magna sit, sufficit aliquod homagium domino facere omnium uice.
- 4 Vasalli omnes in traditione possessionis feudi uenditi debent uocari.
- 5 Consensus singulares quando sufficiant in actibus ad uniuersitatem pertinentibus.
- 6 Vasallus emptori inferioris conditionis non tenetur homagium facere.
- 7 Mulier quando homagium facere teneatur.
- 8 Minor annis quatuordecim, an debeat fidelitatem præstare.
- 9 Posseio quibus modis tradatur, et apprehendatur.
- 10 Posseio incorporalium qualiter tradatur.
- 11 Venditor an emptori possessionem rei uendite uacua tradere debeat.
- 12 Posseio quando uacua dicatur.
- 13 Venditor quando rem præcisè præstare cogatur.
- 14 Posseio an per inuestituram quaeratur.



I venditum. Diuide istud c. in sex partes. In prima parte dicit qualiter si dominus vendit castrum, vel feudum, & vult mittere emptorem in possessionem, debeat congregare vasallos. In secunda parte dicit qualiter congregatis ipsis vasallis, & habitatoribus castri absoluit eos a fidelitate. In tertia parte dicit qualiter dominus mandat eis, & rusticis, & alijs habitatoribus castri q. faciant homagium emptori. In quarta parte dicit qualiter ipsi præstare debent dictum homagium. In quinta parte dicit qualiter si est magna vniuersitas

vnuerſitas, præſtari debet dictum homa-
gium. In ſexta parte, & vltima, dicit quali-
ter dominus mittere debeat emptorem in
poſſeſſionē domus dicti caſtri. Prima pars
incipit ibi: ſi venditū. Secunda pars ibi: qui
ſurgentes. Tertia pars ibi: qui propoſita.
Quarta pars ibi: qui incontinenti. Quinta
pars ibi: pro quib⁹. Sexta pars ibi: & poſt-
ea dñs. Caſus. Poſſeſſio caſtri vel feudi
venditi traditur per venditorē emptori, q̄
vocantur vaſalli, & habitatores caſtri, &
iſtis cōgregatis abſoluuntur à fidelitate &
homagio, & mādatur eis, & ruſticis, & ha-
bitatoribus caſtri, q̄ faciant homagiū iſti
emptori: quod incontinenti ſigillatim face-
re tenētur: & ſi magna eſt vnuerſitas, tres,
vel quatuor, vel plures de iſtis habitatori-
bus, faciunt tantum homagiū, & poſtea
dictus venditor tradit poſſeſſionē empto-
ri de domo caſtri, vel de alia, ſi domum nō
habet. h. d. Collige notabilia. ¶ Nota pri-
mò q̄ venditor tenetur mittere emptorem
in poſſeſſionē caſtri, vel feudi venditi. Cō-
cord. l. ex empto. ff. de actio. empti. Idem ſi
dominus inueſtiuit vaſallū per annulū, &
præſtitit iuramentū, dominus tenetur mit-
tere vaſallū in poſſeſſionem de beneficio.
Tex. eſt in feu. de no. for. ſi. ſi inueſtitura. &
ſi de feud. defun. mi. ſi. ſi facta. & de contro.
inueſt. ſ. j. vide ibi latè Bal. Not. ſecundò, q̄
dñs qui vult tradere poſſeſſionem, debet
vocare vaſallos, & habitatores caſtri, &
eos in vno loco caſtri congregare. ¶ No-
tariò, q̄ cōgregatis dictis vaſallis & habi-
tatoribus præſente emptore dñs denūtiat
eis dictam venditionem, & abſoluit eos à
fidelitate & homagio. Not. quartò quòd
iſtis abſolutis mandat eis q̄ faciant homa-
gium emptori. Not. quintò, q̄ iſti vaſal-
li & habitatores debēt præſtare incōtinen-
ti dictum homagiū. De iſta poſſeſſione
vide multa ſcripta per Inno. & Bal. in c. in
literis. de reſti. ſpo. & in c. dilectis. de capel-
mo. & per Bald. in l. ij. C. de ſerui. & aqua.
& vide Inno. in c. olim. & c. ex parte. de re-
ſtit. ſpol. & in c. bonæ. de poſtu. præla. & in
c. querelam. de elec. Bar. in l. j. ſi quis. ff. de
iti. actūq̄ priua. Bal. in l. nō epistolis. C. de
proba. Ludo. in conſi. conſilio lxx. & latius
Pet. de Anc. in repet. c. ſine poſſeſſione. de
reg. iur. l. vj. & ibi recurras, cum opus fue-
rit, quia ſufficit tibi remiſſio. ¶ No. ſextò
q̄ quando eſt magna vnuerſitas, tres, vel

quatuor debēt præſtare dictam fidelitatē,
& homagiū. Vide Bal. quo temp. mi. ſ. niſi
iuſta. in feu. vbi dicit q̄ in ciuitatibus debēt
iurare vnuerſaliter vnuerſi per ſyndicos
ſuos, & ſingulariter ſinguli adulti, vel maio-
res per ſeipſos, licet in pace Cōſtantiæ dicaſt
iurare facere omnes maſculos mecū habi-
tantes à decē annis ſuprà vſq̄ ad ſeptuagin-
ta annos. Alibi dicitur vſq̄ ad octodecim
annos. de pa. te. c. j. Sed ibi ita placuit paci-
ſcentibus, ſecundū Bald. vbi ſuprà. Adde
Bal. de pa. Conſtan. in verbo conſules. vbi
tutor, itē ſyndicus iuramentū fidelitatis nō
præſtat ſine ſpeciali mādato. Gul. de Cug.
in l. j. ff. de procu. & Archid. lxxij. diſt. c. tibi
dño. vide j. c. ſi defuncto. & etiā vide Bald.
in l. j. ſ. q̄ ſi nemo. an vnuerſitas poſſit cō-
4 pelli ad faciendū ſyndicū. ¶ Not. ſeptimo,
q̄ dñs venditor debet mittere emptorē in
poſſeſſionē domus caſtri, vel alterius, ſi do-
mum nō habet. Vide tex. in l. ſiftulas. ſ. per
fundū. ff. de cōtrahen. emp. q̄ poſſeſſio tra-
ditur ingrediēte emptore, & recedente vē-
ditore. Et adde l. poſſideri. ff. de acqui. poſ.
vbi eſt tex. q̄ poſſeſſio proprie eſt rerū cor-
poraliū, corpore, & animo interueniēte, &
per apprehenſionē partis fundi cū animo
quærendi reliquū totum acquiritur. Not.
octauò, q̄ tradita poſſeſſione emptor dat
ad prædendū dicto venditori. Sed hoc eſt de
vrbantate, & nō de neceſſitate, nec de ef-
5 ſentia poſſeſſionis. ¶ Not. nonò, q̄ ſi plu-
res ſunt vaſalli, q̄ omnes ſunt vocādī in tra-
ditione poſſeſſionis. No. decimò, q̄ in ca-
ſtro, ſiue feudo poſſunt eſſe plures vaſalli.
cōcor. c. ſi duo. ſuprà. & que ibi dixi. No.
vndecimò, & vltimò, qualiter per iſtā con-
ſuetudinē introducta eſt traditio poſſeſſio-
nis caſtri, vel feudi venditi: quod poteſt fieri
ſecundū Inn. in c. ij. de cōſue. vbi dicit q̄
ex cōſuetudine poteſt introduci q̄ ſine ap-
prehentione poſſeſſio adipiſcatur. Expo-
ne literā. Si venditum fuerit caſtrū, ſeu feu-
dum, & c. id eſt, feudi proprietatē, vel dire-
ctū dominū, vt dixi ſuprà in c. proximo,
in expoſitione litera. Tam & quam. De
iſtis dictionibus vide Barto. in l. inter. ff. de
ver. ſig. & gl. & Lud. in l. pro hærede. ff. de
acqui. hæ. & Bar. in l. his verbis. ff. de duo-
reis. vbi dicit q̄ quādo eſt coniunctio, de-
bet ſcribi breue, vt hīc. Corā. Quādo dica-
tur fieri corā, Bar. in l. diē proferre. ff. de ar-
bi. l. corā. & in l. coram. ff. de ver. ſig. & per
Barto.

Bar. Raph. & Imol. in l. hæredes palā. ff.
de teſta. gl. in c. vt circa. ſ. edicto. de elec.
li. vj. Ant. de But. in c. j. de iudi. oibus ſci
licet vaſallis, & habitatorib⁹. A modo, id
eſt vltorius. In aliquo, id eſt, in aliqua fi-
delitate, iuramento, nec homagio. Eis, ſcili-
cervallis, & habitatorib⁹. Sicut. De iſta
dictione vide gl. in c. dānam⁹. de ſum. tri.
in ver. cū ergo. Anto. de Bu. in c. quia. de
iud. & in l. ſi cū vderet. ff. de pig. act. in-
continēti. De iſta dictione vide glo. in c.
quapropter. de elec. & in c. ſecundò requi-
ris. de app. Bar. in l. j. ff. de verb. ob. & in
l. j. ſ. cū igiſ. devi & vi ar. Bal. in l. ſi. C. de
his q̄ a nō do. Bart. in l. cū ex. ff. de noua.
Lud. in l. j. ſi præſens. ff. de ver. obl. & in
l. ſi de eo. ſ. ſi forte. ff. de acq. poſ. ſed hīc
accipitur in eodē inſtāti anteq̄ recedant
de loco vbi ſint congregati, vt declarant
alia verba ſequētia. Nā verbū ambigū
in oratione poſitū, declarat ex vicinitate
alterius verbi ſecundū Lud. in l. ſi verò.
ſ. de viro. ff. ſol. mat. in. xliij. fall. ver. xij.
Sigillatim, id eſt, ſingulatim. vide glo. &
Gemi. in c. ſicut. in ver. formā. de elec. li.
6 vj. vbi dicit q̄ in actibus p̄tinētibus ad
vnuerſitatē ſufficiūt cōſensus ſingulares
dñi tamē præſtes per cōgregatos. Tu vi-
de quæ ſuprà in vj. nota. Debent. Iſta di-
ctio de eius proprio ſignificato importat
neceſſitatē ſecundū Nico. in c. intellexi-
mus. de iudi. alleg. glo. in c. accedētes. de
ſtat. reg. & gl. in c. j. de deſpō. impu. præ-
fertim in materia neceſſaria. c. p̄poſuit.
de app. in gl. Tres vel quatuor. ſubaudi
tanq̄ ſyndici cōſtituti à dicta vnuerſita-
te cū ſpeciali mādato ad hoc: quia requi-
7 ritur mādatū ſpeciale, vt dixi ſuprà in vj.
not. Secundū. De iſta dictione vide Bar.
in l. teſtamētū. C. de inſti. & ſubſti. Et an
faciat cōditionē, Bar. in l. eū, qui. ſ. Iulia-
nus. ff. de cōſti. pec. vbi dicit q̄ non. Ali-
quādo ponit pro iuxta. l. inter eos. de ac-
qui. re. do. & de ſerui. vr. præd. l. quidam
Iberus. Volūtatē dñi venditoris. Ergo in
hoc ſequuntur voluntatē illius, & nō em-
ptoris. In alia domo. ſup. alicuius termi-
ni dicti caſtri in ſignū poſſeſſionis ade-
ptæ, ſi nulla eſt dom⁹ in caſtro, argu. ſu-
prā c. & ſi nō. Oppo. primò de c. ſi peti-
ta. ſuprà vbi aliter apprehēditur caſtrū.
Sol. Ibi loquitur in poteſtate caſtri adipi-
ſcenda per dñm caſtri, hīc in traditione,

quā facit dñs caſtri emptori illius: & ſic
caſus eſt diuerſus, & nō aduerſus. Op-
po. ſecundò quòd vaſalli non tenentur
facere homagiū emptori, ſi eſt minoris
cōditionis ipſo vaſallo. vt in c. pxi. & in
c. cōſuetudo. iij. j. Sol. quod hīc dicitur, eſt
regulare. Fallit q̄n emptor eſt deterioris
cōditionis ipſo vaſallo: quia tūc nō tenē-
tur ipſi vaſalli facere dictū homagiū, vt
dictis capi. Oppo. tertio ſup. verb. oēs,
hīc in tex. q̄ mulieres nō debēt iurare fi-
delitatē, vt tenet Bal. in d. ſ. niſi iuſta. quo
tēpo. mi. Sol. licet dicitur Oīs, ſit vnuerſa
lis, nō tamē intelligitur vt includat niſi tā-
tūm illa, quæ ſunt p̄portionalia materie,
in qua p̄fert, ſecundū gl. iij. in ſi. in c. dile-
cto. de ſen. excō. lib. vj. Et ita eſt hīc. quia
materia, in qua dicitur oīs, p̄fert, eſt pro-
portionabilis maſculis, & non foeminis:
cū regulariter foemina nō poſſit eſſe va-
ſalla, vt in feu. per quos fiat inueſtit. ſ. fo-
mina. & ibi Bal. & per eū quædamo. feu.
ad foemi. Sed cōtra iſtā ſolu. facit c. ſi de-
functo. j. vbi mulier facit homagiū, quan-
do eſt vaſalla. Ideo dicas p̄ cōcordia præ-
8 miſſorū diſtinguendo. ¶ Aut mulier eſt
vaſalla: & tunc die q̄ tenet præſtare ho-
magiū ſecundū formā dicti c. ſi defun-
cto. Si autē nō eſt vaſalla, ſed quia eſt ha-
bitatrix in termino caſtri, tunc dic quòd
fidelitatē præſtare non tenet. Et ita loqui-
tur Bal. in d. ſ. niſi. Nā ſi dicitur Bal. intelli-
geret de vaſalla, dicas q̄ ſtandum eſt di-
cto c. ſi defuncto. quia de eius dicto non
eſt caſus: quia ſumit argumētū ex ipſo ſ.
Et q̄n glo. vel doctores dicit argumētū ex
illo tex. ſequit q̄ non eſt caſus de hoc,
per c. forus. ſ. argumētū, de verb. ſig. & p̄
id, quod not. Io. And. in c. j. de pac. ſecū-
dū And. de Sicilia in c. ſi diligētī, de præ-
ſcrip. Oppo. quartò ſuper ipſo verbo
oibus, ¶ q̄ minor quatuordecim annis
nō tenet præſtare fidelitatē: vt in feud. ſi
de feu. defun. mi. ſ. ſi minori. cum ſ. ſequ.
Solu. iſta dicitio Omnis, intelligit, qui ſit
habilis ad præſtandā dictā fidelitatē. Et ita
debet limitari iſte tex. Nā lex vel ſtatutū
generaliter loquēs, patit limitationē de
habilitate. l. vt gradatim. ff. de mu. & ho-
no. ſecundū Bar. & Io. de Imo. in l. j. ſ. nū-
9 tiatio. ff. de no. op. nū. & Ang. Are. inſti.
de act. ſ. in perſonam. Quæro, an in ap-
prehentione poſſeſſionis ipſius caſtri ſuf-

ficiat intrare partē castri. Istā q. disputa-
uit Iac. de Bellovi. quā refert Barto. in l.
possideri. ff. de acqui. pos. vbi pcedit di-
fringuēdo. vide ibi per eū. ¶ Quāro, an
sint alij modi tradēdi possessionē, q̄ per
corporalē possessionē: Et dicas q̄ sic, per
actū fictū iuris ciuilib: vt ff. de acqui. pos.
l. quod meo. & p̄ cōstitutū. vt ibi in prin.
Sed tu aduertas q̄ secundūm Bart. in l. ab
emptore. ff. de pac. q̄ ideo per cōstitutū
acquirat vera possessio. Dic vt ibi p̄ eū.
Quāq̄ fit per precarij cōstitutionē, vt eo.
ti. l. interdū. q̄nq̄ per precarij cōfessionē:
vt d. l. ab emptore. q̄nq̄ per clauū tradi-
tionē: vt l. clauibus. ff. de cōtrahen. emp.
q̄nq̄ per instrumenti cōsignationē, vt l. j.
C. de dona. q̄nq̄ per vsusfructus forma-
lis retētionē: vt l. quisq̄s. C. eo. tit. q̄nq̄ p̄
patientia pcedete cōtractu. l. ij. cū glo.
C. de acqui. pos. & l. quādā mulier. ff. de
rei ven. q̄nq̄ p̄ celebrationē vni⁹ actus:
vt ff. de dona. inter vi. & vxo. l. iij. §. scien-
dum. ¶ Quādoq̄ per appositionē custo-
dis: vt l. quarundā. ff. de acqui. pos. & vi-
de bonam glo. in verb. possessionē. in l.
iij. in prin. eo. tit. Ista sunt verba Bal. in l.
traditionibus. C. de pac. Tu addas secun-
dūm Ang. Are. instit. de re. diu. §. per tra-
ditionē. q̄ etiā transfert possessio & do-
minium, si instrumentum cōtractus fit, &
celebrat in fundo, vel domo vendita: vt
l. pradia. & ibi Iac. Bar. & Lud. ff. de ac-
quir. pos. & adde glo. insti. de re. diu. §.
interdū. Et idem si det in emphyteusim,
vel retineat sibi pignus: vt l. j. §. j. ff. de re.
eorum. Itē etiā in pacto legiscommissorie,
& additionis in diem: vt l. cōmissoria.
C. de pac. inter emp. & ven. Item ex dona-
tione causa mortis: vt not. in d. l. traditio-
nibus. Item in societate omnium bono-
rū: vt l. iij. ff. pro socio. Item in casu capi-
sicut. de prabend. libr. vj. & ibi Archidi.
Item in l. in rebus. C. de iure dotium. Itē
in l. prima C. de dona. quæ sub mo. & in
casu l. si eos. C. de pac. inter empt. Item in
casu c. cum dilectus. extra de fide instru.
Et aduertas q̄ vltra traditionem factam
& ex causa habili, requiritur q̄ recipiens
impleat contractum ex parte sua, videli-
cet quod soluat pretium, vel fides habeat
tur de pretio, vel aliter impleat cōtractū,
vt not. glo. & doc. in d. l. traditionibus. fa-
cit l. ex placito. C. de re. permu. & l. Iulia

13 nus. §. offerri. ff. de actio. emp. & l. ædiles
etiā. §. fin. cum glo. ff. de ædil. edict. se-
cundūm Ange. vbi suprā. ¶ Adde tu, q̄
incorporalia non traduntur: quia patien-
tia habetur pro traditione: vt l. quoties.
ff. de serui. latē Ludo. in l. possideri. ff. de
acquir. poss. An autem ex solo aspectu
quærat possessio: vide text. in l. quod
meo. §. si venditorem. ff. eodem. quod sic,
Quod est verum in rebus, quæ in alicui-
us bonis sunt, & concurrente voluntate
ipsius tradentis, vt ibi. Secus in re, quæ
in nullius bonis est, vt in thesauro, lapil-
lis, & similibus: quia ad possessionem eo-
rum quærendam non sufficit aspectus:
sed requiritur corporalis apprehensio:
vt est tex. secundūm Bar. & Ludo. ibi in
dicta l. possideri. §. Neratius. Sed quia
dixi suprā, quod per retētionem vsusfru-
ctus acquiratur possessio, quid econtrā,
an per retētionem proprietatis transfera-
tur ipso iure quasi possessio vsusfruct⁹
dicas quod non, per l. iij. §. dare. ff. de vsu
fruc. Bal. hic ponit in c. j. §. quid sit inue-
stitura. in feu. & aliqua lecturæ habent
in l. quisquis. C. de dona. secundūm Lu-
do. in d. l. possideri. ¶ Quāro, an ven-
ditor teneatur dare vacuam possessionē
rei venditæ emptori: Et dic quod sic: vt
l. cum res. cum ibi notatis per Bartol. &
doctores, & ibi etiā est glo. C. de prob.
& est tex. in l. ij. §. vacua. ff. de actio. emp.
& ibi Bart. Quāro circa hoc, quando
dicatur possessio vacua: Dic quod text.
in dicta l. ij. §. j. & ibi Barto. dicit, ¶ quod
tunc dicitur vacua, quādo à nemine alio
detinetur vel possidetur. Vide ibi latē.
Et de verbis quando veditor promittit
tradere possessionem vacuam, liberam,
& expeditam, quid important. Quāro,
in instrumentis venditionū cōsuetæ sunt
apponi verba, vedit, dedit, & tradidit:
quid important dicta verba, vide Bar. in
l. post dotē. ff. sol. mat. in ver. expenditis.
& in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus.
in. ij. col. ff. de verbo. obl. Ange. Rapha.
& Io. de Imo. in l. v. §. stipulatio. eo. titu.
& Bar. & Lud. in l. pradia. ff. de acqui.
pos. & ibi recurras cum opus fuerit: quia
sufficit tibi remissio. Illud autē notādū est
quia licet precium debeat interuenire in
pecunia numerata, aliās nō esset emptio
vt in §. pretium. insti. de cōtra. emp. tñ illud
est

est verum à principio in celebratione con-
tractus, & in ipsa conuentione, sed pro so-
lutione dicti pretij potest solui dicto ven-
ditori qualibet res æstimata, & remanebit
contractus veditiois, vt est casus in l. pre-
tij causa. & quod ibi not. C. de rescind. ven.
& ita notat Bart. & Salicet. in l. singularia.
in fin. ff. si cer. peta. & Sali. in l. si prouincia.
16 C. eo. tit. ¶ Quāro, an venditor cogatur rē
precise præstare: Distingue, aut venditor
est proprietarius, & dominus directus, aut
est feudatari⁹ & vasallus. Primo casu sub-
distingue: aut habet ipse proprietari⁹ & dñs
facultatem rei tradendæ, & cogitur præci-
sē. Aut nō habet, nec dolo desijt habere, et
liberatur præstando interesse. Ita not. gl. sin-
gularis in d. §. pretium. & glo. & Bar. in l. j.
in princ. ff. de actio. empt. & plenē Bart. &
docto. in l. stipulationes non diuiduntur.
ff. de verbo. oblig. & Bald. in feu. si de feu.
defunct. mi. §. si factam. Secundo casu, quā-
do vasallus est venditor, etiā subdistin-
gue, quia aut ipse vendidit cum consensu
domini, aut non. Primo casu dic quod tūc
emptor succedit ex persona domini: & i-
deo tenetur veditor precise tradere. Secū-
do casu, quando non interuenit consensus
domini, dicas q̄ non tenetur tradere pos-
sionem precise, quia non potest de iu-
re: tenetur tamē ad interesse ratione rei nō
traditæ, id quod contingit ratione culpæ,
17 secundūm Bal. in d. §. facta. ¶ Quāro, an
per inuestituram quærat possessio. Bal.
in l. traditionibus. C. de pac. dicit q̄ nō, nisi
consuetudo hoc dicitaret, sed per eā vide-
tur dari legitima, vt sua autoritate rē pos-
sideat. Vide Io. And. in Nouella, de cōstit.
& de his quæ fi. à maio. parte capit. c. cum
ex ore. in Nouella. Bal. in feud. quid sit in-
uest. glo. in c. pro illorū. de præben. in ver-
bo, inuestiuit. Sed Ludo. in l. possideri. ff. de
acqui. posses. sic distinguit, q̄ quædam est
inuestitura iuris concessi significatiua, vt il-
la, quæ fit per aliqua signa, vt puta baculū,
feu annulū: & per hanc possessio nō trans-
fertur absque apprehensione: vt in c. per
tuas. extra de dona. cum alijs ibi per Lud.
allegatis. Bene tamen inducitur ficta trans-
latio licentia apprehendendi rem propria
autoritate, secundūm Inn. qui refert hoc
Azo. singulariter dixisse in c. ij. ad fi. extra
de consuetu. Quædam est inuestitura, quæ
vocatur possessiua, quia per eam absq̄ ap-

prehensione trāsferitur possessio. & hæc est
illa, quæ fit per aliquod instrumentum rei
concessa cohærens: & hæc possessionem
ipso iure transfert: vt l. j. C. de dona. secun-
dūm Ludo. vbi suprā.

Quando habet locum gratificatio in conce-
dendo feudum filijs uasalli defuncti.



Vasallus si decesserit inte-
stato, & reliquerit duos
vel tres, aut plures filios
de legitimo matrimonio
natos, locus est gratificationi. Glof.
hoc habet locū q̄n inter dñm & va-
fallū nulla licita & debita conditio
est apposita super feudo post mor-
tē: quia si est apposita, seruari debet
illa cōditio: vt ff. de pact. l. i. & C. de
bonis vac. l. vacātia. & in vsaticis de
feudis intestatorū. c. si à vicecomiti-
bus: quia dñs poterit feudū cōcede-
re illi, cui magis voluerit de filiis, &
eū inuestire de feudo: recipiēdo ab
eo homagiū, alijs fratribus inuitis.
Et hoc siue fratres cōtēderint inter
se, siue non cōtēderint de ipso feu-
do, & erit ei feudum securum.

S Y M M A R I U M.

- 1 Vasallo decedente intestato, pluribus filijs relictis, domi-
nus gratificabitur cui uolet.
- 2 Indefinitum equipollet uniuersali.
- 3 Consuetudo in feudis attendenda maximè.
- 4 Primogenitus succedit in feudo comitatus.
- 5 Lex facta ad supplendam aliam legem in quibus locum
habeat.
- 6 Lex generalis consuetudinem tollit specialem.
- 7 Primogenitus per consuetudinem in feudo succedere po-
test.
- 8 Vasallus an & quando possit de feudo disponere.
- 9 Conditio in feudationi apposita, seruari debet.
- 10 Vasallus nullo modo de feudo sine domini uoluntate pos-
test disponere.
- 11 Vasallo decedente intestato, qualiter filij in feudo succe-
dant.
- 12 Nepotes alijs deficientibus in feudo succedere possunt.
- 13 Gratificatio in feudis quando locum habeat.
- 14 A, ad, & usque dictiones sunt inclusiue.

- 15 Extensionem non recipiunt, quæ stricti iuris sunt.
 16 Statutum correctorium quare non extendendum.
 17 Vassallus quando dicatur decedere intestatus.
 18 Testatus quis dicatur, quis intestatus, & quis intestabilis.
 19 Intestatus proprie quis dicatur. 23. 24.
 20 Impubes qualiter dicatur habere heredem.
 21 Verba qualiter sint intelligenda.
 22 Statutum in fauorem publicum extendi potest.
 23 Impubes an dicatur decedere intestatus.
 26 Lex aut statutum non restringitur nisi per aliam legem, aut statutum.
 27 Vassallus qualiter sine legali conditione dicatur decedere.
 28 Vassallo mortuo si dominus ante gratificationem decedat, an eius hæres eandem habeat.
 29 Iura quæ transeant in heredem.
 30 Vassalli defuncti filio nolente feudum, an teneatur dominus alij gratificari, an uero sibi possit retinere. 31.
 32 Vassallus feudum resistens non præiudicat agnatis.
 33 Dominus feudi an possit uni ex uassalli filiabus gratificari.
 34 Infantium appellatione qui ueniant.
 35 Bannitus uel deportatus an per gratificationem possit in feudo succedere.
 36 Spurius an ueniat filiorum appellatione.
 37 Spurius an per extraneum possit hæres uniuersalis institui, etiam in feudis.
 38 Hæres uniuersalis institutus an succedat in feudis, licet aliter sit incapax.
 39 Uniuersalis nomine quæ ueniant, & quæ non.
 40 Spurius an in feudis succedere possit collateralibus.
 41 Spurius in feudo non ualens succedere, an possit capaci uendere.
 42 Alias dictio quid denotet.
 43 Actus per infantiam quæ designentur.
 44 Dominus feudi gratificatus uni filiorum uassalli defuncti an habeat tertium.
 45 Dominus an possit gratificari uni ex cognatis uel agnatis uassalli.
 46 Filius uassalli cui dominus stabiluit feudum, an debeat fratribus legitimam soluere.
 47 Feudum iure Cathalonico non diuiditur.
 48 Legitima an & quando debeat de feudo.
 49 Vassallo pluribus filiis relictis decedente an possit dominus duobus ex illis gratificari. 50. 51.
 52 Lex noua super materia legis antiqua, in quo eandem mutet.
 53 Dominus feudi an possit alij à filiis uassalli gratificari.
 54 Vassallo decedente relictis filiis imperfectis, an teneatur dominus feudum uni illorum assignare.
 55 Imperfectus à natura non succedit in feudo.
 56 Feudo seruire qui nequeant.
 57 Feudum tenere quando possit imperfectus. 58.
 59 Feudum tenere an possit qui testiculos habens rostro caret.
 60 Dominus non tenetur feudum assignare uassalli filio, qui patre uiuo ipsum dominum offendit.
 61 Dominus feudi an debeat gratificari ei filiorum uassalli,

- qui magis est idoneus.
 62 Vassallus an possit uni filiorum in feudo gratificari.
 63 Vassallus si acquirat feudum aliud, quod tenetur pro eodem domino, an cogatur dominus illud firmare.



Vassallus. Istud capit. respicit ius antiquum, quo cauebatur quod successio feudi pertinebat ad filios, scilicet in illum, in quem dominus hoc uellet confirmare beneficium: ut est tex. qui feu. da. pos. §. sed cum hoc iure. quod postea per ius nouissimum feudale fuit immutatum, ut feudum æqualiter ad omnes pertineat, ut ibi, versi. quod hodie. & §. hoc autem. sed hodie redactum est ad ius antiquum per istam consuetudinem, & per uasaticum, si à vicecomitibus. quia res de facili redit ad suam naturam: ut l. si vnus. §. quod in specie. ff. de pact. Et diuide istud c. in duas partes. In prima parte dicit qualiter locus est gratificationi, quando uassallus decedit intestatus. In secunda parte dicit, qualiter dominus potest concedere feudum illi, cui magis uoluerit de filiis. Prima pars incipit, uassallus. Secunda pars ibi: quia dominus. Casus. Quando uassallus habet plures filios legitimos, & naturales, & decedit intestatus, locus est gratificationi, & dominus potest concedere feudum illi, cui magis uoluerit de ipsis filiis, etiam ipsi filii contradicentibus, & eum inuestire, & recipere homagium ab eo. hoc dicit. Colige notabilia. Nota primo, quod si uassallus habet plures filios, & decedit intestatus, locus est gratificationi. An autem in re emphyteuticaria habeat locum gratificatio, uide quæ scribam j. in c. item si. Nota secundo, quod dominus in causa intestati uassalli potest concedere feudum uni ex ipsis filiis, & eum de eo inuestire, & homagium ab eo recipere. Cõcor. dictus uasaticus, si à vicecomitibus. & dictum ius antiquum d. §. sed cum hoc. Not. tertio, quod dominus potest facere dictam gratificationem, etiam quod alij fratres contradicant. No. quarto, quod facta ipsa gratificatio per dominum, ille talis filius, cui facta est, habet feudum securum. De gratificatione habes j. c. si aliquis. de reli. & sump. fu. l. fi. & ibi Iac. de Bello visu. & quæ in frau. cre. l. pupillus. & quod ibi no. ff. de po. l. apud Iulianum. & ff. lo. l. in naue Saupheli. ff. ad Sill. l. si quis in graui. §. si cum. & ibi Bald. & Lud. & extra de rescrip. c. duobus. lib. vj. & ibi Arch. & uide rex. & ibi Bald. in l. si quis seruus. §. inter. ff. de.

ff. de leg. ij. uide Bald. in l. fi. c. comi. uel epi. & in l. per agrum. c. de serui. et aqua. & adde Spe. tit. de feu. §. quonia. ver. xij. & Bal. qui feu. dare. §. hoc autem. Expone literam. Decesserit. id est, dimiserit de legitimo matrimonio natos. Secus ergo de naturalibus legitimatis: ut in feu. li. de feu. defun. mi. §. naturales. & ibi Bal. late, quando isti naturales succedant, & quando non. Gratificationi. id est, electioni, & assignationi, quæ locum habet in indiuisibili, secundum Bal. in l. si quis. c. de epi. & cler. & non competit nisi à iure uideatur concessa, secundum Bal. de ali. feud. Inuestitura. quid sit inuestitura, dicat j. Cõtenderint. id est, contradixerint. Nota primo, super uerbo uassallus, qui indefinite ponitur, & sic æquipollet uniuersali, secundum not. per Io. And. in c. j. de reg. iur. lib. vj. de ufa. si à vicecomitibus. ubi uidetur quod solum gratificatio habeat locum à vicecomitibus usque ad inferiores milites: & sic si dux, marchio, aut comes decedit ab intestato sine legali conditione suorum feudorum, relictis pluribus infantibus, dominus rex, uel ille, pro quo tenebunt feuda, non poterit de illis gratificari alteri ex dictis infantibus, aut filiis ipsius, cum sint exclusi à dispositione dicti uasatici. Sol. Iaco. de Callicio per modum quod in d. uasatico, ubi dicit quod per istud ius consuetudinarium, & per constitutiones Ceruarie c. item ne super laudimio. versi. adijcietes. qui loquitur generaliter, & indistincte, & sic generaliter & indistincte debent intelligi. l. de pretio. ff. de public. l. j. §. generaliter. ff. de leg. præf. hodie dictus uasaticus est ampliatum ad omnes uassallos. Nota in feudis summe ius consuetudinarium est sequendum: ut in c. j. præterea: quid sit inuest. secundum eum. Item dicit quod dictus uasaticus loquitur secundum tempora antiqua. & conditiones uasaticorum secundum illa tempora comites non tenebant feuda, sed solum vicecomites, comitores, ualuasores, & milites, ut uidetur colligi in uasatic. oēs homines. & in ufa. magnates. & in ufa. placitare. quoniam illo tempore solum comites erant seniores, et non uassalli: ut colligitur in d. ufa. placitare, & in uasatico, ex magnatibus. sed tamen hodie de facto comites sunt uassalli, & tenent feuda tam à domino Rege, quam

ab ecclesijs, quam ab alijs: merito dicit de bere seruari in ipsis dictis uasatic. & huiusmodi c. & dicta constitutio. Et prædicta putat esse uera in alijs feudis, quam in feudis comitatus: quoniam in illis non haberet locum dicta gratificatio, cum de consuetudine Cathalonie in ipso feudo comitatus succedat primogenitus: nec dominus Rex consueuit facere talem gratificationem. Vel dicit quod potest dici quod attento quod iste uasaticus exorbitat à iure communi, puta c. j. de suc. feu. & attento quod dictus uasaticus non recipit interpretationem actiuam à iure communi, iuxta not. per Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. quod in casu prædicto non sit locus prædictæ gratificationi. Nec obstat secundum eum, huiusmodi c. quonia dicit quod non est autorizabile, sicut nec alia commemorationes in iudicijs pro authenticis allegantur: & etiam pro hoc est restrictio: ut in d. c. item ne super laudimio. quia dicit quod ipsum capitulum sic generaliter loquens debet restringi & intelligi secundum dictum uasaticum, arg. l. non est nouum. ff. de legi. tamen dicit quod primus intellectus uidetur plus sibi placere per iam dicta: licet domini feudorum non consueuerint facere in filiis comitum dictam gratificationem, sed communiter ipsa feuda remanent primogenito comiti. Et hæc pars plus placet dicto Iacobo cum dicta limitatione feudi comitatus. Ecce uerba dicti Iacobi. Tu uero dicas quod dictus uasaticus quo ad comites, duces, & marchiones non corrigitur per istum tex. nec per ipsam constitutionem: ideo per eum & eam uidetur confirmatus: ut in ver. sic tamē. ubi habetur quod si plures fuerint ab intestato succedentes, dominus feudi posset uni soli ipsum feudum concedere. iuxta uasaticum Barchinonē. Et sic ibi habes casum quod iuxta dictum uasaticum fienda est ipsa gratificatio. Nota nam lex uel statutum, quæ emanauit ad supplendam aliam legem uel statutum, non habet locum nisi in casibus, in quibus loquitur statutum suppletum, secundum Gemin. in c. ut circa. §. edicto. de elect. lib. vj. Facit quod noua iura disponentia super materia legis antiquæ, non mutant antiquam legem, nisi in casu legis expresso tantum, secundum Gemin. in c. constitutio. eo. li. & tit. Tu addas Bal. in l. j. c. de epi. & cler. & in feu. qua. feu. alij. §. de illa. quoniam per unum statutum fit relatio ad aliud. Facit etiam ad hoc quod dicit Bar. in l. fi. c. de test. ubi dicit

6 cit quod lex generalis tollit consuetudinē
specialem. Et sic hodie dispositio huius c.
per dictā constitutionē redacta est ad dis-
positionem dicti vsatici, intantū q̄ habētes
dignitates regias, vt sunt duces, marchio-
nes, & comites, secundū Bal. de feu. mar.
non ligantur ipso vsatico, sic q̄ decedenti-
bus ipsis ab intestato relictis plurib⁹ filijs,
dominus Rex, aut alius, pro quo tenuerint
feuda, de eis gratificari, aut assignare alte-
ri ex filijs dicti defuncti teneantur: quia di-
ctus vsaticus solum loquitur de vicecomi-
tibus, & alijs inferioribus, & sic non ve-
niunt maiores. Deferuntur ergo dictæ di-
gnitates eorum primogenito. Et sic se ha-
bet cōsuetudo in hoc principatu: & in istis
dignitatibus quātum ad successionem ser-
uanda est consuetudo, secundū Baldum
7 in feu. de feu. mar. ¶ Valet enim consuetu-
do q̄ succedat primogenitus, secundū
Bald. si de feud. def. m. § si mulier. Et ratio
est, quare dictus vsatic. nō disponit de ipsis
dignitatibus: quia in succedēdo regulātur
secūdum dignitatem Regiam, & illi æqui-
parantur, vt vult dicere Bal. in dicto tit. de
feu. mar. ver. & nota. vbi dicit quod possi-
bile est quotidie accidere in successioni-
bus illustrium comitum, & baronum, qui
ab imperatore habuerūt feudum iam sunt
quingenti anni quod mortuo comite sine
hærede succedunt quicumque agnati etiam
si centesimo sunt gradu, quia feudum est pa-
ternum. Et idem in regnorum successione
dicendum est: quia si moriatur tota domus
Regia, & extaret vnus de antiquo sangui-
ne, & non esset alius proximior, & quod
esset millesimo gradu, tamen iure sangui-
nis & perpetuæ consuetudinis succederet
in regno. Non obstat quod in alijs succes-
sionibus post decimū gradum admittitur
fiscus, de iure cōsuetudinario in regnis nō
admittitur fiscus. Vide ibi Bald. late sic, si-
cut primogenitus succedit in regno, vt est
text. & ibi Hostien. in c. licet. de voto. & in
c. grandi. de sup. neg. præla. lib. vj. per Ge-
mi. & late per Oldra. in consil. consil. xc. ita
in istis alijs dignitatibus Regijs secundū
prædicta: quia, vt dicit Bald. vbi supra in
istis dignitatibus nō succeditur iure hære-
ditario. Et secūdum hoc nō bene intellexit
Iac. Callicij dictam constitutionem ex qua
videbatur ampliāre dictam constitutionē:
quoniā nil per ipsam cōstitutionem vide-

tur immutatum de dispositis per dictū vsa-
ticum, ex quo se refert ad illud. Nec alię ra-
tiones sunt vigentes, nisi inquantū dicit q̄
primogenitus succedit in istis comitatib⁹.
Et sic concludendo teneas vt superius di-
xi, quod succedit primogenitus, & nō ha-
bet locum gratificatio. Oppo. secūdo,
hic dicitur, & in dicto vsatico, si à vicecomi-
tibus ¶ q̄ si vasallus decesserit intestatus, &
8 sine legali cōditione suorum feudorum, q̄
dominus potest concedere ipsa feuda vni
ex filijs defuncti, cui voluerit: & sic suppo-
nunt à contrario sensu q̄ vasallus possit in-
ter viuos vel in alia vltima voluntate ordi-
nare de feudo: & tamen text. in c. j. de feud.
suc. ab expresso interdicit vasallo ordina-
tionem feudi seu eius dispositionem. Et ra-
tio ibi redditur per doc. Timore huius cō-
trarij, secundū Iacob. Callicij in dicto v-
satico, glo. ponit ibi exponendo textum v-
nam lecturam: & ipse Iaco. addendo po-
suit alteram. Prima igitur lect. glo. est tex.
ibi: sine legali conditione suorum feudo-
rum. intelligitur, & in infeudatione feudi
non sit appolita aliqua iusta & licita condi-
tio inter dominum & vasallū super succes-
sione feudi, sed q̄ simpliciter fuit facta infeu-
datio, nulla cōditione expressata super suc-
9 cessione feudi: quoniā secūdum gl. ¶ si inter
dñm & vasallum in ipsa infeudatione esset
appolita conditio super certo modo succe-
dendi in feudo post mortē vasalli, vt puta
q̄ primogenitus primo loco succederet, &
secūdo loco genitus, vel sic de alijs, vel simi-
libus cōditionib⁹: quia talis cōditio est ser-
uanda, per l. j. ff. de pact. & melius facit, se-
cūdum eum, tex. in c. j. § filia. de suc. feu. &
in c. j. de natu. feud. suc. Tu magis propriē
allega tex. & ibi Bal. in feu. si de feu. defun-
mi. § filij. & de fil. na. ex mat. & tunc secū-
dum istā lecturā prædictum contrariū non
obstaret, imo etiam potius cōcordaret. Et
hæc lectura est in se vera, vt patet ex dictis
iuribus. Vel etiā aliter secūdum Iac. Calli-
cij, videlicet q̄ in casu dicti vsatici vasallus
decesserat ab intestato, & sine legali suo-
rum feudorum conditione, hoc est sine le-
gali ordinatione, & dispositione à iure in-
ter viuos, vel in alia vltima voluntate con-
cessa: qm̄ si vasall⁹ inter viuos donasset, vel
aliās de ipsis feudis ordinasset, dominus nō
haberet istam gratificationem: vt in vsa-
tico, auctoritate, & rogatu. lo. primo. & in
d. c.

d. c. Item ne super laudimio. versi. adijcien-
tes. Et hoc videtur verum, secundū eum,
si dominus prædictæ dispositioni inter vi-
uos per vasallum factę consenserit, iuxta c.
j. §. j. de prohi. feu. ali. per Fre. & in vsatic.
si quis suum feudum. Sed hodie dicit q̄ suf-
ficat, si vasallus prædictam dispositionem in-
ter viuos fecerit saluo iure domini &c. Si
dominus non concesserit ex consuetudine
generalis Cathalonix per dictum capi. Item
ne super laudimio. Vel etiam non dicitur
vasallus sine legali conditione intestato de-
cessisse, cum vasallus in codicillis, testamē-
to, vel in ordinatione causa mortis de feu-
dis suis disposuit. Et sic verbum, Conditio-
ne, adiectum in dicto vsatico, sumitur pro
ordinatione, siue dispositione, sicut in l. qui
dam elogio. C. de iure delib. & iuxta c. j.
extra de testa. & sic non haberet hoc casu
locum prædicta gratificatio. Sed pro tunc
huic membro obstat dictum contrarium
10 de directo: quare solue alter dictum cōtra-
rium, ¶ q̄ de iure communi feudali vasal-
lus nec inter viuos, nec in vltima volunta-
te regulariter potest disponere de feudo si-
ne voluntate domini. Et ita intelligitur tex.
in c. j. de suc. feu. & in c. j. de prohi. feu. ali.
per Frede. & etiam de iure vsatici vasallus
inter viuos non poterat disponere de feudo
sine voluntate domini. vt in vsatico, si quis
suum. sed per dictā cōstitutionem. Item ne
super laudimio. ver. adijcietes. hodie est ex-
peditum q̄ vasallus potest tam inter viuos
quā in vltima voluntate de feudo liberē
disponere inter filios: & ibi videtur conclu-
di quod feudum transeat ad capacem ex
quauis dispositione inter viuos siue in vlti-
ma volūate: & sic tacitē videtur ibi restrin-
gi ista gratificatio. Et sic hodie tantū ha-
beret locum ista gratificatio quomodo va-
sall⁹ decedat intestat⁹, nulla inter viuos, vel
in vltima voluntate facta ordinatione feudi.
Ista sunt verba Iaco. de Callicio. Quod cre-
do verum, vt in dicta constitutione. in ver.
adijcietes. iuncto ver. sic tamē. nam per di-
ctum ver. adijcietes. permittitur vasallo di-
sponere de feudo in capacem tam inter vi-
uos, quā in vltima voluntate. Postcā se-
quitur ver. quod d̄q̄ proximior. qui loqui-
tur in casu intestati cū dicto ver. sic tamen.
& sic dictus ver. adijcietes. loquitur in ca-
su quo vasallus inter viuos, vel in vltima
voluntate disposuerit de feudo. & dictus

ver. sic tamen. in casu intestati. Vide tex. in
feu. si de feu. sue. cōtro. in c. vasallus. in ver.
conditionē. vbi Iaco. Aluarotus exponit,
vt quia dominus dicat feudum esse condi-
tionatum: & sic accipitur propriē pro condi-
tione, vel pacto, siue couentione. Opp.
11 tertio, ¶ q̄ vasallo intestato filij eius in feu-
do æqualiter succedant, nec sit locus huic
gratificationi: vt est tex. in c. j. §. & quia. qui
feu. da. pos. cum. §. seq. & in c. j. de suc. feud.
vbi Bal. & in c. j. de natu. feu. suc. & Bal. de
eo, qui sibi & here. vbi dicit q̄ in feudis suc-
ceditur pro virili. So. Aliud est hoc casu de
iure communi feudali, vt ibi: & aliud ho-
die de iure vsaticorum, & consuetudinario
Cathalonix, vt hic, & in dicto vsatico, si à
vicecomitibus. & in dicta constitut. Item
ne super laudimio. ver. sic tamen. Nam, vt
dixi superius, iam olim ita statutum erat q̄
feudum pertinebat ad filios, ad illum tamen
quem dominus volebat eligere: deinde in-
coepit ad omnes pertinere æqualiter: post-
eā verò Imperator Coradus Romam pro-
12 fectus rogatus à fidelibus condidit ¶ q̄ ad
nepotes feudum produceretur, prout hæc
& alia in dicto §. & quia. videntur enarrata.
Hodie verò per dictum vsaticum, si à vice-
comitibus. et huiusmodi consuetudinē ac
dictam constitutionem, Item ne super laudi-
mio. ver. sic tamen. redactum est ad dictū
ius antiquum, quo feudum deferabatur fi-
lijs, scilicet illi, cui à domino assignabatur:
& consequenter per istud ius tanq̄ poste-
rius derogatur dispositioni iuris commu-
nis feudalis, secundū no. per Ang. in l. de
quibus. ff. de legi. Quærit Ia. Callicij quid
si comitor, vel valuasor, feudatarij alicuius
domini decesserit ab intestato absq̄ legiti-
ma conditione, seu ordinatione suorum feu-
dorū, relictis plurib⁹ filijs, nūquid domini
ipsorum feudorū habebunt istā gratificatio-
nem. Et putat q̄ sic: quia comitores, vel val-
uasores in gradu inferiori q̄ vicecomites
sunt constituti, vt in vsatico, vt qui interfece-
rit. & in vsatico, ex magnatibus: colligitur
euidēter: & sic sub ista inclusione intelligū-
tur propter naturam istarum dictionum,
& vsq̄ appolitarū, de quarū natura ipse di-
xit in dicto vsati. in expositione tex. ¶ Que-
ro secundū istum Iac. Callicij quid si ho-
mo deparatico generosus ciuis, homo vil-
læ, vel rusticus tenens feudum pro aliquo,
& decedat ab intestato, & absq̄ legali con-

ditione ipsius feudi, relicta pluribus filiis, nunquid dominus ipsius feudi habebat istam gratificationem? Et videtur quod sic, per text. huius consuetudinis, qui loquitur indefinite, & sic equipollet vniuersali, ut dixi superius in prima opp. Item non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de publi. Item loquitur generaliter, et consequenter generaliter intelligi debet. l. j. §. generaliter. ff. de leg. praest. l. si verò. §. de vno. ff. so. ma. In contrarium facit dictus vsaticus, si à vicecomitibus. vbi tantum cauetur de vicecomitibus vsq; ad milites: & ibi est dictio **¶ A**, Ad, & **Vsq;**, quae sunt dictiones inclusiuæ, secundum Bal. in feu. de contro. inuef. §. si quis. Archi. in c. statutum. de preben. lib. vj. & ibi Io. An. et Gem. in c. licet. eo. tit. & lib. Bal. in l. à caligato. C. de nupt. & in l. eos. §. ne temere. C. de appel. Et de dictione Ad, Bal. in l. senatores. ij. ff. de sena. & glo. & Bal. in l. quidam. de serui. vr. praed. & in l. generaliter. de ep. & cle. & in l. post duos. C. de adro. diuer. iud. Bart. in l. quibus. §. Terminus. ff. de condi. & demon. & in l. patronus. §. Sempronio. ff. de leg. vij. Et de dictione **Vsq;**, quod sit inclusiuæ, ponit Bar. in l. patronus. §. j. ff. de le. ij. Bal. de conten. inuef. §. aliquis. & Bar. in l. si. ff. de sena. & etiam ponitur extensiuæ, donec inueniat terminum restringentem, secundum Bald. qui feu. da. pos. §. hoc aut. Dicitio enim, Ad etiam est adiunctiuæ, secundum Bal. in d. §. si quis. & consequenter ultra verbum Milites, in dicto vsatico appositum non est progressus: quia ibi inuenitur terminus restringens dictionem **Vsq;**: & sic vltimum verbum Milites, non se extendit ad ciues vel alios inferiores. Nam vsaticus ipse stricti iuris est. Bar. in l. constitutis. ff. ad muni. **¶** & ea, quae stricti iuris sunt, non recipiunt extensionem, secundum Bart. in l. non quasi. ff. rem pup. sal. fo. maximè quado sunt exorbitantia à iure communi, secundum Salic. in l. si quis. C. de inter. ma. & ita est hic: quonia de iure communi omnes filij æqualiter succedebant, nec erat locus gratificationi: & sic non debet fieri extensio, ut inducat **¶** iurium correctionem. **¶** Nam statutum correctorium non debet extendi, etiam à paritate, vel maiori rationis. authentic. quas actiones. C. de sacr. san. eccle. cum ibi no. Non enim est nostrum extendere iura de persona ad personam, secundum Bald.

qualiter do. feu. proprie. priue. Item si de ciuibus, & alijs inferioribus dicere intellexisset, illud dixisset, sicuti dixit de alijs superioribus. capitulo ad audientiam. de deci. & quando lex non dicit, nec nos dicere debemus, secundum Bald. si de feu. def. mi. §. & si vasallus. Quid igitur nos dicemus? Glof. & Iaco. de Callicio in dicto vsatico, si à vicecomitibus. allegant pro & contra, & finaliter tenent primam partem. Et pro eis facit glo. in feu. quo tem. mi. capit. j. Sed ego teneo contrariam partem per iura, & rationes in secunda parte allegatas. nec obstat huiusmodi consuetudo, quia, ut dixi superius, per dictam constitutionem derogatum est hodie ipsi consuetudini, & redactum est ad dispositionem dicti vsatici: & hodie in istis gratificationibus seruari debet dictus vsaticus, tanquam approbatus per dictam constitutionem, & non dicta consuetudo, cui per eam derogatum est. Et istam partem tenet Iacob. de Monteir. in dicto vsati. si à vicecomitibus. & Thomas Mieres ibi, dicens quod ita seruetur de consuetudine. Ratio diuersitatis patet quod sit speciale in feudo militari, in quo valde inter est domini habere bonum vasallum militem, argumento c. miles. de vas. mi. qui ar. belli. depo. **¶** Querit vterius idem Iacob. Callicij, qualiter vasallus hoc casu videatur decedere intestatus? Ad quod respondetur quod vasallus proprie in casu dicti vsatici dicitur decedere intestatus, quando omnino testamentum non fecit, aut iure fecit. Item id, quod fecit, ruptum, vel irritum est, aut si nemo ex eo haeres existit, aut per querelam fuit expugnatum, vel per honorum possessionem contra tabulas subuersum: ut instit. de hære. quæ ab intest. defer. in principio l. intestatus. de verbo. sig. cum simi. Nec forsan hoc casu illi vasalli, qui testari non potuerunt, non dicentur intestati, ut puta impuberes, furiosi, vel cui bonis est interdictum. Probatur, quia isti proprie non dicentur intestati, sed tantum improprie, & pro intestatis eos accipere debemus. l. j. ff. de suis & legit. quod isti, puta impuberes, furiosi, vel cui bonis interdictum est, non dicantur proprie intestati, sed tantum illi, qui possunt facere testamentum, probatur ex notatis per gloss. in l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. in glof. vltima. & Instit. de hæredi. quæ ab intesta. def. &

def. & in l. j. de suis & le. & iuxta nota. per Pet. de Bellaper. & Ray. ff. de le. tut. l. intestato: & per Cyn. in l. idem si quid. ver. vlti. C. qui tes. fa. pos. & in ista propria significatione verbum intestatus, in casu huius vsatici est sumendum, & non improprie. l. j. ver. is qui nauem. ff. de exercito. per Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Et istud importat, ut dicit dictus Iaco. mens dicti vsatici qui in negligentia vasalli non facientis testamentum, vel non ordinatis de feudis concedat domino gratificationem, ne propter contentionem fratrum, quæ sæpe super concessione paterna oritur. l. cum oportet. C. de ho. quæ li. dominus successione ipsius feudi priuaretur: quæ negligentia solū potest impingi, vel imputari vasallo habili ad testandum, & ordinandum de feudis, ut patet ad sensum. Ecce verba Iac. de Callicio. Tu verò dicas quod nos habemus tria nomina, Testatus, intestabilis, & intestatus. **¶** Testatus dicitur duobus modis, scilicet vere, & verius: ut no. ff. de inoffic. test. l. Papinianus. §. sed nec impuberes. intestabilis dicitur quis in feudis: ut in c. j. de suc. feu. & ibi hoc dicit Bal. & de hoc non est curandum: quoniam hodie per dictam constitutionem. Item ne super laudimio. ver. adijcentes. vasallus potest disponere de feudo tam inter viuos, quam in vltima voluntate: & sic fit testabilis de feudo: quia per ipsam constitutionem quo ad hoc derogatum est dispositioni dicti c. j. Item dicemus intestabiles omnes, qui non possunt facere testamentum, qui multi sunt, ut not. in l. i. qui tes. fa. pos. §. si. intestati verò sunt illi, qui cum de iure possent, non voluerunt, vel casu prepediti sunt, secundum Bal. in d. c. j. Et ista est materia nostra, et de istis intestatis tractaturus sum: quia Iaco. Callicij eam, in aliquibus, non bene examinavit, quia restringit nimis dictum vsaticum. Ideo pro elucidatione huius materie dicas in quantum dicit in casu huius c. & dicti vsatici, illi vasalli, qui testari non potuerunt, non dicentur intestati, ut puta impuberes & c. Nam pro hac q. recurre ad illam vulgatissimam q. statuto cauetur quod stantibus fratribus vel agnatis mater ad hereditatem filij intestati, vel ab intestato non succedat: an si decesserit pupillus filius mater excludatur ab agnatis? Et in hoc Bar. in l. j. ff. de suis & le. dicit quod cum sit communis vsus loquendi, quod etiam hos dicamus de-

cedere intestatos, vel ab intestato, quod habebit locum statutum. Cuncta statuta exorbitantia, & correctoria verificantur non tantum in proprio significato, ut l. j. §. j. ff. si ager vec. & l. ij. §. hac verba. ff. de neg. gest. sed etiam in communi vsu loquendi, qui æquiualeat proprio significato, ut not. glof. & Barto. in l. liberorum. §. sed quod tamen Casius. ff. de lega. ij. & Barto. in l. Labeo. ff. de supel. leg. Et pro hoc allegat tex. in d. l. j. ibi: sed hos quoque pro intestatis accipere debemus & c. **¶** Nam isti omnes casus, videlicet non fecisse testamentum, vel non potuisse facere, æquiparantur ibi: ergo si quando non fecit testamentum, qui facere poterat, dicitur proprie intestatus, ita quando non fecit pupillus, qui nullo modo facere posset, dici debet intestatus, & proprie, argumento notatorum in l. si quis seruo. C. de fur. & ita etiam Barto. consulendo tenuit. Sed Ioannes de Imola hanc questionem publice disputauit, cuius disputationis effectum posuit in l. centurio. ff. de vulga. et pupil. in versi. & per hoc decidi potest, questio. si statuto & c. Vbi in effectu tenet contrarium: quia verba statuti pœnalis exorbitantis, & correctorii debent verificari in verbis proprijs. l. j. §. is qui. de exerci. ac: etiam quia statutum correctorium non debet extendi, etiam à paritate, vel maiori rationis: ut authen. quas actiones. C. de sac. sanc. eccle. cum ibi not. Et remisit ad nota. per se in l. si verò. §. de viro. ff. soluto matris. Sed plura alia allegat in hac materia quidam doctor solennis dominus Matthæus Philiciani de perusio in quodam suo consilio, quod incipit, consultationis præmissæ, de qua queritur in puncto, & c. Nam primo dicit quod Baldus in l. secunda C. qui testamenta facere possunt, dicit quod est verum quod proprie dicatur intestatus, est glossa ordinaria in l. cum antiquioribus. C. de iure deliberandi. & dicit, ibi dicam. & ibi dicit, not. glossa. ibi septimo queritur, & c. **¶** quod impubes non dicitur habere hæredem tanquam intestatus: ut l. prima. ff. de suis & legit. argument. contra, quia verba negatiua verificantur, siue pars nolit, siue non possit: ut l. tertia C. de hæredib. instituendis. & non dicit plus. Vnde non firmando se, videtur inherere huic vltimæ opinioni, argumento gloss. in l. quidam. §. Sabinus. ff. ad Trebellianum. Postea

Postea idem Bal. consulendo tenuit cōtra-
 21 rium. Distinguebat etenim t q̄ quandoq̄
 verba proferuntur à vulgaribus, et idiotis:
 & tunc verba intelligenda sunt grosso mo-
 do. Quandoq̄ verba proferuntur à statuta-
 rijs, & iure peritis: & tunc non ad omnem
 vsum loquendi imperitorū pro interpreta-
 tione vocabulī recurrendum est, sed inspicī
 debet qualiter loquuntur iureperiti, non
 qualiter loquuntur idiotę. Facit glo. in l. q̄
 si nepotes. & ibi Bar. & Bal. ff. de testa. tut.
 & non est dubium q̄ iureperiti faciunt hęc
 differentiam inter intestatum, & intestabi-
 lem: ergo talis iuris interpretatio vocabulī
 attendenda est. Et hęc ipse Bal. conclusiue
 postea posuit in feu. in ti. de suc. feu. §. j. et sic
 tenet q̄ dictum statutū vt correctoriū non
 sit extendendum, vt non comprahēdat pu-
 pillos. Et respondet ad rationem Bar. negā-
 do communē vsum loquendi extare apud
 iureperitos. Igitur, &c. Et idem tenet etiam
 Bal. in l. testamento. ff. de testa. tut. vbi distin-
 guit q̄ opi. Bar. procedat in statuto fauora-
 bili, & non in odioso: & vtrum sit fauorabi-
 le, vel odiosum, patere potest in proemio
 ipsius, argumento l. si. ff. de hered. institu.
 Sed ipse dominus Matthæ. tenet opi. Bar.
 22 t quia dictum statutū fuit introductū prin-
 cipaliter in fauorem publicum, vt l. ij. ff. de
 ven. inspi. igitur est fauorabile, ideo exten-
 dendum. Præterea non potest reddi ratio
 quare magis dictum statutum habeat lo-
 cum in habente potestatem testandi, quam
 in non habente: nec potest assignari aliqua
 ratio valida, quare ipsi statuentes aliquid
 vcrisimiliter voluerint statuere in successio-
 ne eius, qui atatis defectu non potuit. Veri-
 simile etenim est ipsos statuentes vtriusque
 personam, pupillā videlicet, et adulti respectu
 generis succedendi idem statuisse, si de tali
 casu interrogati fuissent: vt not. gl. & doct.
 in l. tale pactum. §. si. ff. de pact. Sic & in pro-
 posito credo, q̄ illi vasalli, qui testari non
 potuerunt, vt sunt impuberes, &c. dicuntur
 decedere intestati, sic q̄ locus sit gratificatio-
 ni, iuxta hoc c. & dictum vsaticum si à vice
 comitibus. Et pro hoc est tex. in l. qui duos
 ibi: puer intestatus decesserit. ff. de vulg. &
 pupil. & eo. titu. l. Lucius. ibi: ab intestato,
 &c. & est tex. in l. diuus Severus. ff. qui pe-
 tu. et eo. ti. l. credendæ. ibi: ab intestato, &c.
 & tamen ibi loquitur de impuberibus, qui
 ab intestato, &c. & ff. eo. l. ij. §. si mater, ibi:

ab intestato, &c. & in l. sciāt. C. de leg. hær.
 vbi tex. loquitur de successiōe impuberū;
 23 & tamen dicitur ibi, ab intestato, &c. t Ex
 quo sequitur q̄ etiam ex propria significa-
 tione vocabulī iste talis, qui testari non po-
 test, dicitur decedere intestatus. Sed Salice.
 & Flo. in d. l. cum anterioribus. dicunt q̄
 propriē loquendo aut statutū dicit, Si quis
 decesserit ab intestato: quod tunc etiam
 propriē comprahēdantur impuberes: vt
 C. de suis & leg. d. l. sciāt. & d. l. omnē. ad
 Tertullia. cum simi. quia illud verbū Ab
 intestato, qualificat verbum Decedat: sed
 tunc etiam quia non potest facere testamen-
 tum, dicitur decedere ab intestato. Secus si
 statutum dicat, Si quis intestatus decedat:
 & tunc verbum, intestatus, qualificat perso-
 nam. Sin autem, & tertio modo statutum
 dicat, Si quis decedat sine testamēto, quod
 etiam ille, qui non potest facere testamen-
 tum, comprahēdatur: vt l. generaliter. C.
 de insti. & substi. & not. glo. in l. precibus.
 C. de impub. & alijs substi. quoniam illa di-
 ctio Sine, ponitur abnegatiue, non autem
 priuatiue: quia si priuatiue, secus esset. Sed
 & quarto modo secundum Baldum. si in
 statuto dicatur, Si quis, etiā pupillus com-
 24 prahēdatur: vt est textus in l. is cui. §. j. ff.
 de testa. t Sed, vt vidistis per text. quos, vt
 superius allegauī, impubes propriē dicitur
 decedere intestatus: & sic non fit differentia
 vtrum statutum dicat Ab intestato succe-
 datur: aut, Si intestatus decedat. Sed profe-
 ctō d. l. j. in prin. ff. de suis & legi. multum
 facit pro Salic. & Flo. ibi: intestati propriē
 appellantur, &c. & ibi: planē qui testari
 non potest, propriē non est intestatus, &c.
 & ibi sed hos pro intestatis accipere debe-
 mus, &c. & sic propriē non sunt intestati.
 Et hoc vult ibi Barto. qui dicit quod hoc
 procedit ex communi vsu loquendi: er-
 go non est proprium significatum verbī,
 vt vult Bartolus in l. Labeo. ff. de supel.
 leg. vide l. qui duos. cum simi. ibi: inte-
 status decesserit. ff. de vulgari & pupilla-
 ri. intelligitur impropriē. Et sic limitatur
 per dictā l. prima. ff. de suis & legit. Facit l.
 sciendum. coniuncta authenti. offeratur. C.
 de litis contesta. Aduertas tamen, secun-
 dum Salice. quod dictum Barto. de com-
 muni vsu loquendi, quod habet vim pro-
 prij nominis, etiam in statutis exorbitanti-
 bus, est verū, nisi statutū dicat quod verifi-
 cetur

etur verbis proprijs, & nō possit interpre-
 tari. Ita dicit Salic. in d. l. anterioribus. sed
 hoc est dictū eiusdē Bar. in d. l. Labeo. Et
 25 hoc est vtile ad statuta. t Tu verō quo
 ad hoc tenēdo Bar. dicas q̄ impubes vi-
 deat decedere intestatus: quia huiusmo-
 di cap. & dictus vsaticus si à vicecomiti-
 bus. simpliciter, indefinitē, ac indistinctē
 loquunt de intestatis, & sic omnē intesta-
 tum comprahēdūt per iura allegata in
 præcedenti q̄. Itē p hoc est casus in cōsti-
 tutione impuberibus. vbi impubes dicit
 decedere intestat. Et ita est cōis vsus lo-
 quendi in hoc principatu. & cōsequēter
 in hoc nō bene dixit Iac. Callicij: quia ni-
 mis restringeret hoc cap. & dictū vsaticū
 qui generaliter loquunt, & sic generali-
 ter debēt intelligi. l. j. §. generaliter. de le-
 26 ga. præst. t Nā restrictio legis aut statuti
 nō debet fieri nisi per aliā legē, aut statu-
 tū, secundū gl. in l. nō dubiū. C. de legib.
 sed hic nō reperit ius municipale in con-
 trariū, ex quo restringi debeat. igit̄ &c.
 Et sic in hoc teneo cōtra Callicium, quia
 nō hñ dixit. Sed inquātū dicit q̄ ille vasal-
 lus dicit decedere intestatus, qui fecit te-
 stamētum, quod ruptū, irritūve sit agna-
 tione, vel repudiatione hæredis: dicas se-
 cundū Bar. in d. l. j. in hoc etiā Iac. Calli-
 cij nō bene dicere. Nā dicit Bar. q̄ atten-
 ta, ppria significatione, statutū requirit q̄
 decedat intestat. hoc est, eo tpe, quo de-
 cedit, sit intestatus: vt l. in delictis. §. si ex-
 traneus. ff. de noxa. sed iste qui fecit testa-
 mētum, quod rumpit, non decedit inte-
 status tunc ppriē cū morit: sed tunc
 demū ppriē cū testamētum destituit:
 vt instit. de leg. ag. suc. §. pximi. Et sic in-
 fert q̄ secundū propriā significationē nō
 dicere decessisse intestatus. Sed ex cōi-
 vsu loquēdi aliter intelligim, vt dixi su-
 præ scdm eū, intelligēdo prædicta secun-
 dum ea, quæ supra dixi. Sed Raph. in. l. si
 quis posthumos. §. si filium. ff. de libe. &
 posth. dicit q̄ verbum Morit, assumitur
 mortuus est, vt dicit ibi gl. in verbo Mo-
 riēte. Vnde res est clara: quia si dicitur,
 si mortuus est intestatus: nō denotat tem-
 pora mortis, sed perfectionē temporis,
 quo intestat est. Et sic verba cum quali-
 tate eueniunt tēpore quo destituit testa-
 mētū. Sed tu teneas quod dixit Iac. Calli-
 cij: quia secundū cōem vsum loquēdi

etiā dicitur decedere intestatus ille, qui
 fecit testamētum quod est ruptum, vel ir-
 27 ritum, secundū Bar. vbi supra. t Quæro
 qualiter vasallus videat decedere sine le-
 gali conditione suorum feudorum: Ad
 quod dicas vt supra in solu. secundæ op.
 Tu addas secundū Tho. Mieres in d. vsa-
 tico, in expositione literæ, ibi: & sine lega-
 li cōditione suorū feudorū, &c. hoc est,
 quia nō euenit aliqua legalis cōditio, per
 quā feudū aperiat dño: & tūc quia pri-
 ma causa successiōis ab intestato est fi-
 liorū, etiā in feu. vt de grad. suc. c. per suc-
 cessionē quoq̄. ver. mortuo em eo, qui
 bñficiū tenebat, prima causa est liberorū.
 Filij enim masculis existētibus &c. Sed
 quia qñ supsunt plures filij, & feudū est
 indiuisibile, p̄pterea quia nō pōt cōferri
 nisi vnico, tūc loc est gratificationi, vt hic
 28 & in d. vsat. t Quæro, qd si vasallus reli-
 ctis plurib filijs decesserit ab intesta. &
 absq̄ legali cōditione suorū feudorum, &
 dñs anteq̄ stabiliret ipsa feuda, nec face-
 ret hmōi gratificationē decessit: nūquid
 eius hæres & successor habebit istā gra-
 tificationē: Iac. de Callicio in d. vsati. di-
 cit, & videt q̄ nō. per gl. in c. j. §. porrō. q̄
 fuit pri. cau. bñ. amit. cū ibi not. per Iaco.
 de Bellovi. & in c. j. quib. mo. feu. amit.
 In cōtrariū videt, q̄ istud ius stabilendi
 seu gratificadi, transeat ad hæredem dñi,
 cū nō inueniat exceptū per l. cū hæ-
 redes. ff. de acqui. pos. Quid igit̄ dicen-
 dum: Breuiter vltima pars videt verior,
 secundū ipsum Iac. per d. l. cū hæres. & p
 l. itē videndum. §. si. cū l. seq. ff. de peti. he-
 redi. Nec obst. ratio in cōtrarium facta,
 quia ibi illa priuatio feudorū tāq̄ pœna
 extraordinaria de æquitate inducta non
 transmittitur ad hæredes: vt in l. j. C. de
 reuocan. dona. secus in ista gratificatio-
 ne, quæ non est pœna, sed quoddam ius
 transitorium, cū non sit exceptum. Et
 hoc credo verius. Et per hoc ego allego
 quod iura personalia actiue & passiuē
 transeunt ad hæredem, secundum Ange-
 lum Aretinum. Institui. de heredibus in-
 stituen. Secūdo allego q̄ permitti debet
 hæredi, quod permissum erat defuncto.
 l. diem. §. nunc vsque. & l. quāuis. ff. de ar-
 bitris. Tertio pro hoc facit: quia omnes
 stipulationes actiue, & passiuæ, etiam
 hæredis mentione non facta, transmittuntur

tuntur ad heredem tam in stipulatore, q̄ in promissore, secundū Ang. in l. si ita stipulatus. ff. de verb. obl. & Lud. in l. maritum. ff. solu. matr. Quartō, pro hoc facit etiam q̄ si per statutum potest capi debitor pro causa ciuili, potest capi eius hæres, licet de eo nō fiat mētio. Bar. & Ange. in l. postulatē. ff. ad Treb. §. j. Ludo. in l. maritū. §. elegāter. ff. sol. ma. † Quæro, quid si iuxta hoc c. & dictū vsaticū filius vasalli, cui dñs voluit stabilire feudum, & facere hāc gratificationē, refutat istud stabilimētum, gratificationem, & feudū, nec vult ipsum acceptare, nūquid dominus tenetur hanc gratificationem alij filio vasalli defuncti facere, vel an possit feudum sibi retinere? Et breuiter Iacob. Callicij in d. vsatico putat quod attento quod dictū c. & vsati. recipiunt interpretationem à iure communi feudali, alio limitatiuam, & examinatiuam, iuxta notata per Bar. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure, quod dominus nō possit hoc casu retinere feudum: ideo habeat, & tenetur facere hanc gratificationem alij fratri, ac filio vasalli defuncti: cum refutatio ipsius filij gratificationem refutantis non debeat nocere alijs fratribus suis filijs, qui fuerunt vasalli defuncti, iuxta notata per gloss. & Iacobum de Bellovisu in c. j. de vasallo decrepitæ ætatis. qui feud. refu. † Solum igitur per dictū vsaticū, & hoc cap. domino gratificatio feudi concedi videt, & nō aliquo casu permutat retētio ipsi dño, & cōcedat ista ratificatio cū effectu, videlicet vt sequat stabilimentum feudi, & eius inuestitura realiter, & de facto, & q̄ feudū acceptetur per ipsum, cui fit gratificatio: aliter dñs possit alij filio facere prædictā gratificationē: vt tex. huiusmodi, et dicti vsatici vidēt innuere. vt. l. quoties, cum ibi nota. per glo. de ope. leg. Et istam partem credo veriorē. Et pro hoc tu allega Bald. in feud. de alie. feu. vbi dicit q̄ ista refutatio nil aliud est, quā resignatio in manu superioris. Sed ista resignatio nō potest fieri, nisi eatenus, quatenus ius competit resignanti. Atē nemo potest refutare in præiudicium tertij non consentientis: & statim q̄ facta fuit feudū est apertū primo agnato. Adde eundē Bal. de succes. feu. §. hoc quoque. in prima conclusione, vbi

32 dicit † quod si vasallus feudum refutauerit, non præiudicat agnatis, nisi eo, & filio eius viuentē. Et pro hoc facit, quia nemo potest refutare in præiudicium iuris quæsitū alteri. argumēto. ff. quædamo dum serui. amit. l. si partē. §. si. & ff. de patris. l. si. & adde Bal. de alie. feu. patr. in illa q. quæro hīc, vbi vasallus refutauit feudum domino, ad quos redeat feudū &c. Et pro ista opinione est casus in c. sequenti. Si aliquis feudū habuit, & aliquid conuentum, aut refutatum fecerit domino, aut alicui personæ. quæ vel quod videat nocere ei, qui in feudū succedere debet, hoc est conuentū, aut refutatio ei, qui in feudum succedere debet, non nocet: excipimus patrem, qui feudum adquisierit, feudum filij, vel nepotis fecerit. Istud ca. posuit Bal. in lectura sua in feud. ti. de vasal. decre. æta. sed dicit q̄ communiter habetur apocryphum, est tamen nota. † Quæro quid si vasallus decedens ab intestato, & sine legali conditione suorum feudorū, relinquit plures filios & filias, nunquid dominus poterit facere istam gratificationem vni ex filiabus? Iacobus de Callic. in dicto vsatico dicit quod sic, propter verbum infantibus, in dicto vsatico adiectum, quod videtur referri, tam ad masculos, quā ad foeminas: vt l. si infanti. C. de iure delib. in princip. Contrarium tamen putat, quoniam dicit, quod dictus vsaticus recipit interpretationem limitatiuam, & examinatiuam à iure communi. iuxta nō. per Bar. in d. l. omnes populi. & sic cum de iure feudali filiarum non succedant in feudum, vt in c. primo, de succes. feu. dñs non possit filiarum vasalli, existentibus masculis, & cessante pacto de filia succedendo in feudis facere hāc gratificationem, per dicta iura. Et quod ista gratificatio tantum habeat locum in masculis, vt innuit expressē iste tex. & in dicta constitutione. Item ne super laudimio. ver. adijciantes. vbi est casus, q̄ ista gratificatio tantum extenditur ad succedentes in feudo, & non in alios. Nec obstat ratio in contrarium inducta, † quoniam appellatione infantium iure ciuili foemina & masculi cōtinētur, vt colligitur in d. l. si infanti. Sed de iure vsaticorū appellatione infantium tantum masculi cōtinētur, non foemina: vt in vsatico tuto

res

res. circa si. Et pro hoc tu allega c. j. in feu. de ali. feu. pa. vbi filia nō potest inuestiri à dño, agnatis non cōsentientibus. Vide ibi Bald. qui dicit. Not. hīc expressum q̄ dñs in præiudicium agnatorum nō potest facere gratiam foeminae in feudi successione. Et pro hoc facit, q̄ si vasallus decedit relicto filio & filia, succedit tantum filius, secundum Bal. de suc. feud. c. j. Facit etiam pro hoc, quia si pactum sit q̄ foemina succedat, si masculus superest, nō succedit in feu. de capi. qui cur. ven. §. similiter. vbi Bald. & in hoc non bene dixit Callicij in d. vsatico, super hac q. ibi: & cessante pacto de filia: etiā q̄ tale pactū esset, non succederet, vbi masculus superesset, secundum Bal. ibi. Facit etiā q̄ si foemina est apposta cum masculino in copula, non tamen succedit simul cum eo, sed ita demum, si masculus nō extet: vt est tex. in feu. episcopum vel Abba. §. quoniam. Sed cōtra opinionem istā facit j. c. si defuncto. vbi filia succedit in feudo de iure Cathalonico: & sic pōt illi facere gratificationem. Sed tu dic q̄ dictum c. nō obstat, quia succedit quando ipsa tantum superstes existit, vt ibi dicitur in tex. vbi est dictio tantum, quæ est taxatiua, vt dixi supra in c. si verò. in verbo Tantum. Et sic etiam, de iure Cathalonico nō succedit filia in feudo, quandiu masculus superest: & consequenter non obstat, ideo facit pro ista opinione. Quæro, quid si vasallus decedens ab intestato, & sine legali conditione suorum feudorū, relinquit plures filios, quorū vnus erat deportatus, vel exbannitus pro tali delicto q̄ debebat perdere bona, per l. Romanam, & huius patriæ, vel erat monachus, nunquid poterit facere istā gratificationem isti filio deportato, exbannito, vel monacho? Et secundum Iac. Callicij in d. vsatico, videtur q̄ sic, per d. vsaticū, & per huiusmodi. c. qui generaliter & indistincte defilijs aut infantibus intelligitur. l. de pretio. ff. de publi. In contrariū est veritas, secundum eū, quoniam, vt prædixi, dicta iura recipiunt interpretationem limitatiuam, & examinatiuam à iure communi, secundum Bart. in d. l. omnes populi. Sed cum de iure cōi in feudis, & in successione non succedant prænominati deportati, banniti, vel monachi, demonachis est expressum in c. vnico. de benefi. feu. & in c. j. de vasal. qui ar. belli. & per nota. per Specul. in quarta

parte sui Spe. in titu. de feud. §. j. ver. xxv. licet in alijs successioneibus sit secus, per l. Deo nobis. C. de epif. & cle. De deportato & bannito est casus cum ibi not. per Cy. in l. j. C. de here. insti. & in l. amissione. de capi. dimi. cum ibi notatis. per Bar. Tu verò allega pro hoc Baldum in feud. an ille, qui interfec. fra. c. j. vbi dicit quod vasallus bannitus amittit feudum: ergo si feudum teneret, illud amitteret propter bannum: quanto fortius illi nō est successurus. Et pro hoc quod dicit de monachis, tu adde Bal. si de feud. def. §. qui clericus. & in l. quisquis. C. de epif. & cle. vbi habetur quod si vasallus, monachus, vel clericus efficiatur, feudum amittit: & sic quanto fortius amittit successionem. † Quæro, an spurij veniant appellatione filiorum, vel infantium? Et Iacob. Callicij in d. vsatico, dicit q̄ non: sed nil proprie allegat. Tu igitur magis proprie allega authen. ex complexu. C. de incest. nupt. vbi not. q̄ spurius non appellatur filius. Et Ang. Are. insti. de legit. ag. tu. §. sed agnationis. & latius disputauit Lud. in l. si filio. lo. j. ff. sol. mat. & concludit quod appellatione filiorum nō venit spurius. Sed quæro † quid si aliquis, spurius per extraneum hæres vniuersalis instituitur, in qua hereditate sunt feuda, an valebit hæredis institutio, an in dicta heretia venient feuda? Quo ad primum dic quod valet heredis institutio: vt l. si is, quis ex bonis. ff. de vulg. secundum intellectū Bart. ibi. Et pro hoc est gl. in authen. qui. mod. nat. effic. leg. §. si. super verbo, participium. coll. vij. Et idem tenuit Bar. in allega. l. si is qui. q. ij. & per eundem in l. j. ff. de iure fil. & Cy. in d. authen. ex complexu. & Hostien. in Summa titu. qui filij sint legitimi. §. qualiter. versic. sed nunquid ergo. ibi: sed cum filio sacerdotis. & Spec. eo. tit. ver. vtrum damnati ex damnato coitu. & ibi Ioan. And. in addi. multo magis vbi principis legitimatio interuenerit, iuxta notata. per Bart. in l. Gallus. §. quid si tantum. ff. de libe. & posthu. & ibi habetur, an legitimatio possit nocere proximioribus venientibus ab intestato. † Quo verò ad secundam q. dic feuda venire in tali heretia: quoniam licet alienatio rei dotalis, hypothecariæ, & feudalis per se sit de iure prohibita, tamen cum vniuersitate est permessa, vt est hæreditatem vendendo, hæredem institutio: vt l. j. ff. de fun. dot. & l. quædam. ff.

de acquiren. rerum do. & in l. siue. §. hereditatem. ff. de public. & in l. fina. C. de iure emphyteutico, cum ibi notatis per Odofredum & in lege prima. C. de euictio. & ibi Odofre. & in feud. de lege Coradi. c. j. §. ex eadem. & ibi gloss. & in capi. Imperialem. §. Præterea. in feu. de prohib. feud. alie. per Frederic. & ibi gloss. ordinaria. Secus tamen esset pacto contrahentium, vel per testatorem prohibita: quia tunc non transiret cum vniuersitate feudum, vel res emphyteuticaria, vel fundus dotalis, vt no. per Odrad. in alleg. l. j. ff. de fun. dot. Iaco. de Faro de his spuris & eius materia vide l. fina. & ibi Bartol. ff. de his, quibus vt indign.

39 ¶ Sed ego credo istud vltimum non esse bene dictum. Nam cum vniuersitate non transeunt ea, quæ per se non sunt in commercijs, vt sunt sacra, religiosa, liber homo, ascripti, cenlici, & huiusmodi, secundum Baldum in dicto. §. ex eadem. Sed feudum bene est in commercio per se de voluntate domini, potissimè in Cathalonia, vbi per constitutionem curiæ Ceruarie regis Petri tertij. Item ne super laudimio. versicu. adijciantes. permittum est vasallo disponere de feudo. Igitur, & c. Secundo, quia si ille, in quem fit vniuersitatis translatio, non sit ita habilis ad recipiendum singularitatem sicut transfereus: & tunc non habet locum regula quod cum vniuersitate transeat. Ita dicit Bartol. in l. in modicis. non tamen lectura ordinaria, sed in alia. ff. de comprahenda emptio. & ita est in nostro casu. Nam spurius non est habilis ad recipiendum feudum, si singulariter sibi transferatur, per §. naturales. si de feud. defun. mi. ergo cum vniuersitate sibi fieri non potest translatio. Non obstat dicta regula, quia tantum habet locum, quando recipiens est ita habilis, sicut transfereus. Secus e contra, secundum Bartolum in d. l. in modicis. Tertio quia dicta constitutio, quæ disponit quod vasallus possit disponere de feudo in capacem, non distinguit an disponat singulariter vel vniuersaliter, & sic nec nos distinguere debemus. l. de precio. ff. de pub. ¶ Sed vltèrius quæro an spurius succedat collateralibus in feudo? Videtur quod sic. ff. vnde cog. l. si spurius. E contra videtur: quia feudum est honor: vt in c. j. §. ex eadem. in feud. de lege Cora. ad quem non admittitur spurius, etiam legitimatus, nisi de feudo fiat expressa mentio: vt est gl.

in dicto. §. naturalis. vide ibi Baldum & est glossa in simili in vfatice de intestatis. & in l. nunc videndum. ff. de petit. heredita.

41 ¶ Quæro, si spurius non succedit, vtrum possit vendere capaci, vel ex toto priuetur: quia constitutio. Item ne super laudimio curiæ Ceruarie, non videtur de tam turpi persona cogitasse ex forma. §. si quis rogatus. ff. ad Trebellia. Quod sit turpis persona, est text. institut. de inoffic. testamen. §. soror. & verba constitutionis intelliguntur de alijs incapacibus similibus superioribus vt cap. sedes extra de rescrip. vt est mulier, & corpore vitiatas: vt in capitu. primo an mutus. E contra videtur quod spurius bene sit similis, & melior quo ad seruitur, quam quando pro anima accipitur, vbi personæ incertæ instituuntur, & sic idem iudicium. Item dictio Alias, posita in constitutione siue subsequenti modificatione videtur similis & dissimiles casus comprahendere: vt in constitut. Parpiniani, in quibus casibus valet diffinitio minoris, & c. Vidi determinari in facto Petri Freth. de Bergua spurij quod successit in feudo regio in linea collateralis: & fuit anno Millesimo trecentesimo nonagesimo quinto. De materia istorum spuriorum & naturalium vide Bart. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. & in d. §. naturales. per Bald. & Ioann. de Blanof. in titul. de succ. feud. §. naturales. & §. sed quia an naturalis tantum. & §. numquid naturalis. Et idem de edito ex ventre secto, & de muto, & hermaphrodito. eod. tit. §. Præterquam. vsq; ad §. Item quæritur nunquid hæres. Iacob. de Faro. Ego verò quo ad primum dictum credo bene fuisse dictum propter dictam dictionem Alias, positam in dicta constitutione: ¶ quia ipsa dictio Alias, notat speciem diuersi generis à nominatis in dicta constitutione secundum gl. in l. si hominē. §. datur. in vers. alias. ff. de po. & vide Gemin. in c. indemnitatibus. de elec. lib. vj. Et sic cum spurius sit diuersi generis à nominatis in dicta constitutione, igitur, & c. Crederem tamen quod ipse spurius teneretur videri dictum feudum capaci intra annum, iuxta not. per Iac. Callicij in vfatice, si quis suum. & per ea, quæ scripsi supra in c. eo. Quo verò ad secundum credo quod est contradictam constitutionem. Item ne super laudimio. ver. quodq; proximior. vbi cautum est quod tantum proximior capax succedit in

in feudo: & cum spurius non sit capax, vt dictum fuit, igitur male fuit indicatum. ¶ Quæro appellatione istius verbi, ex infantibus, positi in dicto vfatice, quæ ætas designatur? Et Iacob. Callicij dicit quod tantum ætas septem annorum: vt l. si infanti. C. de iure delibe. sed dicit quod in contrarium est pura veritas, quod etiam appellatione infantium persone maiores septennio contineantur: vt in vfatice, tutores. circa finem. Et ita innuitur ab expresso hinc in textu, & infra capitu. si defuncto. ¶ Quæro an dominus faciendo hanc gratificationem vni ex filijs vasalli defuncti habeat tertium, seu foriscapium ex ipsis feudis? Et putat ipse Iacob. Callicij quod non: quoniam ista gratificatio tantum habet locum ab intestato, & in successione ex testamento, vel ab intestato non habet locum solutio tertij, seu foriscapij. vt in dicto capitu. Item ne super laudimio. §. si autem, & c. & ibi ponitur distinctio inter lineam descendentem, & lineam transfuersalem. Quæro quid si vasallus decesserit ab intestato, & sine legali conditione suorum feudorum, relictis tantum fratribus, vel agnatis, vel cognatis suis, ¶ nunquid dominus hoc casu poterit stabilire feuda vni ex fratribus, vel agnatis, vel cognatis ipsius vasalli defuncti? Et gloss. ij. in vfatice, de intestatis. videtur sentire quod sic in eo quod adijcit, dominus non tenetur dare ipsa feuda vni ex ipsis agnatis, vel cognatis. In contrarium videtur quod dictus vfatice, si à vicecomitibus. & huiusmodi cap. exorbitant à iure communi quo ad istam gratificationem fiendam: vt in dicto capi. j. de suc. feu. melius in d. §. sed cum hoc iure, & in c. j. de natu. suc. feud. & tantum loquuntur de infantibus, aut filijs defuncti quo ad gratificationem fiendam, & sic ad alias personas, puta fratrum, agnatorum, & cognatorum vasalli hæc dispositio tanquam inducta contra formam iuris communis feudalis non sit extendenda: vt l. quod contra rationem. ff. de lega. Pro hoc facit quod dictus vfatice non recipit interpretationem extensiuam actiue, secundum Bar. in d. l. omnes populi. sed sicut in ipsis personis remanet dispositio iuris communis, ita remaneat contenta in c. j. de suc. feud. & de na. suc. feud. c. j. Opinio tamen gloss. hodie est approbata in d. c. lre ne super laudimio. versu. adijciantes. vbi istud ius est extensum

ad omnes succedentes ab intestato, & quod agnati, & cognati succedunt in feudis, prout sunt proximiores, secundum Iacobum Callicij in dicto vfatice, & bene. Quæro secundum ipsum Iacob. Callicij, quid si vasallus fuerit interfectus, an habeat locum huiusmodi cap. & dictus vfatice: Et dicit quod sic. ¶ Quæro secundum ipsum Iaco. Callicij in dicto vfatice, an is ex infantibus, cui dominus stabiluit feudum, teneatur æstimationem ipsius feudi in pecunia numerata vsq; ad legitimam alijs fratribus suis, filijsq; vasalli defuncti dare, siue prestare? Et dicunt quod non: quia iste filius, cui dominus concessit feudum, non censetur habere ipsum feudum ex successione, seu iudicio vasalli defuncti, sed ex beneficio domini, & iure dicti vfatice. Allegat singulariter ad hoc l. si arrogator. in fin. ff. de adop. & alia iura. Et hoc sequitur ibi Iacob. de Monteuida. & idem Iacob. Callicij vltra prædicta allegat tex. in c. vnico, an agna. vel si. repu. circa princip. iunctis notatis per Iaco. de Bello visu in §. in autem. de exhib. re. colla. v. & ibi recolliguntur iura pro hoc facientia. Adde Guliel. de Valesicha in dicto vfatice, si à vicecomitibus vbi sequitur istam opin. iuxta gloss. dicti vfatice, & idem dicit in vfatice, si quis suum feudum. Ego verò credo gloss. & doctores bene dicere. Et est ratio, ¶ quia de iure Cathalonico feudum non potest diuidi: vt infra capitu. consuetudo. lo. tertio. §. vsus & consuetudo. licet secundum iura communia feudalalia diuidi poterat, nisi esset ducatus, & c. vt de prohi. feud. alie. per Frede. §. præterea ducatus. & si de feu. controuer. fue. c. omnes filij. & ex re indiuisibili non debetur legitima, vt tenent gloss. Innocen. & Hostien. in capi. licet. extra de voto, & vo. redem. & hoc per dictum. §. Præterea ducatus. & gloss. & Innocen. in capi. si hæres. extra de testa. Sed forte ista ratio non videtur sufficiens, vt l. j. §. si vsusfructus. ff. ad legem Falcidiam. & l. Falcidia. eo. titu. Sed finalis causa est, ne seruitus rei feudalis diminuat, & calumnie in talibus euentur, & particulariter seruitia non exigantur, quæ incommoditatem afferunt: vt l. communi diuidundo. §. j. & ij. ff. communi diui. & l. planè. ff. famil. erciscum. facit de prohib. feud. alie. per Frederic. & per Lotharium. Ratio est indiuisibilitatis feudum infolidum vni pertinet: vt in d. §. Præterea.

licet alia feuda, quæ diuidi possunt, possint ad diuersos pertinere. gloss. not. in capit. j. de fra. de no. benef. inuesti. quia prætèxtu indiuisibilitatis aliqua non permittuntur, quæ aliàs permitterentur: vt de inuest. de re ali. fac. §. contrario. Et intelligo quod æstimatione legitima non debetur iure feudali, vt tenet Specul. in titu. de feud. versic. xxxiiij. quæritur. & Trebellianica, & debita iure naturæ non debentur ex dispositione testatoris, nec ab intestato, sed ex dispositione legis: vt l. j. in princip. ff. ad Trebellia. & ideo minui, vel augeri potest, vt tenent docto. & istud etiam sequitur Guliel. Præpositus, vt 4^s reperi in eius apostillationibus. ¶ Sed iuxta hoc quærit Gulielmus de Valesicha in vsatico, si à vicecomitibus. quid si habet iudicio defuncti, vt quia vasallus vnum de filijs hæredem suum vniuersalem instituit, nunquid deduceretur legitima pro alijs filijs testatoris de dicto feudo, seu eius æstimatione. Et dicit quod si est regnum feudale, vt erat regnum Maioricarum, nõ detrahitur legitima: quia esset regni diminutio: quod fieri non debet, vt no. in dicto capitu. licet. per Innocen. & in c. si hæredes. extra de testa. in alijs autem feudis de iure videtur licet, vt ibidem not. Innocen. in allegato. c. licet. & in feu. de prohi. feud. ali. per Frede. §. Prætèrea ducatus. Et sic de estimatione debetur legitima non quod feudum separetur. Et hoc dicit tacite sentire gloss. dicti vsatici, à contrario sensu, cum dicitur quod non habet filius electus in feudo dictum feudum factu primo, sed solum domini factu, scilicet electione. Adde dicta per eum in quarta q. in vsatico, si quis suum feudum. in princip. de quibus quæstionibus dicam infra in c. consuetudo. iij. 4⁹ §. vsus & consuetudo. ¶ Quæro si vasallus decesserit relictis pluribus filijs sine legali conditione suorum feudorum, an dominus poterit gratificari, & assignare feudum duobus, vel pluribus ex ipsis filijs, vt ipsos equis partibus, vel inæqualibus inuestiat de feudo, & sic habeat plures vasallos? Et dico quod non, per hanc consuetudinem, quæ dicit quod poterit concedere illi, cui magis voluerit de filijs. Sed in contrarium facit dictus vsaticus, qui loquitur in plurali, ibi: cum quibus voluerit. Quid igitur est dicendum? Tu dicas distinguendo, ¶ Aut feudum est vicecomitatus, vel aliqua ma-

gna baronia, quæ commodè diuidi nõ potest, iuxta not. per gloss. & Innocen. in c. licet. de regula. quia non debent præfici duo vni dignitati argumento. vij. quæstione prima, capitu. in apibus. & ibi not. & tunc dico quod non potest assignari nisi vni ex filijs, vt hic. Aut est de alijs feudis inferioribus: & tunc dico quod potest dominus gratificari in plures filios dicti defuncti. Et ita loquitur dictus vsaticus. Et sic concordantur dicta iura, cum expediat iura iuribus concordare. c. cum expediat. de elect. libro sexto. Vel dicas, & melius, ¶ quod potest dominus indistinctè facere dictam gratificationem, & assignare ipsum feudum pluribus ex dictis filijs: vt in dicto vsatico, si à vicecomitibus: quia de iure communi omnes filij succedebant in feudo: vt de suc. feud. c. j. & sic poterat diuidi inter eos, nisi esset feudum regale: vt in dicto §. Prætèrea ducatus. & res de facili redit ad suam naturam. l. si vnus. §. & in specie. ff. de pact. Et facit pro hoc infra capitu. consuetudo. §. vsus & consuetudo. à contrario sensu, vbi dicit quod feudum sine voluntate domini diuidi non potest. Ergo à contrario sensu, cum voluntate domini diuidi potest. Quod argumentum est fortissimum in iure: vt l. j. ff. de offic. eius, cui man. est iuris. Nec obstat huiusmodi consuetudo, cum, vt dixi superius, per dictam constitutionem, Item ne super laudimio. versic. sic tamen. derogatum est illi, & redactum est ad dictum vsaticum: cum ista gratificatio secundum dictum vsaticum fieri habeat, iuxta dictam constitutionem, quæ se refert ad dictum vsaticum. Sed contra hoc facit dicta constitutio, vbi dicit quod vni soli fiat dicta gratificatio: & sic quo ad hoc confirmata est huiusmodi consuetudo, in cæteris stādum est dicto vsatico: cum in his, quæ per dictam constitutionem sunt decisa, derogatum videtur dicto vsatico: ¶ quia noua iura dispositione super materia legis antiquæ mutant legem antiquam in casu expresso, secundum Gemina. in capi. constitutio. de elec. libro sexto. & adde quod noua lex non tollit præcedentem, nisi quatenus ei contrariatur. in authenti. de non alie. aut permu. §. vltimo. & ibi gloss. in versiculo nisi tantum. coll. ij. Ergo in eo quod contrariatur, corrigitur. Et ita est hic. Et vide gloss. in capit. constitutionem. in principi. in verbo, prorgamus.

gamus. de regu. lib. vij. & facit etiam l. precipimus. in fi. de appel. vbi dicitur quod quicquid in l. non videtur expressum, iuri veteri relinquatur: ergo à contrario sensu in eo quod est expressum, illi derogatur. Et hoc credo verius: nam ibi est dictio Soli, quæ de sui natura est multitudinis exclusiua, secundum Bal. si inter do. & vas. lis ori. §. j. in verbo, solus. Vide l. solā. C. de testib. & l. his solis. C. de reuoc. do. adde quæ dixi supra in c. si dñs. in secūda oppo. circa fi. & in quæstionibus. & dicam j. in c. consuetudo. §. item vsus. an vasallus cogatur plures habere dominos. ¶ Quæro, nunquid dñs potest gratificari, & concedere feudum alicui extra dictos filios. Et videtur quod sic per dictam constitutionem, vbi dicit quod si sunt plures ab intestato succedentes quod dominus potest vni eorum concedere dictum feudum: sed agnati & cognati succedunt in feudo: vt dixi superius, ergo eis potest fieri dicta gratificatio: quia standum est hodie dictæ constitutioni, vt dixi supra proxime, Sed in contrarium est rei veritas per hoc c. & per dictum vsaticum, si à vicecomitibus. vbi loquuntur de infantibus, & filijs: & sic extra eos fieri non potest: quia quod de vno dicitur, de alijs videtur denegatum. l. cum prætor. ff. de iudi. Prætèrea prima causa succedendi est liberorū: vt scripsi superius. Item quandiu de ordine, seu capite liberorū aliquis extat, nunquam veniunt transuersales. Sic est in feudis, quia feuda imitantur ius commune in quantum possunt, salua feudi natura, secundum Bald. an agn. vel fil. Nec obstat dicta constitutio pro contrario inducta, quia facit pro ista opinione, cum ibi sit verbum Proximior, & sic istud verbum Proximior, intelligitur per lineam, secundum Bal. in l. dudum. C. de contrahen. emptio. & dicitur, quæ nemo præcedit, vt not. per gl. in authen. defuncto. C. ad Tertul. & sic cum nemo præcedat filium, igitur & c. 54 ¶ Quæro, quid si vasallus decesserit duobus filijs relictis mutis, furiosis, aut imperfectis, nõ quid dñs teneatur vni ex ipsis assignare feudum ipsius defuncti? Et videtur quod sic, per hunc tex. & per dictum vsaticum, si à vicecomitibus. qui generaliter loquuntur, & sic generaliter debent intelligi: vt l. j. §. generaliter. ff. de lega. præstan. nec distinguunt: an sint perfecti vel imperfecti: & sic nec nos distinguere debemus. l. de pretio.

ff. de public. & pro hoc est tex. in c. j. an mutus, vel aliter imperfectus. feu. reti. in contrarium est text. in feud. episcopum vel abba. §. mutus. Quid igitur est dicendum? Profecto istud indiget decisione Cæsarea. Nam doctores multa dicunt super hac materia pro concordantia dictorum textuum, quos refert Bald. super ipsis textibus, & in dicto §. recitatis opinionibus doctorum Bal. se adstrinxit dicens, quidam tamen dixerunt quod taliter natus feudum retinere non potest: quia ipsi seruire non valet. Iacob. Calli. ecce ille non firmat se, sed vrget ratio: ¶ quia naturaliter imperfectus, id est, à natura destitutus in eo, quod est præcipuum feudi, non succedit in feudo: sic nec omnino factuus, nec perpetuo furiosus: nec enim iure naturæ debetur ei, cum natura præbeat obstaculum. Ecce verba Bald. in dicto §. sed in dicto titulo sic distinguit, Aut impedimentum est temporale: & non euanescit feudum. Aut est perpetuum: & tunc aut culpa vasalli, & euanescit feudum: aut sine culpa sua, & tunc refert: aut est impedimentum, quia minuitur qualitate seruitij, vt quia non ita bene audit sicut prius, aut non ita bene ambulat: & per hoc non perditur feudum. Aut qualitas seruitij in totum obrumpatur, ita quod nullo modo præstari potest: & tunc aut est feudum paternum: & non durat, sed hincinde soluitur obligatio. Aut est feudum antiquum: & tunc distingo primò qualitatem seruitiorum. Nam aut est tale seruitium, quod potest æquipollenter per alium præstari, & seruiet per substitutum. Aut qualitas seruitiorum non recipit substitutum: & tunc si est imperfectus à natura, non succedit. Aut est mutus ex accidenti: & tunc retinet feudum: quia habuit originem fundamenti in persona patris, & deinde in propria persona: & tunc puto quod debeat commutari seruitium. Ecce distinctio Bal. in dicto titulo. sed postea in fin. dicit, Stocum pe. de Cer. & Iaco. de Bello visu, qui quidem Iacob. de Bello sic ait. quæ opinio sit verior, videtur quod secunda, ¶ quia feudum datur propter seruitium: & feudo seruire non potest, qui est mutus, furdus, vel aliter imperfectus: cum seruitium consistat in loquutione, & in auditu, vt possit aut dire excedentiam domini, & denuntiationem sibi factam pro seruitio, & alijs causis.

Et regulariter qui feudo seruire nō potest non succedit in eo, sicut est foemina, & clericus. Præterea certum est quod feudum perit propter inhabilitatem superuenientem in principali acquiratore, vt dicitur mutus, ergo multo magis in successore perire debet: quia propria prouisio est validior, quæ prouisio alterius. Vel dic, aut seruitium est tale, quod potest per substitutum adimpleri, tunc prima opinio est verior. Aut nō potest per alium adimpleri: & tunc secunda. Hæc opinio continet satis equitatem. Vel dic vt no. si de feu. sue. contro. c. si quis decesserit. P. de Cer. sic ait: In feudo paterno succedit mutus factus ex accidenti, sed non mutus natus: sed nouū quæsitum per eum, si postea efficiatur mutus, an retinere possit: dic quod non: sed si fuerit adeo magnum, quo ablato se exhibere nō possit, dimittitur tantum quod exhibere se possit: vt dicitur §. mutus. dic vt ibi dixit Pet. de Cerua. Quæ istarum opinionū lit verior: ego nullam ex eis eligendo sic dicerem, Aut feudum est nouum, aut paternum. Primo casu si tempore concessionis & inuestituræ ille talis, cui fit inuestitura de feudo, erat iam mutus, aut aliter imperfectus: & tunc dic quod retinet feudum, & videtur tacite actum quod per substitutum seruiret, vt dicit Bald. in dicto. §. mutus. & imputandum est domino, qui talis sic imperfecto inuestituram fecit. Et ita loquitur titulus an mutus vel aliter imperfectus. & in isto casu si ambo filij sint muti, furiosi, aut imperfecti, vt in themate, dominus tenetur assignare feudū alteri ex eis, quem voluerit: & est locus gratificationi. ¶ Secundo casu quādo est paternum: & tunc subdistingue, Aut tempore, quo vasallus decessit sine legali conditione suorum feudorum, filij erant muti, surdi, furiosi, aut aliter imperfecti, aut ex postfacto altero ex ipsis de feudo inuestito. Primo casu credo quod dominus nulli ex ipsis tenetur gratificari, seu feudum assignare, aut concedere: nam eorum inhabilitas repellit eos ab inuestitura ipsius feudi. & ita loquitur dictus. §. mutus. Secundo casu, quando est imperfectus ex accidenti post inuestituram: & tunc dic quod retinet feudum. Et ita loquitur Bald. vbi supra. Nec obstant istud capitulum. & vaticus si à vicecomitibus, quia recipiunt interpretationem de habilitate, vt est text. in l. vt gradatim. ff. de mune. & hono. Nam

lex, aut statutum generaliter loquens, patitur limitationes de habilitate secundū Bartolum & Ioannem de Imo. in l. j. §. nuntiatio. ff. de no. oper. nuntia. ¶ Quid de illo, qui habet resticulos, & non rostrum, nunquid succedit in feudum? Bald. in dicto. §. mutus. dicit quod sic. dum tamen sit sensatus, & aptus natus mente, & corpore. Et ita dicit de facto se consuluisse. Quæro, quid si vasallus decedit ab intestato sine legali conditione suorum feudorum relictis duobus vel pluribus filiis, qui viuentem eorum patre dominum offenderunt, nunquid dominus teneatur feudum defuncti assignare alteri ex dictis filiis? Et videtur quod sic, vt hic, & in dicto vaticano, si à vicecomitibus, qui generaliter & indistincte loquuntur, vt dixi supra. ¶ In contrarium est rei veritas, vt est text. de capi. qui cur. vend. §. quæsitum. & de prohib. feud. alie. per Frederic. §. insuper. nisi ipse filius prius domino satisfecerit, hoc est viuentem patre. Nam quando ingratus prouenit gratiam, impedit illam, nisi satisfactio interueniat. Sed quādo tempore gratiæ esset quis ingratus, licet offerat satisfactionem, non euadit punitionem: vt est text. & ibi Bald. in dicto. §. insuper. Nec obstat iste text. & dictus vaticus, quia intelliguntur nisi filij nō essent ingrati, sed bene meriti: quia, vt dixi, recipiunt interpretationem limitatiuam à iure communi, secundum Bartolum in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. Sed de iure communi beneficium non confertur indigno, vt dicit Bald. in dicto. §. quæsitum. Igitur, & c. Verba enim quantumcumque generalia restringuntur ad idoneos, secundum Bartolum & Bald. in l. habeat. de sacrosanctis ecclesi. in princip. vide gloss. in capitulum. ex parte. de constitut. ¶ Quæro, quid si vasallus decedit pluribus relictis filiis, & sine legali conditione suorum feudorum, sed inter eos aliquis est, qui efficitur idoneior alijs, nunquid dominus magis idoneus teneatur gratificari, & assignare dictū feudum? Et videtur quod sic. l. testamento. ff. de testa. tut. vbi est text. quod magis idoneus ex pluribus preferatur. Sed contrarium est veritas per hunc textum, & per dictum vaticum, si à vicecomitibus vbi est verbum Voluerit, quod importat liberam voluntatem, vt est text. & ibi latè Barto. in l. cum quidam. ff. de legatis secundo, & ff. de fideicommissa. lib. l. fideicom

fideicommissaria libertas. Et pro hoc facit dictum Innocen. in ca. cum in cunctis. de elect. vbi dicit quod sufficit si idoneus & sufficiens eligatur, licet sufficientior reperitur. Nec obstat d. l. testamento. quia loquitur in administratoribus. ¶ Quæro, nunquid sicut dominus potest gratificari, & assignare feudum vni ex filiis, an sic vasallus possit illud feudum assignare vni filiorum? Bald. in feud. qui feud. da. pos. §. hoc autem. dicit quod sic: sed in capitulo. Imperialem. de prohib. feud. alien. per Frederic. dicit quod non, nisi voluntate, & ratificatione aliorum: quia lex feudorum dicit quod ad omnes filios æqualiter pertineat: vt qui feud. da. pos. §. si cum. & ideo nec in testamento potest hoc facere, nisi filij approbent testamentum patris. Nam quod ad omnes pertineat, est inductum favore filiorum: & si fit contra, non valet. Sed hodie istud est expeditum in Cathalonix per dictam constitutionem, item ne super laudimio. vers. adijcientes. vbi vasallus potest disponere de feudo tam inter viuos, quàm in vltima voluntate in capacem: & sic potest illud assignare vni ex filiis: quia loquitur in singulari, quod in vno verificatur. Hic volebam tractare materiam inuestituræ, sed postea proposui dicere in capitulum. domino defuncto. propter verbum inuestituram, ibi adiectum. ¶ Quæro, quid si aliquis est vasallus ratione vnius feudi comitis Vrgelli, dictus vasallus de nouo acquisiuit aliud feudum, quod pro eodem comite tenetur, an comes teneatur feudum dicto vasallo de nouo quæsitum firmare? Gulielmus de Valesicha in dicto vaticano, si à vicecomitibus. dicit quod non, nisi ex vrbantate, cum inter sit domini plures habere vasallos ratione suorum feudorum: vt in vaticano de valrafore. Et prædicta vera, ex quo nouum feudum deuenit ad vasallum factum suo proprio: secus si factum patris, vel alterius: quia tunc dictus comes deberet laudare, licet minuet se de vasallo: vt capitulum. quadragesimo octauo. versiculo. & si forte: vsque ad versum. & determinatum.

Qualiter danda sit potestas à muliere, quæ succedit in feudum.



In defuncto castellano, seu vasallo, filia tantum superstes fuerit, secundum vsum & obseruatum generalem Cathalonix succedit in feudum, sicut filius masculus, etiam si fuerit filia pupilla, & tutor eius faciat homagium pro illa domino feudi, & dabit potestatem de castro, quandocumque fuerit requisitus, & faciat seruitium, & firmamentum de directo pro feudo: & si fecerit contra ea, quæ fidelitatem requirunt, bausator erit: quoniam ipse tutor remanebit vasallus, quamdiu durabit tutoria. Si verò illa domina nupta fuerit, maritus eius tenetur de consuetudine Cathalonix facere homagium domino feudi, & tenetur dare potestatem de castro, & omnia facere vt vasallus, si ipsum feudum recepit in dotem: nec potest recusare, quia fictione iuris dominus reputatur, Ita quod si non fecerit homagium, nec dederit potestatem, vel fecerit contra ea, quæ fidelitatem requirunt, bausator erit. Et si à marito non fuerit requisita potestas, sed ab ipsa domina, & domina non dederit potestatem, & dominus feudi propter hoc castrum apprehenderit, tenebitur dominus castrum reddere marito. Si verò feudum non fuerit datum in dotem, sed erit de bonis paraphernalibus ipsius dominæ, tunc dicta domina faciet homagium domino, & non maritus per se tantum, vel

per procuratorem, si voluerit, & dabit potestatem, & faciet omnia quae fidelitatem requirunt ratione illius feudi.

S V M M A R I V M.

- 1 Foemina de consuetudine in feudo potest succedere. 17.
- 2 Filius pupilli intestati in feudo succedit ei. Tutor & vasallus tutela durante.
- 3 Feudum in dotem constitui potest.
- 4 Maritus rei dotalis reputatur dominus.
- 5 Dominus apprehendens potestatem feudi dotalis, illam marito reddere debet.
- 6 Mulier habens feudum paraphernale tenetur de eo homagium facere. Homagium per procuratorem prestari potest.
- 7 Tutor vel maritus contra fidelitatem facientes, censentur bausatores.
- 8 Pupillus quis dicatur.
- 9 Paraphernalia quae dicantur.
- 10 Foemina quando in feudo succedere possit. 11. 12.
- 11 Feudum exiguum quod dicatur.
- 12 Filius quando demum succedat in feudo.
- 13 Masculus in feudo praefertur foeminae in pari gradu existenti.
- 14 Vasallus de feudo in filiam disponere potest, & investire facere.
- 15 Minor in feudo succedens an teneatur homagium praestare. Fidelitas quo differat ab homagio.
- 16 Maritus an possit uxoris feudum tenere.
- 17 Feudum a quo qualiter in dotem dari possit. 24.
- 18 Laudimium domino non soluitur, si a parente feudum pro filia in dotem detur.
- 19 Lex specialis quando deroget generali.
- 20 Statutum iuratum non tollitur per verba, non obstante, &c.
- 21 Soror an succedat fratri in feudo sine filijs decedenti.
- 22 Soror an in feudo succedat fratri immediate morienti.
- 23 Filius ex foemina an & quando succedat in feudo.
- 24 Nepos ex filia quare non succedat in feudo.
- 25 Feudum an pro dotis restitutione obligari possit. 34.
- 26 Dos qualiter recuperari possit ex bonis dotalibus. & nu. seq.
- 27 Dominus an tacite habeat feudum obligatum propter laudimium.
- 28 Dominus feudi quam habeat actionem pro laudimio. 39.
- 29 Feudalia an veniant in generali obligatione, quam maritus facit uxori pro dote. 37. 38.
- 30 Uxor viro mortuo cogitur bona mariti uendere, ut sibi & creditoribus satisfiat.



I defuncto. Diuide istud cap. in quinque partes. In prima parte dicit qualiter filia succedit in feudo. In secunda parte dicit qualiter si fuerit pupilla tutor eius faciet homagium, & alia ad vasallum pertinentia. In tertia parte dicit qualiter si ipsa filia fuerit nupta, & feudum, est dotale, eius maritus tenetur dictum facere homagium, & alia, quae pertinent vasallo. In quarta parte dicit, si potestas fuerit requisita uxori, & non marito, & propter hoc castri potestas fuerit apprehensa, qualiter dominus illam marito reddere teneatur. In quinta parte, & vltima dicit qualiter mulier tenetur facere homagium domino, si feudum est de bonis paraphernis, & alia facere ut vasalla. Prima pars incipit ibi: si defuncto. Secunda pars ibi: & si fuerit. Tertia pars ibi: si vero ista domina. Quarta pars ibi: & si a marito. Quinta pars ibi: sed si erit. Casus. De consuetudine Cathalonie filia succedit in feudo sicut masculus: & si fuerit pupilla, eius tutor faciet homagium, & alia, quae pertinent vasallo: & si filia est nupta, & feudum est dotale, eius maritus tenetur dictum facere homagium, & alia vasallo incumbentia: & si potestas fuerit requisita uxori, & illam non dederit, & propter hoc potestas castri dotalis fuerit apprehensa, dominus tenetur illam reddere marito: & si feudum est paraphernum, tunc ipsa mulier tenetur facere dictum homagium, & alia, quae vasallus facere tenetur: & si ipse tutor, vel maritus facient contra ea, quae fidelitatem requirunt, bausatores erunt. Hoc dicit. Collige notabilia. ¶ Nota primo quod foemina succedit in feudo de consuetudine. Adde infra capitulo nullus. & in Speculo titulo de feudis. §. quoniam. versiculo vigesimo primo. & vigesimo quinto. & versiculo vigesimo septimo. vbi dicit quod istae consuetudines sunt seruandae. Nota secundo quod si foemina succedit in feudo, & est pupilla, tutor eius faciet homagium pro illa domino feudi, dabit potestatem de castro, & faciet seruitium, ac firmabit de iure. Concor. vsatic. tutores. vide quae dixi supra, in capit. si venditum. ¶ Nota tertio quod decedente vasallo intestato filia superstes sibi in feudo succedit pro hoc, quia prima causa successione ab intestato est filiorum, etiam in feudis: vt de gradibus succes. in feudis. capit. per successione.

nem. Not. quarto quod durante tutela ipse tutor remanet vasallus. Nota quinto, quod feudum potest constitui in dotem. Concor. dat infra capitulo nullus. vide Specu. titu. de feud. §. quoniam. versiculo trigesimo nono. in fin. Petr. Iacob. de condit. ex lege Imperialem. §. Callidis. & dicam infra. adde constitutionem Ceruarie regis Petri tertij, capitulo. Item ne super laudimio. §. similiter. No. sexto quod si ipsa mulier est nupta, & feudum est dotale, maritus eius tenetur dictum homagium facere, & dare potestatem, & alia omnia vt vasallus. ¶ Not. septimo, quod maritus in re dotali reputatur dominus. Concor. l. doce ancillam. C. de rei vendi. l. sapere. de re iudic. Et pro hoc dicimus quod inimici in guerra, quam habet maritus, possunt inferre damnum in re dotali, cum ipse sit dominus. Quod ego intelligo quo ad fructus, qui pertinent viro: scilicet quo ad proprietatem. Adde quae scripti in meis additionibus, in additioe. ¶ No. octavo quod si dominus requisierit potestatem de castro ipsi mulieri, & ipsa illam non dederit, & propter hoc dominus apprehenderit illam, quod eam marito restituere tenetur. Ratio, quia ipsi marito, ex quo ipse censetur dominus, & non ab uxore petenda est. Et sic hic est vnus casus, in quo dominus non potest retinere potestatem de castro per decem dies. ¶ Not. nono quod si castrum aut feudum est de bonis paraphernis, quod ipsa mulier habet facere homagium, & alia ad vasallum pertinentia: vt de primo capi. nullus. Nota decimo quod homagium potest prestari per procuratorem. Vide quae dixi supra in capitulo primo. vbi tractaui materiam fidelitatis, & supra, in capitulo si venditum. adde Bald. quo tem. mil. §. nisi. & j. capitulo. consuetudo. §. verum tamen. ¶ Nota vndecimo, quod si tutor vel maritus faciunt contra ea, quae requirunt fidelitatem, bausatores erunt. Vide quae dixi supra cap. primo circa finem. Nota duodecimo & vltimo quod in danda potestatem vasallus est requirendus. Vide quae dixi supra in capitulo primo. & in capitulo vasallus. Expone literam. Defuncto, id est, mortuo. Tantum. De ista dictione dixi supra in capitulo si vero. Superstes, id est, superuiuens, vel remanens vnus. Intestatus. Quis dicatur intestatus, vide l. intestatus. ff. de verborum significationibus. & dixi latius

supra capitulo proximo. Defunctus, supple vasallus. Pupilla. ¶ Pupillus dicitur puer intra pupillarem aetatem constitutus in potestate tutoris, vel qui caret patre: & etiam ille, qui patrem habet, dicitur pupillus: vt l. etiam. ff. de minoribus. vide l. pupillus. ff. de verborum significationibus. sed gloss. lxxxvij. distinctio. capitulo primo. & Archidiaconus duodecima quaestione prima capitulo primo. dicunt quod ille dicitur pupillus, qui desijt esse in potestate patris. Facit istud pro constitutione Cathalonie. c. les causes dels pubills. Quando cunque. De hac dictione vide tex. & ibi Bald. in feudo de feu. da. in vicem legis commissio. c. j. in verbo Quando cunque. Bausator erit. Idem dicit supra. c. j. circa finem. Quadiu. De verbo quadiu, Barto. in l. amplius. ff. rem rat. ha. & Bal. in l. j. C. de lega. Ludo. in l. j. §. si quis. ff. de verborum obligationibus. & exponitur tantum quantum. Adde xxj. q. ij. c. placuit. & de app. cle. quam diu. Archid. in c. fin. de restitut. spol. libro sexto. Vel dic, remanebit, supple durante tutela. Nupta. id est, maritata. Dominus reputatur, scilicet et, maritus. Bausator erit, scilicet ipse maritus. Propter hoc, id est, propter non datam potestatem: quia in illo casu apprehendi potest potestas, vt dixi supra, in c. j. Parafernalibus. ¶ Parafernalia bona dicuntur, quae mulier habet praeter dotem. Et dicitur a παρὰ quod est iuxta, & παρὰ, quod est dos, quasi iuxta dotem, secundum Abbatem antiquum in c. ex literis. de pig. Oppo. j. q. foemina non succedat in feudo: vt in feudo per quos fiat inuesti. c. j. §. foemina. & quemadmodum feudum ad filiam pertinet. c. j. Solu. illud est de iure communi, hic de iure consuetudinario. Vel illud regulare, istud speciale, quando filius non superest. Et pro hac solutione. facit iste text. in verbo, filia tantum superstes. cum ista dicitio Tantum, sit taxatiua. Et etiam facit text. de eo qui sibi & haere. & de duo. fratri. a capi. inuesti. & de bene. foemi. capitulo primo. Et vt tibi ista materia liqueat, sic distingue, ¶ Aut feudum est concessum simpliciter, aut pro se, vel haeredibus suis masculis & foeminis. Primo casu subdistingue: aut pater decedit cum filijs & filiabus, aut cum vnica tantum filia, vel cum pluribus filiabus, aut cum matre tantum, vel auam, vel alia muliere collateralis propinquiori alijs agnatis. Primo

Primo casu regulariter non succedit: vt in dicto §. foemina. & quemadmodum feu. ad filios. & de successione feudum in principio. & §. filia. & de gradi. succes. capitulo primo & de natu. feu. succes. capitu. primo. & per huiusmodi c. à contrario sensu, vbi dicit, filia tantum superstes. Sic ergo à contrario sensu si filia non est tantum superstes, non succederet. Secundo casu si tantum decederet cum vnica filia, & tunc succedit, vt hic. Tertio casu si cum pluribus filiabus: & tunc dicit idem, sed erit locus gratificationi: vt in capitulo vasallus supra proxi, & ibi latius de materia gratificationis scripsi. & vsatic. si à vicecomitibus. Quarto casu quando cū matre tantum, vel auia, aut alia muliere sibi propinquiori alijs agnatis: & tunc dicit quod succedit, vt colligitur in d. constitutione, capitu. Item ne super laudimio. versic. si autem. & versic. si verò curiæ ceruarie. Sed si erant plures mulieres pariter succedentes, tunc esset locus gratificationi, per dictam constitutionem versic. sic tamen. Secundo casu principali quando concessum est feudum pro se, & filijs, aut filiabus: dicit quod foemina non succedit quamdiu filius masculus superest, vt hic, & de eo, qui sibi, & hære. capitulo primo. & de duo. fra. à capi. inuef. capitu. primo. & vide Bald. in d. §. filia. de suc. feu. vbi dicit quod si simpliciter facta fuerit inuestitura feudum, vt filij & filia succedant, nec dictum fuit, masculis non extantibus: tamen hoc intelligitur adiectum ex natura rei, de qua agitur. Et vide text. & ibi Bal. de gra. suc. vbi dicit quod non succedit, nisi feudum sit adquisitum eo pacto vt succederet: & tunc non stantibus liberis succedit. Et adde Bald. an ag. vel filius. vbi dicit quod filia venit ad feudum deficiente hærede masculino. Vide textum & ibi Bal. de capi. qui cur. ven. §. similiter. vbi Bald. dicit quod feudum non transit ad foeminam. licet per pactum sit actum, si masculus superest. Nam in dubio foemina apposta videtur in feudis in defectum masculi: foemina enim magis succedit ex natura contractus, quam feudum, secundum Baldum qui feu. da. pos. §. hoc autem. Nec etiam in prædicto casu filia succedit, etiam quod feudum esset foemineum, vt de benefi. foemi. capitulo primo. & an ma. suc. vxor. capitu. j. & de gradi. suc. capitu. primo. nec etiam succedit in feudum, etiam quod sit apposi-

ta in copula cum masculino, vt puta pro se, & descendantibus suis masculis & foeminis: vt est casus in feudis episcopum vel Abba. capitulo primo. §. quoniam. ¶ Si tamen foemina redimat feudum à domino, vel dominus eam inuestierit propter amorem patrum, tunc succedit in feudum, vt est text. in dicto capitulo primo. quemadmodum feu. ad fil. perti. & in dicto §. filia. de succes. feu. & Bald. qui feud. da. pos. §. hoc autem notandum. Idem si est feudum, pro quo non est is ad præstationem seruitij obligatus, secundum Ludouicum in l. etiam. ff. soluto matrimonio. In secunda fallentia ibi posita. Vide Bald. in d. §. hoc autem. Idem si est feudum exiguum, secundum Ludouicum ibi in tertia fallentia. ¶ Et dicitur feudum exiguum vsq; ad viginti solidos: vt j. capitulo consuetudo. §. Item vsus & consuetudo. Et sic intelligo huiusmodi capitulum. pro concordia dictorum iurium. Sed contra illud, quod superius dixi, quod mater & auia succedunt in feudum, est text. in feud. de natu. suc. feu. vbi habetur quod ostendentes non succedunt in feudum. Et ratio redditur ibi per Bald. Sed eidem textui derogatum est per dictam constitutionem item ne super laudimio tanquam posteriori, & ius Cathalicum, cum secundum illud iudicandum est. Oppo. secundò de dicto capitulo nullus. j. vbi filia indistinctè succedit. Solutio. intellige dictum capitulum secundum istud, quod tunc ita demum filia succedit in feudum, quando tantum superest, masculis non superstantibus, vt hic, & dixi superius: alias secus. nam non est noui, priores leges trahere ad posteriores, vel econtra: vt l. non est noui cū seq. ff. de legi. Et pro hac solutione facit text. supra capit. si autem. & quod ibi dixi in septimo notabili, vbi habetur quod plus operatur pactum, quam consuetudo: sed si pactum est appositum quod filia succedat in feudo, non succedit nisi in defectum masculi: eadem ratione non succedit, quando masculus superest, si in vim consuetudinis succedat: quia in hoc pari passu ambulant: nec in hoc est maioris potentie consuetudo, quam pactum, argumento iurium in dicto capitulo si autem allegatorum. Et in summa notandum est, & hanc tibi trado regulam, ¶ quod si sunt masculus & foemina in pari gradu semper præfertur masculus: si autem mulier

mulier est proximior, ipsa succedit, exclusis alijs agnatis, & cognatis, vt colligitur in isto capitulo. & in alijs iuribus superius allegatis. Oppo. tertio quod filia non potest inuestiri de feudo, nec libi gratificari, agnatis non consentientibus: vt in capitulo primo. de alienatio. feud. pater. vbi Bald. dicit quod dominus in præiudicium agnatorum non potest facere gratiam foemine in feudum successione. Solut. de iure communi feudali si filia est inuestita viuo patre, eo mortuo non præiudicat agnatis. Si autem inuestitur filia mortuo patre ex sola prouidentia propter amorem patris: & talis filia excludit agnatos: vt in c. j. qualiter feud. ad foemi. & notatur qui feud. da. pos. §. cum vero. ita dicunt Iacob. de Bello visur. & Bal. de feud. suc. §. hoc quoque. ¶ Sed in Cathaloniam si vasallus disponat de feudo in filiam, & eam inuestiri faciat, tenet illa dispositio, & inuestitura: vt in constitutio. Ceruarie regis Petri tertij. capitu. Item ne super laudimio. versic. adijcetes. Potest enim derogari agnatis per dominum feudum inuestiendo filiam amore patris, vel propter propria merita, secundum Baldum, quem admodum feud. ad fil. per ti. Si autem nihil disposuerit inter viuos, vel in vltima voluntate, sed decesserit intestatus superuiuente sibi tantum vnica filia, vel pluribus filiabus, tunc si est vnica, succedit in feudo, & debet inuestiri à domino. Si autem sunt plures filia, debet gratificari à domino in alteram ex eis, secundum capitu. vasallus. supra, & quæ ibi dixi. & vsatic. si à vicecomitibus. & ipsam inuestire de feudo: & ipsa gratificatio & inuestitura præiudicat ipsis agnatis iure consuetudinario Cathalonico, vt hic, & infra capitulo nullus. & per istud ius consuetudinarium tanquam posteriori derogatur dictis iuribus in contrarium allegatis, secundum Angelum in l. de quibus. ff. de legibus. ¶ Potest enim introduci ex consuetudine quod foemina succedat in feudo, & etiam in regno: vt dicit Baldus in dicto §. hoc quoque. vbi dicit quod ex consuetudine in regno Apulie non existente masculino foemina succedit, vbi regnavit inclyta Ioanna fere annis quadraginta. Vide latius Ioannem de Imol. & Gemina. in capitulo grandi. de supplenda negligentia prælatorum, libro sexto. & adde Ioannem Andream in additione. Specul. in rubrica

de testa. & in capitulo. per venerabilem. de elect. vide text. & ibi Bald. in capi. primo. §. foemina. per quos fiat inuesti. vbi habetur quod foemina potest esse domina feudi, & potest habere vasallos, & fideles, & proinde habebit iurisdictionem tanquam domina feudi, quia ista sunt iura connexa. ¶ Oppo. quarto quod si minor succedit in feudo quod homagium non sit præstandum: vt si de feud. defunc. mi. capitulo primo. §. si quis decesserit. Solut. Ibi loquitur infidelitate, hic in homagio. Nam differunt fidelitas, & homagium: quia fidelitas est sacramentum, quod præstat domino per vasallum, vt dixi supra, in capitulo si dominus. & in capitulo primo, vbi tractauimus materiam fidelitatis: & homagium est, quod fit per osculum, iuxta formam traditam per Specul. in titulo de feud. §. quoniam. versic. lo primo. & infra capit. licet. Vel dic quod hic non præstat homagium ab ipsa pupilla, sed ab eius tutore: ibi verò non negat quin si habeat tutorem, illa fidelitas ab eo non præstetur: & sic non est contra. Vel dicas quod istud iure consuetudinario est introductum, vt hic, & in vsatico, tutores. Secunda solutio prius applaudet mihi. Oppo. quinto ¶ quod maritus non possit tenere feudum vxoris: vt in c. j. an maritus succedat vxori. c. j. §. Ibi loquitur in successione. Nam licet maritus succedat vxori de iure communi, non tamen succedit in feudo: vt de inuesti. quam Titius, nisi fuerit inuestitus de voluntate vxoris: quia tunc succedit ex propria inuestitura, vt ibi secundum Baldum. hic verò loquitur quando feudum fuerit asportatum in dotem: quia tunc potest tenere feudum, & facere omnia ea, ad quæ tenetur vasallus, durante matrimonio: quia censetur dominus, vt dixi in notabilibus. Si enim maritus esset inuestitus tanquam de re dotali, vel paraphernali, tunc talis inuestitura soluto matrimonio caret nomine & effectu, secundum Baldum ibi. Et sic casus est diuersus, & non aduersus. ¶ Oppo. sexto quod feudum in dotem dari non potest: vt in feudis quali. feu. aliena. capitulo primo. §. donare. & in capitulo nuper. de donat. inter virum & vxorem. & glossa in capitulo quæ in ecclesiarum. de constitutionibus. Baldus in l. si domus. §. finali ff. de legatis primo. & in lege secunda. C. de iure emphyteu. nisi domino consentiente secundum

secundum Bal. in feu. de inuesti. quam Titius. Sol. Ibi loquitur quando feudum datur in dotem pro alia muliere, quia sapit donationem, & liberalitatem: sed pro seipsa bene potest dare in dotem, dum modo non det estimationem, vel aliquod pactum de lucrando: quia apud maritum non potest manere: quia dos est proprium patrimonium vxoris. Ita dicit Bal. in feu. an mari. suc. vxori. & in d. §. donare. & de inuesti. quam Titius receperit. & ita est hic. Et sic casus sunt diuersi, & non aduersi. Et consequenter secus est ibi, & secus est hic, & in c. nullus. j. vide Specu. in titu. de feu. §. quoniam. versi. xxxix. Sed contra istam solutionem facit constitutio Ceruaria. c. Item ne super laudimio. versi. similiter. vbi habetur quod si pater vel mater feudum pro filia in dote viro illius dederit, nullum laudimium domino persoluatur. & in ver. si autem. vbi habetur quod si alius alicui pro ea, quam vxorem duceret, in dotem feudum daret, decima pars valoris rei solui debet. Et sic innuit quod feudum pro filia, vel alia persona, potest viro in dotem dari. Dicas ergo quod secus est de iure communi feudali, & secus de iure Cathalonico, per dictam constitutionem: & quo ad hoc per ipsam constitutionem tanquam posteriorem dicta iura videntur correcta.

21 Nam, quando statutum aut lex particularis sequitur legem generalē, nulli dubium est quod lex specialis derogat generali, secundum Salice. in l. fi. C. de testa. Cyn. in l. ij. in iij. q. C. quae sit lon. consue. Bar. in l. j. §. diuus. ff. de sep. viol. & in l. qualium. §. penult. ff. de fund. inst. Angel. Arc. in situ. de offi. iudi. in prin. potissime cum ibi sint verba non obstantia, quae aliam dispositionem contrariam tollunt. De quibus verbis vide Bar. in extrauaganti ad reprimendum. super verbo Non obstantibus. & Bal. de pa. Constantiae. in verbo Non obstante. Si tamen statutum esset iuratum, per ipsa verba non tolleretur, secundum gl. in c. cum non deceat. de elect. libro sexto. nec etiam ipsa verba derogant priuilegijs iuramento firmatis. secundum Ludouicum. in l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimonio. in xxij. fallentia. Nec etiam per ea videtur derogatum constitutionibus sacri concilij, secundum Ludouicum, ibi versu. iij. Sed contra praedictam determinationem ulterius facit. Nam dicta constitutio debet intelligi

quod dicta constitutio dotalis ipsius rei feudalis fiat de consensu domini: cum expediat iura iuribus concordare, vt iurium correctio euitetur: vt in capitu. cum expediat. de elect. libro sexto. & in l. j. C. de inoff. do.

24 ¶ Dicas ergo, Aut dictum feudum fuit per ipsam mulierem, aut patrem, vel matrem pro filio in dotem datum, aut per aliam personam. Primo casu dicas quod in dicta constitutione de tali nullus domini requiritur consensus, vt in dicta constitutione. ver. postquam. & ver. in quibus. & in hoc dicta iura videntur correcta. Secundo casu subdistingue, Aut ipse maritus soluit domino feudum decimam partem valoris ipsius rei pro laudimio: & tunc non requiritur alius consensus: quia solutio laudimij pro consensu habetur: vt colligitur in dicta constitut. in ver. intendimus. Aut maritus non soluit laudimium, neque ingreditur possessionem ipsius rei feudalis, sed stat in finibus verbi: & tunc consensus non requiritur, secundum ea, quae scripsi supra, in c. eodem. Aut maritus ingreditur possessionem ipsius rei feudalis: & tunc requiritur domini consensus: alias dominus pro laudimio, seu foriscapio potest feudum emperare: vt in dicto. §. intendimus. ibi: aut possessionem. & in ver. liceat. Et ita intelligo dictam constitutionem, & totam istam materiam. ¶ Quaro primo, dixi supra, quod filia non succedit, si filius sit superstes cum ea: quid si ipse filius decedat sine filio masculino, an foemina succedat? Bal. in feu. episcopum. vel Abba. §. quoniam. dicit quod non, sed quod reuertitur ad dominum. Tu dic contra per istum text. & per dictum can. nullus infra. & per dictam constitutionem, Item ne super laudimio. supra allegatam.

26 ¶ Quaro, quid si masculus moritur immediate, nunquid succedit filia? Bald. dicit ibi pro & contra, & finaliter concludit quod succedit. Et istud etiam sequitur de success. feud. §. filia. Nam ista filia non est exclusa, nisi quando viuunt filius: eo autem mortuo, remotum est obstaculum, quod obstabat foeminae, & ideo succedit. Et ita intelligo istum textum. & dictum capitulum nullus. Quaro, ecce quod feudum transitum fecit ad foeminam, superuenit postea casus nascentis masculi ex sorore, quae simul erat foemina, an ex quo est natus masculus, propter illius superuenientiam amoueri debeat feudum

feudum a dicta foemina. Et dic quod non, secundum Baldum in feu. de eo qui sibi & haere. quia natura diuersorum acquiritorum est quod sint perpetua, secundum eum. Facit illud, quod dixi superius, quod foemina proximior excludit alios posteriores de iure Cathalonico. ¶ Quaro, an filius ex foemina succedat in feudum? Distingue, Aut feudum est concessum simpliciter, aut pro se, filijs masculis, & foeminis. Primo casu subdistingue, Aut feudum est paternum, aut foemineum. Primo casu non succedit, Secundo sic: vt in c. j. de gradi. suc. feud. Secundo casu principali dic quod succedit, non extantibus liberis, vt ibi. Vide Bal. de suc. feud. §. filia. vbi quaerit, si pater recipit feudum pro se, & masculis, ac foeminis ex suo corpore descendentibus, an contineatur filius filiae. Et dicit quod sic. Sed in Cathalonica crederem istam distinctionem non procedere. Ideo dicas quod de iure Cathalonico vbi filia vel foemina succederet, eo casu succederet eius filius. Nam si ex pacto foemina succederet in feudo, videtur illud pactum conceptum etiam in nepote ex ea: quia causa & origo habet disponere de suo causato, vt est text. & ibi hoc not. Bald. in feu. qui feu. da. pos. §. hoc autem. Eadem ratione dicamus, quando foemina succedit in vim consuetudinis, cum sint paris potestatis, vt dixi supra. Nam ratio quare nepos masculus ex filia non succedit de iure communi feudali, est quia successio non est per saltum, & ideo expedit quod gradus ante se sit successibilis, secundum Baldum in dicto. §. hoc autem. Sed in Cathalonica foemina succedit secundum distinctionem ante traditam in prima opp. & sic efficitur foemina successibilis: merito cessat illa ratio. Et consequenter hodie filius masculus foeminae succedit in feudo post matrem. Nam hodie successio in feudis est continuatiua de foemina ad filium, & non destruitur ordo, ex quo mulier hodie succedit in illo, per iura superius allegata. Cessante ergo illa causa quod mulier non succedebat in feudo, & sic nec eius filius, cessat illa ratio. capitu. cum cessante. de app. Tu super hoc, scilicet an cessante ratione finali legis cesset effectus & dispositio, vide ibi Canonistas, & adde Bartol. & Ludouic. in l. etiam. §. Titio. ff. de dona. Cyn. & Bald. in l. generaliter. & l. conuenticula. C. de episcopis & cle-

ricis. gloss. & Ioan. Andrae. in capitu. post translationem. de renun. & in capitu. si Christus. de iureiurando. glo. in §. his omnibus. lxx. distinctio. & in capitu. duo. xix. quaestione secunda. Specu. titu. de dispu. & allegat. §. post haec. versicul. statutum. Bald. in l. j. ff. soluto matrimonio. gloss. in l. j. §. seium. ff. de postul. ¶ Quero an feudum possit obligari pro restitutione dotis? Bald. in feud. de controuer. inuesti. §. rursus. dicit quod non in prauidicium domini. Vide cap. nupt. de dona. inter virum & vxorem. Specu. titu. de pign. §. j. in fin. Hostiensis in summa de dot. pro §. in quibus. Sed hodie istud expeditum est in Cathalonica per dictam constitutionem, Item ne super laudimio. versicu. excepta tamen. vbi per obligationem, quam facit maritus vxori suae pro securitate dotis, pro qua nihil domino exsolui debet. Et sic innuit quod vasallus potest obligare vxori feudum pro restitutione dotis illius: nec in hoc requiritur illius consensus, vt ibi habetur versicu. in quibus

30 ¶ Pone, vir habens patrimonium totum in feudis, moritur instituto aliquo haerede extraneo, & relicta vxore, quae habet amplam dotem in bonis viri: haeres non potest soluere dotem vxori, & sic nec possessionem habere: domini petit tertium, seu laudimium feudorum ab haerede: & ipso reuente soluere tertium, domini emparant realiter ipsa feuda: vxor dicit quod domini hoc non possunt facere in prauidicium dotis ipsius: contra domini dicunt quod sic: quaeritur quis melius dicat? Factis pluribus allegationibus pro vtraque parte concluditur sic. Credo quod domini feudorum bene dicant, per dictum capitu. Item ne super laudimio. & per vsatic. si quis suum feudum. & per alia similia iura: & pro hoc est bonus casus in capitu. primo. de inuesti. de re ali. fac. §. penult. & fin. cum ibi not. per Bald. quae summe faciunt pro hac parte. Et ita etiam determinat Bald. de controuer. inuesti. in feud. §. rursus. Et etiam est ratio, quoniam verum est quod tertium soluendum est a nouo acquiretore, & etiam dominus in casu non soluti tertij habet ius emperandi ipsa feuda: & ita habet tenor dictae constitutionis: quod ius exercetur contra quemlibet possessorem: vt in dicto vsatico, si quis suum feudum. & no. per Iacob. de Monteuida. in vsatico, magnates.

31 † Quod remediū ergo habebit ipsa vxor aduersus dominos emperantes? Respon- deo, quod soluat eis tertium, & habeat lo- cum, & cessionē de tertijs solutis contra hæ redem, & eius bona, & sic confirmabit ius suum: vt l. prima secund. & final. C. de his, qui in primo lo. succes. cum ibi not. & suo loco ipsa vxor cum solueretur sibi sua dos, & iura per hæredem, aut alium, impurabi- tur proprietati solutionem ipsorum tertio- rum triplici respectu. Primò, quia credi- trix, per legem in summa. C. de pign. cum ibi nota. Secundò quia possidet iusto titu- lo, per legem quod si possessor. ff. de peti. hære. Tertio velut faciens fructus suos o- mnium bonorum viri, iuxta not. per Barto. in l. finali. ff. de usufruc. leg. nec ipsa domi- na tanquam habens ius posterius possit co- gere dominos feudorum vt feuda ipsa alie- narentur pro satisfaciendo sibi & iplis do- minis in iplis tertijs, nisi prius soluat, vel offerat ipsa tertia dominis: vt l. prima, secū- da & tertia. C. si antiquior pign. vendi. cum ibi not. quare subueniat sibi dicta domina dedito remedio, vel aliter conueniat cum dominis super iplis feudis alienandis pro sa- tisfaciando iplis dominis & sibi in suis do- te, & sponfalitijs, secundum Iacobum Cal- licij super dicta constitutione. † Sed Guliel- mus de Valleicha prima facie tenebat quod obligatio dotalis erat potior iuribus dominorum, per verbum Excepta, & c. & per versicu. In quibus acta per vassallum in dicta constitutione apposita. Et hanc opi- nionem aliqui doctores tenuerunt: quia di- cta mulier est prior in hypotheca suæ do- tis antè quam aliquod laudimium inde do- mino deberetur, & est potior quo ad hoc domino, per dictam constitutionem in versibus supradictis. Quæ autem ista- rum opinionum sit verior, profectò in his vellem potius edoceri, quam doceri: sed Dei adiutorio inuocato, salua deter- minatione cuiuslibet melius me in his sen- tientis, ego sic dicerem. † Nam primò vi- dendum est an propter laudimium habeat dominus feudum tacite obligatum: & pro- fectò non reperitur iure cautura, quod ar- gumentum, quod non reperitur iure cau- tum, est fortissimum in iure, vt dicit Com- postel. in capitu. bonæ. de elect. Certi enim sunt casus speciales, in quibus competit ta- cita hypotheca, de quibus non est iste: ergo

in contrarium est ius commune. l. quod ve- rò. cum seq. & l. ius singulare. ff. de legib. Nam in pensione dubitarunt doctores: li- cet Bartol. in l. senatus. ff. in quibus caus. pign. tacit. contrah. inclinauerit ad partem, quod pro ea sit tacite hypothecata: nil au- tem dixit de laudimio: Igitur, & c. Itē quia pro laudimio agitur conditione ex lege vel statuto, argument. gloss. institut. loca. §. adeo. Sed conditiones sunt personales, secundum Ioannem Andræam, in capitul. peruenit. de censibus, & consequenter do- minus nullam pro eo habet hypothecam. Igitur præfertur mulier habens hypothe- cam personali obligationi domini, etiam priuilegiatè: vt l. cum rem. C. qui po. in pig- hab. & l. eos. C. eodem titu. † Præterea ipsa mulier feuda ipsa tenet obligata pro restitu- tione dotis: quod fieri potest, iuxta dictam constitutionem, Item ne super laudimio. etiam sine consensu domini: vt ibi, versic. in quibus. illaque feuda possidet in vim con- stitutionis, hac nostra. Curia Parpiniani: & sic propter debitum hæredis ab illis inco- gnitionaliter spoliari nequit: vt in constitut. Item quod nos, vel successores nostri. Item illud laudimium debetur ab hærede, & sic æs alienum ipsius non sequitur res hæredi- tarias patris in præiudicium vxoris defun- cti, quæ illas habet obligatas & hypothe- catas ex contractu defuncti: & sic ipsa mu- lier in bonis defuncti potior est, quam do- minus vt creditor hæredis, argumento. l. j. & ij. C. de bo. autho. iu. pos. & l. penul. C. de actio. hære. & per totum titulum de separa- bo. Ex his igitur credo opinionem Guliel- de Valleicha fore veriorē. Nec obstant rationes Iaco. Callicij, quia illæ procedunt de iure communi feudali prohibente mari- to feudum obligare pro restitutione dotis. Sed secus est de iure Cathalonico per di- ctam constitutionem, Item ne super laudi- mio. † Sed contra prædicta facit: nam do- minus habet pro laudimio contra ipsam mulierem possidentem rem feudalem per- sonalem actionem scriptam in rem, cum pro laudimio possit emperare ipsam rem feudalem, vt in dicta constitut. Item ne su- per laudimio. ver. liceat. quæ actio perso- nalis insequitur possessore, secundum Bart. in l. frater à fratre. ff. de cond. inde. versu. su- aris expediti. & in l. si. §. si. ff. de contrahen- emptione. Bal. in l. nec creditores. C. de act. hære.

hære. Sed tu dicas quod prædicta non ob- stant, cum dominus non potest intentare di- ctam actionē per viam emperæ realis con- tra ipsam mulierē, quæ possidet ipsam rem sibi obligatam: multò plus antè quam di- ctum laudimium debeatur pro restitutiōe dotis suæ autoritate & permissiōe ipsius constitutionis in ver. excepta. In qua obli- gatione domini consensus non requiritur, vt ibi habetur versu. præterquam. dictus ve- rò. §. liceat: habet locum contra alios credi- tores, qui possiderent rem feudale sine con- sensu domini in casibus, in quibus domini consensus requiratur, vt colligitur in dicta constitutione. † Sed iuxta hoc quero, nun- quid in generali hypotheca, & obligatio- ne, quam facit maritus vxori suæ de bonis suis, veniant bona feudalia? Spec. ti. de pig. §. j. in fi. & Hostien. de dot. promiss. §. in qui- bus. Bar. in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. ij. & Bal. de prohib. feud. alie. per Frede. & Ludo. in l. si constante. ff. solu. matri. tenent quod non: sed Barto. in d. l. si constante. di- cit mulierem posse aduocare bona feuda- lia, & emphyteutica mariti: quoniam ista cadunt sub obligatione quamdiu durat ius emphyteusis, & feudi: vt l. lex vectigali. ff. de pig. licet Ludouic. dicat Barto. ibi vehe- menter errasse: quia feudum, & pari ratio- ne emphyteusis, cum non possit venire in hypotheca speciali expressa sine consensu domini, in feu. de prohi. feud. alie. per Fred. ergo multò minus venire poterit in hypo- theca generali, vel expressa, vel tacita. Sed ego credo in Cathalonie opinionem Bart. in d. l. si constante. fore veriorē quo ad do- 37 tem. † Nam sicut per dictam constitutio- nem. Item ne super laudimio. res feudalis venit in hypotheca speciali pro restituti- one dotis sine cōsensu domini, quod est plus, multo magis venit in generali hypotheca, quod est minus. authent. multò magis. & in statutis habet locum quod est plus: mul- to magis quod est minus, secundum Ioan- de Imol. in l. si verò. §. de viro. ff. soluto ma- trimonio. Et pro hac opinione facit ratio di- cti Ludouic. in dicta l. si constante. In argu- mentum à contrario sensu vbi dicit quod sicut feudum & emphyteusis non possunt venire in hypotheca speciali sine consensu domini, ita multò minus in hypotheca ge- nerali venire poterit. Ergo à contrario sen- su, si in hypotheca speciali non requiritur

consensus domini, ideo sine illius consensu propter dotem venit in speciali hypothe- ca, multo fortius venit in generali. Et ita est hic: nam per dictam constitutionem, Item ne super laudimio. In dictis versibus, exce- 38 pta. & præterquam. † permittitur obligatio specialis propter dotem restituendam sine consensu domini. Ita ergo dicamus permis- sam esse generalem obligationē feudi pro- pter dotem restituendam, seu illud feudum venire in tali generali obligatione pari ra- tione. Nam si id, de quo minus videtur in- esse inest, & id de quo magis. Ludouic. in l. qui pignoris. ff. de acquirenda possessione. Opinionem verò dictorum doctorum cre- derem esse veram in alijs creditis, præter- quam in dote. Et pro hoc vide Bal. in feu. an agna. vel fil. vbi dicit quod feudum non potest obligari pro debitis vassalli. Sed an fructus pendentes, ibi vide. Sed iuxta præ- 39 missa quero, † quod remediū habebit do- minus, vt sibi laudimia debita exsoluan- tur? Credo quod agere tenetur intentatis actionibus, & non per viam emperæ rea- lis contra dictam mulierem, quæ tenetur supportare actiones actiue & passiuæ, se- cundum Bartolum in l. fina. ff. de usufruct. leg. Nam certum est quod usufructuarius legalis agit & conuenitur: vt l. j. C. de bon. ma. & idem in usufructuario ab homine constituto: vt dicta l. fina. pro quo. l. j. §. fina. ff. usufruc. quemadmodum ca. Et hoc po- nit notabiliter Bald. in l. vxor patru. C. de lega. & in l. si quis. C. ad Tertul. non in le- ctura, sed in recollectis. Pro quo. l. Titia. ff. de solut. ibi cum dicit, Omnia pro domi- na egit: quasi in princ. & sic faciet eam con- demnari vt tenentem & possidentem dicta feuda ad soluendum dicto domino dicta laudimia, & nisi illa soluat, faciet execu- tionem in dictis feudis: & soluta, & satisfa- cta ipsa vxore in dote, & iuribus suis, de re- siduo, si quod supererit, fiet satisfactio di- 40 cto domino in dictis laudimij. † Nam vxor mortuo viro tenetur dare patientiam quod ad instātiā dictorum creditorum, etiam posteriorum, bona eius viri ven- dantur, & de ipsorum pretijs fiat satisfactio dictæ vxori, & alijs creditoribus, prout fuerint tempore priores, & iure potiores. Et est ratio, quia hæc vxor est usufructua- ria: & vt vniuersaliter possidens dicta bo- na domina, & procuratrix constituta cen-

setur per dictam constitutionem, hac nostra. ut superius dictum est. & ideo dictos creditores quo ad prædicta ipsa mulier impedire non potest, imò etiam si ipsa sit prior, & dicit quòd bona non sufficiunt, compellitur vendere, & quòd ipsa, & non alius recipiat pretia, & facta sibi prius satisfactione integritate, residuum solvatur dictis creditoribus: ut l. quamuis. ff. de pig. act. & l. à diuo Pio. §. quòd si res. ff. de re iudica. & in authen. hoc ita. C. de pig. & creditores posteriores possunt agere contra eam conditione ex lege, ad illud, quod sibi superest de dictis pretijs: ut l. si prior. in princip. ff. qui pot. in pig. ha. & not. per Bartol. in l. j. ff. de dist. pign. in ij. oppo. & quæstio. j. secundum Gulielmum de Vallecha. Sed secus est in hærede, quia ipso instante vxor non tenetur præstare dictam patrimoniam, nisi prius sibi solvatur. Et ita vidi iudicari in audientia.

Qualiter vasallus non potest dimittere feudum domino.



Ostquàm aliquis vasallus homagiū fecerit alicui domino ratione alicuius feudi, & dominus recipiendo homagiū & fidelitatem ab eo, concesserit ei feudum, feudatarius non potest à domino recedere, nec feudum dimittere absque ipsius domini voluntate, quin in perpetuum retineat feudum, & remaneat eius vasallus. Idem est si tanquàm hæres adijt feudum paternum mortuo patre: quia in isto casu non potest contradicere homagiū domino feudis & velut nolit, retinebit feudum tanquàm vasallus: & compellatur facere homagiū domino. Gloss. quia eadem persona fingitur cum defuncto: quia si pater defunctus

non potuit se liberare dimittendo feudum: ita nec iste feudum deferendo poterit se liberare ab homagio: postquàm adijt hæreditatem feudalem. Si verò non adijt hæreditatem feudalem: non compellitur feudum retinere.

S V M M A R I V M.

- 1 Homagiū & fidelitas pro feudo præstantur domino.
- 2 Vasallus uerè quis dicatur.
- 3 Vasallus, qui homagiū & fidelitatem præstitit, non potest feudum deserere.
- 4 Vasallus est perpetuus, qui homagiū & fidelitatem præstitit domino.
- 5 Hæres uasalli, qui non adijt hæreditatem, non cogitur feudum retinere.
- 6 Perpetuum quid dicatur.
- 7 Adire, extraneorum est, immiscere uerò, suorum.
- 8 Vasallus an possit domino feudum relinquere, & numero sequen.
- 12 Feudum quod sit perpetuum, & quod non.
- 13 Feuda dignitatum quare non transeant ad hæredes.
- 14 Feuda dignitatem hodie sunt perpetua.
- 15 Feudum communiter est perpetuum.
- 16 Filius renuntians hereditati patris uiuentis, an sibi præiudicet in feudis.
- 17 Feudum an ueniat in petitionem hæreditatis.
- 18 Filius in quasi possessione feudi paterni repertus, an præsumatur se immiscuisse hereditati paternæ.
- 19 Filius uasalli an possit allodium adire, & feudum omittere.
Bonorum possessio Carboniana an in feudis locum habeat.
- 20 Dominus an filio uasalli feudum dare possit agnatis inuitis.
- 21 Vasallus an ante homagij præstationem possit filio feudum dare.
- 22 Feudum cui dari possit.
- 23 Vasallus qualiter compellatur homagiū facere.



Ostquàm. Diuide istud capitulum in tres partes. In prima parte dicit qualiter vasallus, qui fecerit homagiū domino, non potest recedere ab eo, nec feudum dimittere. In secunda parte dicit qualiter vasallus, qui feudum adijt paternum, non possit contendere quin faciat homagiū domino. In tertia parte

parte & vltima dicit, qualiter vasallus, qui non adijt hæreditatem feudalem, non teneatur feudum retinere. Prima pars incipit ibi: postquàm. Secunda pars ibi. idem est. Tertia pars ibi: si verò. Casus. Si vasallus fecerit homagiū domino, non potest, absque illius voluntate ab eo recedere, & feudum dimittere: & si adijt tanquàm hæres patris, feudum paternum, velit nolit tenetur facere homagiū domino pro feudo paterno: secus verò si non adijt, quia non tenetur feudum retinere, hoc dicit. Collige notabilia. ¶ Nota primò, quòd regulariter pro feudo præstatur domino homagiū, & fidelitas, ut colligitur hic, & infra capitulo domino defuncto. & capit. si aliquis vasallus. Et bene dixi regulariter, quia bene potest esse feudum sine homagio & fidelitate: ut in capit. j. §. est & alia ingratitude, quæ fuit prima cau. benef. amit. in feu. & infra in capitu. Item est consuetudo quòd pro feudo valente, &c. & de hoc feudo dixi supra, in c. proximo. & vide Iacob. Callicij in vfatico. si quis suum feudum. in quæstio. j. adde infra capitu. habito. & in capitu. domino. ¶ Not. secundò, quòd ille dicitur vasallus, qui fecit homagiū & fidelitatem domino pro feudo. Nam hic dicitur, Postquàm aliquis vasallus fecerit homagiū: ergo si non fecerit, non dicitur vasallus. Est enim hic dictio. Postquàm, quæ facit conditionem, secundum Bartolum in l. quibus. §. Terminus. ff. de conditio. & demonstra. Vt ergo impleatur conditio, requiritur homagiū esse factum: ante autè illius præstationem non est vasallus, quia non est impleta conditio. l. qui heredi. §. vltimo. & l. qui sub conditio. ff. eodem titulo. adde capitul. licet. & capitul. homagiū infra. Nota tertio, quòd eo ipso quòd vasallus fecerit dictum homagiū & fidelitatem, non potest recedere à domino, neque feudum deserere sine voluntate domini. Concor. capi. si aliquis. & capit. consuetudo. lo. iij. §. Item est consuetudo. j. vide glos. & Iacobum de Monteuida. in vfatico, de alijs nanque. & melius per glos. & Iacob. in vfat. per bonum. Adde Specul. in titulo de feud. §. quoniam. versiculo vigesimo octauo. & loca. versicul. octauo. xix. & versiculo. cxx. §. nunc aliqua. & dicam infra. Adde etiam Gulielmum de Vallecha in dicto vfatico, per bonū. vbi dicit quòd vasallus præ-

stito domino homagio & fidelitate, concessum ei feudum relinquere non potest, quin semper remaneat vasallus. ¶ No. iij. quòd post præstitum homagiū, & fidelitatem, vasallus est in perpetuum. Concor. cap. j. §. hoc autem. in feud. qui feud. dare possunt. Nota quintò, quòd si hæres vasalli adijt feudum paternum, tenetur facere homagiū domino. Adde capit. habito. infra, & vide Specul. in titu. de feud. §. quoniam. versicul. xxxvij. & ibi Ioan. Andræ. in addi. & vide etiam quæ dicam infra. ¶ Nota sextò, & vltimò quòd si hæres non adijt hæreditatem non compellitur retinere feudum. Exponeliteram. Postquàm. De hac dictione dixi supra, in secundo notabili. Homagiū. De homagio scribam latè infra capitu. duplex. Fidelitatem. De fidelitate dixi supra, capitu. primo. Consenserit, id est, decreuerit, aut assignauerit, seu inuestierit: ut infra capitu. si aliquis. Absque. De ista dictione vide Archidia. in capitu. qui ad agendum. de procur. & Gemina. in capitu. j. de consuetu. libro sexto. in perpetuum. De ista dictione vide gloss. in l. j. ff. pro socio. vbi ponuntur plures sensus, ¶ secundum Bartolum in l. annuam. §. à Titia. de annu. leg. intelligitur in secula seculorū. & vide eum in l. penult. eod. titu. & in l. j. de vsufruc. leg. & per eum & Bald. in proce. C. gloss. & Gemina. in c. quamuis. de pœnis. libr. vj. sed Angel. in l. eum debere. ff. de serui. vrb. præ. dicit quòd quicquid durat centum annis, intelligitur perpetuum apud nos, qui lapsu tanti temporis extinguimur: & cursus tanti temporis perpetuitatem significat. Gemi. verò in capitu. quia per. de rescript. libro sexto, dicit quòd perpetuum potest dici ad vitam hominis. Sed hic perpetuum assumitur quòd feudum transeat ad hæredes: quia regulare est quòd transeat ad liberos masculos in infinitum: ut in feud. qui feud. dare possunt. §. hoc autem. siue sit feudum antiquum, siue nouum: sed nouum non transit ad agnatum, sed antiquum sic. In feud. cap. j. §. is verò. secundum Petr. Iacob. in libel. ex quibus caus. do. dicitur proprie. amit. §. quarta diuisio, & de iure Cathalonico est, ut dixi supra, capitu. proximo, quòd in defectum masculi feudum transit ad filias. Eius vasallus. Hoc verum videtur, si ad certum seruitium fuit feudum concessum: aliqui quin secus, ut plenè notatur, de capit. qui

cur. vendi. si conuentio fuerit. vide ibi, & in Specul. de feud. verli. viij. & xix. & Ioan. Blanch. quibus modis feud. amit. ver. ad huc quia si refutaui. Adijt, id est, intrauit.

7 **† Nota quod semper allegatur quod immiscere est suorum, adire est extraneorum, vt institut. de hære. quali. & differentia. §. extraneis: sed aliquando abutimur, vt hic: & tantum est adire in extraneo, quantum immiscere in suo: vt l. cum bonis. ff. de acquirenda hæreditate: secundum Angelum de Areti. in d. §. Quæ autem exigantur in additione hæreditatis, vide gloss. & Bartol. in l. is potest. ff. de acquirenda hæreditate. Et qualiter adatur hæreditas, vide Bar. Ang. & Ioan. de Imo. in l. gerit. ff. eodem titu. & Bal. in rubrica eiusdem tituli. & latius Angel. Areti. institut. de hæred. quali. & dif. §. Item extraneus. Et an ante additionem possit agi contra hæredem, Ludou. in l. si constante. §. si exhæredato. ff. soluto matrimonio. Contendere, id est, quæstionem facere, aut litigare quod non faciat homagium domino: quia vtrunque debet accipere, aut vtrunque repudiare: vt dicam infra, in prima opposi. Retinere. Contrarium determinatur in Specu. tit. de feud. §. j. versiculo vigesimo octauo. & infra capitul. si aliquis vassallus. vide quæ ibi dicam. † Oppo. primò, quod vassallus potest deserere feudum domino: vt in capitul. j. de vassal. qui contra constituit. Lotharij. in feud. Solut. Ibi loquitur in feudo simplici & indeterminato, hic in feudo conditionato. Et ita intelligit Petrus Iacob. in libell. titul. de eadem conditio. ex mori. pro feud. dict. capitul. j. de vassal. qui contra constituit. Sed istud est diuinare: quia istud capitul. simpliciter & indistincte loquitur. Dicas ergo quod illud est verum de iure communi feudali: secus de iure Cathalonico. Sed quia legum correctio est vitanda, vt l. j. C. de inoffic. do. dicas quod illud capitul. j. intelligitur quando nondum erat præstita fidelitas: hic verò post homagij & fidelitatis præstationem. Sed nec ista solutio mihi placet: quia dictum capitulum præsupponit iam fidelitatem esse præstitam. Ideo pro clarificatione istius materiæ dicas an vassallus possit dimittere feudum inuito domino, sic distingue, † Aut vassallus fecit homagium & fidelitatem domino, aut non. Primo casu subdistingue, Aut loquimur in vassallo, aut in eius hærede. Primo casu di-**

co quod non potest deserere dictum feudum inuito domino, ideo velit aut nolit, tenetur illud retinere. Casus est hic, & in cap. consuetudo. lo. iij. §. Item consuetudo est Cathalonie. infra. Et ita tenet glo. & Nico. in capitul. quæ in ecclesiarum. de constitut. & Bald. in prælu. feud. circa principium. & in dicto capitul. circa finem. de vassal. qui contra constituit. Lotha. & per eum de prohib. feud. alie. per Fred. §. Callidis: & facit vnam rationem: quia sicut dominus non potest illud auferre vassallo inuito, ita nec vassallus potest subtrahere seruitiū inuito domino. Et hanc rationem reddit in dicto capitul. consuetudo. §. Item & pro hoc vide Bald. qui feud. dare possunt. §. hoc autem. vbi dicit quod diu erat in potestate dñorum quando velent feudum auferre: sed hodie non est ita, nisi feudum concederet ad beneplacitum, vel nisi sit annale, vt ibi. † Secundo casu, si loquimur in hærede vassalli, iterum subdistingue, Aut hæres adijt hæreditatem feudalem, vel fecerit aliquid de contentis in dicto. §. Item est consuetudo, aut non. Primo casu dico quod non potest illud deserere, vt hic, in secundo responso. & in cap. domino defuncto. & in ca. habito. ver. sed in Cathalonie. & in c. si aliquis vassallus non habens. infra, & in dicto. §. Item est consuetudo. & text. & ibi Bald. late an agn. vel fil. c. j. Et est ratio, quia vtrunque debet accipere, aut dimittere, secundum Iacob. de Bello visu, & Bald. ibi: & adde tex. & ibi Bal. de capi. qui cur. ven. §. filius. licet Odo. vt ibi refert Bal. dicat quod vassallus inuito domino potest repudiare feudum. Nec obstat d. c. j. an agna. vel fil. & dictum. §. filius. per quos fundatur quod vtrunque debet accipere aut dimittere: quia dicit quod illud est verum, si incipiat à feudo ipsum acceptando: secus ipsum repudiando. Sed tu tene quod superius dixi secundum Iaco. & Bal. & ita est hic, & in alijs capitulis superius allegatis. Quod credo verum, si per annum & diem vassallus post additionem hæreditatis feudalis tenuerit feudum, vt est casus in d. c. si aliquis vassallus. ibi: & ea tanto tempore tenuit. & ibi: & eam tenuerit tempore prætaxato. † Secundo casu, quando hæres non adijt hæreditatem feudalem, nec fecerit aliquid de contentis in d. §. Item est consuetudo, & tunc dicit quod non compellitur retinere feudum. Casus est hic in tertio responso.

sponso. & in d. §. Item consuetudo est. & in d. c. si aliquis: à contrario sensu. & in d. c. habito. & facit pro hoc infra. c. domino vassalli. & c. domino defuncto. Adde quæ scribam infra cap. si aliquis vassallus. Secundo casu principali quando vassallus non fecit homagium domino: tunc dico quod potest dimittere feudum domino. Et ita loquitur iste tex. à contrario sensu. Nā dicitur hic quod vassallus postquam fecerit homagium & fidelitatem domino, non potest dimittere feudum domino: ergo à contrario sensu si non fecit, potest. Quod argumentum est fortissimum in iure: vt l. j. ff. de offic. eius, cui man. est iur. Et ita intelligo tex. c. j. de vassal. qui contra constituit. Lotha. & d. §. Item consuetudo est. Vide quæ scribam. j. c. duplex. & in d. §. Item. Sed not. quod licet vassallus renuntiauerit feudum domino, attamen nunquam debet aliquid malum facere suo domino: aliàs deberet venire ad manum domini, donec malum fuerit emendatum ad arbitrium principis, & eius curiæ: vt in dicto vssatico, per bonum. Sed tu vide Gulielmum de Vallescha in dicto vssatico, per bonum. vbi dicit, Et scias quod iste vssaticus non habet locum, quando seniores perdunt senioratum propter eorum delictum: ideo tunc illi, qui fuerunt ipsorum homines, possunt dominum maiorem feudi iuuare contra feudatarium olim. Et ita fuit declaratum per dominum regem Petrum tertium in personis nobilium Pet. de Fouolletto, & vicecomitis de Caueto & Adomarij de Mosseto, & plurium militum, & aliorum Rossillonis, quod poterant esse cum domino rege Petro obsidendo villam Parpiniani, & alia loca, quæ fuerant in clivis Iacob. de Maioricens olim feudatarij domini regis Petri, qui perdidit quodcumque dominium, & eius quod habuerat in terris vltra & citramarinis intra limites Cathalonie existentibus per lapsum anni annotationis. Et est ratio, quia vssaticus loquitur in illis, qui habent seniores. quæ ratio cessabat in di. in clivis Iacob. quia senioratum perdidit ex delicto. Ad quod. ff. de questio. l. j. §. Item minimo. Adde quando dominus proprietaria feud. priue. c. j. & si de feud. defunct. mi. §. domino. & quibus modis feud. amitta. vbi Bal. & vide quæ dicam infra capitul. domino defuncto. & c. licet. † Oppo. secundò, quod feudum non est perpetuum, vt est feudum

comitatus, & ducatus: vt in feud. de feudi. marchie. vbi tantum feudum est ad vitam vassalli. Solut. Regulare est quod in alijs feudis, quam dignitatum, succedunt filij & nepotes, & filijs & nepotibus descendentibus succedunt eis fratres & nepotes, quoniam imo consobrini, vt dicit textus dicti capituli. de feud. marc. † Sed in feudis dignitatum, vt est ducatus, marchionatus, & comitatus est speciale quod non transunt ad hæredem, nisi sit inuestitus, vt ibi. Et est ratio, quod omnia ista feuda sunt publica ex regali munificentia, & facilius reuertuntur ad ius primarium, & perinde habentur, ac si nunquam fuissent separata: nec ex parte regis nouum dominium admittitur, secundum Baldum in dicto capitulo. de feudi. mar. Sed in Cathalonie cessat ista specialitas per hoc capitulum, quod generaliter & indistincte loquitur, nec facit differentiam an sit feudum dignitatis, aut aliud. Ideo tene quod scripsi supra, in vssatico, vassallus. & quod dixit Iacob. de Callicio in vssatic. si à vicecomitibus. vbi extense tractatur de istis successibus: & sic cum casus occurrerit, ibi recurras. Vel dicit quod hodie etiam feudum marchie, ducatus, vel comitatus, vel alterius regalis dignitatis, seu baronie ab Imperatore datum est perpetuum per usurpationem, non per rigorem iustitiæ: vt de aliena. feud. §. in feudo comitatus, secundum gloss. ibi, & Bald. in feudis, qui feud. dare possunt. §. hoc autem. Opponi. tertio, quod si vsufructus sit datus in feudum, non sit perpetuum, sed ad vitam. Idem si fuerit concessum in feudum alicui quod possit accipere ligna in nemore. Idem si est feudum solidatæ: vt in c. j. qui dicitur dux. §. si. Item feudum camerae, & cauenæ, vt de feudis cog. §. ij. & de notis feud. Idem si est aliquid datum in feudum ad annum: vt de feudo guar. in prin. & de conditione inter dominum & vassallum. in fin. quia omnia ista feuda sunt ad vitam vel temporalia, secundum Petrum Iacob. vbi supra, & Bald. in prælu. feud. §. alia diuisio feudorum, aliud reale. & §. alia diuisio feudorum, aliud animale. Solutio. Dicti casus sunt speciales: quod hic verò dicitur, est regulare. Et ita dicit Petr. Iaco. & sic nota, † quod regulariter feudum est perpetuum, id est, quod transeat ad hæredes, & nepotes, & alios in infinitum.

nota

parato

dicitur feudum dicitur

feuda cententibus
 et non ter
 valia, et non ter
 vent in d. res vt
 neciores p. feud
 cum a. p. feud
 o. na p. feud

fallit in casibus hic expressis. Oppo. quarto quod etiam quod hæres adierit hæreditatem feudalem, non compellatur feudum retinere: vt in l. j. & ij. C. si se ab hære. absti. Sol. fateor contrarium, si sint minores, per restitutionem in integrum possunt se abstinere ab hæreditate paterna, vt ibi: & tunc non compelluntur retinere feudum. Nam etiam in feudis competit in integrum restitutio minori, argumento. §. præterea. de prohi. feu. ali. per Frede. & quod ibi ponit Bal.

16 ¶ Quæro primò, vtrū si filius viuo patre renuntiavit hæreditati paternæ cum iuramento, an sibi præiudicabit in feudo. vide Bald. in feud. an ag. vel fi. Quid si filius est à patre præteritus, nunquid habet dicere testamentum nullum, si vult succedere in feudo? Bald. ibi dicit quod non. Nam ius dicendi nullū ratione præteritionis est quoddam quasi priuilegium, quo filius non tenetur vi. Quid si præteritus est posthumus, & natus institutus, quid erit interim de feudo, cum præteritio suspendat interim ius adeundi. ff. de libe. & posthu. l. si filius. Bal. vbi supra dicit quod non propterea differatur inuestitura iam nati, quæ in omnem casum fienda est. Pone, filius habet substitutum vulgariter sibi datum in testamento patris, nunquid per hoc potestatem repudiandi hæreditatem & acceptandi feudum habet. Bald. ibi dicit quod non: quia hanc potestatem non potest ei conferre pater,

17 sed dominus, vel agnatus ibi. ¶ Sed nunquid feudum venit in petitione hæreditatis? Bald. ibi dicit quod non, quando agnatus est hæres: quia non capit vt hæres: sed si filius sit hæres, licet non quia feudum sit liberè corpus hæreditarium, tamen est quoddam ius annexum: quia in hæreditate reperitur. Hoc notatur. ff. de petit. hære. l. item videndum. §. fin. Et not. quod ius succedendi excludit ædictum successorium: & ideo quamdiu de ordine, seu capite liberorum aliquis extat nunquam veniunt transfuersales. idem in feudis: quia feuda imitantur ius commune in quantum possunt, salua feudali natura, secundum Bald. vbi supra. ¶ Quæro, an filius, qui reperitur in possessione quasi feudi paterni, & cum alia bona possideantur per alios fratres suos, præsumatur immiscuisse se hæreditati paternæ: Et videtur quod sic, quia connexa sunt hæreditas, & feudum, vt hic, & dicto capitulo an

agna. vel fil. Et qui acceptat feudum vnum videtur acceptare aliud annexum, cum diuidi non possit: vt C. de iure deliberandi. l. quidam elogio. In contrarium videtur C. vnde legitim. l. nam hoc. Solut. secundum Baldum possessio non constituit ipsum hæredem, sed animus qui probatur ex qualitate possessionis, præcipue quando possidet maiorem vel meliorem partem hæreditatis. ff. de acquirenda hæreditate. l. si is, qui bonis. C. de repu. hære. l. ij. Si tamen fuerit positio quod filius possedit, & non diceretur quod tanquam hæres, licet filius confiteretur positionem, non tamen confiteretur pro hærede gestare: quia positio est inde scripta, & non concludens de necessitate, cum oporteat positiones, & articulos specificare, & formaliter concludere, secundum Bartolum & Bal. adde Ioannem Blanc. in summa de suc. feud. §. si defuncto castellano. vbi dicit quod si hæres nolit habere feudum, sed postea reperitur res hæreditarias tenere, tenetur domino ad seruitium. ¶ Quæro, quid si allodium adiret, nunquid potest illud accipere, & feudum dimittere? Et credo quod non: quia sic partem hæreditatis reciperet, & partem dimitteret: quod fieri non potest, vt not. in Summa Hostien. titulo de feud. §. apud quem. vers. hoc autem. & per Iacob. de Bellovisu an agna. vel fil. defun. pos. retin. feud. repu. hæred. Quæro, nunquid bonorum possessio carboniana habeat locum in feudis, iuxta. l. j. C. de Carbo. ædic. & quid de bonorum possessio. nomine ventris? Et videtur quod sic, argumento. ff. ad legem Falc. l. j. §. sexagesimo. in ratione sui secundum Baldum an agna. vel fil. Quæro, nunquid filius possit repudiare hæreditatem, & adire emphyteulum, vide ibi Bald. latè. Item quaritur, pone nepos vult repudiare hæreditatem patris, & ex persona aui vult succedere in feudo antiquo: quaritur nunquid possit? Vide ibi Baldum. ¶ Et vtrum dominus inuitis agnatis possit gratiam facere filio quod tale feudum possideat ab hæreditate paterna. Et Bal. ibi concludit quod non. Quæro, nunquid agnati possint ratificare? Et videtur quod sic, secundum Bal. ibi. Et pro complemento materiæ hic volo inferere vsantias diocesis Gerundensis, quæ sunt tenoris sequentis. Consuetudo est in Cathalonia quod rusticus potest ter-

ram,

ram, quam tenet pro domino, derelinquere domino inuito. Quod intellige damno prius emendato, & censu soluto: & restituere tenetur instrumentum stabilimenti: & debet facere domino, si voluerit instrumentum desertionis & redditionis. Quod est verum, nisi rusticus pro illa terra bona sua obligauerit. Et hoc intelligo de domino directo illius terræ qui non est dominus naturalis illius rustici. Vide Guid. de Suza. in l. si absente. & in l. cum vsufructuarius. & ibi Barto. ff. de vsufruc. & Bart. in l. is, cum quo. ff. de aqua plu. arcen. Item est alia consuetudo huiusmodi seriei. Item est consuetudo, quod rusticus potest terram deserere, sed vasallus non debet dimittere feudum domino nolenti, nec hominum. Et ita est de consuetudine. Gerundæ. Vide amplam distinctionem supra per me positam. ¶ Quærit Iaco. de Monteud. secundum gloss. in vsatico. de alijs. an vasallus à domino requisitus quod præstet homagium, possit post dictam requisitionem, & ante homagii præstationem filio feudum dare contradicente domino, vel ignorante. Supponitur ergo quod vasallus potest feudum donare filio ante dictam requisitionem. Et est verum, secundum eum & Ioannem Blanch. in summa titu. quibus modis feudum amittit. §. donare, & argumento. ff. si quis in frau. patr. l. j. §. ij. & l. vnus. potissimè de iure vsatici, vt vsatic. autoritate & rogatu cunctorum nobilium. & hodie per constitutionem. Item ne super laudimio curiæ Ceruaria. ver. adijcetes. & in consuet. Cathalonix. c. Item est consuetudo quod pater potest filio habili. & vide Baldum qui feudum dare possunt: vbi dicit quod pater potest feudum assignare vni. & de prohi. feu. alie. per Frede. & vide Bald. in feud. de ali. feu. vbi dicit quod feudum potest dari illi proximiori, qui debebat succedere in illo feudo post mortem dantis, per text. de alie. feud. patet ibi: ad quos beneficium quandoque sit reuersurum. Et adde infra capit. sequens. Sed nunquid ergo donatio feudi poterit filio fieri post requisitionem homagii, & ante eius præstationem. & gloss. in dicto vsatico, de alijs. videtur sentire quod non, quasi de re litigiosa. Sed Iaco. ibi contra, & bene: quia vitium litigiosi non est contractum per requisitionem extraiudicalem. Vide ibi eum latè quando dicatur res

litigiosa. Tu vide Ludoui. in l. quanquam. ff. de aqua plu. arc. gloss. in capitul. j. vt lite pen. libro vj. super verbo litigantibus. & gloss. xj. quæstio. j. c. final. de confir. vt. vel inutili. capitul. j. Nico. in c. ecclesia. lo. j. vt lite pen. Pet. Iaco. in libel. titu. de actio. de do. lo. Innocen. in capitul. cum M. de constitut. Bal. in l. secunda. C. communi diui. Specul. titu. de app. §. nouissimè. versiculo sexto. & vers. verumtamen. & Innocen. in capi. dudum. lo. ij. de elect. Sed quæro iuxta text. 23 in verbo Compellitur, quod qualiter vasallus compellatur facere homagium? Distingue, Aut annus & dies sunt elapsi, intra quos vasallus, seu eius hæres, ipso vasallo mortuo tenetur venire ad dominum, vel eius hæredem, ipso domino defuncto, & homagium renouare, & fidelitatem promittere: vt infra capitul. domino defuncto. & in capitul. si aliquis vasallus, aut non sunt elapsi. Primo casu subdistingue, Aut dominus vult quod vasallus amittat feudum: & dic quod illud amittere debet, vt in dictis capitulis. Secundo casu aut dominus non vult quod amittat feudum: vt tunc dic quod dominus potest agere contra ipsum vasallum, & eum compellere vijs prætorijs, scilicet captis pignoribus, & multa indicta ad præstadium dictum homagium & fidelitatem, argumento. institut. de satisfda. tut. §. quibus constitutionibus. & gloss. C. de susp. tut. l. præses prouinciæ. in versicu. strictioribus. Et adde quæ dixi supra. in c. eodem modo. Secundo casu principali dico quod durate anno & die non incurrit pœnam amissionis feudi, nec potest compelli ad præstandum homagium, & fidelitatem: quoniam quando aliquis habet facere aliquid intra certum tempus, non potest conueniri, nisi terminus sit finitus. l. eum, qui kalendis. §. fin. cum. l. sequen. & l. eum, qui certarum. ff. de verborum obligationib. & institut. de inuti. stipu. §. penult. Nam in dubio tempus dilationis ad soluendum vel faciendum videtur appositum in fauorem facere vel præstare debentis. l. eum, qui. ff. de annu. leg. secundum Angelum Areti. in dicto §. penulti. Quæro, an homo proprius & solidus possit deserere manum, & an se redimere habeat: vide constitutionem regis Petri in secunda curia Barchinonæ. capitul. Itè quod in terris, & in curia Montisoni regis Alfonsi. c. Itè ordinamus, & statuimus quod

de castro in l. quæsitum. § penult. ff. de lega. j. vbi dicunt qd si sit donatio de hæreditate, impropriatur verbū Hæreditate, & assume tur hæreditas pro patrimonio, vt actus valeat. Licet ipse Bar. in l. stipulatio. ff. de verbo. obli. & in l. h. c. de pact. dixerit qd talis donatio non tenet. Quod dictum posset saluari, si talis donatio erat facta de præsent. Secus si cōferretur post mortem. Et hoc fuit de mente Ludou. secundum Alexandrum de Imola in d. l. stipulatio. † Sed in Cathalonía vtimur verbo hæreditamentum, & accipitur pro donatione: & in expositione vocabulorum debet attendi vsus & consuetudo, secundum Bald. in feud. de capi. qui cur. ven. & etiā quod de substantia ponatur vnum verbum pro alio, non vitiat. Inno. in c. petito. de procu. & Bal. in l. id quod pauperibus. C. de epif. & cle. & qd verbū Hæreditauerit, intelligatur hic pro donatione, apparet j. vbi ita exponitur in verbo Hæreditationis, siue donationis. & ibi: hæreditauit, seu ei de his plenam donationem fecit. & ibi: feudum paternum sit sibi donatum. † Ambiguitas enim scripturæ ex vicinitate verbi in oratione positi declarationem recipit secundum Lud. in l. si vero. § de viro. so. ma. in xliij. fall. ver. xv. Vsuf fructu. No. qd nos habemus duplicē vsu fructum, scilicet formalem, & causalem. Vsuf fructus formalis est ab ipsa proprietate discretus seu separatus, puta in alterius persona, qd eius, cuius est proprietatis: & de isto loquitur hic. Vsuf fructus causalis est proprietati concretus seu coniunctus, vt puta quia penes eum existens, penes quem est proprietatis. Ita dicit Lud. in l. vsu fructu. ff. so. ma. Tantum de dictione Tantum, dixi supra in c. si vero. Ex aduerso. id est, ex parte patris. Postq. De ista dictione dixi supra in c. postq. Vterq. scilicet pater & filius. Potest. scilicet dominus. De ista dictione dixi supra. c. si vero. in verbo Pos sunt. Tanq. De hac dictione dixi supra. c. proximo. Possidente. supple. castrum, vel feudum. In suo statu, scilicet in possessione sui vsu fructus. Nisi. De ista dictione dixi supra c. si autem. Ne possit alteri. scilicet ditorum patris & filij. Retinuit. scilicet pater. Ex toto. Dicitio totum sumitur multis modis secundum Bald. in lectura antiqua in l. cum virum. C. de fideicom. Plenam. De ista dictione dixi supra c. ij. in verbo Plenā.

Postq. habuerit. id est, possessionē apprehenderit. Propter hoc id est, propter contradictionem non faciendi homagium. De hac dictione vide Salicet in l. j. C. si seruus extero. & ibi Bar. & in l. non dubium. C. de legi. Ludo. in l. qui pretio. ff. de dona. car. mor. Gemi. in c. pro humani. §. si. de homi. li. vj. Et dicunt qd ista dicitio facit causam remotam, & causam immediatam: sed hic accipitur pro causa immediata. Castrū id est, castrī potestatem. Feudum. illud realiter emperando: quia ita accipitur feudum per dominum. Vide in vsatico, si quis suū feudum. & ibi Iaco. Callicij. & in vsatico, magnates. Nam castrum accipitur per apprehensionem potestatis, & feudum, non fortalitiū per emperam realem, vt dicam alibi, vbi ponam differentias inter emperā realem, et potestatem castrī. Apprehenderit. scilicet autoritate propria: quia verbū Apprehenderit, istud importat. Vide Iac. de Callicio in vsatico, magnates. & quæ dixi supra c. j. & adde Iaco. Callicij in vsa. si quis suum feudum. Et sic hic habes casum qd propter contradictionem homagij feudi domino, potest apprehendi castrum vel feudum. † Donec. Ista dicitio facit conditionem secundum Bar. in l. ambiguitatem. C. de vsu fructu. & in l. j. ff. de condi. & demon. & Bal. in l. titius. ff. de excu. tu. Vsq. de ista dictione an ponatur inclusiuē vel exclusiuē vide Bar. in l. patronus. §. j. ff. de lega. iij. & Bal. qui feu. da. pos. §. hoc aut & conten. in uel. §. aliquis P. Iaco. in libell. ti. de condi. ex mo. libellus. & Ang. are. ff. an per alium cau. ap. l. ij. consummatum. i. finitum. Opprimo quod proprietatis feudi remanet penes dominum, quando concedit aliquam rem in feudum, & vasallus solum habet vsu fructum: vt est tex. in feu. in qui. cau. feu. amit. c. j. & sic vasallus non potest dare filio suo dictam proprietatem, quam non habet, remanēte sibi vsu fructu: quia nullus potest alteri concedere, nisi quatenus est penes eum: vt in regula iuris l. nemo dat. & id, quod nostrum non est ad alium transferre nō possumus. l. traditio. ff. de acqui. re. do. cum simi. sed penes eū non est nisi vsu fructus. Igitur & c. Sol. Bal. ibi, & in prælu. feu. dicit qd vsu fructus ponitur pro vili dominio, et proprietatis pro directo. Et qd sic accipiantur & ponantur verba proprietatis, & vsu fructus, patet: quia, vt ibi dicit text. feudum

feudum transit ad accipientem, & ad hæredes suos masculos & foeminas, si de foeminis caueatur. Et vide Bal. qui. mo. feu. con. sti. circa fi. Sed si esset vsu fructus nudus, id est, sine vili dominio, morte ipsius vasalli finiretur: vt in sti. de vsu fructu. §. finitur. nisi filius familiās, vel seruus esset vsu fructuarius: quia tunc licet moriatur, vel statum mutet, tamen remanet vsu fructus penes patrem: & econtra, si pater moriatur, vel mediā aut magnam capitis diminutionē passus, vsu fructus redit ad filium, a quo habuit originem: vt est casus mirabilis in l. fi. C. de vsu fructu. dicit vt ibi per Bar. & doc. Et quæ sit ratio illius tex. vide Io. de Imola in l. si filio. ff. de condi. & demon. nec transit ad hæredē: vt l. quia personale. ff. solu. ma. & no. plenē per Bar. in l. penul. ff. de serui. leg. et l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verbo. obli. nisi expressē agatur quod transeat ad hæredes: quia quo ad primum hæredem transit, & non ad omnes in infinitum: vt est tex. & ibi glo. & omnes doc. in l. antiquitas. C. eo. Et casu quo transeat ad hæredem, non est idē in vsu fructu in indiuiduo, sed aliud: vt dicto. §. si quis ita. vt ibi per glo. Bar. & doct. sed in feudo hæres succedit in infinitum: vt in feu. qui feu. da. pos. §. & quia vidimus. cū §. seq. & de feu. suc. c. j. & de feu. mar. c. j. & vbiq. Bal. igitur & c. Oppo. secundō qd pater non possit penes se retinere vsu fructum. † Nam vtile dominium nil aliud est secundum aliquos, nisi ipsa vtilitas sine proprietate consistens, nec est quid distinctum ab vsu fructu. Ergo pater dando simpliciter feudum, censetur dedisse ipsam commoditatem, & vsu fructum, argumento notatorum per Lud. in l. vsu fructum. ff. so. ma. vbi quærit: an emphyteuta, vel feudatarius rem emphyteuticā, vel feudalem donans, censetur donare respectu iuris, quod habet in ipsa re, an verē iure proprio & libero, & sic ea ratione directi domini. Et referendo Spe. & Bald. in rubrica. C. de contra. emp. sic dicit qd aut quis transfert rem ipsam per medium tituli lucratiui, puta ex legato, vel donatione: & tunc indistinctē videtur transferre solummodo respectu iuris, quod habet: vt l. si domus. §. fi. de le. j. & l. quod in rerum. §. si vsu fructum. eo. tit. C. de leg. l. vxor patruī. de dona. c. pastoralis. Aut transfert per medium tituli onerosi, vt puta venditionis: & tūc aut

emptor habebat notitiam de iure rei venditæ: & tunc videtur vendidisse ius rei, secundum quod est apud eum: vt l. qui tabernas. & l. cum venderes. ff. de contrahen. emp. Aut emptor non est certificatus de iure rei: & tunc dicit glo. singularis in l. ex prædijs. C. de euic. quod videtur vendere iure proprio, & liberē. Vnde sequitur qd venditor sciens ius rei existentis non liberā, & non certificantis emptorem, tenetur ad interesse: vt l. j. §. j. & l. Iulianus. in princ. ff. de actio. emp. Si autem ignorat, tunc non tenetur ad interesse, sed tantum pretium restituere, quanto minoris fuisset empturus, si sciisset rem liberam non fuisse: vt d. l. j. §. j. Et ita intelligitur l. quod ad seruitutes. ff. de euic. Et secundum istam distinctionem pater transferens filio feudum per medium tituli lucratiui, scilicet donationis, solum videtur trāsferre respectu iuris quod habet, & sic tantum ipsam comoditatem, & vsu fructum: & sic nil agit. † Nam vsu fructus non potest cedi extraneo, & cedendo nil valet: vt in d. §. finitur. & l. si vsu fructus. ff. de iure dot. vbi Bart. dicit quod ipse vsu fructus cedi non potest, sed ipsa commoditas sic, per l. arboribus. §. j. ff. de vsu fructu. Sol. secundum Baldum in prælu. feu. vbi dicit qd illi, qui dicunt, vtile dominium est chimæra, & quod vtile dominium non est aliud nisi ipsa vtilitas sine proprietate consistens, nec est quid distinctum ab vsu fructu perpetuo, & transibili, nesciunt quid dicunt: quia proprietatis est dominium superius, cuius inuentio est de iure gentium: vtile verō dominium est dominium inferius, quod subalter natur directo, vt in feudo, vel emphyteusi, quod contrariatur vt in dominio præscripto, quia præscriptiones sunt de iure gentium: ideo per præscriptionem longi vel longissimi temporis dominium non vsurpatur, sed quedam qualitas domini. † Porro directum dominium non transfertur, nisi voluntate vera vel interpretatiua ipsius domini: vt ff. de condi. ob cau. l. iij. §. subtiliter. & ff. de reg. iu. l. id quod nostrum. quæ voluntas in præscriptionibus longi & longissimi temporis non requiritur, vt no. in l. j. in fi. ff. de dolo. nec scientia aduersarij, nisi in iuribus, quæ sine patientia non incipiunt possideri, secundum Baldum in prælu. feu. Et facit pro hoc dictum Spe. in titu. de primo & secundo decreto. §. restat. ver. & idem

vasallo, & in titulo de execut. sententiæ. § sequitur. verfi. quid si habet. & Ludo. in d. l. vsufructum. vbi dicunt quod licet feudum non possit dari insolutum, tamen potest quo ad commoditatem fructus percipiendi ex eo. Concludenter igitur dicas quod feudatarius habet vsufructum causalem, & potest dare feudum, retinendo penes se vsufructum formalem, vel econtra, dare vsufructum formalem proprietatē ipsius feudi quo ad vtile dominium retinendo, vt patet ex præmissis. Oppo. tertio, quod pater non possit donare filio feudū, vt in feu. qualiter feu. olim ali. §. donare. Solu. Ibi loquitur in donatione, quā vasallus facit pro anima sua, vel in dotem pro filia: hinc verò in donatione, quæ fit filio, quæ permessa est patri: vt est tex. in vsatico, autoritate & rogatu. Et hoc hodie est expeditum in constitutio. capit. item ne super laudimio. verfi. adijcietes curiæ Ceruaria. Et pro hoc facit quod dicit Bal. in feud. qui feu. da. poss. §. hoc autem. & de prohi. feu. ali. per Fred. cap. j. vbi dicit quod pater potest dare feudum vni ex filiis suis. & facit vsaticus, posunt. ¶ Oppo. quarto quod vasallus non tenetur restituere expensas domino suo restituenti castrum, vel feudum, vt in feud. de mi. & vas. qui contu. est. vbi simpliciter adijcit quod vasallo intra annum venienti est restituenda possessio: nullam mentionem de expensis faciendo. Solutio. Ibi loquitur quando dominus est missus in possessionem feudi propter culpam vasalli debite citati, & non comparentis: hinc quando dominus apprehenderit castrum propter contradictionem homagij. Et sic casus est diuersus, & non aduersus. Vel dic quod dictum capitulum intelligitur quod restituitur possessio feudi ipsi vasallo venienti intra annum, facta prius per ipsum vasallum ipsi domino satisfactione expensarum. Et ita videntur sentire gloss. & sic potius dictum capit. concordat, quam discordet. Oppo. quinto quod etiam quod pater possideat, potest peti seruitium à filio, tanquam à nouo adquisitore: vt in vsatic. si quis suum feudum. §. fin. So. vt latius scribam j. capit. si castellanus. in liij. oppo. ¶ Quæro primò quid si vasallus vt se eximeret à præstatione homagij feudū filio suo donat, domino ignorante, vel contradicente, nunquid potest? Hanc quæstionem mouet glo. super vsati.

de alijs namq; baufijs. Et in simili mouet eam glo. in vsatico, de baiulij. & fuit mota præsens quæstio de facto per Berengarium de Olerijs, qui debebat facere homagium vxori Gulielmi de pons, qui Berengarius dedit feudum filio suo paruulo, & ita voluit se eximere à prædicto homagio per vsaticum. autoritate & rogatu. Vbi dicit quod pater potest dare filio suo. Et hoc innuit ibi, cum dicit, absconse dare potest. Sed sententiatum fuit apud Ilerdam in curia dñi regis contrarium, vt referunt antiqui sapientes in dicto vsatico. scilicet quod non posset se eximere ab homagio propter donationem talem: quia iam omnes domini possent decipi à vasallis de feudis suis: & etiam dominus rex: nec etiam paruulus posset compelli facere seruitium domino, sicut pater faceret. Et faciunt quæ notantur per Accursium ff. de adm. rerum ad ciui. perti. l. iij. §. j. & est quæstio Pilci de eo, qui per substitutum seruire contendit. & est xlvij. quæstio & incipit, quæritur vtrum vasallus per substitutam personam. Vide quæ dixi latius de hoc in c. vasallus. vbi tractauit materiam seruitij. Quæro iuxta tex. ¶ quid si nullus ex ipsis patre & filio se offert domino facere homagium, nunquid dominus poterit illud petere ab utroque? Videtur quod sic, & etiam seruitium: vt in vsatico, si quis suum feudum. & sequitur in hoc text. videlicet poterit petere à patre tanquam ab vsufructuario, sicut à possidente, & ab eo, qui tenetur præstare seruitium: & à filio, tanquam à proprietario. Ad quod faciunt quæ not. ff. de vsuf. l. iij. & l. hætenus. circa princ. & ff. de iure fil. l. prædijs. intellige tamen quod dominus non poterit petere nisi vnum seruitium. Sed contra hoc facit hinc text. vbi dicitur quod dominus non recipiat seruitium nisi tantum ab vsufructuario. Et sic hinc est dictio Nisi, quæ est exceptiua, vt dixi supra in capitulo si autem. & dictio Tantum, quæ est taxatiua, vt dixi supra in c. si verò. Item inquatum dicit quod etiam quod homagium non offeratur, quod potest ab utroque peti: hinc text. sentit contrarium: quia est dictio, Postquam, quæ est conditionalis, vt dixi supra in c. Postquam & dictio Potest, quæ non importat necessitatē: vt dixi supra. ¶ Et quod vsufructuarius teneatur facere seruitium, facit tex. dictæ l. hætenus ibi, in verbo, & alia opera. & l. si

& l. si pendentes. §. penul. & fi. & l. vsufructu relicto. & l. si pendentes. §. si quid. in quibus legibus habetur quod vsufructuarius tenetur supportare onera, & seruitutes rei, in qua habet vsufructum, & soluere tributum. Et est ratio, ex quo recipit fructus: vt est text. in l. vsufructu legato. §. quoniam. Cum enim feudum sit quædam seruitus, vt dicit Bald. in feu. si de feu. def. mi. §. sed inter filiam. & not. in l. si cuius. in princip. de vsuf. Igitur vsufructuarius illud seruitiū sustinere tenetur: sed dictus vsaticus, si quis suum feudum, multum facit in contrarium: nisi dicas quod ibi feudum simpliciter fuit datum, hinc verò cum retentione vsufructus: & sic secus est ibi, & secus est hinc. Et pro hoc facit ratio supra dicta: quia hinc fructus recipit vsufructuarius: quod secus est ibi. Et quod vterque ipsorum homagium facere teneatur, facit quod ambo cautionem de damno infecto præstare tenentur, vt habetur. ff. de damno infecto l. hoc amplius. §. quartum. & §. vltimo. et l. quamuis. & l. prætor ait. §. quæsitum. circa finem per Odo. Tu verò super his cogita. ¶ Quæro quid si dominus relinquit vxori suæ vsufructum aliquorum feudorum, nunquid vasalli tenebuntur facere homagium prædictæ vxori suæ vt vsufructuarie ratione dicti vsufructus, & homagium facere hære di ratione proprietatis? Et quod debeat fieri homagium heredi, habetur. ff. de vsufruct. l. iij. & ff. de vsu. & habita. l. si ita legatum. Et quod debeat fieri homagium vsufructuarie, faciunt quæ not. in præalle. l. iij. ff. de vsuf. Et adde quæ leguntur in dicta l. si ita legatus. circa princ. & facit insti. de iniur. §. si communi seruo. secundum antiquos sapientes. ¶ Sed quæro, nunquid ipsa vxor & vsufructuaria poterit inuestire vasallos, & emphyteutas? Dic quod non: ideo proprietarius faciet ipsas inuestituras, sed utilitas emolumentorum & laudimiorum pertinebunt dictæ vsufructuarie, secundum Ioan. Fab. instit. de hære. insti. §. j. Pone. dominus maior, pro quo feudatarius castrum tenet in feudum, vult homagium ab hominibus ipsius castri recipere, & apponere baiulum, nunquid potest? certe sic pro iure directi domini, quod in eis habet, argumento de re iudic. c. ad apostolica. libr. vj. & sic fuit pronuntiatum in facto hominum de Cirgijs per Bertandum

de Ceua, & Iaco. de Monteuada, & idem pronuntiauit Petrus de Bauro de minoriffa in quadam q. quæ super prædictis erat interposita pro minoriffa contra G. de Baxadors, in qua vt arbiter sic pronuntiauit, licet aliqui dicunt contra. Et pro hoc in constituit. Item que nulli iurge. in prima curia Barchinonæ. Et ita fuit iudicatum in facto de la rocha per Guliel. de Vallesicha in anno domini millesimo tercentesimo septuagesimo sexto. facit no. per Archidiacono. in c. si episcopus. de offic. ordi. eodem libro. sicut dicitur in Archiepiscopo, quod non potest tenere officialem in locis, vel diocesi suffraganei, vt probatur in capitu. vt litigantes, eodem lib. & tit. Et allegatur quædam constitutio regis Petri. & dixit Iacob. de Monellis quod in termino alicuius castri rex non potest continere tenere furcas, & castellum, neque aliquis alius. Et ita iudicauit dominus rex Iacobus, & idem dominus rex Petrus, sequens cum in facto de Banyoles, & in alijs factis: sed adueniente casu habes merum imperium posset ibi iurisdictionem exercere, vt in pragmatice. & facit c. Romana. de appel. libr. vj. Sed ego de hoc dicto valde dubito: & crederem non esse, neque fuisse bene iudicatum. Nam si dominus habet merum imperium in termino castri, & supremam iurisdictionem, & dominus castri tantum mistum aut infirmam iurisdictionem, dicerem quod dominus rex posset erigere in dicto termino furcas: ¶ quoniam erectio furcarum denotat imperium, secundum Baldum in capi. j. quid sit inuest. & in l. causa. C. de epif. & cleri. & P. Iaco. in libellis titu. libellus de iurisdic. et per retentionem furcarum probatur quasi possessio meri imperij, licet per centum annos ibi non euenerit casus, secundum Angelum in l. retinere. ff. de vsuf. vide eum in l. hæc autem. ff. de serui. vrba. prædi. adde Bald. in l. j. C. vt nemi. lic. vbi dicit quod erectio furcarum est signum meri imperij. Super hac q. vide Oldradum in consilijs, consilio. clvij. vbi quærit si in castro vnus habet merum imperium, alius mistum, & iurisdictionem, an habens merum ibi possit erigere furcas, & ibi quare in loco publico furcæ eriguntur, & quis eas erigere potest. P. istud cap. tenuit Iacob. Biana, & antiqui sapientes cum eo, quod licet homines ciuitatum & villarum non faciant

homagium, quòd possunt reptari de bau-
 sia per dominum regem, & habēt se defen-
 dere per bataliam. † Quæro, quid si vnus
 24 habet proprietatem, alius feudum, in quo
 est ius patronatus, quis præsentabit. Bal. &
 Andreas de Sicil. in c. cum Bertoldus. de re
 iudi. dicunt quòd feudatarius quia ad eum
 pertinet vtilitas fructuum. Et dicunt esse
 vnam conclusionem. Sequitur ergo quòd
 præsentatio est fructus iuris patronatus, &
 sic pertineret vsufructuario ipsi feudi. Ad-
 de glo. singularem in c. cum olim. de maio.
 & obe. quæ dicit, quòd collatio beneficio-
 rum connumeratur inter fructus episcopa-
 les: ideo non competit capitulo sede vacan-
 te: quia tunc temporis vtilitas fructuum nõ
 spectat ad capitulum. Alias conclusiones
 vide ibi per dictos doctores.

*Quando duo castellani tenent tantum pro
 domino castrum, & non alter pro altero
 tenent castellaniam.*



SI in aliquo castro
 fuerunt duo castel-
 lani, & alter eorum
 non tenuerit castel-
 laniam pro altero
 castellano, sed quili-
 bet eorum personaliter cors à cors
 tenuerit suam castellaniam pro ter-
 tio, qui sit eorum dominus, & alter
 illorum duorum castellanorum ha-
 buerit omnia firmamenta, alius ve-
 rò non habuerit: & aliqui de habi-
 tatoribus illius castri faciunt iniuriã
 illi castellano, qui non habet firma-
 mentum à domino superiori, ipsi
 iniuriantes debent, & tenentur de
 consuetudine Cathalonie firmare,
 & facere directum illius ratione in-
 iuriæ in posse illius, cui facta est in-
 iuria, & nõ in posse illius, qui reci-
 pit, & habet generaliter alia firma-
 menta habitantium in castro illo.
 Item si vnus illorum duorum castel-

lanorum alteri castellano iniuriam
 fecerit, in posse domini firmabit il-
 le, qui iniuriam contulit, non in pos-
 se illius, cui facta est iniuria, etiam si
 receperit omnia firmamenta que-
 stionum habitantium in castro illo.

S Y M M A R I U M.

- 1 Castellani duo possunt esse in eodem castro.
 Castellani duo si sint in eodem castro, alter omnia firma-
 menta habere potest.
- 2 Vasallus non cognoscit de iniuria sibi illata per conua-
 sallum.
- 3 Iniuria quid sit.
- 4 Actio iniuriarum coram quo intentari debeat.
- 5 Domini duo si sint in eodem castro, an possit alter alte-
 rum punire de delicto.
- 6 Frater non potest partem suam castri uendere ad emula-
 tionem fratris.
 Dominus feudi an possit, agere iniuriarum actione pro
 iniuria uasallo illata.
- 7 Vasallus si in carcere detineatur, an iniuria domino infere-
 ratur.
 Iniuriarum actio an possit criminaliter intentari.
- 8 Iudex si contumeliam parti fecerit, eximitur ilico à sua
 iurisdictione.
 Consuetudo iniusta que dicatur.



SI in aliquo. Diuide istud capi. in
 quatuor partes. In prima parte
 dicit qualiter possunt esse duo
 castellani in castro. In secunda
 parte dicit qualiter alter potest habere om-
 nia firmamēta, & alter non. In tertia par-
 te loquitur quando habitatores castri fe-
 cerint iniuriam illi castellano, qui non ha-
 bet firmamenta, vel domino superiori, in
 posse cuius firmare directum tenentur. In
 quarta parte si vnus ipsorum castellano-
 rum alteri iniuriam fecerit, in posse cuius
 firmare directum teneatur. Prima pars in-
 cipit ibi: si in aliquo. Secunda pars ibi: &
 alter tantum. Tertia pars ibi: & aliqui de ha-
 bitatoribus. Quarta pars ibi: Item si vnus.
 Casus. Si sunt duo castellani in castro cors
 acors cum tertio, & vnus habuerit firma-
 menta, alter non. & homines castri iniuria-
 uerint alterum castellanum firmamenta nõ
 habentem, vel domino superiori, ipsi iniu-
 riantes tenentur firmare directum in posse
 illius, cui facta est iniuria, & non in posse
 castellani, qui habet firmamenta: & si alter
 castellanus alteri castellano iniuriam fece-
 rit, in

rit, in posse domini superioris iniurias fir-
 mare tenetur. h. d. Collige notabilia †. Not.
 primò q̄ in castro possunt esse duo castel-
 lani qui immediate teneant castellaniam pro
 tertio. Adde cap. si duo. & concordantias,
 quas ibi dedi. Not. secundò quòd si in ca-
 stro sunt duo castellani, quòd alter potest
 habere omnia firmamenta. Adde capitul.
 si minor. & quæ ibi dixi. Not. tertio quòd
 si iniuria est facta alteri castellano firma-
 menta non habenti, vel domino superio-
 ri ab habitatoribus castri quòd ipsi iniu-
 riantes tenentur firmare directum in pos-
 se domini, & non in posse illius castellani,
 qui habet alia firmamenta. Not. quarto
 quòd si iniuria est illata per vnum castella-
 num alteri, quòd coram domino superiore
 iniurians firmare de iure tenetur. † Not.
 2 quintò & vltimò quòd alter vasallus de in-
 iuria propria non cognoscit, etiam quòd
 habeat omnia firmamenta quæstionum ha-
 bitantium in castro. Et istud est regulare
 quòd nemo de causa propria cognoscit.
 Concord. C. vt nemo in causa sua. in rubro
 & in nigro. & in l. tertia. & ibi Cyn. & l.
 nullus. C. de iudæ. vide quæ latius de hoc
 dixi supra in capitulo primo. & in capitulo
 eodem. in vltima opposi. Expone literam.
 Tantum. De hac dictione dixi supra in ca-
 pitulo si verò. Omnia. Qui totum dicit, nil
 excludit. l. à procuratore. C. manda. Et licet
 ista dicitio Omnis, sit vniuersalis, non ta-
 men intelligitur vt includat nisi tantum illa
 quæ sunt proportionabilia materiæ, in qua
 profertur, secundum glo. tertiam in fin. in
 capitu. dilecto. de sententia excommunica-
 tionis, libro sexto. Firmamenta. Vide su-
 præ in capitu. si minor. & capitulo vasallus.
 §. item. vbi exposui istud verbum. Alij ve-
 rò. id est, alter scilicet castellanus. Nam hic
 plurale ponitur pro singulari. ff. de rei ven-
 di. l. prima & de peti. hære. l. diuus. l. j. C. de
 condi. insert. Barto. in l. inficiando. §. infans
 ff. de furt. & in l. prætor. §. sed si vnus. ff. vi
 bo. rap. Bald. in feu. quali. feud. amit. §. præ-
 terea. Barto. in l. cum quidam C. de impu.
 & alijs substi. Vel dic, alijs, scilicet alter va-
 sallus, et dominus superior. Et sic exponen-
 do, stat proprie, & non oportet resolvere
 pluralitatem in singulari, & cauillari lite-
 3 ram. † Iniuriam. iniuria dicitur, quod non
 iure sit. ff. de iniu. l. prima. & insti. eodem

titulo. Vide Bald. de prohibitione feud.
 ali. per Frede. §. insuper. vbi dicit quòd fe-
 lonia est quali actio iniuriarum. Item. de
 ista dictione Item, scripsi supra in capitulo
 si vasallus. §. item. Et ex dictis ibi per me vi-
 debis qualiter hic accipiatur. Opponi. pri-
 mò de capitulo si minor. vbi iniuriator in
 posse domini ius firmare tenetur. Sol. Istud
 capit. non facit oppositionem illi capitulo,
 vt ibi dixi: quia vtrunque ex ipsis capitulis
 disponit quòd iniuriator tenetur firmare
 ius in posse domini superioris, si fuerit in-
 iuriatus. Addit istud capitul. vel in posse
 castellani, si eidem per aliquem de habita-
 toribus castri, aut per concastellanum fa-
 cta fuerit iniuria: & sic non sunt aduersi,
 imò potius similes. Vel dic quòd istud ca-
 pitulū loquitur de hominibus castri facien-
 tibus iniuriam domino, vel alteri castella-
 no, vel de castellano iniurianti concastella-
 nū. illud verò capitulum loquitur de homi-
 nibus, quos ipse castellanus secum habet,
 vel quibus vtitur, quia censentur de fami-
 lia, & in eis ius dicere non debet: vt est tex.
 in l. qui iurisdictioni. ff. de iur. omnium iu-
 dicum & facit finis huius capitul. Et adde
 hic quæ ibi dicam oppo. & etiam facit tex.
 in feud. de prohibitione feud. ali. per Frede.
 §. insuper. Opponitur secundò de eo quod
 dicit Innocen. in capitulo ceterum. de iudi.
 & Bal. in feud. de lege Cora. §. j. vbi dicunt
 4 † quòd siue criminaliter ageretur, siue ciui-
 liter ad vindictam actione iniuriarum, iu-
 dicis ordinarij esset cognitio. Sol. Aut do-
 minus habet iurisdictionem in feudatam,
 aut non. Primo casu dico quòd potest co-
 gnoscere, secundum no. in capitu. ceterum.
 de iudi. per Innocen. & per eum in c. verū.
 de foro competentis. Secundo casu si agere-
 tur ad alium effectum quàm simplicis feu-
 di, & alia lege quàm lege feudorum, talis
 cognitio non pertinet ad dominum, sed ad
 ordinariū. Tu dic melius vt latius de hoc
 scribam j. capitulo si aliquis. vbi extensius
 tractabo materiam iurisdictionis feudalis,
 & ibi dabo intellectum capitul. si minor.
 Pro materia istius capitu. vide Bald. in feu.
 5 quali. iura. deb. domi. vas. vbi quærit † quid
 si sunt duo domini in eodē castro, & vnus
 committit delictum aduersus alterum, vtrū
 possit ab illo puniri: Et dicit quòd non nisi
 eo casu, quo non recognoscunt superio-

rem. Idem si periculum sit in mora. Idem si vnus sit maior administratione quam alter. Et adde Angelum in l. est receptum. ff. de iurisd. omnium iudicum. vbi dicit quod si sunt duo domini eiusdem castri fungentes pari imperio, & vnus delinquit aut contraxit in castro, eo ipso intelligitur se subijcere iurisdictioni alterius domini. Vide quæ scribam j. capitulo consuetudo. §. Item est.

6 ¶ Quæro, quid si sunt duo fratres, qui habent castrum commune, & vnus vult vendere partem suam ad æmulationem alterius, an possit? Et dic quod non, secundum Baldum in l. prima C. qui testamentum facere possunt. Quæro, quid si facta est iniuria vasallis meis, an possim agere actione iniuriarum. Bald. in feud. de pa. iura. fir. §. in iniuria. dicit quod ex hoc facto duplex oritur iniuria, scilicet quæ fit vasallo ad bursa le eius commodum: & istam intentare non potest dominus: quia non est eius procurator, nec habet mandatum à lege, quia nulla lex hoc dicit. Alia est iniuria, quæ concernit dominum, & suum interesse applicando burse suæ: & istam intentare potest. Vide Innocen. in capitulo dilectis. de appellationib. & Barto. in l. idem ait. ff. de iniur. gloss. in capitulo ad apostolicæ. de re iudi. libro sexto. Archidiaconus. secunda quæstione prima. in primis. glo. in capitulo, auctoritatem. de priui. libro sexto. Gulielm. in clem. si dominum. de reli. & ve. sanc. Spe. eodem titulo. §. j. domini de Rota decisione tercentesima octogesima. & capit. presbyteri. de poenis. adde vsa. de omnibus. & quæ latius scripsi in addi. quas feci de pa. & treu.

7 in addi. centesima vigesima tertia. ¶ Quæro, quid si vasallus detineatur in carcere, an ex hoc fiat iniuria domino? Dic quod sic, secundum Baldum, quæ fuit prima cau. beneficii. §. denique. Quæro an pro iniuria possit agi criminaliter? Ludouic. in consil. consilio nonagesimo septimo dicit quod sic: & allegat ff. de iniur. l. fin. & C. eodem titu. l. fin. & erit poena arbitraria, considerando atrocem iniuriam ex qualitate personæ inferentis, & cui illata est, & loco, & tempore, & alijs circumstantijs, secundum eum ibi. Et nota ¶ quod quando iudex contumeliat parti, quod ipso iure est exempta ab eius iurisdictione. Bartolus, Baldus, Angelus & Salicetus in l. prima C. si qua. preditus po

testate. Item not. quod vtens iniusta consuetudine, tenetur actione iniuriarum, secundum Angelum in l. iniuriarum. §. si quis ff. de iniurijs. Et dicitur iniusta, quæ cōtradicit iuri diuino, naturali, vel gentiū, vt ibi.

Quando vasallus tenetur facere homagium successori domini sui.



Omino vasalli de functo, successore eius requirente, vasallus tenetur in continenti homagium & fidelitatis securitatē facere: nec iuuat ipsum vasallum, si dicat contra hoc quod ipse, vel antecessores sui nunquam fecerunt homagium dicto domino defuncto, nec suis antecessoribus, & quod non continetur in instrumento concessionis feudi, quod de illo feudo fieri debeat homagium: quia in præstatione homagij non iuuatur vasallus rationibus antè dictis, ex quo constat ipsum vasallum esse ratione feudi, pro quo petit dominus ab eo sibi homagium præstari.

S Y M M A R I V M.

- 1 Domino feudi mortuo successor statim homagium requirere debet à vasallo.
- 2 Vasallus non iuuatur quod sui prædecessores homagium nunquam fecerint.
- 3 Vasallus ut homagium facere teneatur, quid requiritur.
- 4 Successor singularis non uenit nomine successoris.
- 5 Hominium quid.
- 6 Successor domini an teneatur requirere vasallum.
- 7 Vasallus an teneatur domini successori homagium facere incontinenti.
- 8 Homagium an præscribi possit.
- 10 Vasallus an & quando moram purgare possit.
- 11 Error supinus in poenis non patrocinator.
- 12 Vasallus qualiter quis probetur, & qualiter dominus.
- 13 Vasallus fidelitatem præstans an priuatur feudo, nisi homagium

magium etiam faciat.

15 Consuetudo specialis derogat generali.

16 Vasallus quo casu homagium præstare non teneatur.



Omino. Diuide istud capit. in tres partes. In prima parte dicit qualiter vasallus post mortem domini teneatur facere homagium eius successori. In secunda parte dicit qualiter iuuatur vasallus, si dicat quod nunquam eius antecessores fecerunt dictum homagium. In tertia parte dicit qualiter de feudo fieri debeat homagium, si constat illum esse vasallum, & illum dominum ipsius feudi. Prima pars incipit ibi: domino. Secunda pars ibi: nec iuuat ipsum. Tertia pars ibi: quia de illo feudo. Casus. Post mortem domini vasallus statim debet facere homagium & fidelitatem illius successori: nec iuuatur ipse vasallus, si dicat quod eius antecessores nunquam fecerunt dictum homagium dicto defuncto, nec suis antecessoribus: quia de illo feudo debet fieri homagium, dum tamen constet illum esse vasallum, & illum esse dominum ipsius feudi. Collige notabilia. ¶ No. primo quod si dominus est defunctus, eius successor debet requirere vasallum, vt sibi faciat homagium, & fidelitatem. De requiritione concor. j. c. consuetudo. lo secundo. circa finem. Not. secundo, quod vasallus requisitus post mortem domini, per illius successorem, tenetur incontinenti facere homagium & fidelitatem successori domini. ¶ Not. tertio, quod vasallus non iuuatur in non præstando homagium & fidelitatem, quod ipse vel eius antecessores nunquam fecerunt dictum homagium. facit supra c. si autem. & capit. vasallus. Not. quarto quod etiam quod in instrumento concessionis feudi non contineatur quod vasallus faciat homagium de feudo, tamen homagium feudum est regulariter: fallit vt dixi supra in capitulo primo. in materia fidelitatis. & vide Iacob. de Callicio in vsatico, si quis suum feudum. An possit esse feudum sine homagio, vide quæ dicam j. c. duplex est homagium. ¶ Not. quinto, & vltimo quod ad hoc vt vasallus teneatur ad præstationem homagij, requiritur quod constet quod sit vasallus, & constet quod ille sit dominus illius feudi, pro quo fieri petitur homagium. facit pro hoc supra c. vasal-

lus. Expone literam. Successore. Ange-

in l. quædam. §. nec interest. ff. de eden. dicit quod non continetur successor singularis. Adde Ludo. in l. emptor. ff. de aqua plu. ar. cend. & melius per eum in l. ad tempus. de vsucap. vbi dicit quod in dubio comprehenditur vniuersalis successor, nisi adijceretur, qualiscunque. Sed hic credo accipere successorem illam, qui in vniuersum ius ipsius feudi succedit. vt est textus in l. sciendum. §. denique. ff. de adil. edic. Requirente. De ista requisitione vide textum in feud. quæ fuit prima causa benef. amit. §. est & alia. In continenti. Istud verbum incontinenti plures habet significationes, vt dicam infra in oppositionibus. & vide quæ dixi supra capitulo si venditum. ¶ Hominium. id est, homagium. Ita exponunt istud verbum Hostien. & Ioan. And. in c. recolentes. de statu mona. & in capitulo ex diligenti. de simon. & dic hominium, id est, homagij renouationem: vt j. c. domino defuncto. Vasallus enim debet petere renouationem inuestitura, & fidelitatem polliceri, vt dicit Bald. in c. j. quæ fuit prima causa benef. amit. de ista renouatione scribam latè j. c. domino defuncto. Antecessores. Quis dicatur antecessor, dixi supra c. si autem. Concessio. id est, inuestitura. Debet. Necessitatem importat, vt dixi supra in c. si venditum. Constat. Qualiter dicatur constare, vide quæ dixi supra in c. vasallus. in verbo Constat. & quæ dicam j. Opp. primo, ¶ q. successor domini non teneatur requirere vasallum: vt in c. j. quæ fuit prima caus. benef. amit. & in c. j. quo temp. mi. inuest. pet. debet. c. j. Solutio. Ibi de iure communi feudali, hic iure consuetudinario Cathalonico, quod tanquam posterius derogat iuri communi feudali, secundum Ang. in l. de quibus. ff. de legi. & est glo. insti. de offi. iud. in prin. Et ita dicit tex. in d. c. consuetudo. ij. & adde j. c. si aliquis habet. §. item feudatarius. in verbo Requisite. & pro hoc eodem titulo. §. est & alia. Sed ibi loquitur de inuestitura noua, hic de veteri. Et quæ dicatur noua inuestitura, textus & ibi Bald. in feud. quot testes sunt nec. ad proban. no. inuest. & ad istam nouam inuestituram petendam, non est certum tempus statutum. Ita dicit Bal. in capit. j. quæ fuit prima cau. benef. amit. circa princ. ¶ Opp. secundo, q. vasallus non teneatur facere homagium successori

domini incontinenti, ideo habet annum & diem ad faciendum dictum homagium, si non est miles: vt in capitulo primo, quæ fuit prima causa benef. amit. & si est miles, habet annum, diem & mensē: vt in capitulo primo. quo tempo. mi. inuest. Sol. Fateor contrarium. Et sic iste textus intelligitur secundum ipsa capitula, in tantum quod si miles est vasallus, habet annum, mensē, & diem, post requisitionem ad faciendum homagium, & fidelitatem: vt in dicto capitulo primo. quo tempo. mi. inuest. & infra capitulo consuetudo, circa finem. & si non est miles, habet annum, & diem: vt infra capitulo domino defuncto. & in dicto capitulo primo. quæ fuit prima cau. benef. amit. & consequenter dictio Incontinenti, hic apposita, quæ plures habet expositiones, vt supra dixi accipitur hic pro damno, mense, & die in milite, & in alio pro anno & die. Et pro hoc glo. in capitu. quia propter. de elect. in verbo, mox. vbi secundum vnam expositionem accipitur vsque ad annum. ¶ Tu super hoc vide Bald. in feud. per quos fiat inuest. §. nulla. vbi querit quando sit præstanda fidelitas. Et sic dicit: Aut præstita est noua inuestitura, aut vetus ipsi vasallo à domino: tunc vasallus debet domino statim præstare fidelitatem: vt in dicto §. nulla. & capitulo primo. quid præce. deb. inuesti. Et forte ita accipitur hic. Aut non est præstita inuestitura, & dominus vasallo denuntiavit legitimè quod sibi præstaret fidelitatem, pollicèdo inuestituram, & vasallus est in mora: tunc amittit feudum tanquam ingratus: vt in dicto capitu. quæ fuit prima causa benef. amit. §. est & alia. Si vetus debet fieri inuestitura, & vasallus habet annum, & mensē, si est miles: vel si priuatus est, habet annum & diem: si ante tempus petit, post tempus efficitur in mora, & tanquam ingratus amittit feudum, etiam sine denuntiatione domini: quia dies interpellat pro eo: vt capitulo primo. quo tempo. mi. & de capi. Cora. in princ. Bald. vbi supra, sed, vt dixi supra, in prima oppositione, in Cathalonia de iure Cathalonico non currit dictum tempus, nisi post requisitionem: vt in dicto capitulo consuetudo. circa finem. Oppo. tertio, quod pro feudo vasallus non teneatur facere homagiū: vt infra capitulo consuetudo. ij. §. item est vsus Cathalonie. Sol. Quod hic dicitur, est

regulare, ibi speciale, vt in feudo tenui. Alias fallentias dedi supra, in capitu. primo. ¶ 9 Oppon. quarto, dicitur hic quod homagium est fiendum pro feudo, nec iuuatur vasallus etiam quod nunquam fecerit homagium pro illo. Sed cōtra, quia homagium potest præscribi: vt infra capitu. homagium. Solu. Quod hic dicitur habet locum in vasallo, ita quod non iuuat ipsum, etiam quod dicat quod sui antecessores illud non fecerunt: ibi verò loquitur in domino, qui præscribit homagium modo ibi contento: & sic casus est diuersus, & non aduersus. Et ex hoc habes hic vnū casum, quod vasallus non præscribit quin pro feudo homagium facere teneatur domino ipsius feudi. ¶ 10 Quæro primo, nunquid vasallus possit moram purgare? Bal. in dicto capitulo primo. quo temp. mi. inuest. & in d. c. j. quæ fuit prima cau. benef. amit. arguit pro & contra, & finaliter concludit quod non. Sed iuxta hoc quæro, quid si post annum & diem siue mensē dominus vasallum recipit ad obedientiam, nunquid videtur remisisse ingratitudinem moræ? Bald. vbi supra dicit quod sic, nisi cōtrarium fuerit protestatus. Nam dicit quod frustra de pœna laborat qui contrarium acceptauit ex certa scientia. Sed si per errorē distinguitur, aut fuit supinus error: Ratio est, ¶ 11 quia talis error non patrociniatur in pœnis exigendis. Aut fuit iustus error: & tunc nocet erranti: nemo enim ignorans remittere videtur. ff. de transactionibus. l. cum Aquiliana. & l. qui cum tutoribus. §. qui per fallaciam. ff. de actionibus. & obligationibus. l. de maleficijs. §. longe. & C. de donationibus. l. nec ignorans. ff. de conditione debiti. l. finali. §. idem quæsiit. Hoc tenent duæ glossæ in dicto capitulo primo. quo tempor. mi. Vide Iacobum de Bello visu, ¶ 12 Pet. Cer. & Baldum. ¶ Quæro iuxta text. qualiter constare debeat quod ille sit vasallus ratione feudi, & ille, qui petit homagium sibi præstari, sit dominus? Credo quod per instrumentum publicum: vt est textus supra capitulo vasallus, siue castellanus. & ibi aliqua dixi. De hoc verbo constare vide Nico. in cle. j. de offic. deleg. vbi dicit quod verbum constiterit, in extraiudicialibus non requirit partis vocationem. ¶ 13 Quæro, quid si tantum pro feudo fuit præstita fidelitas, non autem homagium, &

non

non apparet per concessionem, aut inuestituram quod homagium sit præstitum, nunquid vasallus ad homagium sit adstrictus, & si non fiat homagium, an sit primatus feudo? Videtur quod sic. Casus est hic, & in c. domino defuncto. & capit. consuetudo. ij. circa finem. & in capitulo j. quo tempo. mi. & in cap. primo. quæ sit prima cau. benef. amit. in contrarium facit: quia ex quo tantum fuit præstita fidelitas, & non homagium, quod solum fidelitatem præstare teneatur, & non dictum homagium. Et pro hoc d. capit. domino defuncto. ibi in verbo Renouare. Verbum enim renouare id est, iterum nouare homagium, quod factum fuerat dicto defuncto per ipsum vasallum. Vide pro hoc Bald. in dicto capitulo primo. quæ fuit prima causa benef. in verbo Petere inuestituram. vbi Baldus dicit. id est, renouationem inuestituræ, quæ fuerat facta patri ipsius petentis, qui fuerat vasallus, & mortuus est. Et sic verbum Renouatio, præsupponit quod iam alias pro illo feudo præstitum fuerat homagium. Et pro hoc j. c. si aliquis habet. §. ite feudatari? non potest. & c. si aliquis vasallus. & Bald. in feud. de capitu. qui cur. ven. & in authen. si quas ruinas. C. de sacrosanc. eccle. Et pro hoc tex. in l. dies cautioni. ff. de damno infec. ibi: vel renouare. & ibi Ludo. qui exponit ibi ipsam dictionem Renouare. Quid igitur dicendum in hac quæstione. Consuluerunt Arnaldus de Solerio, Bertrandus de Seua, Iacob. de Monteiuda. & Raynal. Vinaderij antiqui sapientes Barchinonæ, dicentes, sed non per ista iura, ideo parum allegantes, ¶ 14 quod si tantum fuit præstita fidelitas, & non homagium, quod vasallus non priuatur feudo, etiam quod fuerit requisitus, & Annus, & dies, vel mensis fuerint transacti, sic quod non fecerint dictum homagiū. & respondentes ad dictas cōmemorations dicunt quod habent locum in illo feudo, de quo iam fuerat præstitum homagium. Et certum est quod feudum dicitur à fidelitate, vt dixi supra in capitulo primo. & de iure feudorum sufficit quod præstetur fidelitas sine homagio: quia homagium non recipitur in vsibus feudorum, cum ex vsu diurno introductum sit: vt infra capit. licet. in fin. & in Specu. titu. de feud. §. quoniam. vers. secundo. Et licet sit generalis consuetudo Cathalonie quod præstetur homa-

gium pro feudo, vt superius dixi, tamen tali consuetudini potest derogari in aliquo feudo, de quo non fuit præstitum homagium, sed solum fidelitas. Ita est de feudo quod dominus Rex tenet in Terrachona pro archiepiscopo, de quo conuenientia non apparet. Sed si appareret quod Reges, qui pro tempore fuerunt, præstiterunt iuramentum fidelitatis, quod dominus Rex se defendere posset per vsu antiquitus obseruatū, si peteretur ab eo homagium, ¶ 15 non obstante consuetudine generali, cui per specialem derogari potest: vt in regula. generi per speciem. Nec obstant dicta capitula: quia loquuntur & intelliguntur, vbi nunquam fuerat factum homagium, nec iuramentum fidelitatis pro huiusmodi feudo. Sed in nostra q. pluries fuit præstitum iuramentum fidelitatis, & antiquitus receptum per dominum sine homagio. Videtur ergo solum præstandum iuramentum, & non homagium, nisi appareret conuenientia in contrarium: quia si appareret, seruanda esset, non obstante vsu: vt infra c. si aliquis habet. vide vsaticum, potestatem in prima glo. Si ergo iuramentum fidelitatis, quod est loco homagij, requisitum fuerit, & intra annū, & diem, vel mensē præstitum fuerit, aut oblatum, tunc dicunt prænominati doctores quod nesciret excusare feudum non esse commissum. Et in summa notādū est quod ex præmissis inferitur quod si pluries, & antiquato tempore iuramentum tantum præstitum fuit, & non homagium, quod si postea per annum, & diem, aut mensē, vasallus steterit quod non fecerit dictum homagium, non ex hoc feudum est apertū domino: quia recipiendo dictum iuramentum sine homagio videtur dominus sibi præiudicasse, argumento l. Aemilius. ff. de minori. l. post diem. ff. de lege commif. & l. commissoria. C. de pactis inter empt. & adde glo. & Bal. in cap. primo. quo tempo. mi. Et ex his collige vnā notabilem limitationem ad regulam istius capituli, vltra alias, quas dedi supra in capitulo primo. ¶ 16 quod pro feudo vasallus non tenetur præstare homagium, quando ipse vasallus pluries, & antiquitus tantum præstitit domino fidelitatem, & non homagiū, si per concessionem, aut inuestituram non constat quod pro illo feudo homagium facere teneretur.

Si

Si antequam fecerit homagium uasallus possit esse bausator, & ex delicto bausator.



I vasallus, siue castellanus, vel eius successor antequam fecerit securitatem homagij, & fidelitatis, domino feudi, vel eius successor, forefecerit in crimine bausator ipsi domino, vel eius successor, debet iudicari bausator, si ille vasallus, vel eius successor, tanquam heres ex testamento, vel ab intestato, seu ex donatione hereditaria adisset feudum paternum, vel aui sui, & sciuit illum esse tunc, in quem comisit, dominum illius feudi.

S Y M M A R I U M.

- 1 Filius uel nepos in re feudali qualiter succedat.
- 2 Vasallus non efficitur bausator, nisi sciat dominum esse, in quem delinquit.
- 3 Vasallus quis efficitur ex aditione feudi paterni aut auiti.
- 4 Tanquam, dictio ueritatem exprimit.
- 5 Heredis nomine quis ueniat.
- 6 Heres quis duobus dicitur modis.
- 7 Heres in feudis quis esse possit.
- 8 Testamentum quid sit, Succedere ab intestato quis possit.
- 9 Scire, & scire debere paria sunt.
- 10 Scire quis dicatur.
- 11 Vasallus quando efficitur bausator.
- 12 Bausia quid, & unde dicta.
- 13 Feudum an successione per uasalli testamentum possit acquiri.
- 14 Vasallus an possit de feudo disponere.
- 15 Pater uxi filiorum potest assignare feudum.
- 16 Succedere in feudo quando possit quis ab intestato.
- 17 Filius in feudo cum uniuersitate potest institui.
- 18 Vasallus an presumatur ignorare dominum esse, quem offendit.
- 19 Bannitum inscius receptans non punitur.



I vasallus. Diuide istud capitulum in duas partes. In prima parte dicitur qualiter vasallus, vel eius successor, qui non praestitit homagium, & fidelitatem, & deliquerit con-

deliquerit. ut infra
2. inde componitur
e factura. I. delin
entia. malefacta.
inma. delicta
alicta. esse unum
necualia uelera.

tra dominum, efficiatur bausator. In secunda parte declarat eius dictum, quando per talem uasallum crimen bausiae committatur. Prima pars incipit ibi: si uasallus. Secunda pars ibi: si ille uasallus. Casus. Si uasallus, vel eius successor, qui adijt feudum paternum, vel aui sui tanquam haeres cum testamento, vel ab intestato, aut ex donatione hereditaria deliquerit contra dominum, vel eius successorem, antequam fecerit homagium, & fidelitatem domino, sciente illum esse dominum bausator iudicari debet. hoc dicit. Collige notabilia. Nota primo quod in re feudali potest succedere filius vel nepos ex testamento, vel ab intestato, aut per donationem hereditariam. De successione in re feudali uide in feud. qui feud. da. pos. §. & quia uidimus. & ibi Bald. de suc. feud. capit. primo. & constituitur. feud. §. si quis. ubi Bal. Not. secundo, quod uasallus, qui adijt feudum paternum, vel aui, si forefecerit contra dominum, vel eius successorem ante praestationem homagij & fidelitatis, efficitur bausator. Innuit ergo iste text. quod quis dicitur uasallus ante praestationem homagij & fidelitatis. Vide quae de hoc latius scripsi supra in capit. & finitis. Nota tertio, quod ad hoc quod propter istam forefacturam uasalli committatur bausia, oportet quod uasallus sciat illum esse dominum, in quem committit forefacturam. Et est ratio, quia dicit imperator in l. generali. C. de tab. lib. decimo, scientiam non autem ignorantiam volumus obligari. Regula enim est quod ex scientia, non autem ex ignorantia quis puniri debeat. ff. de decr. ab ordi. fa. l. si. de actio. & obligatio. l. ex maleficijs. §. longe minus. de constit. ut animarum, libro sexto. cum similib. secundum Ludouicum in l. si alienam. ff. soluto matrimonio. & Bald. quo temp. mi. nisi esset crassa uel supina ignorantia, ut dicam in sequenti capitulo. Nota quarto, quod ex aditione feudi paterni, aut auiti quis efficitur uasallus, & potest compelli ad faciendum homagium, & fidelitatem: ut supra capitu. postquam. Nam ex aditione fingitur eadem persona cum defuncto: ut capitulo proximo. & efficitur eius homo: ut infra capitulo si aliquis uasallus. in quibus capitulis habes qualiter uasallus ex aditione feudi obligatur domino. Expone literam. Successor. Quis dicatur successor, dixi

postquam
declarat
ma.

dixi supra proxime. Forefecerit. id est, deliquerit. uide quae dixi supra in capit. li duo. in uerbo, forefecerit. Bausiae. De materia bausiae tractaui amplissime supra c. primo. Iudicari. id est, declarari. Tanquam. Nota tertio Tanquam, est expressiua ueritatis. capitulo cum pro causa. de senten. excom. & quod ibi not. uide in c. solitae. de maio. & obediens. super uerbo Tanquam. ubi habetur quod potius denotat similitudinem, quam ueritatem. Ange. Aret. Instit. de legit. agn. suc. §. caterum. Adde Gemi. in c. secundo. de confes. libro sexto. & Bald. in feud. de uasal. decre. ata. Haeres. Nota quod ueniat nomine haereditis, dic quod nomen haereditis in ultima uoluntate appositum in substitutione non significat alios, quam descendentes. In Spec. de testa. in primis. §. fina. In contractibus autem & legibus regulariter significat omnem directo succedentem in uniuersum ius quod defunctus habuit: ut C. de haeredib. instituen. l. fina. & ff. de condict. & demonstra. l. sub diuersis. §. primo. ff. de eden. l. que dam. §. his autem. secundum Bald. in feud. de natu. feu. succes. Specula. ubi supra. an nomen haereditis repraesentetur in filio, uel filia, institutis in re certa. Bal. qui feu. da. pos. §. hoc autem. circa princip. & in his, quae non transeunt ad haeredes extraneos, nomen haereditis accipitur pro filio, secundum Bartolum in l. pro haerede. §. si quis. ff. de acquiren. haeredi. & ibi Ludouic. & de suc. feud. c. j. uide Baldum in feudis de eo, qui sibi & haere. ubi dicit quod haeres dicitur duobus modis, scilicet haeres haereditatis, & haeres sanguinis. Vide Bartolum in l. in conuentionibus. ff. de uerbo. significatio. ubi dicit quod appellatione haereditis continetur legatarius. Adde eundem in l. ad tempus. §. in re legata. ff. de uisucap. & ibi Ludouic. qui dicit quod illud uerum est, quod legatarius dicitur haeres, sed improprie. Vide Barto. in l. Gallus. §. nunc. ff. de liber. & posthu. qualiter haeres accipitur: sed in hac materia feudali appellatione haereditis non uenit extraneus, secundum Bald. in feud. si de feud. def. §. fina. Nam non dicitur mortuus cum haerede in hac materia extraneo haerede relicto, secundum Baldum de feudis. §. hoc autem. Verbum enim sine haerede, intelligitur id est, sine masculino, secundum Bald. de ali. feu. Hostien. in Summa, tit. de feud. §. quid hodie. & Bal. ubi su-

pra. Nota quod in feudis appellatione haereditis accipitur pro filio. & idem Lud. in l. etiam. ff. solu. matrimo. adde c. si aliquis habet. j. §. fina. ubi appellatione haereditis ueniunt de corpore uasalli descendentes. Sed in Cathalonia hodie est expeditum quod uasallus potest etiam extraneum haereditatem instituire in feudo, dum tamen sit capax: ut in constituto. Ceruariae. c. item ne super laudimio. uersic. adijciantes. & uide super hoc Iacob. Callicij in uatico, si quis suum feudum. & quae scripsi latius supra capitulo castellanus. & sic in Cathalonia appellatione haereditis uenit etiam haeres extraneus, & etiam filia, et alia foemina, secundum quod quod scripsi supra c. si defuncto. uide Spec. tit. de feu. §. quoniam. uer. xxvij. Testamentum. Nota Testamentum dicitur testatio mentis: ut instituit. de testa. ord. in prin. uide ibi glo. quae dat aliam expositionem. Ab intestato. Filius succedit patri ab intestato: ut in authent. in successione. C. de suis & legi. haer. quia uotum parentum est, atque lex naturae descendentes inuitat ad haereditatem ascendenti: ut habetur. ff. unde lib. l. scripto. ff. de bon. damnator. l. quod ratio. & ipso iure succedunt, ut dicit text. l. si a matre. C. de suis & legit. & etiam lex naturae inuitat transfuersales ad succedendum: ut habetur quorum bonorum. C. l. fina. Ange. in l. scimus. C. de comuni succe. Et quis dicatur decedere intestatus, scripsi latius supra in c. uasallus. & adde Salice. in l. si infanti. C. de iure deliberan. Ioan. Faber, Ange. Aret. instit. de haered. quali. & dif. Bal. in l. secunda. C. qui testamen. face. poss. Ange. Areti. de haere. quae ab intesta. defer. Ludo. in consilio. consilio cxcviij. & consilio xxxij. Bart. in l. prima. ff. de su. & leg. & glo. in l. cum antiquioribus. C. de iure deliber. adde quod successio feudi est ab intestato. Bal. de contro. inter maf. & foemi. De donatione haereditaria, id est, donatione haereditatis. Uide pro hoc text. in l. haereditatem. ff. de dona. Nam licet haereditas non dicatur uiuentis, ut dixi supra in cap. si uasallus. in uerbo Haereditauerit. attamen in Cathalonia ita accipitur, ut ibi dixi: & propria donatione illa, quae ex mera liberalitate fit, & irrevocabiliter: ut est text. in l. j. ff. de donationib. Et sciuit. uel scire debuit: Nota quia paria sunt scire, & scire debere, secundum Baldum in l. prima. C. de ferui. & aqua. Nam scire debere

bere reputatur lata culpa, & arguit; cras-
sam, & supinam ignorantiam, secundum Bal.
in l. quod te. ff. si cer. peta. & in c. j. in quib-
cau. feu. amit. Scire enim debere obligat a-
liquem. glo. in l. si tutor petitus. C. de peric.
tuto. Et qualiter dicatur scire: dic qd rem
per causas cognoscere, facta examinatione
cum alio, secundum Bart. in l. pupillus. ff. de
10 acqui. hære. ¶ Et dicitur ille scire, qui audit
ab alijs. Gemi. in c. presentiu. de testib. lib.
vj. vide latè quando aliquis dicatur scire,
Bal. si de feu. def. §. vasallus. Lud. in l. in re-
pudianda. ff. de acqui. hære. & Bar. in l. pu-
pillus. eo. tit. Ignorans autem non habuit ani-
mum delinquendi in illum, tanquam in do-
minum, arg. l. si ignoras. ff. loca. & l. diuus.
ff. de lica. & Bar. in vtroq. Oppo. primò
qd iste vasallus forefactor nō sit iudicandus
hausator, nisi recusauerit firmare directū,
& dare potestatem de Castro, & transacti
fuerint decem dies post denuntiationem,
vt supra c. si duo. Sol. Ibi erant duo vel tres
vasalli vnus post alium, & vltimus forefe-
cit contra dominum superiorem, & sic ex
iniuria facta per vltimum vasallum domi-
no superiori nō dicitur hausator: quia va-
sallus vasalli mei nō est vasallus, vt dixi in
11 d. c. si duo. ¶ Et sic vltra iniuriam requiritur
denegatio firmæ directi, & potestatis de
Castro: hinc verò erat vnus vasallus cors
acors cum dño, & ex aditione feudi pater-
ni obligatus est domino, et efficiē eius ho-
mo, vt dixi supra in quarto notabili. & sic
secus ibi, & secus est hinc. Opp. secundò
quòd vasallus propter forefacturam domi-
ni ante præstationē homagij non efficiatur
12 hausator. ¶ Nam sumendo argumentū ab
etymologia vocabuli hausia dicitur à hau-
sio hausias, quia dominus recipiendo ho-
magium à vasallo, tenet inter manus suas il-
lius, qui facit homagium, & ipse promittit
domino inter manus suas per stipulationē
fidelitatem: & sic ambo hausati sunt, vt j. c.
lum. & Spec. ti. de feu. §. quoniā. vers. secū-
do. Si enim nō est promissa dicta fidelitas,
neque hausati sunt, cessat ergo ipsa hausia,
Sol. Speciale est in isto casu propter aditio-
nem feudi paterni: quoniā per ipsam adi-
tionem reputatur vasallus eadem persona
cum defuncto: vt j. c. proximo. efficiturq;
eius homo: vt c. habito. & c. si aliquis vasal-
lus. & ratione feudi semper debetur fide-
litas domino per vasallum, vt dixi supra in c.

j. dum tamen sciat illum esse dominum, vt
13 hinc. ¶ Oppo. tertio, quod per testamentū
vasalli non potest feudū successione acqui-
ri. in feu. c. j. de suc. feud. & not. Bal. de no.
fid. for. c. j. §. inuestitura. Nulla enim ordina-
tio testamēti valet in feudis. Bal. qua. olim
feu. ali. §. donare. Sol. Hinc vasallus fecit te-
stamentum de voluntate domini, & sic cō-
sentiente domino vasallus per eius testamē-
tū potest disponere de feudo, vt dicit Bald.
in c. j. de prohi. feu. ali. per Fre. & in d. §. do-
nare. Non consentiente autē domino, tunc
secus, vt ibi. Sed ista solutio mihi non pla-
cet, quia est diuinare. Dicas ergo qd hinc feu-
dum erat concessum ipsi vasallo pro se &
hæredibus suis: & tunc vasallus potest de
eo testari in hæredes de suo corpore descē-
dentes, non autē in extraneos: vt j. c. si quis
14 habet. §. fina. vide quæ ibi dicam. ¶ Vel dic,
& melius, qd iure consuetudinario Catha-
loniæ vasallus potest testari de feudo: secus
de iure cōmuni feudali. Et hodie istud est
expeditum quòd vasallus tam inter viuos,
quàm in vltima voluntate potest dispone-
re de feudo in capacem: vt in constitutio.
Ceruaria Regis Petri tertij. c. itē ne super
laudimio. ver. adijcētes. Oppo. quar-
tò, quòd donatio est prohibita de re feuda-
li: vt in feud. qua. feu. olim ali. pot. §. donare.
Sol. Ibi loquitur in donatione facta pro a-
nima, vel in dotem pro filia: hinc in donatio-
ne facta per patrem, vel autē filio, aut nepo-
ti: quia dicitur tex. Feudum paternū, vel autē
15 pro hoc, ¶ quia pater potest feudum vni ex
filijs assignare, secundum Bal. qui feu. da-
re pos. §. hoc autem. & de prohi. feu. ali. per
Fre. & hodie vasallus potest disponere de
feudo tam inter viuos, quàm etiam in vlti-
ma voluntate in capacem, & etiam illud da-
re in dotem, & legare illud pro anima: vt
est text. in constitutio. Ceruaria. c. itē ne
super laudimio versicu. similiter. & versic.
adijcētes. & versic. vbi verò præallegata.
Oppo. quinto, quòd vasallus non po-
test in feudo succedere ab intestato, ideo
est locus gratificationi: vt supra c. vasallus
si decesserit, & quæ ibi dixi. & in vsatico, si
à vicecomitibus, & ibi Iacob. de Callicio
16 Solu. Fateor cōtrarium, ¶ quando sunt plu-
res filij, aut nepotes, vel agnati proximio-
res, vt ibi: secus verò quando est vnicus fi-
lius, aut nepos, vt hinc, vel agnatus proxi-
mior,

mior, vt j. cap. si aliquis vasallus. & in dicta
constit. ver. quòd qd proximior. Quæro
primò, quo iure filius heres institutus suc-
cedit in feudo. Ex testamento non, vt de
suc. feu. c. j. Ab intestato non, quia non po-
test quis decedere testatus & intestatus.
Bal. ibi dicit quòd nec ex testamento, nec
ab intestato, sed iure successorio feudorum
succedit. Vel dic quòd succedit, secundum
Baldum, non ex testamento, sed quia trāsit
cum vniuersitate, & propterea venit feudū
in petitione hæreditatis: vt ff. de peti. hæ-
17 l. item videndum. §. fina. & in edicto diui A-
dria. tol. eadem ratione. quod est notandū,
secundum eum. ¶ Et sic cum vniuersitate
potest filius institui in feudū: quia nec po-
test vna res excipi ab institutione hæredis.
de hære. instit. l. si quis ita fuerit hæres insti-
tutus, excepto fundo, scilicet non dato co-
hærede. Sed in Cathalonia per dictam
constitutionem. Itē ne super laudimio. ver.
si autem. & versic. adijcētes. vasallus po-
test quocunque titulo transferre feudum
non solum in descendentes, sed etiam in a-
lios, dū tamen sint capaces, & possunt suc-
cedere in feudo ex testamento, & etiam ab
intestato, vt ibi, versic. adijcētes. & versic.
18 quòd qd proximior. ¶ Quæro iuxta tex.
an præsumatur vasallum ignorare illum,
in quem commisit forefacturam esse domi-
num ipsius feudi. Et dico quòd sic. Nam
regulariter præsumitur ignorantia. ff. de ad-
mini. tuto. l. hæc autem. & de proba. l. ve-
rius. C. qui mi. non pos. l. super seruis. libro
xij. & ibi Bar. extra. de reg. iur. c. præsumi-
tur. & quod not. lxxij. dist. c. ij. & ibi Ar-
chi. & j. q. j. c. si qui. viij. q. ij. dilectissimi. &
ibi Archi. extra. de elect. c. innotuit. Et pro
hoc facit c. si verò aliquis. de senten. excō.
& quod not. glo. in l. si ignorans. ff. loc. vbi
patet iura dicentia ipso facto excommuni-
catum esse iniucientem in clericum manus
violentas, non extendi ad iniucientes, igno-
rantes tamen illū esse clericum. Et pro hoc
etiam l. item apud Labeonem. §. si quis vir-
ginem. ff. de iniur. vbi patet iura generali-
ter dicentia iniuriarum teneri appellantem
virginē, non extendi ad casum, quo igno-
19 ratur mulieris virginitas, & iuste putetur
eius meretricaria vilitas. ¶ Vnde statutum
puniens receptantem bannitum, non exten-
ditur ad receptantem illius ignoranter: vt
plenè not. Barto. in l. omnes. C. de agricol.

& censi. lib. xj. & in l. prima. C. de colo. Il-
lyri. eod. lib. vide Barto. in l. idem naufrag-
gium. §. non solum. ff. de incen. rui. naufrag.
& in l. metallorum. ff. de pœnis. Ludou. in
l. si quis subuenitur. ff. ad Sillan. & in l. si ve-
rò. §. de viro. ff. soluto matrimo. in l. fal-
len. versic. ij. & iij. Ang. in l. j. C. de Nili ag-
ger. non rumpen. vbi refert se in q. facti a-
pud Perusium fecisse liberari quēdam, qui
præstiterat opem cuidā nobili, ex quo non
fuit articulatū & probatum de scientia,
fecit illū absolui à pœna statuti. vide Bald.
in commento. l. data opera. C. qui accu. nō
possunt. vbi dicit, statuto cauetur quòd mi-
nistralis capellæ teneatur denuntiare ma-
lesactorē in capella, quòd est articulandum
quòd sciuerit, & nō denuntiauerit. De quo
dicit esse gloss. auream in l. ex maleficijs. §.
longè minus. ff. de actio. & obligationi. &
pro hoc etiam, quia regulariter ignorantia
præsumitur. Bal. in l. si tutor. C. de pericu-
tuto. fallit vt ibi. & vide eum in l. prima. C.
ad Macedo. & quando ignorantia excu-
set, latè Bart. & Ang. in l. genero. ff. ex qui-
cau. infra. not.

Quando, & in quibus casibus homagium
sit renouandum.



Omino defun-
cto, vasallus eius
debet venire in-
tra annum & diē
ad hæredem de-
functi, & homa-
gium ei renouare, & fidelitatē pro-
mittere: quod nisi fecerit intra dictū
tempus, tanquam ingratus amittet
beneficiū, si ipsi domino placuerit.
Eodē modo, vasallo defuncto, eius
hæres, quicunque fuerit, adita hære-
ditate, debet coram domino feudi
venire intra prædictū tempus post
obitum dicti defuncti, & petere in-
uestituram feudi, paratus facere ho-
magium, & fidelitatem pollicendo:
nam eo ipso, quo hæreditatem adi-
uit, adstrictus est domino iuramēti

& homagij. Quod si neglexerit, amittet beneficium, si domino placuerit. Si verò in aliquo istorum duorum casuum non placuerit domino quòd vasallus, vel eius hæres beneficium amittat, poterit eius dominus agere contra ipsum, vt eum cognoscat dominum suum, adimplendo prædicta: ne ex contumelia, vnde puniri debet, inuito domino consequatur immunitatem. Et hîc est vsus, & obseruantia, seu consuetudo Cathalonix, quoniam hæres adita hæreditate fingitur eadem persona cum defuncto, cuius est hæres.

S V M M A R I V M.

- 1 Vasallus annum & diem à morte domini habet ad renouandum homagium. 13. 14. 15. 16.
- 2 Hæres uasalli defuncti intra annum & diem debet homagium domino offerre. 17.
- 3 Premium non debet inde quis consequi, unde poenam meretur. Hæres eadem cum defuncto persona reputatur.
- 4 Dominus in feudo directum, uasallus utile habet dominium.
- 5 Annus duplex est.
- 6 Dies quotuplex, & quando incipiat.
- 7 Ingratus quis sit.
- 8 Placet uerbum boni uiri importat arbitrium.
- 9 Inuestitura duplex, uerbalis, & realis.
- 10 Agere quis dicatur, & quid significet.
- 11 Vsus quid, & quid consuetudo.
- 12 Consuetudinis nomine uenit proprie præscripta.
- 13 Renouatio in re feudali quando locum habeat.
- 14 Renouatio inuestituræ tribus inducitur rationibus.
- 15 Feudum quibus casibus amittatur. 21. 28.
- 16 Vasallus non ualens dominum in bello iuuare, an priuetur feudo.
- 17 Vasallus an teneatur dominum iuuare extra territorium.
- 18 Vasallus inhabilis an dominum iuuare teneatur.
- 19 Vasallus an debeat domini salutem proprie saluti præferre.
- 20 Mortuus uulnere neglecto, an præsumatur lethaliter fuisse uulneratus.
- 21 Vasallus an possit probare dominum mortuum non ex uulnere, sed ob mala medicamenta.
- 22 Vasallus cogitans dominum offendere nõ perdit feudum,

- nisi ad actum processerit.
- 30 Poenæ capitales non imponuntur pro delictis non consummatis.
 - 31 Vasallus fideiubens pro delatore domini in causa criminali, priuetur feudo.
 - 32 Homicidium tribus modis fieri solet.
 - 33 Lingua quid operetur.
 - 34 Persuadens delictum quando puniatur.
 - 35 Vasallus stuprum committens cum uidua domini quondam uxore, an priuetur feudo.
 - 36 Dominus quando feudum apprehendere & retinere possit.
 - 37 Vasallus domino non obediens quando priuetur feudo, & nume, seq.
 - 38 Vasallus damnus dans domino, quod emendari nequit, feudo priuetur.
 - 39 Vasallus ne de malo illato domino suo teneatur, quæ requirantur.
 - 40 Vasallus ecclesie delinquens in episcopum omnibus feudis priuetur.
 - 41 Fellonia non remittitur per osculum pacis in ecclesia datum.
 - 42 Feudum ob delictum non perditur ipso iure, sed sententia requiritur.
 - 43 Vasallus non semper feudo priuetur, ubi eius opinio grauat.
 - 44 Ecclesia ob prælati delictum non perdit proprietatem.
 - 45 Vasallus quibus casibus delinquens feudum non perdat.
 - 46 Vasallo homagium facere nolente, dominus potest feudum apprehendere.
 - 47 Vasallus domino male faciens an indistinctè debeat feudum perdere.
 - 48 Filio in uita patris contra dominum ingrato an feudum committatur. 50.
 - 49 Filius uasalli non est uasallus uiuente patre.
 - 50 Feudum amissum ob culpam uasalli, an superiori domino, an uerò immediato aperitur. 52.
 - 51 Feudum quando ob culpam uasalli domino aperitur.
 - 52 Ingratitudo patris in dominum an noceat filio. Pactum an ualeat, ne feudum ob ingratitude aufertur.
 - 53 Ingratitudo qualiter & quando remissa censetur.
 - 54 Vasallum fidelitatem facere nolentem non tenetur dominus inuestire.
 - 55 Inuestitura propria quæ dicatur.
 - 56 Inuestitura an absentis possit fieri.
 - 57 Dominus qua actione uasallum coget, ut se dominum agnoscat.



Domino defuncto. Diuide istud capi. in sex partes. In prima parte dicit qualiter uasallus domino eius defuncto debet venire ad eius

ad eius hæredem pro renouatione homagij, & fidelitatis præstatione. In secunda parte dicit qualiter si non venit, debet amittere feudum. In tertia parte dicit si uasallus est defunctus, qualiter eius hæres debet venire coram domino petendo inuestituram paratus renouare homagium, & fidelitatem polliceri. In quarta parte dicit qualiter uasallus negligens in præmissis, amittere debet feudum, si placet domino. In quinta parte dicit quòd si non placet domino, qualiter dominus contra uasallum agere potest, vt illum cognoscat in dominum. In sexta parte & ultima dicit qualiter hæres adita hæreditate reputatur eadem persona cum defuncto. Prima pars incipit ibi: domino. Secunda pars ibi, quòd nisi. Tertia pars ibi: eodè modo. Quarta pars ibi: quòd si neglexerit. Quinta pars ibi: si uerò. Sexta pars ibi: quoniam. Casus: Vasallus post mortem domini, vel hæres uasalli ipso defuncto adita hæreditate debet uenire intra annum & diem ad ipsum dominum, vel eius hæredem, & petere inuestituram, paratus renouare homagium, & fidelitatem polliceri: aliàs amittit feudum, si placet domino: si autem potest contra uasallum vel eius hæredem procedere vt cognoscat eum in dominum, & prædicta impleat: quia eadem persona censetur cum defuncto. Collige notabilia.

¶ Not. primo quòd uasallus post mortem domini habet annum & diem ad renouandum homagium, & fidelitatem promittendam hæredi domini defuncti. Concord. in feu. quæ fuit pri. cau. benef. amit. c. 1. Not. secundo quòd si uasallus fuerit in his negligens, efficitur ingratus, & amittit feudum, si placet domino. Idem dicit de amissione feudi. d. c. j. Fallit si ciuitas eius dicto tempore est in guerra cum illo domino, quòd propterea non perdit feudum secundum Bal. de pa. Constan. in uerbo uasalli. ¶ Not. tertio quòd si uasallus est mortuus, eius hæres intra dictum tempus debet petere inuestituram, paratus facere homagium, & fidelitatem polliceri. Concord. c. si aliquis uasallus. j. Qualiter autem uasallus debeat facere dictam oblationem, & facere dictam renouationem, aut recognitionem, vide Petrum Iacobi in libell. titulo ex quibus causis dominus debet amittere proprietatem, §. item aliquando uasallus facit expressè homagium. Nota quarto, quòd si hæres va-

salli prædicta non fecerit, amittit feudum. idem dicit d. capitu. j. Nota quinto quòd in prædictis duobus casibus datur optio domino si uelit quòd uasallus vel eius hæres amittat feudum. Not. sexto quòd si dominus nolit amissionem feudi, potest procedere contra uasallum, vt eum dominum recognoscat, & prædicta adimpleat. ¶ Not. septimo quòd quis ex contumelia non debet immunitatem consequi, nec etiam premium, vnde poenam mereretur. xvj. q. j. legi. ff. de nego. gest. l. sine hæreditaria. Dolus enim non debet aliquem releuare, nec debet alicui propria temeritas lucratiua esse, secundum glo. quo tem. mi. c. j. in uerbo infamia. Not. octauo & ultimo, quòd hæres reputatur eadem persona cum defuncto. Concor. j. capi. si aliquis uasallus. Bal. in feu. c. j. an mutus, vel aliter imperfect. & per eum in c. j. an agn. vel fil. & in Spe. titu. de feu. §. quoniam. uerf. xxvj. quod qualiter intelligatur, vide Bar. ff. de preto. stip. l. pretorix. §. j. Expone literam. Domino. supple directo feudi: ¶ quia dominus habet directum dominium, & uasallus utile, secundum Bald. de capit. Cora. §. præterea. & in prælu. feu. & per eum in qui. cau. feu. amit. & de inuef. de re ali. §. si. & in §. rei. Innoc. & Nico. in cap. si diligenti. extra. de præscript. & per Iacob. de Callicio in uatico, si quis suum feudum. Defuncto. id est, mortuo. Annus. Quot dies habet annus, text. in l. cum hæres. §. Stich. ff. de sta. lib. Bart. in l. ij. de præscrip. Ang. de Are. inst. de inuti. stip. §. qui hoc anno. & glo. in l. iij. §. minorem. ff. de mino. et annus diuiditur in quatuor tempora: vt no. glo. in l. ne quis in flu. §. astas. & in l. j. §. astatem. ff. de aqua quoti. & asti.

¶ & annus est duplex, artificialis, & emergens secundum Bald. in l. j. §. cum accessiones. C. de rei vx. actio. & per eum. ff. solu. ma. l. de diuisione. & in l. diuortio. Et potest anni inceptio variari secundum consuetudinem, secundum Bal. in l. restituenda. C. de aduo. diuer. iudi. Et quædo incipiat annus, vide Bar. in l. j. §. annum. ff. de iti. acti. q. priua. Et qualiter debeat computari, Gem. in c. si annus. de rescrip. lib. vj. & in ca. si propter. eodem titu. Diem. ¶ Quadruplex est dies, scilicet naturalis: & iste incipit à media nocte, & in alia finit. Secundus est artificialis: & iste incipit à Solis ortu, & finit in occasu. Tertius est legalis: & incipit in mo-

mento, & finit in alio momento complen-
te horas viginti quatuor. Quartus est dies
conventionalis: & iste debet incipi secun-
dum contrahentium voluntatem. Alias ad
diem naturalem fiet relatio, secundum An-
gelum in l. more. ff. de fer. & ibi quare dica-
tur dies artificialis, quia per artificia res di-
stinguuntur, & ita per artificium dies distin-
guuntur à nocte, secundum Angelum ibi.
Quot autem horas habet dies, Bartolus in
l. vrbs. §. cuiuscunque dici. ff. de verborum
significatio. Adde Baldum. quo tempo-
mi. vbi dicit quod dies, que non est integra
secundum civilem computum non nume-
ratur inter dies termini. An autem mane &
fero dicantur dies. Bartolus in l. aut facta.
§. tempus. ff. de pœn. & in l. qui duos. §. pri-
mo. ff. de manumif. testamen. Hæredē. De
hærede dixi multa supra capit. j. Renoua-
re. De verbo Renouare, & de eius expoli-
tione, dixi supra capit. domino, & dicam
infra. Nisi. de ipsa dictione Nisi, scripsi su-
pra in capitulo si autem. intra. Est dictio in-
clusiua, vt est textus. ff. ad legem Iuliam de
adulter. l. is, cuius. §. ex senatus. & l. pater. §.
sexaginta. vide Geminia. in capitulo si an-
num. §. si verò. de iudi. libro sexto. ff. de ex-
cusa. tuto. l. scire. §. sunt. & de contrahenda
emptione. l. in venditione. & de requi. re. l.
prima. & l. omnes. & l. fina. extra vt lite nō
contesta. c. quoniam frequenter. §. in alijs.
& de conces. præb. capitulo secundo. & de
electio. capitulo commissa. & capitulo sta-
tutum. & capitulo quam sit. & de appella.
capitulo ab eo. & de regulis iuris. capitulo
primo. libro sexto. & de in integrum restit.
capitu. primo. in clem. & de cleri. coniuga.
capitulo primo. & quod not. Hostiens. de
ordi. ab episcopo. c. primo. & ita sumitur
hic. Ingratus. Quid sit ingratitude not. in
capitulo vltimo. de donationi. † Item in-
gratus est qui debet retribuere pro gratia,
& non facit. Text. in pace Constantiæ. in
princip. Sed in hac materia vide tex. & ibi
Baldum, que fuit prima causa benef. amit.
§. est & alia. Duplex enim est in feudis in-
gratitudo, scilicet delicti, & contractus, se-
cundum Baldum in feud. si vasallus feud.
priue. Ingratitudo autem magnum est vi-
tium: nam in seruitutem reuocat. C. de lib.
& eorum liber. l. prima & secunda. & ibi
gloss. & in patriam potestatem. C. de ingra.
lib. l. prima. & donationem. de reuoc. don.

l. fina. Amittat. id est, perdat: vt in feud. de
aliod. capitulo primo, in verbo Perdat. &
in vsatico, qui seniore. in verbo Perdere.
& in feud. de capit. Cora. in verbo Perdant
beneficium. Expositionē huius verbi vide
per tex. in feud. ex quib. cau. feu. amit. cap.
primo §. beneficium. Placuerit. Verbum
Placet, importat arbitrium boni viri. Ma-
thelil. in xvj. notabili. Bar. in extrauaganti,
ad reprimendum. in verbo Videbitur. in l.
fideicommissa. §. quanquam. ff. de lega. ter-
tio. & in l. Thais. §. Lucius. ff. de fideicom-
miss. liber. Et istud iam erat de iure commu-
ni. Nam si dominus volebat vt iure suo
super amissione feudi, ipse poterat abstinere:
quia quilibet iuri in fauorem suum in-
troducendo potest renuntiare. ff. de in diem
addict. l. Sabinus. & de lege commif. l. ter-
tia. Ita dicit Petrus Iacob. de eadem condi-
tione. ex mori. pro feudo. §. ex prædictis. Ad-
de Bal. de capit. Cora. vbi dicit quod pro-
pter infidelitatem amittitur feudum, si do-
mino placet: sed si domino non placet, non
amittitur. Tempus prædictum. scilicet an-
ni & diei. Inuestitura. Quid sit inuestitura,
vide textum in feud. quid sit inuesti. capit.
j. & ibi Bald. & Hosti. in Summa. de feu.
§. qualiter feud. constituit. † Duplex enim
est inuestitura: scilicet verbalis, & realis, se-
cundum Baldum in prælud. feud. Pollicēdo.
Ista verba sunt abstracta à capitulo pri-
mo. que fuit prima causa benef. amit. Duo-
rum casuum. scilicet de defuncto domino
vasallus, vel mortuo vasallo eius hæres in-
tra annum & diē non petierint inuestiturā,
renouando homagium, & fidelitatem pol-
licendo. Agere. In aliquibus libris est di-
ctio Procedere. Et de expositione verbi
Agere, vide quæ dixi supra in capitul. si al-
10 lodarius. in verbo Experiri. † Et istud ver-
bum Agere, potest attribui tam actori, quam
reo, secundum Bartolum in l. prima. C. de
iuris & facti ignoran. sed hic attribuitur a-
ctori. Et dic, agere, id est, defendere. ff. de
negot. gest. l. liberto. §. fina. Et e contra de-
fendere, id est, agere. C. de abo. l. secunda. &
agere, id est, experiri. ff. de verborum signi.
l. verbū oportere §. primo. Et agere, id est,
ducere. ff. de seruitu. urbano. prædio. l. qui
sella. §. primo. Et agere, id est, administrare.
ff. de procurat. l. iij. Et agere, id est, aliquid
facere, vel contrahere. ff. de pact. l. prima. §.
conventiones. l. peragere. de pet. here. item
agere,

agere, id est, probare. ff. de no. operis nun.
l. i. prius. Item agere, id est, accusare. C. qui-
bus ad liber. procla. l. si status. Item agere,
id est, denuntiare. ff. de verborum obliga-
tionibus. lege in executione. Cognoscat, id
est, recognoscat. Ex contumelia, id est,
iniuria. Immunitatem, id est, libertatem.
Vfus. Quid sit vsus. glo. in l. prima. ff. de
vsu. & hab. & Angel. Aretin. institut. eo-
dem titulo. §. j. Sed Geminia. in capitu. pri-
11 mo. de consuetud. libro sexto. dicit † quod
appellatione consuetudinis comprehendit-
ur etiam vsus seruatus tanto tēpore, quod
eius memoria in contrarium non existit.
Vide Ludouic. in l. post dotem. ff. soluto
matrimonio. Consuetudo. Consuetudo est
enim tacita ciuium conuentio moribus
vrentium approbata. ff. de legibus. l. sed ea.
Vide Ioannem Andra. in capitu. cum tan-
to. de consuetud. Bartol. in l. de quibus. ff.
de legib. & ibi Baldus & Salicet. & latius
Angel. Aret. instit. de iure natura. §. ex non
scripto. vide gloss. in cap. cæterum. In ver-
12 bo, consuetudo. de testibus cogen. † Ap-
pellatione enim consuetudinis intelligitur
de præscripta, & confirmata tantum: quia
illa est propria consuetudo, seu ius consue-
tudinarius, secundum Angelum in l. diu-
turna. eodem titulo. Allegat casum in cap.
Cumana. de elect. Geminia. in c. Romana.
§. debet. de appel. lib. sexto. & in ca. cum de
consuetudine. Et quæ dicatur consuetudo
præscripta, Gemi. in capitu. non est. de con-
suetu. libro sexto. Eadem persona cum de-
functo. Vide super hoc text. & ibi gloss. in
authenti. de iureiurando à mo. præst. cir-
13 ca princip. Oppo. primò † quod vasallus
non teneatur venire intra annum, & diem
post mortem domini, nisi fuerit requisitus:
vt in capitu. consuetudo. n. §. fin. infra Solut.
Fateor contrarium: & istud capitulum de-
bet intelligi per supplementationem illius, intan-
tūm quod annus & dies non currit dicto
vasallo, nisi post requisitionem: & tunc à
tempore requisitionis intra annum & diem
vasallus amittit feudum, si non fecerit ho-
magium. De iure communi iste annus &
dies currebāt vasallo à tempore scientiæ, se-
cundum Bald. in c. j. quo tem. mi. & in c. j.
quæ fuit prima cau. benef. amit. vide Petr.
Iacob. in libel. de condi. ex mori. Et ista re-
quisitio debet fieri post aditam hæredita-
tem: quia textus dicit adita hæreditate.

Ergo à contrario sensu, si non adierit, non
potest fieri. Igitur debet probari de immi-
stione. Vide Bald. in feu. de capitul. Cora.
& ibi bonus text. de isto anno & die. & ad-
de textum, & ibi Bald. de prohib. feud. ali.
per Lothar. §. quoniam. Et istam solutio-
nem sequitur Gulielmus de Vallesicha in
vsatico, omnes homines à vicecomitibus.
vbi dicit. Et nota quod ab isto vsatico ha-
buit originem consuetudo Cathalonie po-
sita in com. Pet. Alber. c. domino defuncto
scilicet quod à tempore interpellationis
currit annus, intra quem vasallus pro feu-
do homagium præstare tenetur, nulla fa-
cta differentia cuius conditionis sit, seu fue-
rit vasallus, argumento capitul. xvj. in cu-
ria tertia Barchinonæ domini regis Iacob.
Opp. secundò docto. j. quo tem. mi. & di-
14 cto. §. fina. & cap. consuetudo. j. † vbi vasal-
lus habet annum, mensem & diem, post re-
quisitionem, ad faciendum homagium, &
fidelitatem domino. Solut. Speciale est ibi
in milite: Secus in pagano, vt hic, & in di-
cto capitulo primo, quæ fuit prima caus.
benef. amit. Et ita dicit Bal. in dictis capitu-
lis. & adde Ioannē Blanch. in summa. in ti-
tulo. quibus modis. feud. acquir. ver. Idem
est si aliquis. cum. §. seq. & quibus modis
feu. amit. §. Item si vasallus ad hæredem.
cum seq. & per Hostien. extra. de feu. c. fi.
& ibi bona gloss. Et intellige paganum, id
est, non militem. Et ita exponitur institut.
de testa. milit. §. illis. in verbo paganorum.
Opp. tertio quod vasallus post requisitio-
nem non habebit annum & diem vel men-
sem ad petendum inuestituram, & facien-
dum homagium, & fidelitatem: sed istud
tempus est arbitrarium curiæ: vt in feud.
quæ fuit pri. cau. benef. amit. c. j. §. est & alia.
& ibi Bal. Solut. Ibi loquitur in inuestitu-
ra noua, hic in veteri, vt ibi dicit Bald. & sic
secus est ibi, & secus est hic. Et adde quæ
dixi supra. in c. domino. exponendo verbū
Renouare. In noua enim inuestitura domi-
no se debet offerre, sed in veteri vasallus, se-
cundum Bal. in feu. per quos fiat inuef. §. nul-
15 la. † Oppo. quartò quod etiam post annum
& diem vel mensem vasallus non amittat
feudum, si dominus vel vasallus sint mortui
vel vasallus habeat capitales inimicitias,
vel infantia vasalli, vel iusta absentia vasalli,
aut alia iusta causa: vt est tex. in capi. j. quo
tem. mi. §. nisi. & de prohib. feu. ali. per Lo-

tha. §. quoniam circa finē. Sol. Quod hic dicitur, est regulare, ibi speciale. Nam ibi est dictio Nisi, quæ est exceptiua, vt dixi supra c. si autem. in verbo Nisi. nam istud capit. recipit interpretationem à iure communi, vt not. Barto. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & Bal. in l. non dubium. C. de legi. Et vt tibi liqueat ista materia, distingue, ¶ Aut vasallus est miles: & post requisitionem habet annum, mensē & diem: vt j. capi. con. sicut dō. §. finali. & in capitu. j. quo tem. mi. Aut non est miles: et habet annum, & diem vt hic, & j. capitu. si aliquis vasallus. & in capitu. j. quæ fuit prima cau. benef. amit. & de capi. Cora. & de prohi. feud. ali. per Lotta. §. quoniam aliàs lapsis anno, & die, vel mense, vasallus regulariter amittit feudum, vt hic, & in dictis iuribus. & de prohi. feu. ali. per Fre. §. præterea. Quod est verum, si est vetus inuestitura. Secus in noua: quia ad petendam nouam inuestituram non est certum tempus statutum: vt in d. §. est & alia. Et ita dicit Bal. in capitu. j. quæ fuit pri. cau. benef. amit. in verbo Inuestituram petēdo. Fallit prædicta regula in casibus not. in d. §. nisi. & ibi Bal. Item fallit, quia iste annus non currit vasallo, quando dominus decedit pluribus filijs heredibus relictis, & sunt in deliberatione: vt est tex. in c. consuetudo §. Item est. & ibi latius scribam. j. ¶ Oppo. quoniam quod post mortem vasalli ille, qui ei successit, non teneatur præstare homagiū & fidelitatem: vt in feu. si de feud. def. mi. §. si quis decesserit. So. Ibi loquitur in impubere, qui non tenetur facere fidelitatem, vt ibi, & in §. si minori. eo. titu. hic verò in maiore quatuordecim annis. Et ita declarat text. de prohi. feu. ali. per Fre. §. præterea. lo. j. Nam licet huiusmodi tex. loquatur de vasallo indeterminate, attamen recipit interpretationem declaratiuam à iure cōmuni, vt dixi supra. & intelligitur quod sit idoneus, & habilis: vt l. vt gradatim ff. de mune. & ho. statutum enim, aut lex generaliter loquens, patitur limitationes de habilitate, secundum Bartolum & Ioan. de Imo. in l. j. ff. de no. operis nun. & Ange. Areti. instit. de actio. §. in personam. Expeditis contrarijs veniamus ad quæstiones. Et primò quæro iuxta text. ¶ quando habeat locum renouatio in re feudali, aut emphyteutica? Et dico quod in his casibus. Primò in casu huius capitu. & supra capitu. domino. & in capitu. si ali-

quis vasallus. & ca. si aliquis habet. §. Item feudatarius non potest. j. et secundum Bal. in authen. si quas ruinas. C. de sacrosanc. eccle. sit renouatio in sex casibus. Primò propter antiquitatem, in auth. de hære. & fal. in prin. vt sic facilius possit probari quod illa res sit feudalis, aut emphyteutica. Secundò est necessaria renouatio ex pacto posito in inuestitura, aut contractu feudali, vel emphyteutico, quod peccatum apponi solet vt renouetur de tempore in tempus. Tertiò fit renouatio ex consuetudine ad furem, vt aliquid portetur prælato. Quartò fit renouatio propter declarationem confinium, ne obscurantur diuturnitate, vt habetur l. eos. ff. fini. regun. l. Lucius heres. de actio. emp. Quintò fit renouatio, vt si fortè feudatarius, aut emphyteuta transfulerit rem in singularem successorem, vel alium hæredem vniuersalem, renouabitur inuestitura, vt appareat quod res sit feudalis, aut emphyteutica. Et ita est hic, & in iuribus superius allegatis. Sextò fit, quia res transuerit ad eū, qui aliàs non fuisset obligatus: vt in singulari successore, quia obligatio personalis non sequeretur singularem successorem. ¶ Et tribus rationibus inducitur renouatio. Prima propter aliquam vtilitatem percipiendam per prælatum, & appellatur illa commoditas quinquagesima: vt l. fin. C. de iure emphy. in Cathalonia ista renouatio appellatur caput bræue, ex quo plures utilitates proueniunt dominis, iuxta iura patriæ: quas hic causa breuitatis ponere omitto. Secunda ratione fit renouatio, quando transit in singularem successorē: quia aliàs non tenetur, nisi de nouo inuestiretur. l. j. §. si hæres. ff. ad Trebel. & no. glo. in l. si usufructus nomine. ff. quemadmo. usufru. caue. Tertia ratio, quia expediat singulari successori sibi renouari: & appellatur in Cathalonia instrumentum precarium. Tu vide de ista renouatione Spe. titu. loca. §. sequitur. ¶ in multis versibus illius. §. & eo. titu. §. nunc aliqua. ver. clv. & ver. cxliij. & in titu. de rerum permuta. prope finem tertiæ formæ. & vide per Bal. de capi. qui cur. ven. in feud. ¶ Quæro etiam iuxta text. in quibus casibus vasallus amittere debeat feudum suū. Et de iure communi habes rubricas quibus mod. feu. amit. & qui. cau. feu. amit. & quæ fuit pri. cau. benef. amit. & in Summa Hostien. §. quibus. & in Summa Ioan. Blanch.

eo. §. & in alijs summis doctorum antiquorum. & per Petrum Iacob. in libel. titu. de eadem condi. ex mori. pro feudo ap. vbi ponit quadraginta causas, ex quibus feudum amittitur. Ego verò illas hic referre non curo: quia sufficit tibi remissio, ne occupare inutiliter membranas videar. Solū igitur enumerabo causas, propter quas de iure Cathalonico feudum vasallus amittere debet, & eius concordantias de iure communi. ¶ Primus casus est, si vasallus dederit, seu alienauerit, aut impignorauerit feudum: vt in vsatico, si quis suum feudum. Quod intelligo secundum not. ibi per Iac. Callicij, & quæ ego scripsi supra. c. castellanus. Concor. de prohib. feu. alie. per Fre. & de feud. sine cul. non amit. §. si quis miles. Secundus casus est, si vasallus seniorē suum viuū in bello reliquerit, vel ab eius iuramine destiterit, cum posset eum iuuare: secus si inhabilis factus esset ad iuuandum. Idem si malo ingenio ei de pugna defecerit: vt in vsatico, qui seniore. & infra in c. isti sunt casus. §. quintus. Cōcor. in feu. quæ fuit pri. cau. benef. amit. c. j. §. Item qui dominum. & in d. §. si quis miles. & de alie. feud. pater. §. si à morte. & per Pet. Iaco. vbi supra, versiculo primo vasallus. Sed supra per hoc quæro, nunquid si vasallus eum iuuare non posset, quia manum amiserat, vel erat dominus lethaliter percussus, & erat omnino periturus quantumcunque vasallus opem tulisset, vide Bartol. in l. si quis in graui. ff. ad Silla. vbi Ludouic. dicit: & facit ad quæstionem quod si vasallus graui vulnera recipiens in bello dominum dimisit obsessum, non priuetur feudo. De quo habetis glossam in capitulo primo quibus cau. feu. amit. in vli. feu. & Bald. quib. mo. feud. amit. ibi: nota verbum. sed si in bello attritus est plagis, excusatus est. Et habes casum à contrario sensu in capitu. ij. in fin. ibi dum dicit, si potuit. de feud. sine culpa non amit. Sed pone quod vasallus dimisit dominum in prælio per momentum, sed statim redijt, nunquid sibi ignoscitur? Et est argumentum quod sic. ff. de diuort. l. si poenituit. & ff. de falc. l. qui falsam. secundum Baldum quibus modis feu. amit. capitu. j. ¶ Quæro, an vasallus teneatur iuuare dominum suum extra territorium? Et Bald. ibi tenet quod sic. Quæro an vasallus qui cœpit iuuare dominum, possit seruitium

subtrahere. Ibi Baldus quod sic, si sit sine captione domini. Quid enim si alius erat iturus cum domino, & propter illum vasallus non iuit: non potest ei negari quin vasallus perfidē agat. ¶ Quæro secundum eum ibi, an vasallus inhabilis teneatur iuuare dominum. Et dicit quod nō, secundum glossam. Et ponit exemplum in eo, qui amisit manus in bello: quod dicit esse verum quod non tenetur iuuare obiectu corporis, sed clamore iuuare debet, si potest. Nam & clamore præstare potest auxilium, & opem, secundum eum ibi. Teneatur enim eum iuuare, quatenus facere potest. Quid si vasalli fuga nocuerit domino, nunquid puniatur? Et Bald. ibi dicit quod sic. ¶ Quæro, nunquid vasallus teneatur præferre salutem domini salutis suæ: puta si vult mori, potest defendere dominum: si vult fugere, oportet dominum mori. Bald. ibi dicit quod si hoc est certum, debet eligere vitam propriam, nec perdit feudum. Allegat gloss. de alie. feud. pater. licet secus dicamus in seruo. ff. ad Sillania. l. j. Sed in contrarium est de iure consuetudinario Cathalonico: vt infra capitulo si aliquis habet. §. Item vasallus debet. ¶ Quærit etiam ibi Bald. vtrum dominus præsumatur mortiferè vulneratus eo quod decessit tali vulnerare non curato. Et dicit quod sic, nisi ex adiuncta culpa infirmi cum vulnere fuerit secuta mors. Dicit tamen quod non punitur de toto, sed punitur de tanto. Vide ibi eum latē. Quærit etiam quid si dominus fuit ita vulneratus quod non poterat euadere, tamen fuga vasalli fuit interim vulneratus, & citius exanimatus. Et dicit quod non amittit feudum. ¶ Quæro vtrum vasallus possit probare quod dominus decessit, non quia vulnus fuit mortale, sed propter mala medicamenta. Bald. in dicto. §. Item qui dominum. determinat quod sic, secundum Petr. de Cer. ibi. Tertius casus est, si vasallus dominum suum despexerit, & cum magno despectu, & superbia sine causa iusta ipsum diffidauerit. His interuenientibus feudum in perpetuum perdere debet sine spe restitutionis: vt in vsatico, qui seniore. & in capitu. isti sunt casus. §. octauus. supra alleg. Secus si ira ductus dominum diffidauerit, vel feudum ei reliquerit: quia dñs potest feudum emperare, quæ tenebit, donec reuertatur in

suum heminaticum, & firmet directum, & emendet deshonorem, etiam feudum recuperabit, vt in vsatico, qui traditus. & supra eodem capitul. postquam. & infra isti sunt. §. sextus. Si autem cum iusta & rationabili causa dominum diffidauerit, vt quia dixit se in dominum de iustitia faticatum, vel non vult ei firmare directum, tunc vasallus potest eum acuydare, & damnificare: vt in vsatico, si quis dixerit. & in vsatico, Item constituerunt. adde vsaticum, cum
 28 **ctum malum.** † **Quartus, quintus, & sextus** casus: si seniore suum, vel eius filium legitimum manu, vel lingua consentiendo & tractando eius mortem, vel condemnando, seu accusando occiderit, vel adulterauerit cum vxore domini sui: vt in vsatico, qui se sciante. Et intelligo consensum si ad aliquod factum sit processum. Vbi autem ad nullum factum sit processum, non perderet feudum: vt l. si quis non dicam. C. de episco. & cleri. & l. cogitationis. ff. de pœnis. Et de hoc est casus in feud. de capi. qui
 29 cur. vend. §. si voluerit, vbi est casus † quod si vasallus cogitauerat dominum offendere, nec ad actum produxerit, feudum non amittit, nisi domino insidiatus fuerit. Et ibi dicit Bald. quod dispositio solius animi ad delictum non nuntiat delictum: sed insidiæ habentur pro delicto cōtra dominum consummato. Nota quod motus animi non peruenientes ad actum iniuriæ, non puniuntur pœna priuationis feudi: secus si perueniat ad actum iniuriæ, vt ad insidias. Et ratio differentiae est, quia actus non procedentes ad iniuriam sunt quodammodo pars primorum actuum qui non sunt in potestate nostra: vt not. in dicta l. si quis non dicam. & not. in capitu. perpetua. de elect. libro sexto. in Nouel. & pro ista opinione facit verbum præteriti temporis positum in dicto vsatico, ad ostendendum quod pœna delicti requirit perfectionem: vt ff. ad legem Corne. de sica. l. j. in princip. & ff. quod quisque iuris. l. j. §. hac autem verba. Et pro hoc facit quod not. Specul. in tit. de
 30 acc. ver. sed quid si primo. vbi dicit † quod pœnæ capitales de consuetudine generali non imponuntur pro delictis imperfectis, Et idem not. Cyn. l. in l. si is qui cum telo. & in l. si quis non dicam rapere. & Bald. in l. tertia. C. de seruis fugit. Angel. in dicta l. prima. ff. quod quisque iur. & Ludouic. in l.

necessarios. §. si appetitus. ff. ad Silla. Et quod dicitur de adulterio cum vxore, concor. in feu. quib. mo. feu. amit. §. Item si fidelis. & in §. si miles. de feu. sine cul. non amit. Et quod dicitur de malo, aut morte domini, vide text. quæ fuit pri. cau. benef. amit. §. porro si dominum. Et quod dicitur de accusatione, vide text. de consuetu. rec. feud. §. similiter. & infra capitu. si aliquis habet. §. Item accusare. fallit vt ibi. Vide gloss. & Iacob. de Monteuid. in dicto vsatico, qui se sciante. Spec. tit. de feu. §. quoniam. vers. xvij. Petr. Iaco. in libel. de eadem condi. ex mori. in feu. §. xxxij. Et quod dicitur, Lingua, vt quia delator domini sui extitit, & per suam delationem graue dispendium eum sustinere fecerit: vt præallega. c. §. sed vel si pro delatore fideiussit, vel ipsum submisit, vel suo testimonio eum vitiauit sponte, vel fuit aduocatus contra dominum, vt ibi nota. Vel si vasallus præsciuit contra dominum assaltum, mortem, vel captionem, vel grandē patrimonij iacturam, & dominum non certiorauerit quàm citius potuerit, vt dominus posset periculum euitare: vt in dicto capitulo quæ fuit prima causa benef. amit. Item si in causa domini pronuntiauit contra dominum, & in causa appellationis obtinuit dominus, nil plus probato, vt ibi not. Vide latius Petr. Iaco. in tit. Vel dic Lingua suadendo alicui vt occideret, & ex prædicta suasionem occisus fuerit: aliàs non haberet locum, quia effectum requirit, vt dixi supra. & adde ca. sicut dignum. de homicid. Et super hoc verbo vide Iaco. de Monteuid. in dicto vsatico, qui se sciante. † Et in eo quod dixi de fideiussione, notat Bald. in dicto. §. porro. quod ille, qui fideiubet in causa criminali pro eo, qui defert dominum, tanquàm ingratus remouetur à feudo. Sed quid si fideiubet pro inimico domini? Dicit ibi Bal. quod si causa tangit iniuriam domini, priuatur feudo: aliàs non, quia non tenetur pro domino suo gratis inimicitias procurare, nec alienus fieri a conuersatione amicorum cum pœna amissionis feudi fundatur in naturali æquitate: vt litera ibi dicit. Et certè istud non esse bonum, nec æquum. Fit autem ista delatio multis modis, denuntiando, accusando, & promouendo inquisitionem. Accusator debet dare fideiussorem. Et idem de denuntiatore, secundum

secundum eum ibi. Et omnia ista veniunt sub verbo Lingua, in dicto vsatico appposito. Adde Guliel. de Vallesicha in dicto vsatico, qui se sciante. In verbo occiderit: vbi dicitur † quod tribus modis dicitur quis occidere, præcepto, consilio, & defensione: vt 50. distinctio. c. si quis vidua. & de pœni. dist. c. j. §. si. Et dic, consilio vel præcepto iniusto: alioquin non teneretur, vt not. Gaurfridus extra de homi. §. voluntario. & in l. ij. §. fina. ff. manda. & in c. sicut dignum. extra de homicid. & c. nullus ex consilio. extra de regu. iur. lib. vj. & ibi not. per Dy. & doct. in allegato. §. fin. Quæro iuxta text. in dicto verbo, Vel lingua. quid si vasallus allocutus est turpiter dominum, tamen non tetigit eius personam. Bal. quibus modis feu. amit. dicit quod non perdit feudum. Sed ego contra per textum dicti vsatici, si ex eius allocutione dominus sit occisus. Quærit Iacob. de Monteuid. in d. vsatico, qui se sciante. quid si vasallus accusat aliquem de crimine capitali, sed facta accusatione non procedit, ideo pœnitentia ductus desistit, vel cassat, nunquid talis veniet in manu domini, iuxta illud, quod in vsatico isto statuitur: Et sibi videtur quod non: quia non persistit, ideo desistit. Allegat in argumentum. ff. de bon. lib. l. qui cum maior. §. accusasse. Tu adde Bal. in prælu. feu. & si de feu. def. mi. §. vasallus. & Iaco. Callicij in vsatico, magates. quando in feudis admittatur pœnitentia. Sed tu pro hoc vide Bal. in §. porro. quæ fuit prima cau. benef. amit. vbi quærit vtrum vasallo, qui detulit, liceat pœnitere ante sententiam, quia probare non poterit, cum tamen fecerit quicquid potuit vt probaret, non parcitur sibi. Aliàs si re integra desistit, sibi parcitur. Allegat Iaco. de Aret. dicentem in l. si quis maior. de trasac. quod in pœna legali parcitur: secus in cōuentionali. Sed Bald. distinguit, Aut iustam causam habuit defendendi: & tunc potest pœnitere. Aut non: & tunc secus. ff. de iudic. l. destitisse. Iustam causam tamē nemo habere videtur, nisi qui hoc probat. Et refert quod dicunt quidam quod sufficit probare per vnum testem idoneum de veritate, non de circumstantijs. Sed Ioan. Andr. dicit esse arbitrarium, vt idem Bald. refert ibi. Adde in his Guliel. de Vallesicha in dicto vsatico, qui se sciante. In verbo Lingua. vbi dicit scilicet exhortando, & instando vt mo-

riatur: vt not. in capitu. sicut dignum. & de pœni. dist. j. c. ij. & per Pet. Iaco. de Monteuda. in dicto vsatico. † Lingua enim dicitur quod lingit adulando, mordet detrahendo occidit mentiando, ligat, & ligari non potest, labilis est, & non potest retineri, sed labitur, & fallitur, labitur vt anguilla, penetrat vt sagitta, tollit amicos, multiplicat inimicos, mouet rixas, seminat discordias, & vno ictu multos percutit. Vide ibi late per eum. Quæro, quid si vasallus non adulterauit cum vxore: sed opem dedit, aliàs tulit. Bald. ibi dicit quod eadem pœna puniri debet. Quærit ibi Bald. quid si præstitit eidem mulieri consilium. Et refert quod
 34 Andra. de Pisis dicit † quod quando aliquis persuadet aliquod delictum, quod committitur extra personam persuasam, tunc persuasor non punitur, si ille erat aliàs facturus: sed quando delinquitur in personam ipsius persuasi, tunc indistincte punitur: vt l. j. §. persuadere. deser. cor. Quæro, quid de illo, qui ignoranter adulterauit, an priuatur feudo. Bal. ibi secundum gl. dicit quod si fuit crassa, seu supina ignorantia, non excusatur: sed si probabilis, tunc excusatur. Quærit idem Bal. quid si cognouit concubinam domini, cum esset vterque solutus, sic esset concubinitus legitimus. Nam dicit textus quod inter concubinam & vxorem nisi in honore nil interest: vt ff. de lega. ij. l. Item in legato. §. parui. dicit Bald. Idem
 35 quod in vxore. † Quæro, quid si mortuo domino stuprauit viduam, an amittat feudum: Et dico quod non, secundum Bal. de feu. sine culpa non amit. §. si quis miles. Septimus casus est, si miles dominum fuerit desmentitus in præsentia domini regis, vel delegatorum, nisi ex causa raptamenti: quia tunc vasallus cum omni honore & auere, quæ pro domino tenet, venire debet in manibus senioris ad faciendum eius voluntatem: vt vsatic. cum temporibus. iunctis vsatico, simili modo. & vsatic. si quis seniore. & gloss. & Iacob. in dicto vsatic. qui seniore. Sed ego dubito quod pœna amissionis feudi locum habeat ex isto desinenti merito: quia dicti vsatici, quos allegant, in alijs casibus, & de alia pœna loquuntur, & non de amissione feudi: & doctores debent intelligi secundum tex. quos allegant. Ita dicit Ludouic. in repet. rubricæ. ff. de arbit. Casus ergo sunt diuersi, ideo cogita.

Excellentiaq. muni

cogita. Octauus est in hoc capitulo cum concordantijs superius datis. Nonus, si vafallus nō vult facere directum domino suo maiori intra annum, mēsem, & diem, postquam dominus requisierit, tenetur domino: vt in capit. consuetudo Catha. quōd si, & que ibi dicuntur per Arnaldum de Moraria, & quod not. in vsatico, tutores. Idem est si requisitus seruitium, vel id, quod ratio exigit, facere recusat, vt aliqui habent in dicto capit. sed creditur quōd est alia noua incipiens, vt prædicta, & fuit Bertrandi de Ceua. Sed contra prædicta est vsaticus, magnates. & vsaticus, potestatem. & consuetudo Cathalonie, quæ incipit, consuetudo est Cathalonie. & vsaticus, si quis situm feudum. in si. & vsati. qui viderit. † In quibus habetur quōd si vafallus directum, siue seruitiū domino facere recusat, potest imperare feudum, sine recipere potestatem & tenebit feudum vsquequo fecerit domino directum, & satisfecerit omnes expensas, & seruitium perditum in duplo emendauerit: & hoc facto per vafallū dominus tenetur reddere potestatem. Quidam sapientes antiqui dicunt quōd quando vafallus in nullo prædictorum contradicit, quōd verum est quōd inferior vafallus in fatica directi domini sui, qui suo domino superiori directum facere recusat per annum, mensem, & diem steterit, vt præfertur, potest domino suo superiori facere homagiū, & fidelitatem. Sed si vafallus primus domino maiori directum faciat, & expensas soluat, & alia, ad quæ tenetur, secundum vsati. dominus tenetur sibi reddere feudum, vt in dictis vsaticis habetur. Alij dicunt aliter, quōd si post annū, mensem & diem dominus aliter ordinauerit de feudo, & sic re non integra, tunc vafallus nō recuperat feudum. Re integra etiam post annum & diem recuperat: aliter dominus in infinitum haberet tenere feudum: quod non videtur consonum iuri, & rationi: cum dominus inuito vafallo de feudo possit ordinare: vt infra capitu. si dominus. Vide quæ scribam infra in cap. si castellanus. ver. quæro, facta apprehensione. Ego verò distinguendo sic dicerem pro concordia dictorum iurium † quōd aut sunt in castro, vel feudo plures vafalli, videlicet vnus post alium, aut vnus tantum. Primo casu subdistingue. Aut dominus facit aliquam de-

mandam vafallo, sibi immediato, & ipse vafallus noluerit respondere domino directo, nec de fide, nec facere homagium: & propter hoc castrum fuerit apprehensum, aut feudum imperatum, & alij vafalli inferiores fatigati fuerint in ipsum vafallum immediatū, & protestati fuerint quōd prædicta faceret domino: & tunc si vafallus perseverauerit per vnū annum, diem, & mensem, quōd prædicta non faceret, debet amittere feudum: & vafallus, qui tenet feudum cors acors pro illo, qui non vult facere homagium, potest venire coram domino, & feudum recipere à domino, homagium sibi faciendo: vt ista colliguntur infra in dicto capitulo consuetudo. Et in hoc casu habet locum amissio feudi irrevocabiliter. Aut vafallus immediatus intra annū, diem, & mensem venerit coram domino, & faceret sibi directum, & homagium: tunc dic quōd recuperat castrum, soluendo expensas, & alia prædicta: vt continetur in dicto capitulo consuetudo. & in vsatico, supra alleg. † Secundo casu principali, quando est vnus vafallus, tunc fateor contrarium quōd vafallus non amittit feudum: ideo restituendo expensas, damnum, & seruitium perditum in duplo, vt in dictis vsaticis continetur. Vel dic quōd dictum capitul. consuetudo habet locum, quando dominus apprehenderit castrum, vel imperauerit feudum propter demandam, quam fecit vafallo, & ipse noluerit firmare directum, nec respondere de fide, nec facere homagium. Omnibus istis concurrentibus cum lapsu anni, mensis, & diei, amittere debet feudum: vt colliguntur in dicto capit. Et credo quōd vnum præmissorum non sufficeret, quōd vbi lex vnūm plura exigit ad imponendam poenam, tunc non sufficit quōd vnum factum sit, quādo scilicet vnus veniat ad qualificandum alterum, secundum Bal. Angel. & Ludo. in l. si quis §. si alius. ff. ad Silleia. Nam hic est dictio. Nec, quæ est copulatiua: vt est text. & ibi Bartol. in l. si quis ita stipulatus. ff. de verborum obligationib. & vide eum in l. sæpe. ff. de verborum significationi. Secus verò est in dictis vsaticis, qui loquuntur in vno casu tantum, videlicet quādo vafallus non vult dare potestatem de castro, vel firmare directum. Aut contradicit facere seruitiū, quia ex hoc solo nō amittit feudum: & sic,

39 & sic secus est ibi, & secus est in d. c. † Decimus est generalis, si vafallus fecerit malum domino, quod non potest redigi, vel emendari, vt homicidia, vel similia: vel si domino castrum tolleret, & non reddat ei sine peioramento, tunc feudum perdere debet: vt in vsatico, qui se sciante. Si autem malum factum domino per vafallum possit redigi, siue emendari, tunc non perdit feudum, sed emendabit domino malum quod fuerit indicatum, & firmabit ei directum: vt in vsatico, de alijs nanque, qui videtur continuari cum præcedenti. Intellego autem dictum malum esse redigendum, si dictum malum datum sit domino sine fatigatione directi, & sine acuydamento: quia redigendo, & emendando vafallus liberatur: vt in vsatico, cunctum malum: vel etiam cum acuydamento: sed iniuste, quia non se fatigauit de directo in dominum suum: vt in vsatico, si quis dixerit se tibi. & pro ista fatigatione vsat. si quis homines. Sed si acuydamentum esset iustum, non tenetur malum domino emendare: vt vsatic. Item constituerunt. Adde vsaticum, si quis aliquid. vbi habetur quōd si malefactor iustitiam de se facere contenderit, si aliquod malum prædiderit nullo modo ei emendatum sit. Intellego autem malum domino illatum siue in personam, siue in bonis, vt gaytando, & calcando, requirendo, vulnerando, capiendo, & aliter damnum inferendo: & si emendari potest, non perdit feudum, sed damnum emendare: & redigere debet: vt vsatic. per bonum vsati. & vsatic. si quis dixerit. De acuydamento, vel diffidamento domini, habetur in vsat. si homo fecerit seniori suo malum. & in vsat. cunctum malum. & in vsa. seq. omnis. & in vsatico, Item constituerunt. & in vsat. per bonum. & in vsat. autoritate, & rogatu. Et quod dicitur de castro, vide tex. in feud. quibus modis feudum domini. † Et ad hoc vt vafallus non teneatur de malo illato seniori suo, duo debent præcedere, scilicet fatigatio directi, & acuydamentum: vt C. de agrico. & censu. l. cum satis. libro vndecimo. & in vsatic. a gayt. & in constitut. pacis, in Christi nomine. Notum sit, constituimus quōd nullus homo capiat. Quotiens enim plura desiderantur ad constitutionem alicuius, alterum interuenire non sufficit. ff. ex quibus caus.

in pos. ea. l. fulcinius. & l. si hæredi plures. de conditio. instituto. præsertim cum in vsatic. cunctum malum. sit copula Et, & dictio vsa. agayt. & dictio Et proprie stat copulatiue. gloss. in capitu. cupientes. §. denique. de elect. libro sexto. in verbo Et, & simili. gloss. est in capitu. Romana. de poenis. eodem libro. In verbo Et. & ibi Gemina. Adde ad prædicta vndecimum casum, 42 † si vafallus ecclesie per se vel alium interfecerit, vulnerauerit, coeperit, aut percussorialiquem episcopum: quia tunc omnibus feudis, quæ tenebat ab ecclesia tempore perpetrati sceleris ipso facto perpetuo, & ipso iure priuatur, & ecclesie omnino applicantur: vt in constitutionibus sacri concilij Terraconæ capitu. quoniam exempla. Et nota in hac materia hanc regulam quōd quacunque sunt causæ exhæredationis filij iustæ, sunt iustæ perditionis feudi. Item quacunque sunt iustæ reuocationis, secundum Baldum quibus modis feud. & ibi Baldus querit, quid si dominus de huius culpis nullam proposuit querimoniam, & decessit, nunquid hæres eius hanc querelam suscitare potest. Et dicit quōd non, si habuit spatium querelandi, & non est conquestus: secus si non habuit, vel ignorauit, & per eum, quæ fuit prima causa beneficii, amitte. §. n. porro. & de prohibio. fetiu. 42 alienā. per Frederic. §. insuper. † Quæro, an per osculum pacis datum in ecclesia intelligatur remittere feloniam: Et Baldus dicit quōd non, in dicto capitulo primo, quibus modis feudum amittatur. Quid econtrā, si decessit vafallus, si possit hæc quaestio suscitari contra hæredem vafalli. vide ibi Baldum. Querit Baldus in dicto capitulo. §. vel si. an propter culpas feudum perdat ipso iure: Et dicit quōd non, quia requirit iudicium, & causæ cognitionem, & sententiam, scilicet priuatiuam. Et pro hoc text. in dicto vsatic. qui seniore. vbi sunt verba, perdere debet, quæ important quōd requiratur sententia. Et pro hoc text. in authent. qui semel. C. quo. & quando. in versi. cadat. dicit ibi Bal. per sententiam. alleg. de iure fisci. l. eius qui delatorem. & Ber. in ca. cum nos. de offi. ordi. & Iac. de Monteuid. in vsatic. qui seniore suum in bello. Fallit in culpa alienationis: quia tunc ipso iure perditur feudum, vt ibi Bal. & quæ fuit prima caus. benefi. amit. §. denique. & de feudo sine

siue culpa non amit. §. si quis miles. & vide Bal. de pa. te. §. publici, vbi dicit quod quis non est priuandus feudo, nisi ordine iudiciario seruato, & sententia subsecuta. Sed an dicta fallentia sine spe recuperationis locum habeat de iure Cathalonico, vide quae scripsi supra, in capitu. castellanus. & infra, & latius infra in capitu. si castellanus. vbi tractabo materiam imperae realis. Et quod requiratur sententia, tenet Ang. in l. eorum. ff. de damno infecto. pro hoc facit, quia vbi sumus in dubio, quia non apparet expressè quae poena priuationis imponatur, semper interpretatio fit vt in ipsa poena priuationis imponenda requiratur sententia, & non fiat ipso iure: vt not. gloss. in c. qui cumq. in ver. innodetur. de haereticis. libro. vj. glo. in c. poenis. per illum text. de regulis iuris. eodem libro. & in c. cupientes. §. si vero. in versicul. praeventus. de elect. eodem libr. & idem dicit Bal. in authen. qui semel. C. quo. & quando. vbi inquit quod lex in dubio non dicitur damnare quem ipso iure, sed per sententiam iudicis. Post dicit ibi Bald. quod etiam si lex disponderet aliquem priuari, etiam si lex diceret priuari ipso iure, tamen semper requiritur priuata sententia. Adde Bald. in c. qui. in causam. de constitutu. quod in priuatione feudi requiritur sententia, nisi quando feudum esset concessum ad tempus, & tempus esset finitum. Adde Andrae. de Iser. & Iaco. Alua. in §. Item si fidelis. qui. mod. feu. amit. vbi dicit quod circa amissionem feudi procedentem ex delicto requiritur processus, & iudicium, & sententia priuatiua. Vide eundem Iac. in c. j. de feu. sine cul. non amit. vbi dicit quod venit priuandus per sententiam post ratione culpae proueniens ex feloniam vel delicto venit priuandus. Secus tamen dicit, si lex diceret quod esset priuatus ipso iure: quia tunc non esset necessaria sententia ad esse poenae, sed solum ad executionem ipsius poenae, vt dixit Io. And. in c. j. de homi. li. vj. in not. Adde eundem Iac. in §. Callidis. de prohib. feu. al. per Fred. vbi facit differentiam quoniam illud perdit propter alienationem, aut per feloniam. Quaro, quo iure dominus agit contra vasallum. Vide latius Bald. in feu. quae fuit pri. cau. benef. amit. §. porro. quia sufficit tibi remissio. Et vide Bal. de allo. in fin. vbi dicit quod postquam est commissum, oportet actionibus ordinarijs remedijs experiri,

alias formae agendi frustra essent instituta. 43 ¶ Notat Bald. ibi quod vasallus non amittit feudum ex omni causa, ex qua eius opinio grauatur. Et etiam Bal. dicit quibus cau. feu. amit. vbi tex. quod causa, ex quibus feudum amittitur, non possunt sub certa regula tradi. Et vide eum, quae fuit pri. cau. benef. amit. Praedictos autem casus, ex quibus feudum de iure Cathalonico amittitur, recollegi, alios vero non inueni. Tu autem per te ipsum perquire, si alios poteris inuenire. Sed hic quaero quid de milite seculo, qui factus est miles Dei, an feudum amittat: vide tex. & ibi Bald. si de feu. defunct. mi. §. qui clericus. & de vas. mi. qui ar. belli. Quid de militibus gaudentibus, ibi Bal. Quaro, quid si ecclesia habet feudum a rege, praelatus ecclesiae culpam commisit, an ecclesia perdat feudum: vide text. de capi. Cora. §. Item si clericus. Quid si non habet feudum a rege, sed ab alio inferiori, nunquid erit idem? Et Bald. ibi quod sic. Quid de alio praelato, qui non est episcopus vel Abbas? Et Bald. dicit idem. ¶ Quid si ecclesia est proprietaria, nunquid amittat proprietatem propter delictum praelati? Et dicit quod non. Adde vnum casum amittendi feudum, in feu. de allo. & adde Bald. in praelu. feu. vbi dicit quod nec est alia iustior causa beneficii auferendi, quam si id, pro quo illud beneficium datum fuerit, vasallus facere recusauerit. Sed quare est ista iustior causa omnibus alijs? Et dicit, quia procedit ex primo consensu partium: & sic nascitur ex radice contractus, ipsaque causa loco tacitae conditionis habetur. Sed quaero, quid si vasallus habet duo castra in feudo, alienat vnum, an amittat vtrumque. Vide Ioannem Andrae. in addi. Specu. titu. de feud. & Hostien. in summa, eodem titulo. §. quibus. versicu. Item vasallus. Sed quaero, cui applicabitur feudum commissum ex causis supra narratis: dic quod de iure Cathalonico ad dominum: vt est text. in vsatico, qui se sciens: vbi habetur quod vasallus debet venire in manu domini sui cum omnibus, quae per eum habuit, ad faciendum suam voluntatem. De iure autem communi feudali vide Bald. si de feud. defunct. mi. §. qui clericus. & de mi. vas. qui ar. belli. depo. & quae fuit pri. cau. benef. amit. §. de n. ue. vide in cap. si quis. de praescrip. libr. vj. vbi gloss. ij. & ibi Gem. & de feud. c. ij. in glo.

in gloss. fin. vide quae dixi supra in c. si duo. & j. c. feloniam. De causis, ex quibus dominus debet amittere proprietatem, vide Pet. Iaco. in libel. eo. tit. & habes rubricam in feud. quali. do. proprie. feu. pri. Et quia superius dixi de causis, ex quibus vasallus de iure Cathalonico amittere debet feudum, hic enumerabo casus, ex quibus vasallus non perdit feudum, sed aliter prouidetur. 45 ¶ Primus casus est, si vasallus domino suo necessitatem habens fallierit de seruitio, quod ei debet, vel facere teneat, potest ipse dominus imperare feudum, & tenere in suo dominio, donec seruitium perditum sit in duplo emendatum, & bene assicuratum, quod amplius non sit ei contradictum: vt in vsa. si quis suum feudum. & in c. seq. & j. c. isti sunt casus. §. quartus casus. Secundus casus est in vsatic. magnates. vbi si vasallus contenderit firmare directum senioribus suis, potest dominus castrum apprehendere, vel feudum imperare. & j. c. isti sunt. §. primus casus. Tertius casus est propter denegatam feudum potestatem potest dominus ipsam castrum cum alijs feudis suis apprehendere: vt in vsa. si quis contradixerit. & j. c. isti sunt casus. §. tertius casus. Quartus casus est, si vasallus ira ductus dominum suum diffidauerit, vel eius feudum reliquerit, imperare illud poterit: vt in vsa. qui ira ductus. & in d. c. isti sunt. §. sextus est. Quintus casus est si vasallus fallierit domino suo in caualcatis: quia tenetur eas emendare in duplo, vel emendare ei perdas, & misiones, quas fecit senior per illud fallimentum: vt in vsa. qui fallierit. Sextus casus est, quando vasallus viderit seniore suum necessitatem habere, & fallierit ei de iuramine, & seruitio, poterit dominus ab eo exigere aliquam redemptionem: vt in vsa. qui viderit. Septimus casus est, si vasallus seniori suo iurauerit aliquid quod tenere non curet, damnum, quod seniori suo per transgressionem sacramenti euenerit, in duplo ei emendet: vt in vsatico, item statuimus. Octauus, nonus, decimus, undecimus, duodecimus, & decimustertius casus sunt quod vasallus per diffidamentum, aut per feudi renuntiationem domino factam non debet personam domini gaytare, vel encalsare, vel requirere, seu vulnerare, aut capere vel captam detinere: alias vasallus contractus, in manu domini venire debet, & tan-

diu captus stare, donec ad principis arbitrium, & eius curiae malum in persona domini sic perpetratum fuerit emendatum: vt in vsa. per bonum. Quid autem sit requirere, vide in vsa. si quis se miserit euagayt. & in vsa. camini. §. & si quis illos requisierit. & proprie est aggressura, vt Gloss. fin. lib. vj. ti. iij. §. non est putanda. vide Thomam Mieres in dicto. §. & si quis. Et quod dicitur de insidijs de iure communi feudali, si vasallus insidiatus fuerit domino, feudum amittit: vt in feud. de capit. qui cur. ven. §. si voluerit. Decimus quartus casus est supra 46 in capitulo si vasallus. vbi habetur quod si vasallus noluerit facere homagium, potest dominus castrum, siue feudum apprehendere, quod restituere non tenetur, donec fecerit dictum homagium, & restituerit omnes expensas, & damna quas, & quae fecerit pro praemissis. Istos autem casus recollegi, ex quibus de iure Cathalonico vasallus non patitur poenam amissionis feudi, sed alias poenas, & aliter contra eum proceditur, vt in quolibet eorum videri potest: & de ipsis latius scribam in sequenti capitulo. vbi tractabo materiam imperae realis. Et de hoc aliqua dixi supra in capitulo castellanus. Et restitutione misionum, & expensarum factarum per dominum, ac etiam de damno, & de perdis domini, habetur in dictis vsaticis, magnates, si quis contradixerit, qui fallierit. et in vsatico, potestatem. & infra capitulo consuetudo est Cathaloniae quod si dominus facit vsatic. princeps nanque, & alium nanque. Seruitium autem debet fieri secundum conuentionem, vel secundum posse: vt in capitulo sequenti. & in capitulo isti sunt. §. quartus casus. & §. octauus. & in vsatico, qui solidus. & in vsatico item statuimus seruitium. & qui. mo. feud. amit. & dixi supra in capitulo vasallus. Et debet haberi respectus ad posse, siue valorem feudi, & non ad domini bonam cum seruitium inspiciat feudum & beneficium ipsius & non alia bona: vt in vsatico, qui viderit. & vsatic. si quis suum feudum. Adde quae dixi latius supra in capitulo si vasallus. Sed qualiter sibi prouidebit dominus quo ad damnum, & seruitium? Dic quod per apprehensionem potestatis castri, aut per imperam realem feudi: vt infra capitulo consuetudo. Io primo. vide quae dixi supra in capitulo primo. & Iacob. de

Callicio in vsatico, magnates. & dicam in sequenti capitulo. Sed quid ego dixi superius in octavo casu amissionis feudi, 47 Quod si vassallus malum fecerit domino, debet amittere feudum. Sed contra de vsatico, cunctum malum. & vsatic. per bonum. vbi non punit vassallus eadem poena, sed alia. Sol. si malum est factum, quod non potest redigi, vel emendari, vt homicidia, vel similia: vel si domino castrum tollat, & non ei reddat sine peioramento, tunc feudum perdere debet: vt in dicto vsatico qui se sciente. Si autem malum factum domino per vassallum possit redigi, siue emendari, tunc vassallus non perdit feudum, sed emendabit domino malum, vt fuerit iudicatum: vt in vsatico, de alijs nanq. qui videtur continuari cum precedenti. Intellico tamen si dictum malum datum sit domino sine fatigatione directi, & sine acuydamento: quia redigendo, vel emendando vassallus liberatur: vt in dicto vsatico, cunctum malum. vel etiam cum acuydamento: sed iniuste, quia non se fatigauit de directo in dominum suum: vt in vsatico, si quis contradixerit. Si autem acuydamentum esset iustum, & precedente fatigatione, tunc vassallus non tenetur malum domino emendare: vt in vsat. item statuerunt. Et quod dixi de resarciendo malum, intellico illud malum domino illatum siue in personam, siue in bonis, vt gaytando, requirendo, vulnerando, capiendo, & aliter damnus inferendo, ita quod si emendari potest, non perdit feudum, sed tunc danum emendare, siue redigere debet: vt dicto vsa. per bonum. & vsatic. si quis contradixerit. Duo enim requiruntur, scilicet fatiga directi, & acuydamentum, vt supra latius de hoc dixi. Vterius quaero, quid si dominus fuit dominus feudi priuatus propter crimen, an suus olim vassallus adstringatur vsatic. per bonum. an vero possit personam domini sine metu poenae dicti vsatici inuadere, scilicet datis diffidamentis? Et videtur quod non adstringatur iste olim vassallus per dictum vsaticum, pro quo lex fina. ff. de decurio. & ibi not. & de questionibus. l. prima. §. idem Cornelio. Ad idem facit quod not. Ioan. Andre. de electionibus. capitulo venerabilis. Non obstat in feud. tit. de vass. qui contra constitutio. Lotha. feud. ali. c. vno. quia illud est de iure communi: hic vero de iure vsatic. Et ita concordarunt Arnal-

48 dus de Moraria vic. Petr. des Peus, Bertrandus de Ceua, Iacobus de Monteuda. Stephanus de Roda, Petrus de Rourria, Pet. de Palatio, & Franciscus de Podio, vt refert Iacob. Merquilles in dicto vsatico, per bonum. vide quae latius de hoc scripsi supra, in capitulo postquam. Quaero, dixi supra, de insidijs vassalli, quid si dominus mouet insidias capitales contra vassallum, an liberatur a fidelitate, & dominus priuetur proprietate? vide Baldum in l. executorem. C. de executio. rei iudic. & in capitulo primo. §. primo. de mi. vass. qui contumax.

Quaero, an post annum, mensem, & diem vassallus, vel haeres vassalli possit moram purgare? vide quae latius de hoc scripsi supra in dicto capitulo domino. † Pone quod filius haereditatus ingratitude viuo patre commiserit contra dominum feudi paterni, an feudum committatur? Antiqui sapientes mouerunt istam quaestionem, & dicunt quod feudum non committitur: quia ad hoc quod feudum committatur propter aliquam ingratitude, requiritur quod committens eam sit vassallus, & contra quem committitur, sit dominus, vt vsatic. qui seniore. cum tribus sequentibus. sed filius haereditatus viuo patre non efficitur vassallus, nec senior sit eius dominus, cum homagium, & seruitia a patre possidente habere debet: vt supra capitulo si vassallus, vel castellanus haereditauerit. Et praetextu homagij dicitur quis vassallus: vt in vsatic. qui solidus. & in vsatico, qui ira ductus. Et dicitur dominus, qui homagium recepit: vt j. capitulo licet de iure Romano. cum duobus seq. & in vsa. si aliquis habet hominem Ad hoc in curia regis Petr. primi. c. ite que es terres. In prima curia Regis Iacob. cap. xxxij. & capitulo fin. curiae. Gerundensis cle. pastoralis. de sententia. & re iudica. Et in tali homagio interuenit iuramentum fidelitatis: vt in dicto capitulo, & in vsatic. omnes homines. cum sequen. & facit capitulo. postquam. supra. Igitur &c. † Item non dicitur vassallus feudi, nisi patre mortuo, vel adita haereditate feudali: quia tunc licet homagium non praestitisset, posset committere felloniam, & dicitur haufator, vt supra capitulo si vassallus, siue castellanus. & hic, & in dicto capitulo postquam. & infra capitulo si aliquis vassallus. & in capitulo habito Ista sunt rationes antiquorum. Sed ego

ego arguo in contrarium de eo quod dicit Baldus in feudis, an mutus, vel aliter imperfectus. capitulo primo. circa finem. vbi dicit, & nota, ego cogitabo in suo haerede, vtrum viuo patre possit dici feudatarius, quia est eadem persona cum patre. Et est argumentum quod sic, secundum Baldum ibi. Sed fundamentum Bald. quod sit eadem persona cum defuncto, habet locum adita haereditate feudali: vt hic, in fine. & infra si aliquis vassallus. Item quia filius feudatarius efficitur homo domini patris sui: vt j. capitulo habito. & in capitulo nullus. Quod verum est, si filius adeptus sit haereditatem patris, vel in vita, vel in morte, vt ibi. Item quia filius propter ipsam ingratitude priuatur successione feudi, nisi viuo patre satisfecerit domino: vt est text. & ibi Bal. de prohibito. feu. aliena. per Fredericum. §. insuper item quia etiam quod vassallus non fecerit homagium, dicitur vassallus, vt supra capitulo si vassallus. circa finem. vbi potestas castri donati accipitur etiam quod homagium non sit praestitum: vt in capitulo & finit. supra. & vide quae ibi de hoc latius scripsi. & infra capitulo isti sunt casus. §. item si vassallus non fecit homagium, tenetur illud facere ante quam reddatur potestas. Quid igitur dicendum est? Ego sic distinguere super hac questione. † Aut pater in donatione vel haereditamento, quam, vel quod fecit filio suo, retinuerit sibi vsufructum, aut non. Primo casu si vsufructum retinuerit, & vterque ex ipsis patre & filio homagium fecerit, secundum capitulo. si vassallus vel castellanus. supra. & tunc dicitur quod feudum committitur: quia ex quo est vassallus, committendo ingratitude, vel felloniam contra dominum, feudum applicatur ipsi domino: vt in feud. quibus mod. feud. amit. & quae fuit prima causa. benef. amit. Secundo casu subdistingue, Aut filius adiuuit haereditatem feudalem, aut non. Primo casu si illam adiuuit, tunc propter illam aditionem censetur eadem persona cum defuncto. & sic committendo felloniam, siue ingratitude contra dominum, feudum amittit, vt in iuribus pro hac parte allegatis. Secundo casu, quando non adierit haereditatem feudalem: tunc dico feudum non committi propter ingratitude ipsius filij donatarij. Et ita intellico iura per dictos sapientes allegata. Sed

si postea filius vellet adire ipsam haereditatem, vel succedere patri in feudo, nisi satisfecerit viuento patre ipsi domino de ipsa fellonia aut ingratitude, dico quod non posset, ideo priuaretur ipso feudo, vel eius successione: vt in dicto. §. insuper. de prohibito. feud. aliena. per Fredericum. † Quaero, quid si in feudo sunt duo, tres, vel plures domini, & vassallus inferior ingratu fuerit ex aliquibus causis, propter quas feudum domino cadit in commissum, cui acquiratur dictum feudum commissum, an domino superiori, an domino immediato ipsius vassalli ingratu? Reperio quod sapientes antiqui in octo casibus, super quibus consuluerunt, in sexto casu eorum consilij consuluerunt sub hac forma. Sextus, si castellanus inferior legauerit feudum personae inhabili, vel in personam inhabilem ipsum feudum alienauerit sine consensu domini, si feudum amittit, & si acquiratur domino maiori, vel castellano, pro quo ipsum feudum tenet immediate, vel debeat diuidi inter eos, vel quid debeat fieri inter maiorem dominum & castellanum propter praedicta, & si debeat fieri impera realis, & per quem dictorum dominorum debet, & qualiter: iuxta opinionem doctorum clarum est quod domino maiori committitur feudum, praesertim si dominus inferior, pro quo tenet cors acors, consenserit alienationi, vel saltem tacite, puta sciendo alienationem, & eidem non contradicendo. Est etiam clarum per consuetudinem Cathaloniae, quod dominus Rex, & sui praedecessores in feudis, in quibus erant domini mediati faciebant imperas. Ista consuetudine hodie vtuntur Regij procuratores feudorum Cathaloniae. Attamen si dominus inferior sciret alienationem, & eidem contradiceret, satis posset dici eum posse facere impera. Quod satis innuunt verba vsatic. si quis suum feudum. ibi tamen dicitur, siue consensu senioris sui, & ipsam facere posse pro iure suo, puta pro parte laudimij sibi, vt praemittitur spectati. Quo casu dominus superior posset imperare suo vassallo: ei denique domino vassalli inferioris feudum pro iure sibi in laudimio pertinenti, vt praemittitur. Ista sunt verba dicti consilij in dicto sexto casu. Ego vero sic dicerem, † Aut vassallus peccat delinquendo, aut alienando. Primo casu subdi-

stingue, Aut in dominum superiorem, aut in alios dominos inferiores. Primo casu credo quod reuertitur ad dominum superiorem: vt in feud. quæ fuit prima causa beneficii. amit. §. denique. in principio. Nam vassallus, qui offendit dominum domini, debet amittere feudum: quia vassallus dando in feudum rem, quam tenet in feudum, non potest facere conditionem domini sui deteriorem: & ideo fellonia secundi vassalli nocet primo, secundum Baldum de prohibi. feud. oli. per Frede. §. illud. Et pro hoc est tex. supra capit. si duo, vel tres. & ibi de modo procedendi per dominum superiorem contra ipsum vassallum delinquentem. Secundo casu quando iniuriatur in persona immediati sui domini, & tunc feudum rediret ad vassallum dominum immediatum ipsius vassalli iniuriantis, vt habeat saltim suam iniuriam vltionem, argumen. ff. de colla. bo. l. secunda. §. emancipatus filius. secundum Bald. in dicto. §. illud. Secundo casu principali subdistingue, Aut queris de iure communi, aut municipali. Si de iure communi, Bald. in dicto. §. illud. dicit quod ad illum debet redire feudum propter alienationem, ad quem pertinebat in ipsa alienatione prestare consensum. Si autem pertineret ad immediatum infeudatorem, rediret ad eum. Licet enim utile dominium transfulerit, tamen remanent reliquiae: debentur enim ei seruitia, & ipse est dominus quo ad suum vassallum, & debet ei fieri cognitio, & ipsi praestari fidelitas nec ex toto est absorptum, sed eius reliquiae remanent: vt ff. de hered. instituen. l. talem. §. fina. ¶ Si autem queris de iure municipalis, etiam subdistingue: quia aut vassallus, alias dominus, qui tenet feudum cors acors cum vassallo alienante, sciuit alienationem & contradixit alienationi, aut non contradixit. Primo casu feudum non aperitur domino, nisi secundum distinctionem, quam posui supra in capitulo castellanus: sed omnes domini pro laudimio eis pertinent, videlicet cuiuslibet eorum pro parte eis ad soluendum contingenti, iuxta constitutionem Cathalonie curiae Ceruarie Regis Petri tertij. capitulo. item ne super laudimio. & distinctionem quam posui infra in capitulo. cautum possunt feudum emperare, vt habetur in dicta constitutione. Secundo casu aut ipse dominus immediatus consenserit alienationi tacite, vt puta

quia sciuit alienationem, & non contradixit, vel expresse illi consensit: & tunc credo quod dominus immediatus ipsum feudum emperare non poterit: vt in vsatico, si quis suum feudum. Et pro hac scientia, taciturnitate, & consensu facit in feu. qua. feud. olim ali. §. porro. & §. Titius. si defeu. defun. mi. & vbiq. Baldus. Secus tamen erit in alijs dominis: quia eis licitum erit emperare dictum feudum, dum tamen tradiderint ipsi alienationi statim quod scientiam habuerint de ea: vt in dicto vsatico, si quis suum feudum. Si tamen ipse dominus immediatus ignorauerit alienationem, non excluditur ab ipsa empera: vt in dicto vsatico, si quis suum feudum. à contrario sensu: qui contrarius sensus habetur pro vsatico: quia tempus, ex quo inducitur tacita renuntiatio, non currit ignorantibus: vt in dicto. §. porro. per Baldum in verbo, sciuerit. Et sic intelligo dictum consilium, & totam istam materiam. Sed super hoc queritur, quid si primus vassallus forefecerit contra dominum, nunquid ex eius delicto alij vassalli inferiores priuabuntur feudo? Super hoc vide capitulo. consuetudo. j. & adde ad praemissa quæ scribam infra in capitulo fellonia. & supra in capit. si duo. Quæro iuxta textum, in verbo Ingratus, quando dicatur vassallus ingratus. vide textum & ibi Baldum, quæ fuit prima causa beneficii. amit. & hic in tex. ¶ Secundo quero, an ingratitude patris noceat filio. Baldus in dicto. §. item. tenet quod sic de rigore iustitie feudorum. Sed tu vide eum latius de prohibitione feud. ali. per Frederic. §. insuper. Tertio quero, an valeat pactum quod feudum propter ingratitude non auferatur. Bald. de feud. gardie. dicit quod sic. & in capit. j. si vassallus feud. priue. vbi dicit quod aliquando feudum datur, quod nulla causa, aut ingratitude feudum sit amissibile, vt quia datum sit eo quod à morte dantem liberauerat, vel ab hostibus, vel à latrunculis arripuerat. Et idem dicit in capitulo primo, an mutus, vel aliter imperfectus. Et in hoc casu cessat ratio legis, siue consuetudinis, quæ feudi amissionem inducit, vt ibi. Et ex hoc potest dari regula quod feudum propter ingratitude amittatur: vt iuribus superius allegatis. Fallit in hoc casu. Adde Baldum qui feud. da. pos. §. hoc casu. Item fallit in casu. §. licet. si de feu. defun. mi. vbi Bald.

Bald. notat quod vassallus non amittit feudum ex omni causa, per quam accepti beneficii videatur ingratus. Et est textus in versu. de illa causa. & ibi Baldus. in quibus causis feud. amitt. & quæ fuit prima causa beneficii. amit. §. illud. ¶ Quarto quero, qualiter videatur remissa ingratitude? Et dico quod si dominus recipit à vassallo suo seruitium consuetum, quod videtur ingratitude remittere: vt est text. & ibi Bald. quo tempo. mi. §. nisi. Quinto quero, an ingratitude transeat ad heredem. Vide Baldum, quæ fuit prima causa beneficii. amit. §. porro. & de prohibitione feud. alienan. per Fredericum. §. insuper. Quæro vltimius iuxta text. in verbo Inuestitura, quid sit inuestitura. vide textum & ibi Bald. quid sit inuest. in feud. & de feud. cogni. §. sciendum. Hostiens. in Summa de feud. qualiter feud. constituit. Secundo quero, per quos fiat inuestitura. textus & ibi Bald. in feud. per quos fiat inuest. Tertio quero intra quod tempus peti debeat inuestitura? Vide hic & in iuribus superius allegatis. Et quando intra annum & diem, vel mensem non petatur inuestitura, non priuetur fundo. Bald. in l. solennibus. C. de rei vendi. & de pace Constan. §. vassalli. vbi textus. Sed quero, vassallus relinquit tres heredes, vnus petijt inuestituram intra annum post requisitionem eis factam per dominum iuxta formam capit. consuetudo. lo secundo. j. eodem. alij illam non petierunt, & sic perdidit feudum, vt in dicto c. consuetudo. & scripsi latius supra in hoc capitulo. vbi istud limitauit: an partes istorum duorum heredum, qui inuestituram non petierunt, accrescat alteri heredi qui inuestituram petierit. Bald. in cap. quæ in ecclesiarum. de constitutio. dicit quod sic. Postea dicit, forte non est verum. vide ibi eum late. Sed in Cathalonie dominus non tenetur requirere dictos heredes: quia potest gratificari illi, cui vult, prout superius latius scripsi in capitulo lo vassallus. lo secundo. & sic ista questio formata per Baldum in Cathalonie non procedit. Quarto quero, coram quibus debet fieri inuestitura. Baldus in feu. quid sit inuest. Quinto quero, an possit constitui feudum sine inuestitura: in feud. quibus modis feud. consti. vbi Bald. Sexto quero, quæ dicatur noua, aut vetus inuestitura. qui testes sunt neces. ad no. inuest.

vbi Baldus. Septimo quero, an potest fieri inuestitura viuentis vassallo. text. & ibi Baldus si de feud. defunct. mi. §. moribus. Octauo quero, an inuestitura sit de substantia feudi? Baldus in prælud. feud. & §. secunda. Nono quero, qualiter probetur inuestitura. Bald. de feud. cogni. §. si autem. & §. præterea. Decimo quero, an inuestitura possit fieri per nuntium, vel procuratorem. Bald. quibus modis feud. constituit. & per quos fiat inuest. §. sed vtrum. & in capitulo accedens. de procuratoribus. & in l. prima. C. quando lice. ab emp. disce. inuestitura enim, & possessio debet transferri, & acquiri per se, & nuntium. textus & ibi Baldus de not. feud. §. item inuestitura. & eadem lege, & eodem iure debet rem habere, quo habet inuestiens. ¶ Undecimo quero, an si vassallus recuset facere fidelitatem, dominus cogatur facere inuestituram? Et dico quod non: quia feudum dicitur à fidelitate, siue fide. in feu. per quos fiat inuest. §. nulla. & vide gloss. & Bald. Duodecimo quero, quomodo fidelitas sit pollicenda, & inuestitura petenda. Baldus vbi supra. & ibi, qualiter vassallus debeat dominum adire. Decimotertio quero, an si dominus non vult facere inuestituram, priuetur fidelitate. ibi Bald. Decimoquarto, per quos fiat disuestitura, & qualiter ibi Bald. Decimoquinto, quid sit propria inuestitura. ¶ Et dic quod propria inuestitura dicitur possessione tradita. Baldus de noua fidelitatis forma. & ibi an inuestitura verbalis tribuat ius in re: & de forma inuestituræ, Baldus quid præce. debe. inuest. Decimosexto, an per inuestituram transferatur possessio. Ludouic. in l. prima. §. hæc quæ. & in l. possideri. ff. de acquirenda possessione. Baldus in l. traditionibus. C. de pactis. gloss. in capitulo pro illorum. in verbo inuestiuit. extra de procuratoribus. & instit. capitulo. autoritate. & de consuet. ex literis. & Innocen. Ioan. Andre. in additio. Specula. titu. de emp. & venditio. §. primo. versiculo tradidit. Ioan. Fab. instit. de rerum diuisio. §. interdum. Baldus in rubric. C. de contrahen. emptio. & Baldus in proce. feud. Decimosextimo, an dominus feudi potest monere vassallum: vt ostendat sibi inuestituram. Baldus in l. secunda. C. quomodo & quando. Decimo octauo, si sit inuestitura de feu.

do post mortem vassalli, quando incipit ista investitura. Bald. si de feud. defun. §. moribus. † Decimonono quæro, an investitura possit fieri absentis. Et dico quod sic, secundum Antonium de Butrio in capitu. olim. de rescript. & in capitu. accedens. de præben. Vigesimo quæro, an investitura tribuat ius. Baldus de no. forma fidelita.

Vigesimoprimum quæro, quando investitura prælati transeat ad successorem. Baldus in feud. qui suc. tene. Et nota quod in investitura prælatorum non requiruntur pares, secundum Baldum. de cap. qui cur. vend. Vigesimo secundum quæro, an forma investiture debeat aliquid operari. Baldus quod sic. de succes. feu. §. hoc quoque.

Ad tenorem enim investiture est semper recurrendum, secundum Baldum, in prælud. feud. §. quarta. Tenor autem investiture derogat omnium feudorum nature, secundum Baldum de eo, qui sibi & hære. Investitura enim tollit naturam feudi. Baldus de duob. fratri. à capit. inuesti. Vigesimo tertio nota, quod hæres adueniente conditione, vel die, est inuestiendus. Baldus qui succe. tene. Vigesimo quarto quæro, an per traditionem corporalem liberetur dominus ab investitura feudi. Baldus quid sit inuesti. & ibi, an defectus testis reddat investituram nullam. Vigesimo quinto quæro, de quibus signis sit investitura, & quid per eam traditur. Angelus in l. Papi. nianus. §. primo. ff. de inoffic. testamen. & omnino & latius post alios Antonius de Butrio in capitulo primo. de causa possessionis & proprietate. Vigesimo sexto nota casum, ubi per hæredem non est petenda investitura. per Baldum in l. fina. C. de iure emphyteutico. Vigesimo septimo nota, quod investitura præsumitur facta à præsentis consilio Oldra. centesimodecimo. & Baldus in rubrica. C. de contrahen. empti.

Hos autem casus per modum summularum recollegi, quia multum faciunt ad habendum perfectam materiam investiture, de quo in hoc capitulo mentio habetur.

† Quæro etiam iuxta textum, qualiter dominus potest compellere vassallum suum ad recognoscendum eum in dominum, & faciendum homagium, ac præstandum fidelitatem. Dic quod actionibus intentatis coram iudice ab eo dato, & captis pignoribus, atque multa indicta, argument. in-

stitutio. de satisfda. tut. §. qui. iuncta glossa. & gloss. in l. præses. in verbo strictioribus. C. de suspect. tut. Et adde quæ superius dixi. De materia huius capitu. vide quæ scribam infra capitu. si aliquis vassallus. & in capitu. consuetudo. lo. secundo.

De poena vassalli contradicentis domino seruitium facere, quod tenetur.



I castellanus, siue vassallus iniuste contradixerit domino suo facere seruitium, quod tenetur ei facere secundum posse, vel secundum conventionem: & dominus propter hoc emparauerit feudum, tunc in tali casu non tenetur ei dominus reddere feudum, donec prædictum seruitium ei sit in duplo emendatum, & quod amodo non sit ei contradicendum, bene affecturatum: & tunc in isto casu dominus faciat fructus suos, quos inde perceperit, quamdiu tenuerit ipse dominus feudum emparatum, donec à vassallo cautum ei fuerit de iure suo propter contumaciam vassalli.

S V M M A R I V M.

- 1 Seruitium feudi secundum posse uel conventionem fieri debet.
- 2 Feudum emparatum quando dñs reddere teneatur. 23. 25.
- 3 Dominus facit fructus suos quandiu feudum tenet emparatum.
- 4 Fructus feudi quando efficiantur domini, & quando vassalli. 5.
- 6 Secundum, dictio quid significet.
- 7 Possibile ut fiat quid dicatur.
- 8 Conuentio talis censetur, qualis est materia, super qua interponitur.
- 9 Propter, præpositio quid significet.
- 10 Empera realis que sit, & que uerbalis.
- 11 Duplo quando insit simplum.
- 12 Fructus qui dicantur.

Fructuum

- 13 Fructuum nomine que ueniant.
- 14 Cautio quotuplex, & quid una quelibet.
- 15 Feudum an possit emparari ob seruitium non præstitum. 24.
- 16 Poenam non meretur, qui quid permittente lege operatur.
- 17 Contractus feudalis quare personalis.
- 18 Seruitium feudi an ab alienatore, an à nouo acquiretore peti debeat. 19. 21. 22.
- 20 Feudum ad quemuis transeat, cum onere transit seruitij.
- 26 Possessio quando sequestratione amittatur.
- 27 Possessor bonæ fidei fructus, quos percipit, suos facit.
- 28 Seruitio negato potest illico dominus feudum emparare.
- 29 Feudum quid, & unde dictum. 30.
- 30 Fidelitas quid, & quando præstetur.
- 31 Feudum quid sit Hostiensis.
- 32 Feudum in Cathalonia quid significet.
- 33 Feudum an possit dici priuilegium.
- 34 Feudum quotuplex.
- 35 Natura cuiusque rei quid sit.
- 36 Feudum quod reale, & quod personale.
- 37 Feudum ligium quod sit, & quod non ligium.
- 38 Feudum francum quod dicatur.
- 39 Feudum annale quod. Feudum nobile quod sit.
- 40 Feudum ecclesiasticum quod, & quotuplex.
- 41 Feudum paternum quod dicatur.
- 42 Feudum quod sit perpetuum. Feudum ad uitam quod sit.
- 43 Feudum cum dignitate quod.
- 44 Feudum plebeium quod. Feudum quod diuisibile, & quod indiuisibile.
- 45 Feudum rectum est, in quo non succedit foemina.
- 46 Feudum ualde nobile quod.
- 47 Feudum minus nobile quod dicatur.
- 48 Feudatiorum genera quatuor.
- 49 Feudum uarijs amittitur modis.
- 50 Vassallus quando domino seruitium negare dicatur.
- 51 Contradictione sublata non tollitur iusta.
- 52 Dominus qualiter dicatur feudum emperare.
- 53 Empera realis in quibus casibus fieri possit.
- 54 Feudum quibus casibus emparari possit per dominum, & seq.
- 57 Empera reali per dominum facta in feudum, an possit dominus ipsum perpetuo retinere.
- 58 Vassallus quando & quale remedium habeat aduersus emparam realem. 60.
- 59 Emparam feudi quando dominus relaxare debeat.
- 61 Empera realis quando tollenda. numero. 63. & numero. 65.
- 62 Feudum quo casu sine spe recuperationis amittatur.
- 64 Feudum emparari non debet ob impignorationem eius pro uxoris dote.
- 66 Vassallus quando directum firmare dicatur, domino qui castri apprehendit potestatem, uel feudum emparauit.

- 67 Vassallus qualiter suam possit contumaciam purgare.
- 68 Contumacie poena que sit.
- 69 Causæ feudales consuetudine sunt decidende.
- 70 Vassallus feudum emparatum quanto tempore possit recuperare. 71. 72.
- 73 Dominus quid & qualiter contra vassallum præscribat.
- 74 Vassallus inobediens an audiatur penitens.
- 75 Emphyteuta, qui cessauit in pensionis solutione, potest celeri satisfactione sibi consulere.
- 76 Vassallus an possit moram purgare domino.
- 77 Vassallus quo remedio impediatur dominum ne feudum emparare possit.
- 78 Empera realis an per dominum vassallo fieri possit in feudo, quod in castro consistit.
- 79 Potestas castri à nouo acquiretore non potest peti.
- 80 Vassallus domino castro potestatem tradere debet, licet nondum homagium fecerit.
- 81 Contrarietas in legibus qualiter iuuari debeat.
- 82 Vassallus quis dicatur.
- 83 Vniuersalis dictio qualiter intelligenda.
- 84 Acquiretore nouo feudi recusante laudimium, dominus potest emparare feudum.
- 85 Empera realis an, & in quo differat à potestate. 87. 88. 89. 90. 92. 93. 94.
- 86 Empera ex quibus causis fieri soleat.
- 91 Empera realis non nisi ex causa fieri potest.



I castellanus. Diuide istud capitu. in tres partes. In prima parte dicit qualiter dominus propter contradictionem seruitij potest emperare feudum. In secunda parte dicit qualiter dominus non tenetur illud restituere, donec illud seruitium sit in duplo emendatum. In tertia parte dicit qualiter dominus facit fructus suos feudi emperati. Prima pars incipit, si castellanus. Secunda pars ibi: tunc in tali casu. Tertia pars ibi, & tunc in isto casu. Casus. Dominus potest emperare feudum propter contradictionem seruitij, nec tenetur illud restituere vassallo, donec seruitium perditum sit in duplo emendatum, & quod amodo non sit ei contradicendum: & dominus facit fructus feudi suos, quamdiu illud tenuerit emperatum, & de iure suo non fuerit sibi cautum.

Collige notabilia. † Not. primo quod seruitium feudi debet fieri secundum posse, vel secundum conventionem. Concor. dedi supra capitu. proximo. & vide Iaco. Callicij in vatic. si quis suum feudum. Not. secundum quod propter contradictionem seruitij dominus potest emperare feudum. Concor. in vatic. si quis suum feudum. §. fina. à quo ista consuetudo fuit abstracta, & orta.

& j. capitu. consuetudo. lo. j. & capitu. isti sunt casus. §. quartus casus. Et sic hic est vnus casus, propter quem dominus potest imperare feudum. Alios autem casus scribam in hoc capitulo. ¶ Nota tertio quod dominus non tenetur reddere feudum imperatum, donec seruitium fuerit in duplo emendatum, bene assicuratum, & quod amodo non sit ei contradictum. Concord. in dicto vsatic, si quis. & in dicto capitulo consuetudo. & in dicto §. quartus casus, & in vsatic. si senior.

3 ¶ Nota quarto quod dominus facit fructus suos, quos inde percepit, quamdiu tenet illud feudum emparatum. Vide super hoc Iacob. Callicij in vsatic. magnates. & in vsatic. si quis contradixerit. & in vsatic. si quis suum feudum. & j. dicto capitu. consuetudo. in fine. & quæ latius scripti supra capitu. primo. & adde Gulielmum de Vallecha in vsatic. magnates. vbi sic inquit. Sed quid si dominus fecit imperam realem super feudo, quod consistebat in redditibus frumenti, seu hordei, vassallus qui nondum fuerit inuestitus, & minus præstiterat domino sacramentum, & homagium, nunquid vsque ad diem sacramenti & homagij faciet dominus fructus prædictos suos? Et credo quod sic, cum in hoc vsatic. empera realis & potestas æquiparentur. ¶ Sed si contradicatur potestas, seu iuris firma, dominus facit fructus suos feudi: vt in hoc vsatic. & in vsatic. potestatem. & in vsatic. si quis suum feudum. §. finali. Ergo idem in empera reali æquiparatur etiam, quia tollendo potestatem, & eam restituendo, solum restituit castrum, seu feudum, vt hic, & non fructus: ergo idem intelligendo emperam realem solum restituatur feudi possessio vassallo: & non fructus, vt not. idem Iacobus de Monteida. in verbo, redirectas. Item quia per emperam realem vassallus in continentem possessione feudi priuatur, & domino applicatur, vt not. hic dominus Iacobus de Monteida. super verbo emperauerit. ¶ Si igitur priuatur possessione, & domino dicta possessio applicatur, dominus fructus feudi facit suos, & non vassallus: qui vassallus dici non potest nominando propriè, quia non fuit inuestitus, nec fecit homagium: & sine inuestitura pos-

sessio feudi non quæritur iuxta nota per Dynum in capitulo beneficium, extra de regu. iur. & iuxta l. traditionibus. de pact. Gulielmus vbi supra. Not. quinto & vltimo quod dominus potest facere fructus suos feudi imperati, quousque per vassallum fuerit sibi de iure suo cautum. Expo. ne literam. Secundum. ¶ An ista dictio faciat conditionem, Barto. in l. eum, qui §. Iulianus. ff. de constitut. pecun. dicit quod non. vide eum in l. si testamentum. C. de institutio. & substitutione. Aliquando enim ponitur pro iuxta: vt l. inter eos. ff. de re. quiren. reis: & de seruitu. vrbano. prædiorum. l. quidam Iberus. adde quæ dixi supra in capitu. si autem. in verbo serui. & vide in capitu. abbate. de verborum significationibus. Possè. Quatuor modis dicitur posse fieri. Innocentius in capitu. accedens. de concessio. præben. Gemina. in capitulo quamuis. §. si autem. de officio ordina. libr. sexto, dicit quod illud dicitur posse, quod commodè fieri potest: & nullus compellitur ad factum, nisi id commodè fieri possit. Nam hoc possumus, quod commodè, & honestè possumus, ff. de testament. tut. l. testamento. Archidiacono. extra de rescript. capitu. statutum. eodem libro. Bartolus in l. nepos. de verborum significationibus: ¶ Et etiam illud dicitur fieri posse quod iure fit, & sine scandalo. Gl. in capitu. cum teneamur. in verbo Potes. de præben. & digni. Et illud non dicitur posse fieri, quod sine dispensatione fieri non potest. Gloss. in capitu. gratia. in verbo Non potes. & ibi Gemi. de rescriptis, eodem libro. Conuentionem. supple contentam, & descriptam in inuestitura, ad cuius tenorem semper est recurrendum, vt dixi supra proximo capitu. versicu. vigesimoprimo. nisi aliter probatum sit. Et dic, conuenit, id est amicabiliter composuerit. Archidia. decimasexta quaestione prima, plures. In conuentionibus autem magis spectamus voluntatem, quam verba l. in conuentionibus. ff. de verborum significationibus. Contractus enim ex conuentione legem accipiunt. de pact. l. iuris gentium. §. prætor ait. ff. de depositi. l. prima. §. si contenerit. & de regu. iur. l. contractus. Et dicitur conuentio id, quod inter dominum, & vassallum fuit conuentum, & pactatum, atque concordatum

cordatum super dicto seruitio fiendo, vt colligitur in dictis iuribus. ¶ Est enim talis conuentio censenda, qualis est materia, super qua interponitur, secundum Bal. de pa. iura. tir. §. conuenticulas. nec est nostrum conuentionem extendere. Bald. quando domi. proprie. feud. priue. & vide quibus caus. feud. amit. capit. primo. §. huius autem. Vbi verò seruitium non est expressum, debet statui, & declarari ad æqualitatem iuxta constitutionem regis Petri secundi in secunda curia Barchinonæ, capitu. liij. Item volumus quod declaratur. vide quæ dixi de hoc supra in capitu. vassallus. & quæ dicam j. in capitu. si aliquis dominus. In allegationibus Iacob. Callicij. ¶ propter hoc. Ista dictio aliquando significat causam immediatam, aliquando causam remotam. Barto. & Salic. in l. si seruus extero. C. eod. Barto. in l. non dubium. C. de legi. Ludo. in l. qui pretio. ff. de dona. cau. mor. & Gemi. in capitu. pro humani. §. ij. de homi. libro sexto. Sed hic pro causa immediata assumitur. Emperauit. Duplex est empera, scilicet realis, & verbalis. ¶ Realis est illa, per quam omnino possessori tollitur possessio & domino applicatur. Et de ista loquitur istud capitu. & in vsa. magnates. & in vsa. si quis suum feudum. & multa alia iura municipalia, vt j. latius scribam. Verbalis enim empera est, quando possessori possessio, vel rei introitus non interdicitur, sed inhibetur ei ne aliquid inde extrahat: & de ista loquitur vsatic. rusticus si desemperauerit. secundum Iacobum de Monteida. in dicto vsatic. magnates. Feudum. Quid sit feudum, dicam j. Donec. De ista dictione scripti supra capitu. j. Perditum. suppte seruitium. Duplo. Simplum quando inest duplo, Bal. in feud. de pa. ten. §. si duo. Et in dubio in duplo inest simplum. Barto. in l. prima C. de sta. paga. & iusta. & l. mulier. C. de spõ. & in l. sanctio legum. C. de pœnis. ¶ Tu dic quod vbi cunq; in materia pœnali in legibus, aut statutis, sit mentio de duplo, semper in duplo continetur simplum, & consequenter rei persecutio, secundum Ludouic. in l. hoc ædicto. §. quærentibus. ff. de publi. & ibi Barto. & Imo. Emendatum id est, factum, vel satisfactum. A modo, id est, de cetero. Contradictum. per ipsum vassallum, vel nouum adquirentem: vt in vsati. si quis suum feudum. Bene assicuratum, scilicet

cum pignoribus, vel fideiussoribus: vt in vsatic. de omnibus. & dicam latius j. Tunc. De ista dictione vide Bald. de mino. vaf. qui contu. & in l. ex cautione. C. de non numera. pecu. versicu. sexto. Barto. in l. in substitutione. ff. de vulgari & pupil. Bald. in authentic. contra qui rogati. C. ad Trebell. Sed tu vide Ludouic. in l. si ita hæres. vbi dicit quod ista dictio extremitatem temporis significat. & Angelus Aretinus. institut. de actio. §. quadrupli. Salicet. in l. si patrem. C. de alen. libe. Gemi. in capitu. si eo tempore. de rescriptionib. libro sexto. Et ita est hic. Fructus. ¶ Fructus dicuntur, propriè sumpto vocabulo, illi, qui casi renascuntur: vt est text. in l. diuortio. §. si fundum. & in l. si in parte. ff. soluto matrimonio. et ibi Ludouicus. Baldus in proœ. feu. l. inter est. quando di. lega. ced. Gemi. in capitu. in generali. de electio. libro sexto. & per eum in capitu. grandi. de sup. neg. præla. & per eum in capitu. quia. de rescript. libro sexto. Ioannes Andre. in capitu. pastoralis. de deci. Nomine enim fructuum quandoque continentur actiones. ff. quod vi aut clam. l. is qui in puteum. §. fina. ¶ sed hic appellatione fructuum veniunt omnia, quæ dominus habuit de ipso feudo, durante ipsa empera: vt j. capitu. consuetudo. lo. j. in fine. Perceperit. Secus de pendentibus: quia pars rei sunt: vt ff. de reuendica. l. fructus pendentes. Quandiu. vide l. quandiu. ff. de acquirenda hæreditate. vigesima prima quaestione secunda. capitu. placuit. & de appella. capitu. quandiu. in clementina.

14 Cautum Cautio est duplex: ¶ quædam probatoria, quæ fit per instrumentum ad perpetuam rei memoriam, de qua loquitur c. si cautio. de fide instru. & illam quis cogitur facere. l. sicut datum. C. de lib. cau. Alia enim est cautio satisfactoria: & illam quis non cogitur præstare, nisi in casibus: vt in gl. in l. siue apud acta. C. de transf. nisi emergat causa rationabilis. l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisfda. cog. de priui. cred. l. creditores. & est tex. in l. pacta. ff. de contrahen. empt. vbi dicitur quod ex natura obligationis principalis non venit quod detur fideiussor, vel pignora, sed opus est pacto expresso. Bal. in d. l. siue apud. Et de ista cautione satisfactoria loquitur hic. Adde glo. in l. j. C. de proci. vbi dicit quod cautio est nomen verbale: quia dicitur actiue, et passiuè respectu cauentis

cauentis, quia cauet, & eius, cui cauetur: quæ cautio, tanq̄ genus, in tria diuiditur. Vide ibi dictam gl. & Bar. C. de omni agro de ser. l. quicumq̄. libr. xj. Oppo. primò q̄ dominus propter seruitium non præstitum nõ potest emperare feudum: vt in feu. si de feu. def. mi. §. licet So. Ibi vasallus non recusauit domino petenti præstare seruitium: & sic illud non amittit, etiam q̄ a vasallo domino non offeratur: hinc verò illud facere contradixit, vt hinc in tex. habetur: & sic secus est ibi, & secus est hinc. Oppo. secundò quòd vasallus quantocunq̄ tempore steterit quòd seruitium non præstiterit, feudum non amittit, & sic illud emperari a domino non potest: vt in feu. hinc si. lex Fre. deinde inci. cõsue. reg. c. j. §. ad hoc. So. Illa est regula: fallit quando vasallus recusauit, vel contradixit facere dictum seruitium: quia tunc emperare poterit, vt hinc, et in con. cor. de super in not. datis. Et ista est prima fallentia ipsius §. ad hoc. Secunda fallentia est si sit denuntiatum vasallo per dominum vt seruitium faceret, & ille vasallus, cum potuit, diu stetit quòd nullum seruitium fecit. Et de ista denuntiatione vide vsat. si senior. bonus tamen iudex varijs ex causis, personisq̄ diffinit. Tertia fallentia est, si sciuerit dominum obsideri, vel ei mortem imminere, & cum potuit, non iuit. Istæ tres fallentia habentur in text. dicti §. ad hoc. vide ibi Bald. adde Gemi. in c. ad apostolicæ, de re iur. lib. vj. §. sed licet. Opp. tertio de eo quòd dicit Bal. de pa. cõstan. In verbo vasalli, vbi dicit quòd vasalli, qui tempore guerre non postulant inuestituram a domino, nec exhibent seruitia, eo quòd ciuitas eorum est in guerra cum illo domino, quòd propterea non perdunt feud. Sol. Istud c. habet locũ, quando iniuste cõtradixerit præstare seruitium, vt habetur hinc in tex. in verbo iniuste

15

16

hoc possit feudum emperare. Ita not. gl. & Bald. de capi. Cora. §. similiter. Solu. Ibi loquitur in vasallo vasalli mei: hinc in primo vasallo immediato domini. Vel dicit quòd potest compelli ad seruiendum, dato quòd sit secundus vasallus, etiam per subtractionem beneficij. Ita not. Bald. in feud. de controuer. inuest. §. rursus. Vel dicit quòd seruitium potest peti tam a donatore, quam a nouo acquiretore: vt in vsatic. si quis suum feudum. §. finali. Sed contra hoc

17

18

19

20

21

22

23

24

facit quia contractus feudi personalis est, quòd ad personales præstationes, argumento ff. de contrahen. emptio. l. finali & argumento capitu. primo. quis dica. dux mar. & capitu. j. §. solidata. & Bald. in dicto §. rursus. Sed hoc non obstat, quia seruitia sunt personalia propter rem, non simpliciter, secundum Bald. de vas. qui contra constituit. in fi. & adde Bald. de contro. inter domi. & empto. vbi dicit quòd actio feudalis est scripta in rem ex dispositione consuetudinis. vide ibi eum, vbi dat plures solutiones ad istud contrarium. Sed contra hoc etiam facit, & est opinio octaua Iacob. de Callicio in dicto vsatico, si quis suum feudum.

quòd seruitium feudi sit petendum ab ipso primo vasallo alienatore, & non a nouo acquiretore: quoniam primus vasallus ex contractu infeudationis, & etiam ex præstatione fidelitatis, est personaliter domino obligatus ad faciendum seruitium: & sic ista obligatio, cum sit personalis, non sequitur fundi possessorem: vt l. prima. §. si hæres. ff. ad Trebell. & l. finali. ff. de contrahenda emptione. & iuxta not. per Specula. in quarta parte sui Specu. titulo de loca. §. nunc aliqua. versiculo nono. & versic. decimosecundo cum multis alijs iuribus similibus. Soluit ipse Callicius quòd dominus potest petere seruitium feudi absque eius consensu alienati a vasallo alienatore. Et est ratio, quia remanet semper vasallus, donec dominus feudi receperit nouum acquiretorem in vasallum: & nouo acquiretore recepto in vasallum sit petendum seruitium ab ipso tantum. Et isto modo dicit intelligi dictum vsaticum si quis suum feudum. Et pro hoc dicit quòd facit capitul. postquam aliquis. cum seq. supra. & ca. licet j. cum similibus. Tu adde q̄ pro hac solutione facit quòd dicit Petrus Iac. in ti. de actio. in rem pro re emphy. vbi dicit

dicit quòd vbi dominus nouum emphyteutam induxit in possessionem, tunc dominus tacite cum eo videtur contraxisse, & quadam tacita nouatione primus censetur liberatus, & dominus exceptione repellitur. Et etiam facit pro hoc, quia vndeunque transeat feudum, semper transit cum one re seruitij: quia, vt dicit Bal. in feu. de prohibi. feu. ali. per Frede. §. insuper. seruitium afficit rem. Et pro hoc, quia vasallus infeudando alij, debet illud feudum dare eadem lege, vel eisdem pactis, & conditionibus, quibus ipse habet, secundum Baldum de contro. inuest. §. rursus. & est text. de lege Cora. §. similiter. vbi Bald. dicit quòd si vasallus infeudat isto modo, quòd si postea tractu temporis fidelitatem, & seruitia remittit, quòd valet, nec per hoc feudum amittit. Vel dicit secundum Iacob. Callicij in dicto vsatico, quòd proxima solutio habet locum, quando vasallus alienat feudum cum domini consensu: textus verò dicti vsatic. loquitur quando vasallus alienauit feudum absque domini consensu: & sic per dictum vsatic. in fauorem domini est introductum, & in odium alienatorum & acquiretorum feudi, quòd seruitium potest peti tam ab alienatore, quam a nouo acquiretore. Et istam solutionem dicit sibi placere, & veram esse secundum ipsum vsatic. Et credo eum bene dicere: nam propter seruitium datur feudum, secundum Bal. an mutus vel aliter imperfectus. Sed super hoc opponitur quòd seruitium sit petendum a nouo acquiretore, & non a vasallo antiquo alienatore: vt l. j. C. de anno. & trib. lib. x. & l. fin. C. sine cen. vel reliq. & in l. inter. ff. de pac. et in l. imperatores. ff. de public. Iacob. Callicij in vij. opp. dicti vsati. si quis suum. soluit quòd debet intelligi quòd dominus feudi possit petere seruitium a vasallo alienatore feudi, si nouus acquiretor reperiatur minus idoneus ad præstandum seruitium ipsius feudi ipsi domino, iuxta §. non permit. auth. de man. princ. Hæc so. non videtur bona, quia restringeretur nimis dictus vsa. quare dicit, secundum eum: quia ibi loquitur in tributis, & censibus, & alijs exactiõibus publicis, in dicto vsatico in priuatis: quare secus est in publicis exactiõibus, et secus in priuatis. Vel dicit, secundum eum, quòd aliud est de iure vsaticorum, & aliud de iure ciuili. Vel dicit quòd regulari-

ter seruitium feudi est petendum de possessore feudi: vt in capit. ij. §. similiter de lege Cora. in feu. & in c. si castellanus, siue vasallus hæreditauerit supra. vbi colligitur expresse. Et hoc etiam quando feudum est translatum in possessorem feudi de consensu domini in casibus, in quibus exigitur consensus domini in feudi translatione. Et ita intelligantur iura in contrarium inducta. In casu vero dicti vsatici est petendum tam a vasallo alienatore, quam a nouo acquiretore feudi, eo quia fuit alienatum, & in nouum acquiretorem translatum absque domini consensu. Et hæc duæ solutiones plus placent Iacobo Callicij, & istud etiam mihi placet.

22

23

24

Nam recipiendo nouum acquiretorem, censetur cum eo contraxisse, & fidelitatem, & seruitium cum eo nouasse, vt dixi superius, secundum P. Iaco. Quoties enim dominus recipit seruitium ab illo possessore etiam quòd feudum esset amissum, videtur sui suo renuntiasse: vt est gloss. & ibi Bald. in capitu. j. quo tem. mil. Secus ergo esset, si nouum acquiretorem non admitteret, vel seruitium ab eo non acciperet: quia tunc ab utroque potest peti. Et ita intelligo dictum vsatic. si quis suum feudum. Oppo. quinto, quòd dominus emperatum feudum propter contradictionem seruitij non teneatur ipsum feudum restituere vasallo, etiã quòd seruitium cessatum sit in duplo emendatum, & bene assecuratam de non contradicendo amplius ipsum seruitium, prout hinc dicitur: ideo perpetuo possit ipsum feudum emperatum retinere, tanquam sibi commissum, & apertum: vt §. Item si id, propter quod. in feud. quæ fuit pri. cau. benefi. amit. Solut. Hodie de iure consuetudinario Cathalonie, vt hinc, & per dictum vsa. si quis suum feudum. pena illa commissiõis feudi de iure feudali introducta est per penam huius capitu. & dicti vsati. sublata, vt colligitur euidenter in hoc capitu. & in dicto vsati. Et ita est aliud de iure communi feudorum, & aliud de iure Cathalonico. Oppo. sexto quòd etiam quòd vasallus domino non seruerit, propter hoc dominus feudum emperare non possit: vt in dicto §. Item si id propter. vers. aliud si forte. So. Fateor contrarium, quando vasallus seruire non potest, vt ibi: secus si potest, & contradicit, vt hinc: & probatur in tex. huius c. vbi dicit, iniuste contradixit.

rit. Secus si iuste, eo quia non potest, ut dixi supra c. proximi. in secundo casu amissionis feudi. Oppo. septimo quod seruitium feudi domino contradicendum, sit ipsi domino in simplum emendandum: ut l. cum de in rem verso. ff. de usur. l. si certis annis. C. de pact. & in l. j. C. de fideicom. cum ibi not. per Cynum & Bal. & in c. potuit. extra de locato. & in c. quere iam. extra de elec. cum ibi no. per Inno. & Io. An. Iaco. Callicij in decima oppo. dicti vsa. si quis suum feudum. soluit quod in dictis iuribus loquitur in alijs praestantibus: hic, & in dicto vsa. de seruitijs feudalibus tantum, in quibus etiam de iure tantum feudum non sufficiebat emenda simplicis seruitij falliti, sed alias vasallus feudum amittebat seruitium contradicendo, non tamen seruitium cessando: ut in c. licet vasallus. si de feud. contro. fue. in feu. Opp. octauo quod ex omni contractu agendo proprie non oritur actio, nisi ad simplum, ut est tex. & ibi Ang. Are. insti. de actio. § omnes. Sol. Ibi est regulare: fallit ut hic. Vel ibi quando agitur ex contractu, hic quando agitur conditione ex iure consuetudinario, vel vsaticorum. Vel dic quod ibi non fuit poena dupli apposita, hic sic, argumento. ff. de verb. obli. l. stipulatio ista. § alteri. Vide quae latius scribam in repetitione vsa. autoritate & rogatu. in vj. 25 oppositione. Oppo. nono quod firmato iure ac prestita cautione per vasallum domino super ipsa empera ipse dominus teneatur restituere rem feudalem cum fructibus cum empera habeat vim sequestri, & sequester per satisfationem reuocatur: ut est tex. & ibi Bal. & Ang. in l. si fideiusor. § si. ff. qui satis. cogan. & Bal. & Salicetus in l. j. C. qui satis. cog. et res sequestrata per ipsam satisfationem venit ipsi vasallo restituenda: ut est tex. & ibi Bar. in l. si oleum. ff. de do. lo. Sol. ibi loquitur in illo, cui tanquam sequestro res fuit tradita, & ut sequester recipit dictos fructus: & talis sequester nullam 26 habet possessionem: quoniam per sequestrationem non perditur possessio, nisi quando fit de voluntate partium ut l. interesse. & ibi Bar. & Ludo. ff. de adqui. pos. hic vero loquitur in domino, qui habet possessionem rei feudalis: quia potest illam rem tenere in dominio suo: ut est text. in dicto vsatico, si quis suum feudum. § si. & sic durante empera censetur dominus: & consequenter facit fructus suos. Nec obstat quod dicitur quod

empera habeat vim sequestri: quia illud verum est in empera verbalis: de qua loquitur vsa. rusticus si desemperauerit. secus in empera reali, de qua loquitur istud c. & vsa. si quis suum feudum. Oppo. decimo quod etiam possessor fructus restituere teneatur: ut l. certum. C. de rei vendic. & l. si fundum. § fin. eodem titulo. & de condi. ex lege. l. mala. Solu. Ibi loquitur in malefidei possessore, hic vero in bonafidei possessore, qui lege consuetudinaria, ac iure vsaticorum permittentibus rem feudalem occupauit: & sic iste possessor bonafidei fructus perceptos facit suos: ut l. fructus ff. de usu. & instit. de re. diuis. § si quis a domino. quod verum est in industrialibus, ut ibi. & per Barto. & Ange. in l. ex diuerso. ff. de rei vend. Sed quid de naturalibus, dixi latius supra capitu. primo. Opponi. vndecimo quod dominus, qui emperauit feudum, vasallo venienti intra annum teneatur restituere feudum: ut in capitu. primo. de mili. & vas. qui contu. est. in feu. nec intra ipsum annum dominus facit fructus suos: ut in capitu. secundo. de sequest. posses. & fruc. iuncta gloss. & gloss. in capitu. contingit. de do. & contu. & ibi Io. And. & doc. & in l. Fulcinius. ff. ex quib. cau. in posses. ea. in prin. Solutio. Ibi dominus fuit missus propter contumaciam vasalli nolentis comparere: hic vero propter contradictionem seruitij, quod plus est: cum ibi vasallus veniens intra annum & restituens expensas debet recuperare feudum: hic non modo tenetur venire, & expensas soluere, sed etiam seruitium in duplo emendare. Et sic casus est diuersus, & non aduersus. Vel ibi fuit missus ab homine, hic vero a lege municipali. Nam eo ipso quod seruitium contradicatur, dominus potest emperare feudum, & autoritate propria illud apprehendere, & auferre. Vel ibi dominus mittitur in possessionem causa custodia: hic ut feudum in dominio suo teneat, quod plus est: & sic tanquam dominus facit fructus suos. Vel ibi illud locum habet de iure communi feudali, hic vero de iure municipali: quod tanquam potest iuri communi feudali derogat, secundum Angelum in l. de quibus. ff. de legi. & est gloss. insti. de offi. iudi. in princip. Ex praedictis contrarijs venianus ad quaestiones. Et primo quaero quid sit feudum: 29 Et dico quod si deriuamus, vel diffini-

mus

mus feudum, arguendo a nominis interpretatione, feudum dicitur a fidelitate, siue a fide: ut est textus, & ibi Baldus in feud. per quos fiat inuesti. § nulla. & in praesud. feud. Nam saepe nominis proprietates quidditatem rei significat, ut ff. de testa. l. prima. ff. de infamib. athletas. § calumniatur. & § licet quicquid facimus, fidem alienam sequuti, in fide consistat: ut si certum petatur. l. j. tamen per excellentiam consistere debet in feudis, in quibus dominus quodam modo se totaliter committit vasallo suo, personam suam, honorem, ac bona: ut de no. for. fidel. capitulo primo, & econuerso. & ideo per excellentiam feudum dicitur a fide, ut dictum est, non a qualibet fide, sed a fide fidelitatis. Est autem fidelitas dum promittitur iuramentum fidelitatis, secundum Baldum in praesud. feud. Viso igitur unde descendat nomen feudi, iuxta l. j. ff. de iustit. & iur. videamus diffinitum quid sit feudum. Et Iacob. Callicij in dicto vsati. si quis suum feudum. dicit, quod feudum est concessio rei pro homagio facta: ut in capitu. ex diligenti. extra de limo. & in capitu. finali. extra de regulis iuris. cum ibi nota. per Innocen. & in capitu. primo. § verum. extra de statu regu. libro sexto. Sed ipse Iacob. Callicij aliter feudum describit: vide eum ibi, quia sufficit tibi remissio. Hostien. vero in summa, in titulo de feud. § primo. dicit quod feudum est beneficium, id est, beneuola actio tribuens gaudium accipienti, capiensque tribuendo in id, quod facit prona & sua sponte parata. Vel est feudum, secundum eum, illud beneficium, quod ex beneuolentia alicuius ita traditur alicui, ut proprietate eius rei, quae in feudum datur, penes dantem remanente, vsusfructus eiusdem rei ita ad accipientem transeat, ut ad eum, haeresque suos masculos & foeminas, si de eis nominatim dictum fuerit in perpetuum pertineat. Vide etiam ibi Hostien. qui ponit alias diffinitiones. Sed Bald. in praesud. feudorum, dicit, quod feudum est prout a domino proficiscitur, beneuola actio, sed prout a vasallo suscipitur, est ipsius beneuolentiae effectus. Totum autem hoc, beneficium nomen significat. Vel dicit quod feudum, seu beneficium, est beneuola actio tribuens gaudium capienti cum retributione ser-

uitij. Vide ibi eius largam diffinitionem, & in §. expedita. ubi ponit diffinitionem Iacob. Callicij supra relatam. Adde Guilielmum de Vallesicha in vsatico, potestatem. ubi dicit quod feudum in Cathaloniam denotat seruitium, & ius petendi, & recipiendi potestatem in feudo, nisi conuenientia feudi aliud habeat: quia sufficit quod ille, qui petit potestatem, sit dominus, & ille, a quo petitur, sit vasallus, ut supra, capitulo decimotertio. § primo. & in vsatic. si quis suum feudum, cum ibi nota. Quod intellige si castrum existit in domo, vel aliquo fortalio. Si autem esset feudum in decimis, campis, vineis, vel aliquibus redditibus, tunc de tali feudo non datur potestas, ut supra, capitulo decimo octauo. Sed quaerit Bald. ubi supra, an feudum possit gratia nuncupari? Et arguit pro & contra, & finaliter dicit quod si comparares inuicem extrema feudi, id est, contentionem & representationem beneficiorum, quia praeponderat beneficium, feudum habent plurimum gratiae, & ideo feudum appellatur beneficium. Quaerit etiam Bald. ibi, utrum feudum possit dici priuilegium, si forte conceditur a principe. Super quo dicit quod aut conceditur a principe de rebus non infederalibus, quod potest princeps facere ex plenitudine potestatis: & istud proprie appellatur priuilegium. Item si concedatur foeminae contra consuetudinem feudorum: si autem concessio insequitur ius consuetudinis, non dicitur priuilegium, sed beneficium. Quaero, qualiter feudum diuidatur? Et Bald. in praesud. feud. ponit plures diuisiones, siue 34 distinctiones. Prima est, quod feudum aliud regale, aliud non regale, aliud est feudum simplex, aliud conditionale, ut ibi Baldus. § secunda diuisio. aliud est antiquum, seu paternum, aliud est feudum nouum. Paternum vocat, quod fuit agnationis communis de gradibus successu. capitu. primo. Gloss. tamen facit differentiam inter antiquum & paternum. de successione feudi capitulo primo, secundum Baldum ibi. § tertia diuisio. Aliud habet propriam naturam. Natura autem nihil aliud est, quam qualitas innata a principio generationis, ex qua virtus contractus proficiscitur, & semper inesse videtur, nisi per pa-

B

an dicitur teneatur reperi
effundis. co. re. empa
ta perceptor

etum impropriaretur. Natura ergo est quid à principio connexum, & non per accidens subsecutum, secundum Baldum ibi §. quarta diuisione. Aliud est paternum, cuius natura primò aspicit masculos tantum descendentes. Aliud maternum, cuius natura primò aspicit masculos, deinde foeminas. Et sicut paternum dicitur quicumque ex superioribus acquisiuit: ita maternum dicitur quaecunque foemina ex superioribus acquisiuit, quæ fuit agnationis communis. Idem in auo materno, qui fuit inuestitus pro se & filiis & filiabus. Nam & hic ex cognatione descendit. Sed fortè in Cathalonia ista diuisione non habet locum, ex quo foemina succedit in feudo: vt supra in capitulo si defuncto. & ibi latius de hoc scripti. Quid ergo dicatur feudum paternum, & quid nouum, dicitur de gradibus successio in feudo. capitulo primo. §. is verò. & de natura successio. feudi. In principio. & de aliena. feud. paterni. in principio. in glossa. Quod autem & quando desinat vocari paternum, & vsque ad quem gradum dicatur paternum, aliud ab antecessoribus quæsitum, not. ibidem in glossa, quæ incipit, quid ergo. circa finem. Et an refutatione desinat esse paternum, dicitur de Vafal. decrepi. ætatis. capitulo primo. in fin. Et quòd feudum paternum licet de nouo inuestiatur nihilò minus remanet paternum: dicitur ibidem. Et adde de inuesti. quam Titius accepit à Sempronio capitulo primo. & an agnat. vel fil. capitulo primo. in gloss. sed nunquid. vide Baldum vbi supra §. quinta diuisione. & de isto feudo fit mentio in constitutio. Ceruarie regis Petri tertij. capitulo. Item ne super laudimio.

36 † Aliud est reale, quod transit ad heredem: quia vnusquisque sibi suisque hæredibus videtur prospexisse: vt de duobus fratri. à capitu. inuesti. capitu. vnico. Aliud personale, vt feudum, quod ad vitam alicuius conceditur. Aliud personalissimum, vt feudum soldati, quod ex neutra parte transit ad hæredem: vt quis dicatur dux, mar. capitulo primo. §. soldata. Sed quid si concedatur feudum ad vtendum & fruendum, an extinguatur morte? Et dic quòd sic secundum Bald. in prælud. feu. §. alia diuisione.

37 & est sexta. Alia diuisione feudorū est, † quia quoddam ligium, vbi iuratur fidelitas con-

tra omnem hominem: quòd feudum non conceditur, nec suscipitur nisi ab eo, qui non recognoscit superiorem: quoddam est ligium, in quo primus excipitur: vt in feud. hic fin. lex Frederic. deinde incip. consuetud. §. contra omnes. & in quibusdam causis extraordinaria. capitulo primo. in princip. secundum Baldum vbi supra §. alia diuisione, & est septima diuisione. vide super hoc vsatic. qui solidus. vbi habetur quòd idem est homo solidus, & ligius: vt not. Ioannes de Blanof. institut. de actio. §. præiudiciales. vide ibi in rubrica de præiudiciali. per quam quæritur, vel petitur vasallus. Quis enim dicatur homo ligius, vide in clementina. pastoralis. de re iudica. & in Specul. titulo. de feud. §. primo versiculo. & nota. & Hostien. de statu homi. capitu. recolentes. ibi nota. & adde infra capitulo duplex. & quæ ibi notabo. & etiam adde Ioannem de Platea in l. diffinimus. C. de agric. & cens. lib. vndecimo. † Alia diuisione feudorum est.

38 Aliud francum, scilicet à seruitijs, seu operis exhibendis, quia nullum præstatur seruitium pro eo, sed non est francum à maleficijs, siue in faciendo consistentibus, siue in tacendo fraudem, puta quia non nuntiat domino insidias. Et an istud feudum francum potest alienari, vide Baldum vbi supra §. alia diuisione, & est octaua. Aliud est feudum non francum: vt in decima coll. quasi per totum. secundum Baldum, ibi. Alia diuisione, Aliud est annale, aliud non annale.

39 † Annale est feudum gardie, & castaldie, & pro mercede alicuius rei: vt de feudo guardie castal. capitulo primo. quod post annum quacunque hora, id est, immediate auferri potest: vt de contentione inter dominum & vasallum. c. j. §. Item sciendum. secundum Bal. vbi supra §. alia diuisione, & est nona. Alia est diuisione. Aliud nobile, quod suum nobilitat possessorem: vt in capitulo primo. §. cæteri. quis dica. dux, march. Feudum verò antiquum sapit nobilitatem, sed non feudum nouum: quia nobilitas non nascitur in ictu oculi, secundum Bal. in præludijs feu. §. alia est diuisione, & est decima. Alia diuisione est, Aliud ecclesiasticum, aliud seculare. † Ecclesiasticum est triplex. Quoddam quod datur ab ecclesia: quoddam, quod datur, vel suscipitur à clerico, non tanquam ab ecclesia, secundum Bal.

Bald. vbi supra. in vltima diuisione. Et ibi quærit quando ecclesia recipit feudum, vtrum teneatur iurare fidelitatem. Vide eum ibi late. Sed Petrus Iacob. in titu. de causis ex quibus dominus debet amittere proprietatem ponit tredecim distinctiones, aut diuisiones feudorum. Prima est, Quoddam est feudum ecclesiasticum, quoddam seculare, vt colligitur de his, qui feudum dare. in princip. & qui succe. testa. Et de isto feudo ponit Baldus in vltima sua diuisione, vt supra retuli Secunda distinctio est, Aliud paternum, aliud nouum, vt colligitur qui feudum dare possunt. §. cum verò. & de feud. succes. & de contentione inter me & do. & de feudo marchie in fin. & de gradibus succes. capitulo primo, & secundo. † Et est paternum, quod à superioribus fuit acquisitum, vt ibi. Et de isto etiam locutus fuit Bald. in sua diuisione feudorū, in tertia diuisione, & in quinta diuisione. Tertia diuisione est, Aliud paternum, aliud foemineum, seu maternum, vt colligitur in titulo an maritus succedat vxori. In beneficio. & in feudo materno seu foemineo succedit filius de æquitate, vt ibi: filia verò non succedit, nisi ex pacto: vt de feud. foemine. capitu. vno. & c. de isto feudo ponit Bald. in dicta quinta diuisione.

Quarta diuisione est, Aliud est perpetuum, aliud ad vitam, & aliud est annale. † Perpetuum est, quod transit ad successores, quod est regulare quòd transeat ad liberos masculos in infinitum. de his qui feudum dare possunt. §. hoc autem. siue sit feudum antiquum, siue nouum: sed nouum non transit ad agnatum, sed antiquum sic. de gradi succes. capitulo primo. §. his verò. Ad vitam accipientis est feudum comitatus, marchionatus, & ducatus: vt de feud. mar. in principio. licet sit aliud hodie: vt de alie. feud. in fi. vbi vide multa de feudo, vt quod conceditur ad vitam. Sed in Cathalonia primogenitus succedit in tali feudo, vt latius scripti supra, in capitu. vasallus. & per Iacobum de Callicio in vsatico, si à vicecomitibus. De isto feudo annali ponit Bald. in nona diuisione: & de feudo ad vitam ponit ibi in sexta diuisione, vt superius scripti. Quinta diuisione est, Aliud feudum cum dignitate, aliud est cum para-

gio, & aliud plebeium & sine paragio. 43 † Cum dignitate est feudum marchie, comitatus, & ducatus: vt de alien. feud. in fin. & de feud. marchi. in princip. Et tale feudum dicitur à quibusdam feudum honoratum, & nobile: & talis vasalli, & etiam omnes alij administratores dignitatem secularem habentes, sunt æquiparati clericis: & iste comitatus, ducatus, & marchionatus dicuntur dignitates regie: vt scripti in dicto capitulo vasallus. Cum paragio est feudum aliud, dum tamen sit antiquis temporibus obtentum: vt quis dica. dux. §. cæteri. à contrario sensu. † Plebeium est feudum non habens dignitatem, vt est ab antiquis temporibus: vt ibidem. Sic ergo & solidata, vt ibi Bald. autent. vbi supra, dicit quòd istud est personalissimum. Sexta distinctio est, Aliud diuisibile, aliud indiuisibile. Diuisibile est omne feudum regulariter: vt si de feud. controuer. fue. capitu. omnes. & de natura. feud. succes. capitu. vno. indiuisibile est feudum ducatus, marchionatus, & comitatus: vt de prohibitio. feudi alienandi. per Fredericum. §. præterea ducatus. Sed in Cathalonia hodie feuda sunt facta indiuisibilia: vt infra capitu. consuetudo. §. vsus est Cathalonie. Et de ista consuetudine vide Baldum in dicto §. præterea. vbi quærit, an ex consuetudine potest permitti diuisione feudi. Et de tali diuisione vide eundem Baldum, in lege si familiae, C. familiae erciscundæ. & per eum in feud. constitutione feudorum Speculator titulo de feud. §. quoniam. versiculo trigessimoprimo, trigessimosecundo, trigessimotertio, & trigesimoquarto. Nam de iure communi feudali natura feudi est indiuisibilis, vt dicit Bal. de feudo. & qui feudum dare possunt. §. hoc autem. Septima distinctio est, quòd feudum aliud est liberum, & indeterminatum, & aliud est conditionatum. Et quid sit istud feudum, ibi vide. Et de ista distinctione ponit Baldus in secunda diuisione. Octaua distinctio est, quòd feudum aliud est rectum, & verum: aliud, quod non habet propriam feudi naturam.

45 † In recto feudo foemina non succedit: vt not. de aliena. feud. §. sit clientulus. Et contra dicitur feudum non habere propriam naturam, scilicet si foemina succedit ex pa-

cto: vt quid sit inuesti. s. finali. vel cum pacto tale ibi sit, propter quod feudum possit effici non feudum: vt de feudo non habente propriam naturam, capitulo vno. Et de isto feudo, quod non habet propriam naturam, ponit Baldus in quarta diuisione. Nona distinctio est, quod feudum aliud est cum sacramento fidelitatis, & aliud non: vt colligitur qualiter dominus proprietate feudi priuetur. capit. vno. in fin. & per quos fiat inuesti. s. finali. Est autem omne feudum cum iuramento fidelitatis, nisi eo pacto acquisitum sit, vt sine iuramento fieri habeatur, vt ibi, vel nisi sit feudum tenue, vt infra capitulo consuetudo. s. Item est vsus Cathalonie. Et vide quae dixi supra, in capitulo primo, vbi tractaui materiam fidelitatis. Attamen siue sit feudum cum iuramento, siue non, semper vasallus debet esse fidelis domino, alias amitteret feudum praedictum. Vel dic quod potest formari. ix. distin. vt puta, aliud est feudum cum sola fidelitate, siue iurata, siue non iurata, aliud est cum fidelitate etiam homagio simpliciter expressato, aliud est cum homagio ligio, colligitur quantum ad fidelitatem vt statim dictum est. Item quantum ad homagium probatur, quia ita inuenitur quandoque factum in antiquis recognitionibus aliquorum feudorum. Et facit extra de suppleta negligentia praetorum, capitulo grandi. & probatur supra in capitulo postquam. & in capitulo domino. & infra ca. duplex. & capitulo licet. Et de isto feudo loquitur Baldus in septima diuisione. & vide vsatic. qui solidus. Decima distinctio est quod feudum aliud nobile, seu honoratum, aliud ignobile. Sed in nobili feudo, seu honorato triplex est gradus: quia quoddam potest dici valde nobile, seu valde honoratum, & descensiuè quoddam magis, quoddam minus. Item quodlibet illorum dicitur nobile, seu honoratum feudum, licet secundum magis & minus.

46 ¶ Feudum valde nobile, seu valde honoratum potest dici feudum comitatus, & similia feuda, quae a principe dantur cum dignitate, & honore: & tales vasalli dicuntur regis, seu regis capitani. Feudum magis nobile, seu magis honoratum descensiuè potest dici feudum, quod datur a co-

mite, vel alijs similibus feudum acceperit: & tales vasalli dicuntur regis vasuaffores, seu maiores vasuaffores: sed hodie tales appellatur capitani. ¶ Improprè feudum minus nobile seu minus honoratum, potest dici feudum illud, quod datur ab alijs, qui a comite, vel alijs similibus feudum acceperint. Tales enim vasalli dicuntur minores vasuaffores. Sed feudum ignobile potest dici illud feudum, quod impenditur ab alijs minoribus vasuafforibus, vel ab alijs inferioribus: & tales vasalli dicuntur minimi vasuaffores. Vide ibi late in ipsa decima distinctio, vbi ponit quatuor genera feudatariorum. ¶ Primum genus est eorum, qui vocantur regis capitanei. Secundum genus qui dicuntur maiores vasuaffores. Tertium genus est eorum, qui dicuntur minores vasuaffores. Quartum genus est eorum, qui vocantur minimi vasuaffores, prout supra declaratum est secundum personas feuda dantium. Vndecima distinctio, quando amittitur, quandoque amittitur culpa tenentis feudum, quandoque culpa tenentis, & alterius, quandoque culpa alterius tantum, & quandoque amittitur sine culpa. Et de singulis istorum vide ibi late.

49 Duodecima distinctio. ¶ Feudum cum amittitur quandoque redit ad dominum perpetuo, & quandoque ad vitam perentis, & quandoque non redit ad dominum. Et de ista etiam vide ibi. Decimatertia distinctio, Feudum cum amittitur, quandoque amittitur ipso iure, quandoque non ipso iure, sed per sententiam. vide ibi. Et ad praedicta adde quod est feudum, quod vocatur de camera, & de cauena: & est feudum de camera vt in pecunia, de cauena vt in cibarijs, & distributionibus, siue diurnis, siue in grosso: vt est text. & ibi Bald. de feud. cogni. s. sciendum. Vel dic de cauena, id est, de despenfa, quae debet vasallo dari qualibet die certum quid in pane, vino, & annona, secundum doctores in feu. de for. fidel. s. notandum. Explicata diuisione siue distinctione feudorum quaro ¶ quando dicitur vasallum contradicere domino facere seruitium. Et dic quod quando verbo vel facto illud facere contradicit: quia facto datur aliquid intelligi, vndecima quaestione tertia. aestimauit. & ibi not. per glos. tex. & ibi

& ibi gloss. in capit. per tuas. in verbo, ipso facto. & qui fil. sint legi. & cap. directae. & gloss. in verbo appellare secundo. extra de app. quia non refert an contradictio verbo exprimat, vel facto ostendatur. l. certum. ff. si certum petatur. & pro hoc vsatic. si quis contradixerit. Et dic quod contradicit eo ipso quod vasallus allegat ambages, quae sunt friuolae rationes, quae legibus non probantur, secundum Baldum in l. cum. de iure dot. in verbo. ambages. & gloss. in l. ita pudor. C. de adulter. Nam allegando ambages, videtur contradicere seruitium domino, argumento. l. secund. C. qui potiores in pigno. habeant. Et pro hoc est text. hic in verbo iniuste. & etiam quando expressè dicit quod non vult, vel non debet seruitium facere: tunc videtur contradicere dictum seruitium, vt est textus in feud. hic in fin. lex Frederic. deinde incipi. capitulo primo. s. ad hoc. in verbo facere renuerit. Si enim vasallus iuste contradixerit, tunc potest recusare facere dictum seruitium, nec locus erit procedimento huius capituli. ¶ Nam quotienscunque tollitur contradictio, non intelligitur tolli iusta: vt est text. & ibi docto. in capitulo. in singulis, extra de statu mo. Nec etiam videtur tolli contradictio iuris, vt dicit Innoc. & Ioannes Andraas in capitulo. pro illorum. extra de praebend super verbo, contradictores. & Archidia. decimas septima quaestione prima capitulo. fina. & potest esse iusta contradictio, si vasallus est coactus per dominum regem, iuxta formam capitul. barones. & capitulo. si quis baro. infra. Vide quae ibi scribam. Nam tunc dicitur iniuste contradicere, si sponte, & sine aliqua iusta causa contradicit, & denegat facere dictum seruitium, quod facere tenetur, & obligatus est, iuxta tenorem inuestiturae: quoniam ille, qui cogitur, non dicitur contradicere: argumento not. per Baldum de consuetud. rec. feud. s. similiter. in verbo, contrafecerit. vbi dicit quod ille, qui cogitur, non videtur contrafacere. Si autem vasallus sine causa legitima contradiceret, haberetur pro non contradicente: vt ff. soluto matrimonio. l. si eum dotem. s. voluntate. per Bald. & Ludouic. & sic posset imperari feudum. Nam hic dicitur, iniuste contradixerit. & sic a contrario sensu, si iuste contradiceret, non esset

52 locus huic procedimento. ¶ Quaro qualiter dominus per istum textum & per vsaticos Barchinonae videatur eorum vasallis feudum emperare? Ad quod respondeo quod tunc demum si ipsi domini propria eorum autoritate feudum ad manus suas recipiunt, & vasallos possessione feudi spoliant, & ipsam possessionem sibi occupant, & ipsum feudum in eorum dominio & bonis applicant, de facto possessionem ipsius feudi ipsi vasallo auferendo, vt colligitur expressè ex text. vsatic. si quis suum feudum. ibi: erit licitum emperare feudum & tenere in dominio. & in vsatic. qui ira ductus ibi emperet ei senior suus cuncta, quae per eum habuit, & teneat tantum. & in constitutio. si quis de magnatibus regni quae est domini regis Petri antiqui regis Aragonum, & in capitulo. Item ne super laudimio. in curia Ceruarie domini regis Petri ultimi. Et ita dicit Iacobus de Callicio in vsatic. magnates. Et pro hoc facit infra capitulo. si aliquis. s. item si aliquis vasallus. in verbo autoritate propria. & ibi. s. Item non potest. in verbo Occupare. Ista enim empera & receptio ad manus domini, priuat vasallum possessione, & facit ipsum dominum accipientem possidere, ex quo licitum est domino, lege permittente, autoritate propria feudum occupare, & vasallus, facta ista empera, statim priuatus est possessione ipsius feudi, & nil potest de eo disponere: quoniam ipsa empera tollit sibi omnem dispositionem. ff. in quibus causis pigno. contrahitur. l. penultima. & ibi Bartolus. Ad istam autem emperam faciendam non sunt vocandi detentores, seu possessores feudorum, quoniam dominus vt pars omni ordine iuris praetermissio procedit ad dictam emperam faciendam, vt colligitur in dicto vsatico, si quis suum feudum secundum Gulielmum de Valleficha

53 ibi. ¶ Quaro in quibus, seu in quot casibus habet locum empera realis in feudo per dominum vasallo fienda? Ad quod respondetur quod in pluribus casibus habet locum. Primus casus est quando vasallus debite per dominum suum requisitus, contradicit firmare directum suo domino, vel aliter est deprehensus in alia fatica de directo: vt est casus expressus in vsatic. magnates. circa principium. & colligitur infra

capitul. consuetudo. lo primo. Secundus casus est, si vassallus suum feudum alicui alienauerit sine consensu sui senioris, ipso seniore sciante, & contradicente. Nam senior, ex quo se iuravit alienationem, & eidem contradicit, potest emparare ipsum feudum, vt in dicto vsatico. Si quis suum feudum: circa principium. Et istud etiam procedit de iure communi: vt in capitulo. Imperialem. §. primo. de prohib. feud. alie. per Fredericum. cum ibi not. per glof. & Iacob. de Bello visu, & Bald. & de prohib. feud. alie. per Lotharium. & per Inn. quod limita, vt
 54 infra in proxima quest. dicam. ¶ Tertius casus est, si vassallus requisitus contradicit facere debitum seruitium pro feudo ipsi domino feudi, vt hic, & in vsatico. si quis suum feudum. circa finem. & infra capitul. consuetudo. lo primo. & capitul. isti sunt casus. §. quartus casus est. Vide Specu. in quarta parte Specu. titu. de feud. §. primo. versicul. decimo octauo. Quartus casus est, quando vassallus ira ductus suum dominum diffidat, vel ei feudum relinquit. vt in vsatico. qui ira ductus. Quintus casus est, quando vassallus fuit conuentus a domino rege, vel eius vicario super restitutione pacis, & treuga, & pignora ponere noluit, nec damnum emendare: nam tunc senior, siue dominus debet ipsum vassallum distringere ad emendationem damnorum, & malefactorum per emparationem illorum, quae ab eo tenet: vt in pacibus, & treugis, in constitut. si quis de magnatibus regni, & cetera. quae constitutio est domini regis primi.
 55 ¶ Sextus casus est, quando vassallus nouus renuit soluere foriscapium, siue tertium pertinens per nouam eius acquisitionem domino ipsius feudi: quoniam pro tunc pro ipso laudimio, seu foriscapio dominus potest realiter emparare feudum: vt in capitulo. Item ne super laudimio. §. intendimus. tamen in curia Ceruarie domini regis Petri vltimi. Et isti casus fuerunt recollecti per Iacobum Callicij in vsatico. magnates. & in istis tantum dicit se inuenisse de communi & Cathalonie emperam realem, seu apprehensionem feudi propria auctoritate domini fieri posse ex causis predictis tantum, & non in alijs: nec putat ipse Iacob. fore in alijs casibus recedendum a

regula generali, quod culpa conuicta, & cognita apud competentes iudices vassallus sit feudo priuandus: vt in capitulo primo. de feud. sine culpa non amit. & in capitulo
 56 lo tertio. quo tempore mi. ¶ Sed ego addo tres alios casus, quos vltra predictos inueni. Vnus est, quando vassallus baiuliam, vel honorem impignorauerit sine consensu domini sui: vt in vsatico. si quis baiuliam. & pro hoc dictus vsaticus si quis suum feudum. in princip. Est & alius casus, quando vassallus recusauerit facere homagium domino. Et pro hoc ego allego textum apertum supra, in capitulo. si vassallus. §. si vero. Est & tertius alius casus in capitulo. consuetudo. lo secundo. infra. In alijs autem casibus bene dixit Iacobus Callicij quod dominus non potest propria auctoritate feudum a vassallo auferre. Et pro hoc ego allego Bald. in feud. de alod. & de prohib. feud. alie. per Frederic. §. Callidis. & §. firmiter. Adde Petr. Iacob. de eadem conditio. ex mo. pro feud. & per eundem Bald. de feud. §. notandum. & per quos fiat inuesti. §. nulla. vide Hostiensium in titu. de feud. §. quis possit. & adde infra capitul. consuetudo. §. ite est consuetudo Cathalonie quod
 57 vassallus. ¶ Querit Iacob. Callicij an facta empara reali in feudo per dominum ipsi vassallo, dominus perpetuo possit retinere feudum, vel an vassallo detur aliquod remedium contra dominum ad soluendum ipsam emperam, ad recuperationem ipsius feudi: Circa quod dic. Aut queris quando empara realis est facta per dominum super feudo propter contradictionem firmamenti directi domino a vassallo factam: & tunc vassallus firmando de directo ipsi domino, & in eius posse iuxta formam descriptam in vsatico, omnes homines. & refarciendo missiones, seu expensas domino per ipsum in emperamento factas, dominus tenetur relaxare, & soluere emperam, & restituere feudum ipsi vassallo: vt in dicto vsatico, magnates. in versiculo, non debent illud reddere. secundum ipsum Iacob. licet gloss. Iacob. de Monte iuda. aliter sentiat, vt dicam infra. Et pro hoc ego allego capitul. consuetudo. lo primer. infra. alias si dominus vassallo sibi predicta offerenti & facienti recusauerit restituere feudum,

dum, & ipsum desemperare, dominus videretur ipsum vassallum iniuste affligere, & vassallus tanquam iniuste afflictus recurrere posset ad potestatem, seu dominum regem iuxta vsatic. similiter & si senior. Aut queris in casu quando vassallus suum feudum alicui alienauit sine consensu sui senioris ipso sciante & contradicente: & tunc vassallus tam de iure communi, quam de iure vsaticorum perpetuo ipso iure amittit feudum, nec vassallus habet aliud remedium ad recuperandum: vt in capitulo. Imperialem. §. primo. & §. Callidis. de prohib. feud. alie. per Frederic. in feud. & in vsatico. si quis suum feudum. in princ. Et hoc procedit de modo stricto iure communi feudali, & de iure vsaticorum premissorum. Sed de consuetudine generali Cathalonie
 58 est aliter distinguendum: ¶ quia aut vassallus scienter in fraudem domini absque eius consensu feudum alienat pro suo alodio: & tunc isto casu vassallus non habet remedium pro recuperatione feudi aduersus dominum: quia feudum est commissum domino. Et ita limitatur vsatic. si quis suum feudum circa princip. Et de ista alienatione fraudulosa vide Baldum in feud. per quos fiat inuesti. §. sed res. & Petr. Iacob. in libel. titu. de conditio. ex l. Imperialem. §. Callidis. Aut vassallus feudum alienat pro feudo domini, & salvo iure domini: & tunc feudum non committitur domino: nec dominus potest hoc casu ipsum feudum tanquam sibi apertum realiter emperare, dum tamen tertium, vel laudimium sibi soluatur, iuxta dictum capitul. Item ne super laudimio. Et pro hoc est casus in capitulo. Item teneas quod nunquam feudum committatur. infra & scripsit latius Iacob. de Callicio in vsatico. si quis suum feudum & ego supra, in capitulo. castellanus. Et de istis verbis, Saluo iure domini, vide Bald. in feud. quae fuit prima causa. benef. amit. §. denique. & de succes. feud. §. hoc quoque. & Petrus Iacob. de eadem conditio. ex mo
 59 ri. quod feud. ¶ Aut queris in casu, quando vassallus contradicit facere debitum seruitium domino pro ipso feudo quod ab eo tenet: & tunc vassallus emendando in duplo seruitium fallitum ipsi domino, & bene assicurando quod amplius non contra-

dicet facere debitum seruitium ipsi domino pro ipso feudo, debet recuperare ipsum feudum sibi emperatum; & dominus tenetur ipsam emperam relaxare: vt in vsatico. si quis suum feudum. & hic, & infra capitulo consuetudo. lo primo. Alias videtur dominus vassallum suum iniuste affligere: & locus esset recurui vsatici, similiter & si senior. ¶ Aut queris in casu quo vassallus ira ductus suum dominum diffidat, vel ei suum feudum relinquit: & tunc vassallus reuertendo in hominatum domini, & firmando sibi directum, & emendando cum sacramento, ipsi domino deshonoram, quem sibi fecit, debet a domino recuperare feudum, & dominus tenetur ipsam emperam relaxare: vt in dicto vsatico: qui ira ductus. Alias dominus vassallum affligere videtur: & locus est recurui dicti vsatici, similiter & si senior. Aut queris in casu quando vassallus fuit conuentus a domino rege, vel eius vicario super restitutione pacis & treuga, & pignora ponere noluit, nec damnum emendare: & tunc vassallus emendando malefacta, pro quibus fuit eiectus a pace & treuga, & ratione quorum feudum fuit emperatum, debet recuperare feudum: & dominus tenetur relaxare ipsam emperam, vt colligitur ex textu dictae constitutionis. si quis de magnatibus regni. circa finem. ¶ & etiam quia isto casu fuit empera pro contumacia vassalli in non emendando & satisfaciendo malefacta in pace, & treuga: & sic facta satisfactione, & emenda dictorum malefactorum, & subducta contumacia iam dicta subducenda est poena ipsius contumaciae, scilicet ipsa empera realis: vt in cap. ex literis. extra de constitut. cum ibi not. per Inno. & in l. si quis adulterium. §. adulterium. ff. ad legem Iuliam de adulter. cum ibi not. per Bartol. Alias dominus vassallum suum affligere videretur iniuste, si dictam emperam non relaxaret. & sic locus erit recurui vsatici. similiter & si senior. Aut queris in casu, quando vassallus nouus renuit soluere foriscapium, seu tertium pertinens domino pro noua acquisitione per vassallum de ipso feudo facta: & tunc vassallus soluendo

& satisfaciendo dictum foriscapium, siue tertium debet ipsum feudum recuperare, & dominus tenetur ipsam emperam relaxare. Probat, quoniam hoc casu dicta empara fit ex contumacia vasalli in non satisfaciendo domino foriscapium, seu tertium: ut in dicto capitulo. item ne super laudimio. circa finem. Et sic facta dicta satisfactio tertij ipsi domino, & subducta ipsa contumacia in non satisfaciendo, subducenda est poena ipsius contumaciae, scilicet ipsa empara realis: ut in dicto capitulo ex literis. cum ibi not. per Innocentium & Bartolum, in dicto. §. adulterium. Aliter dominus videretur vasallum suum iniuste affligere: & locus est praedicto recursum dicti vfatice.

62 similiter & si senior. ¶ Aut quæris in casu, quando vasallus impignoravit baiuliam, vel honorem feudalem, sine consensu domini, ipso vero sciente, & contradicente: & tunc sine spe recuperationis feudum amittitur, & est apertum domino ipsius feudi de iure communi feudali: ut est textus. & ibi Baldus quibus modis feud. amitt. §. aut si. & de inuest. de reali. §. quauis. & de prohibitione feud. alienan. per Fredericum. & per Hostiensium in titulo de feud. §. quid sit hodie. & etiam de iure vfatice, ut colligitur in dicto vfatice, si quis suum feudum. & in vfatice, si quis baiuliam. & etiam in pacibus, & treugis, in constitutio. hæc est pax. §. nullus Christianus. ¶ Sed hodie si vasallus soluit domino vicissimam partem quantitatis pecunie, pro qua obligatum fuerit feudum, debet ipse vasallus illud feudum recuperare, & dominus tenetur ipsam emperam relaxare: ut colligitur in dicta constitutione Ceruarie Regis Petri vltimi. capitulo. item ne super laudimio. §. si tamen. Alias si dominus non relaxaret dictam emparam, videretur illum vasallum affligere, & esset locus remedio vfatice, similiter & si senior, quemadmodum de alijs superius dictum fuit. Sed istud dictam venit simpliciter limitandum. Primum quod si dominus scierit dictam impignoracionem, & non contradixerit, quod eo tunc feudum emparare non poterit, sed vasallus tenetur firmare directum domino, secundum valorem baiulie, vel honoris feudalis, & soluere dictam vicissimam par-

tem, ut colligitur in dicto vfatice, si quis baiuliam. & dictam constitutionem, item ne super laudimio. §. si tamen. ¶ Secundum limitatur, si feudum impignoratur vxori pro dotis securitate: quia ex quo permisa est talis impignoratio sine consensu domini, nihil pro eadem impignoracione domino feudi exsolui debet: & consequenter nec pro tali impignoracione permittitur domino feudum emparare: ut colligitur in dicta constitutione. Item ne super laudimio. versiculo excepta. Aut quæris quando empara realis est facta propterea quia dominus facit aliquam petitionem suo vasallo immediato, & ipse vasallus non vult sibi respondere de directo, aut de fide, vel homagium facere, & alter vasallus, qui tenet feudum cors acors pro ipso vasallo rebeli & inobediendi venit coram domino maiori, & facit, vel facere paratus est, homagium, & feudum recipere: tunc dominus maior tenetur soluere, & relaxare dictam emperam, & feudum restituere ipsi vasallo, qui facit vel facere offert dictum homagium & non vasallo inobediendi: ut est textus infra capitulo consuetudo. lo secundo. & ibi scribam. ¶ Aut quæris in casu quo empara fuerit facta propter recusacionem homagij fiendi domino: & tunc faciendo dictum homagium, & restituendo omnes expensas, & damna, quas & quæ dominus sustinuerit a die, qua vasallus sibi contradixerit facere homagium, vsque ad diem, qua negotium fuerit consummatum, dominus tenetur eius vasallo soluere, & cancellare dictam emparam: ut est casus supra, in capitulo si vasallus. §. si vero. circa finem. Et hæc sunt singularissima, & menti tenenda: & aliqua ex eis fuerunt posita per dictum Iacobum Callicij in dicto vfatice, magnates. & alia fuerunt per me dictis suis addita, prout per me in iuribus patriæ fuerunt inuenta. Aduerte tamen, quia putō praedicta procedere, ut antequam empara cancellatur, vasallus facere neneatur ea omnia, ad quæ tenetur, iuxta distinctionem per me superius positam, iuxta casum, propter quem ipsa empara facta fuit, quando vasallus fatetur causam ipsius empara. vel si notoria & manifesta erat dicta

dicta causa. Si vero vasallus illam negaret, vel esset dubia, quia vasallus allegaret contra ea aliquas rationabiles exceptiones, & defensiones, & firmaret ius, & de iure in posse domini: tunc empera debet cancellari: & disputabitur de veritate causæ allegatæ, ne ipse vasallus quodammodo litiget spoliatus, argumento not. per Nico. in capitulo. quoniam frequenter. §. in his. extra ut lite non conte. et iurium per eum allegatorum. & cum hoc tempero praedicta. Et in isto casu, si dominus emperam cancellare recusaret, vasallum affligere videtur, & est locus remedio dicti vfatice. similiter & si senior. ut 66 superius dixi. ¶ Quæro quando dominus apprehenderit potestatem castri, vel emperauerit feudum, qualiter vasallus dicatur eidem facere directum. Ad quod respondeo secundum Iacobum Callicij in dicto vfatice. magnates. quod tunc videretur vasallus facere directum suo seniori, si ipse vasallus firmet de directo suo domino, & restituit sibi omnes expensas per ipsum dominum in apprehensione, & in custodia castri fortalitijs, & in emperamento feudi factas. Hoc aperte probatur in vfatice. potestatem. circa primo. ubi pro eodem ponitur firmare directum, & facere directum. Hoc etiam apparet textu dicti vfatice. magnates. circa finem. in versu. si autem. ibi: nec firmant directum. Et est casus in vfatice. de omnibus nancq. hausijs. Et pro praemissis facit capitulo. Item si vasallus. & j. capitulo. isti sunt casus. §. primus. & §. tertius. ¶ Præterea iste vasallus tantum fuit contumax in firmando de directo, & alias in non obediendo domino ut iudici causæ, & sic firmando de directo, et obediendo domino ut iudici causæ, & soluendo expensas domino videtur suam fatiam abolere, ac contumaciam suam purgare, et alias plenarie satisfacere in his, in quibus fuit inobediens: & sic sit subducenda statim ipsa potestas, & empera realis, ac poena ipsius contumaciae & inobedienciae, iuxta capitulo. ex literis. & authen. ei. C. de bo. author. iudici. pos. Et hæc placent de veritate iuris vfatice, & iuris communis per praedicta Iaco. de Callicio. quanquam gloss. ordina. & Iacob. de Monteuida. in dicto vfatice, magnates. determinent expresse contrarium: quæ determinatio eorum secundum

Callicium de iure non procedit, cum fundamentum, per eos ad hoc probandum assumptum non procedat: tamen opinio eorum approbatur j. capitulo. consuetudo est Cathalonie. Ego vero credo opinionem gloss. & Iacob. de Monteuida. fore veriorē multis rationibus. ¶ Primum quia poena contumaciae est quod denegetur audientia, donec refarciuerit damna, & expensas, secundum Baldum in l. sancimus. C. de iudi. & sic dictus vasallus non modo expensas, sed etiam damna restituere tenetur ante, quam empera tollatur. Et ita habetur in dicto vfatice potestatem. Secundum quia decretum iudicis interpositum contra contumacem non debet reuocari, nisi contumax satisfaciatur causæ, propter quam est interpositum secundum Angelum in l. eum, qui. ff. de priuileg. creditorum & Ludouic. in l. si finita. §. non autem de damno infecto. Tertio quia ex quo de isto casu reperitur consuetudo, standum est illi, & secundum illam iudicari debet: nam causæ feudales deciduntur consuetudine, & vincit legem in hac parte: ut est text. & ibi Baldus in feudis de feudi cognitione, capitulo. primo. Dubium enim feudi relinquatur interpretationi consuetudinis, secundum Baldum quid sit inuestitura. §. præterea. ut in præludijs feud. §. quarta. Et pro hoc, quia in feudis primo iudicandum est secundum pacta, secundum consuetudines regionis, tertio secundum ius scriptum, secundum Hostien. in Summa, titulo. de feud. §. quid sit. Nam consuetudines feudorum ab antiquis vfatibus fuerunt introductæ. Bald. qui feu. da. pos. §. hoc autem. Facit pro hoc, quia ius feudorum dicitur voluntaria consuetudinis, secundum Bal. de suc. feu. imitaturque consuetudo legem. j. capitulo. licet. in fi. Et sic quicquid esset de iure communi, standum est dictæ consuetudini: quia nullum est ius merè positum quin consuetudine mutari possit, secundum Bal. de prohi. feu. ali. per Fre. §. præterea. Et istud credo verius de iure consuetudinario, reprobata opinione Ia. de Callicio, quæ forte de iure communi esset verior. ¶ Quæro, facta apprehensione potestatis castri, vel emperamentum feudi per dñm iuxta formam vfatice. & vasallus offerendo firmam iuris dño, & redigendo sibi

sibi omnes expensas, & damna, an vasallus perpetuo debeat audiri in recuperando castrum, vel feudum. Et videtur quod non nisi tantum per annum sequentem: quoniam vsatici, & consuetudines indistincte loquentes recipiunt interpretationem limitatiuam, seu restrictiuam a iure communi, secundum Bartolum in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. Sed de iure feudali quando dominus propter contumaciam vasalli, seu faticam iuris mittitur in possessionem feudi, vasallus tamen veniens intra annum recuperat feudum, & eius possessionem: alioquin & feudum, & eius possessionem perdit: ut in capitulo primo de milit. & vasallo. Sed in casu vsatici, magnates, & huius capitul. ac infra. capitulo consuetudo. & capitul. isti sunt casus. §. primus. & §. tertius casus. propter contumaciam vasalli nolentis firmare directum, vel facere seruitium, apprehenditur potestas castri, vel fortalitij, vel imperatur feudum, ideo merito non audiatur vasallus post annum. † In contrarium videtur quod perpetuo vasallus audiatur, saltem vsquequo dominus contra vasallum ipsum legitime prescripserit, ex quo textus dictorum vsaticorum & capitulorum non distinguuntur, & sic nullatenus est distinguendum. l. de pretio. ff. de public. Quid dicendum? Breuiter Iacob. Callicij vltima pars videtur verior: & ita videtur, ut dicit sentire glossa prima ipsius vsatici, magnates. licet non inducat iura predicta. & ita videtur mens textus ipsius vsatici, & capitulorum superius allegatorum, sic loquentes generaliter sine praescriptione temporis. Et pro hoc tu allega quod vbi a iure non praesinitur certum tempus, nec ego praesinitur legem falso. C. de rescript. l. si rem. §. finali. ff. de euict. iuncta glossa. Nec obstat text. in dicto capitulo primo, de milit. vasall. qui contu. quia ibi vasallus releuatur in eo quod dominus non auctoritate propria, sed iudicialia tantum eius possessionem ingreditur: & etiam ibi in alio grauatur, quia auditur vasallus veniens tantum intra annum.

72 † Sed in casu dictorum vsaticorum & consuetudinum est totum oppositum: nam vasallus grauatur in hoc, quod do-

minus auctoritate propria apprehendit feudum per viam apprehensionis potestatis, vel imperae realis: & sic in alio releuatur, ut perpetuo super restitutione feudi, donec dominus contra ipsum legitime prescripserit, audiatur, argumento lege eum, qui. ff. de iurisdic. omniu iudicum. Et sic isto casu non recipiunt dicti vsatici, & consuetudines interpretationem limitatiuam, seu restrictiuam a dicto iure communi feudali, cum non sit eadem ratio hic, & ibi: & etiam quia per dominum indebitum ad lucrum peruenitur: & sic cessat dicta interpretatio iuxta nota. per Bartolum, in dicta lege omnes. Tu autem adde quod hic est dictio Donec, quasi velit dicere, id est, vsquequo vasallus firmauerit directum, & restituerit damnum, & expensas, vel seruitium fuerit in duplo emendatum: ut l. foemina. verbo Donec. iuncta glossa. ff. de senatus. & sic perpetuo vasallus super his auditur, nisi dominus velit se alio iure tueri: hoc est, quod utile dominium prescripserit: ut argumento gloss. & Bald. de feud. dato in vic. legis commis. in verbo, quando cunque. Et quod dicit Baldus in feudo. si de feud. defuncti. §. si quis. vbi dicit † quod dominus ratione proprietatis prescribit titulo pro suo contra vasallum. Nam non prescribit utile dominium, sed eius amotionem, & consolidationem proprietatis. vide ibi eum: quia ponit verba aurea. Et istud credo verius. Vel dic quod in dicto capitulo primo de milit. vasall. qui contu. est praesinitur tempus anni: ut in l. sine praesinitione. ff. de pœ. vbi Barto. hic secus: & sic intelligitur perpetuo. ut in l. seruus. ff. de pœnis. Et sic secus est ibi, & secus est hic. Vel dic quod illud est de iure communi feudali, hic vero de iure vsaticorum, & consuetudinario, quod tanquam posterius illi derogat secundum Angelum in l. de quibus. ff. de legi. & gloss. institut. de offic. iudic. Vel dic ut dixi supra, in capitulo domino. §. Nonus si vasallus. † Quæro, quid si magnatus, vel miles contenderit, vel contradixerit firmare directum domino suo, sed ante quam dominus apprehenderit potestatem de castro suo, vel fortalicio, vel imperauerit ei suum feudum, vasallus poenitet contendiffe, seu

contrad

contradixisse firmare directum domino, & comparet coram domino suo, & offert ipsi domino firmamentum directi requirendo ipsum quatenus ab eo ipsum firmamentum recipiat, & quod nullatenus procedat ad imperandum feudum suum, vel ad apprehendendum potestatem castri, vel fortalitij, nnnquid isto casu vasallus cum predictis oblationibus sit audiendus, & admittendus. Iacob. Callicij in dicto vsatico, magnates. dicit quod non. Et hanc partem videtur tenere gloss. ordinar. in dicto vsatico, super verbo posita, sin autem: in tantum quod videtur quod secundum mentem ipsius glo. quod sola contradicatio facta per vasallum domino infirmando de directo, vel faciendo seruitium, aut sola fatica directi per dominum in vasallum reperta facit esse locum procedimento dictorum vsaticorum, & huius capitul. ac capitulorum supra commemoratorum: supposito etiam quod vasallus ante procedimentum dictorum vsaticorum & capitulorum se firmaturum directi, & alias ad iustitiam se offerat. In contrarium facit ad predicta secundum ipsum Iacob. Nam ex quo iste vasallus predicto domino antequam ipse dominus apprehendat potestatem de castro vel fortalicio, vel imperet ei feudum, quod sit audiendus, & admittendus, quemadmodum dicitur de emphyteuta † quod potest celeri satisfactione sibi consulere, quando cessauit in solutione pensionis per biennium. Inno. in capitulo. potuit. de loca. cum in casu huius capitul. & aliorum capitulorum, ac vsaticorum, & constitui. in quibus dominus potest procedere contra vasallum imperando feudum, vel apprehendendo potestatem castri, vel fortalitij, ut desuper scripsi, dominus vasallum propria auctoritate expellat a re feudali, ut hic scripsi: merito vasallus hoc casu possit sibi celeri satisfactione consulere, & ad oblationem per ipsum sit admittendus, de similibus ad similia procedendo, maxime quia iste casus iure vsaticorum & consuetudinis non sit comprehensus, & sic per ius commune veniat decidendus: ut in vsatico, indicia. iuncto capitulo primo. de feud. cog. in fine. & adde Baldum, quæ fuit prima causa benefic. amit. vbi in poenalibus statutis, & consuetudinibus proceditur de similibus ad simi-

lia, in §. porro. Potest enim purgari mora vsquequo dominus realiter processerit ad predicta. † Quid igitur dicendum? Iacob. Callicij dicit quod vltima pars est verior, cum mora possit purgari cum hac moderatione tamen, quod si dominus iam fecerat expensas, apprehendendo castrum, & imperando feudum, vel damnum iustitauerat, quod ea debet recuperare dominus: ut vsatic. potestatem. & infra capitulo consuetudo. adde eundem Iacob. in vsatico, si quis contradixerit. Et pro ista moderatione, & admissione poenitentie ego allego Baldum in feud. si de feud. defuncti. §. vasallus. vbi habetur quod in feudis poenitentia admittitur: si tamen vasallus velit damna, & expensas reficere: quia tunc non est ei claudenda iudiciorum copia. Et adde Baldum, quæ fuit prima causa benefic. amit. §. porro. Et facit pro oblatione supra. & finitis. §. item. & Bald. an ille qui interfe. fratrem. §. non cogitur. Sed in contrarium est dictum Bald. in feud. quæ fuit prima causa benefic. amit. & quo temp. mi. vbi habetur quod mora non purgatur: sed ibi erat dies, & poena: & sic non purgatur, hic secus. Et sic admittitur moræ purgatio. Et fortior est locus poenitentia, si vasallus istam causam habuerat contradicendi, argumento dicti cap. j. quo temp. mi. & que notat Bald. in dicto §. vasallus. Et pro hac opinione facit, quia si post dictam imperam vasallus admitteretur ad firmandum directum restituendo in duplum damnum, & expensas, ut infra capitulo consuetudo. multo magis est admittendus ante apprehensionem castri, vel imperam feudi. authentica multo magis. Et istam opinionem vltimam ego credo esse veriore, dum tamen vasallus ultra dictam oblationem firmet de facto directum, & expensas, & damna restituat ipsi domino. Nam vbi quis arctatur ad aliquid faciendum, non sufficit illud offerre, & se esse paratum facere, sed requiritur quod de facto illud faciat, secundum glossam in capitulo ad apostolicam. de re iudicata. libro sexto: in verbo parata. de quo in capitulo cupientes. §. si vero. de electio. eodem libro. † Sed quæro iuxta hoc, ecce vasallus comparet coram domino ante apprehensionem castri, vel imperam fiendam de feudo, & offert firmamentum directi,

recti, atque soluere damna, & expensas, si quas fecerit, & sic purgare ipsam moram: sed dominus dictam oblationem, & moræ purgationem admittere recusat, ideo vult procedere ad apprehensionem castri vel imperamentum feudi, an vasallus habeat aliquod remedium contra dominum, ne dictam apprehensionem castri, aut feudi imperamentum faciat: Et dico quod sic: quia si dominus non vult prædictas oblationem, & moræ purgationem acceptare vasallus habet remedium vsatici. similiter & si senior, secundum not. per Baldum in feud. de alodi. circa finem. vbi dicit quod si vasallus dubitat ne expellatur, adeat prætorem, qui prohibeat vim fieri, donec cognoscatur de iure partium: qui iudex mandabit hoc modo, ne vis fiat possidenti, iustificando præceptum suum: quod si senserit se grauatum, veniat recepturus iustitiæ complementum: nam procedendo dominus ad vltiora non obstant dicta oblatione & moræ purgatione secundum dictum vsaticum, ipsum vasallum affligere videtur. Igitur & cætera.

78 ¶ Quæro vltius an per dominum possit vasallo fieri empera realis in feudo consistenti in castro vel fortalitio: Et glos. in dicto vsatico, magnates, super verbo Firmare directum, dicit quod poterit emperare castrum & feudum, & cætera. In contrarium videtur ab aperto dicere text. ipsius vsatici. In eo quod dicit quod de castro apprehenditur per dominum potestas, & feudum emperatur: & ita ab expresso determinatur, infra in capitu. Item est consuetudo Cathalonie quod feudum, vnde datur potestas, non potest emperari. cum capitul. ibi præcedenti. Tamen per aliquos iuris peritos ibi apostillatur quod contrarium fieri viderant de facto in Cathalonie, & in ciuitate Minorissæ. Nam, vt ipsi referunt, procurator regius emperauit curiam, & feudum, seu domum sancti Anoceli propter alienationem inde factam non recepta potestate castri. Quid igitur nos dicemus hoc casu? Breuiter Iacobus de Callicio dicit quod in castro vel fortalitio non potest aut debet fieri empera realis, iuxta prædictum capitulum. Item est consuetudo. cui standum est: cum cau-

sia feudales decidantur consuetudine: vt in feudis. de feud. cognitione. capitulo primo. vbi Baldus. & adde quæ superius de hoc dixi. Fallit tamen secundum eundem Iacobum in tribus casibus sequentibus.

Prima fallentia est in vsatico, si quis suum feudum. Et est ratio secundum eum, ¶ quia à possessore, aut nouo acquiretore castri, vel fortalitij, non potest peti potestas, vel etiam apprehendi, sed à vasallo, & eius hærede, & non à tertio possessore nouo acquiretore: vt colligitur ex vsatic. magnates. & sequen. ac vsatic. potestatem. Iunctis notatis per Iacobum de Monteuid. in vsatic. si quis suum feudum. Cum igitur in casu ipsius vsatici, si quis suum feudum, nouus acquiretor nondum sit vasallus, donec fecerit recognitionem domino, merito pro ipsa alienatione & seruitio contradicto non potest procedi contra eum, requirendo, vel aliàs apprehendendo potestatem: nec etiam pro seruitio contradicto per vasallum alienantem potest procedi contra ipsum tanquam vasallum requirendo, vel apprehendendo potestatem, cum castrum, vel fortalitium non sit penes ipsum, sed penes nouum acquiretorem: & sic necessario habet procedi hoc casu per viam emperæ realis contra nouum acquiretorem, quousque fecerit dictam nouam recognitionem: quoniam tunc demum facta dicta requisitione esset procedendum contra ipsum acquiretorem & vasallum: per viam petitionis vel apprehensionis potestatis, cum ipse nouus acquiretor per ipsam recognitionem sit effectus ipsius domini vasallus: vt infra capitulo duplex est homagium. & in capitulo licet. & in capitulo habito. & in capitulo ego. & in capitulo veritatis. cum ibi notatis de iure iurando. & non per viam emperæ realis: vt in vsatic. potestatem. & in vsatico, magnates. & in vsatico, si quis contradixerit. & ita rite processit, quod fieri viderunt dicti iuris periti, & eorum apostillatio facta super dicto capitulo. Item est consuetudo. Et istam fallentiam per hæc verba dedit ipse Iaco. Callicij. Sed contra istam fallentiam facit textus, supra eodem, & finitis. & capit. si vasallus. in fi. & c. si vasallus, siue castellanus. j. & notatur in c.

in capitu. si aliquis vasallus. j. & capitu. si de functo. & quæ in dictis capitulis scripti. & j. capit. isti sunt casus. ¶ Item si vasallus non fecit homagium, tenetur facere antequam reddatur potestas. Et etiam not. in summa Ioan. Blanch. quibus mod. feud. acquir.

80 ¶ Ex quibus iuribus habes quod etiam quod homagium non sit præstitum, quod vasallus tenetur dare potestatem, & ei non restituitur quousque dictum fecerit homagium. Et consequenter colligitur ex dictis capitulis quod à nouo acquiretore potest peti castri potestas, & apprehendi. Et secundum ipsa iura non est vera ipsa prima fallentia, quam idem Iacob. posuit in ipso vsatic. magnates. Et profecto videri meo ipsa iura multum faciunt contra eius opinionem: & consequenter istud indiget decisione Casarea. Nam, vt dicit lex tanta. C. de veteri iure enu. Si quid igitur tale contigerit, Augustum imploretur remedium. Ego vero in tanta repugnantia Dei adiutorio inuocato in alto pelago nauigans sic dicere sequendo doctrinam textus & Bar. de no. Cod. compo. s. quibus. vbi dicunt

81 ¶ quod contrarietas debet iuari per diuisiones, & distinctiones & illud idem dicit in extratraganti ad reprimendum. in verbo, non obstantibus. vbi dicit quod leges debent concordari per aliquam distinctionem, vel limitationem saluari. Nam expedit iura iuribus concordari. capitu. cum expediat. de elec. libro sexto. & l. prima. C. de inoffic. do. igitur distingue, Aut ille possessor, & nouus acquiretor, est hæres, aut successor ipsius vasalli, vt puta filius, aut agnatus, ex titu. lucratiuo, aut extraneus ex alienatione in eum facta ex titulo oneroso. Primo casu subdistingue, Aut ipse talis hæres aut successor adijt hæreditatem feudalem, aut non. Primo casu dic quod etiam quod nondum fecerit homagium, aut recognitionem, potest peti potestas ab eo, & apprehendi: quia eadem persona censetur cum defuncto. Nam etiam committitur bausia ab ipso tali, si forefecerit contra dominum: cum in hoc casu ipse hæres, aut successor ante præstationem homagij, & nouam recognitionem censetur vasallus. Et sic loquuntur iura pro hac parte. allegata. Et pro hoc vide Ioan. Blanch. in Summa titu. de vasal. & eorum differentiis. circa fi-

nem. & j. capitu. habito. Vide Rosfe. in il. bellis. titu. de vasallis. vbi dicit ¶ quod vasallus est, qui rem aliquam ab aliquo in feudum recepit. in alijs vero duobus casibus, vt puta si hæreditas nondum est adita: vel nouus acquiretor est quidam extraneus. ex titu. oneroso: & tunc crederem fallentiam ipsius Iacob. de Callicio esse veram, per iura ab eo allegata. Et adde ad prædicta text. in c. domino vasalli. & capitu. domino defuncto. & quæ in vtroque eorum scripti, & etiam quæ dixi in capitu. & finitis. & Bald. de contro. inter domi. & emp. & quæ dixi supra in iij. oppo. & vide Bald. in §. callidis. de prohi. feu. ali. per Frede. vbi dicit quod dominus non potest apprehendere feudum, quod bonæ fidei emptor tenet, sed quo ad emparam realem hoc dictum correctum est per dictum vsatic. si quis suum feudum. Secunda fallentia ipsius Iacob. de Callicio est in casu vsatic. qui ira ductus. Nam ibi procedendum est, secundum eum, emparando feudum: vt aperte colligitur ibi in tex. videlicet ibi: cuncta & c. vbi vniuersaliter adijcitur quod senior emperet vasallo cuncta, seu omnia, quæ pro eo tenent: & sic castrum vel fortalitium poterit emperare: quia qui cuncta, seu omnia dicit, nihil excludit. l. à procuratore. C. manda. & quia hoc casu procedere emperando castrum, & non apprehendendo, vel requirendo potestatem, sint in casu dicti vsa. magnates. secundum eum. Ego dico quod ista fallentia non est vera, ideo fuit summata, & est extendere dictum vsatic. vltra suos terminos: quod fieri non debet: quia non est nostrum vsaticos extendere. l. si verò. §. de viro. ff. solu. matrimonio. Et si comes Barchinonæ, qui condidit dictos vsaticos, vellet statuere quod in casu ipsius vsatici, posset emparari castrum feudale, illud dixisset: argumento capitu. ad audientiam. de decim.

83 ¶ Præterea licet dictio cuncta vel omnia sit vniuersalis, non tamen intelligitur vt includat nisi illa, quæ sunt proportionabilia materiae, in qua profertur. Gloss. est singularis in capitulo dilecto. de senten. excommunicatio. libro sexto. in gloss. iij. in fin. Cum igitur ista dictio proferatur super empara reali, cuius natura est fieri in re, non fortalitio, ita merito non includit nisi rem non fortalitiam, & non castrum, vel aliam rem

fortalitatam. Potest enim succurri ipsi domino in casu dicti vsatic. qui ira ductus. per requisitionem & apprehensionem potestatis castri: quoniam ex sola voluntate domini potest peti, & apprehendi, vt dictum est supra in capitu. primo. & apprehensa ipsa potestate dominus poterit eam retinere quousq; vasallus fecerit sibi homagium, & firmauerit sibi de directo, atq; restituerit omnes expensas, & damna, atque emendauerit dedecus, quod ei fecit, argumento vsatic. magnates. & vsa. potestatem. & j. capitu. isti sunt s. primus casus. & s. sextus. Sed forte fallentia dicti Iacobi seruaretur in practica propter eius auctoritatem, & quia ab alijs sapientibus antiquis iuuenisse scriptam, licet de subtilitate iuris quod hic scripsi, sit verius. Tertia fallentia est in casu, quod ¶ quando nouus adquisitor castri, vel feudi recusat domino soluere laudimium, seu forecapium. Nam tunc dominus potest imperare quodcumque feudum, siue consistat in castro, vel fortalitia, siue in alijs rebus: vt colligitur in capitu. Item ne super laudimio. versicu. intendimus. Quod credo verum: quia in dicta constitutione fit mentio de feudo: & appellatione feudi venit castrum infeudatum: quoniam feudum est genus, & castrum eius species: & appellatione generis quaelibet eius species continetur, secundum Baldum in feud. per quos fiat inuef. s. noui. & omnia eiusdem generis eodem iure censentur & quo ad prohibitionem, & quo ad concessionem nonagesimaseptima distinctione, capitu. illud. & quod ibi nota. & prima quaestione prima capit. sicut eius. 85 & quod ibi not. ¶ Quæro, an empera realis, & potestas differant, & in quibus? Iacob. de Monteuida. in vsatic. si quis suum. & Iacob. de Callicio in vsatic. magnates. mouent istam quaestionem. & dicunt quod differunt tam in initio, quam in fine, seu finali effectu. in initio differunt, quia potestas potest peti, seu requiri ex sola voluntate domini, quia vult eam habere pro sola recognitione domini, & vasallus iratus & pacatus tenetur dare. Et ita continetur in pluribus conuenientijs, & etiam sine eis fit, & habet fieri sic de obseruantia patriæ. Empara autem habet fieri ex causa, videlicet vel per contradictram firmam iuris, vt in vsatic.

magnates, vel propter factam alienationem sine consensu domini: vt in vsatic. si quis suum feudum. vel ex alijs causis superioris enarratis, quæ sunt munero octo secundum me. Item etiam in initio differunt in alio, quia potestas non potest peti, nisi a vasallo vel eius hærede, secundum quod 86 superioris scripsi in prima fallentia. ¶ Empara fit ex dictis causis, etiam contra quemlibet possessorem, vt in princip. dicti vsatic. magnates. dictus Iacob. Callicij notauit. Item differunt in fine, vel finali effectu: quia potestas non datur statim vt petitur, sed post decem dies. Empara autem statim habet suum effectum. Item potestas redditur regulariter postquam dominus tenuerit eam per decem dies. empera autem semper retinetur, donec domino sit satisfactum de his, quæ in dictis vsaticis statuuntur. Et ista sunt verba Iacob. de Monteuida. in dicto vsatic. si quis suum feudum. Nunquid hoc casu prædictus Iacob. de Monteuida. bene sensit? Et dictus Iacob. Callicij putat quod non simpliciter: sed dicit quod opus est examinatione, & declaratione. Et pro pleniori examinatione huius passus, si quæris qualiter empera realis & potestas concordent, refert, ¶ aut quæris de potestate, quæ per dominum propria auctoritate apprehenditur, vt fit in casu vsatic. magnates. & sequen. & iuxta capitu. isti sunt casus. j. & tunc dic quod concordant in se, primo quoniam sicut empera realis in octo casibus secundum me desuper designatis in illa quaestione, quæro in quibus, seu in quot casibus habet locum empera realis, &c. potest procedi ad emperandum feudum ex certis culpis, inobedientijs, & causis per vasallum commissis, & non alijs, vel aliter: ita etiam ad apprehendendum potestatem per dominum habet procedi auctoritate propria in certis culpis, inobedientijs, & causis per vasallum commissis, vt est text. in vsatic. magnates. & in vsatic. sequen. & j. capitu. isti sunt. ¶ Secundum etiam hoc casu potestas & empera concordant: quia sic empera realis commissis culpis, inobedientijs, & causis per vasallum statim per dominum facta suum sortitur effectum: vt patet ex prædictis notatis per Iacob. de Monteuida. & colligitur in vsaticis, & constitutionibus desuper allegatis in quaestione illa,

illa, quæro in quibus, seu in quot casibus habet locum empera realis in feudo &c. & ita etiam in casu apprehensionis potestatis commissis culpis, inobedientijs, & causis per vasallum proceditur per dominum ad apprehendendum potestatem castri, vel fortalitijs, & ipsa apprehensio etiam statim sortitur suum effectum, quemadmodum & ipsa empera realis, vt dicitur clarè concludi in dicto vsatic. si quis contradixerit. nam tunc quando liberè dat potestatem domino, habet vasallus spatium decem dierum in ea tradenda, iuxta capit. si duo vel tres supra: non quando dominus propria auctoritate eam apprehendit: vt colligitur in dicto vsatic. magnates. & vsatic. potestatem. & ex eadem causa fiunt. Et ita satis videtur innuere Iacob. de Monteuida. in dicto vsatic. super verbo Redde. 89 re. ¶ Tertio etiam concordant hoc casu empera realis, & apprehensio potestatis: quoniam tam ipsa apprehensio potestatis, quam ipsa empera realis, facta satisfactione per vasallum domino relaxatur, secundum gloss. & Iacobum de Monteuida. in dicto vsatic. magnates. Sed secundum opinionem Iacobi de Callicio hoc casu apprehensio potestatis, & ipsa empera cum firma iuris facta per vasallum in posse domini debent relaxari, vt alijs per extensum desuper scripsi. Si autem quæris hoc casu apprehensio potestatis & empera in quo differunt: dic quod differunt. Primo, quia empera realis potest fieri nedum a vasallo, vt in dicto vsatico, sed etiam tertio possessori feudi: vt ibi, & in vsatic. si quis suum feudum. & in dicto capitulo, item ne super laudimio. sed potestas tantum potest a vasallo apprehendi, & eius hærede, & non a tertio feudi possessore: vt in dicto vsatic. magnates. expressè colligitur. Tu dic secundum ea, quæ superioris scripsi in prima fallentia. Nam ibi videbis an contra tertium possessorem castri, vel fortalitijs culpam, inobedientiam, & causam contra dominum ipsius castri committentem sit procedendum per viam apprehensionis potestatis castri, vel fortalitijs, an per viam emperæ realis, secundum vsaticum si quis suum feudum. ¶ Secundò etiam differunt empera realis & potestas castri apprehensa: quoniam tantum de feudo consistenti in

castro, vel fortalitia potestas apprehenditur, & in alijs feudis non consistentibus in castro vel fortalitia regulariter empera realis fit, & habet locum, & non apprehensio potestatis: vt colligitur ex dicto vsatico magnates. & in vsatic. si quis contradixerit. Fallit secundum Iacobum Callicij in tribus casibus desuper per me descriptis, quos in aliquibus approbavi, & in aliquibus non. Vide quæ superioris de eis scripsi. Si quæris in casu, in quo potestas per vasallum domino liberè datur facta requisitione per dominum sibi iuxta finem vsatic. magnates. & iuxta vsatic. potestatem. & tunc dic quod empera realis, & potestas hoc casu differunt. Primò, quia potestas potest per dominum peti, seu requiri ex sola voluntate domini: eo quia dominus eam vult habere pro sola recognitione domini, & vasallus iratus, vel pacatus tenetur ipsam potestatem domino dare: & ita continetur in pluribus conuenientijs: & etiam si non contineretur, habet fieri de obseruantia patriæ, secundum Iacobum de Monteuida. quod Iacobus Callicij putat esse verum de obseruantia patriæ: ideo etiam de iure vsaticorum, & consuetudinario: vt in vsatic. potestatem. & in alijs vsaticis per eum allegatis. Fallit, secundum eum, in duobus casibus, in quibus etiam potestas ultra recognitionem domini ex causa postulatur. Primus est in constitutionibus si quis de magnatibus in pacibus & treugis. Secundus est in forma iuramenti vicariorum. s. si quis autem in ciuitatibus. 91 ¶ Empara autem realis semper habet fieri ex causa, & non ex sola voluntate domini, vt puta propter contradictram firmam iuris, vel propter faticam iuris: vt in vsatic. magnates. & in capitulo, isti sunt casus. j. vel propter alienationem feudi, vel propter seruitium feudi fallitum: vt in vsatico si quis suum feudum. vel etiam propter diffidamentum per vasallum domino factum, vel propter feudum ei relictum: vt in vsatico qui ira ductus. vel propter contradiccionem a vasallo domino factam in tornando pignora in manu vicarij regij super violatione pacis & treuge: vt in constitutione si quis de magnatibus. vel propter contradiccionem soluendi laudimium: vt in capitulo. Item ne super laudimio. versu.

intendimus. vel propter impignorationem feudi: vt in dicto vsatico, si quis suum feudum: & in vsatic. si quis baiuliam. vel propter recusationem homagij fiendi per vassallum dño: vt supra c. si vassallus. §. si verò.

92 ¶ Secundò etiã differunt hoc casu potestas & empera: quia potestas non potest peti nisi à vassallo, vel eius hærede: vt colligi videtur in vsatico potestatem. & j. in capitulo. isti sunt. Vide quæ de hoc latius scripti supra in prima fallentia. Empera autem realis nedum potest fieri vassallo, vt in vsatic. magnates. & in vsatico qui ira ductus. & in dicta constitutione si quis de magnatibus. circa finem. Ideo etiã tertio possessori nondum vassallo: vt in vsatic. si quis suum. & in dicto capitulo. Item ne super laudimio. Tertio etiã differunt: quia potestas non datur statim, cum petitur, sed post decem dies: vt in capitulo si duo vel tres. & iuxta ea, quæ scripti desuper in capitulo primo, in quæstione illa, quæro an vassallus à domino suo requisitus de dando ipsi domino potestatem castri, vel fortalitij, intra quæ tempora debeat ipsam potestatem domino suo dare &c. Empera autem realis statim cum per dominum fit, sortitur suum effectum, & habet locum: vt in dicto vsatico magnates. & in vsatic. si quis suum feudum. cum similibus. Fallit tamen prædicta regula, seu differentia in casu constitutione. si quis de magnatibus. nam ibi statim cum per dominum, siue vicarium regium à vassallo postuletur, statim debetur ipsi domino cum effectu: nec vassallus hoc casu habet spatium decem dierum in ea tradenda in odium eius, qui violauit pacem & treugam, secundum ea, quæ scripti in dicto capitulo. primo, in quæstione in

93 qua proxime me remisi. ¶ Quarto differunt, quia potestas regulariter redditur ipsi domino absque satisfactione, & firma iuris postquam eam dominus liberè habuerit, & retinuerit per decem dies: vt in fine vsatici, magnates. & supra in capitulo & finitibus. Fallit tamen in casibus enumeratis per dominum Iacobum Callicij in dicto vsatico, & quæ continentur j. capitulo, isti sunt. & quæ ibi de hoc latius scribam. Fallit etiã, secundum me, illud, quod dixi, quòd absque satisfactione & firma iuris potestas redditur, quando dominus ap-

prehendit potestatem propter contradictionem firmæ iuris: quia tunc non tenetur castrum reddere, donec à vassallo factum sit directum, & redirectæ sunt missiones: vt habetur in dicto vsatico magnates. & in vsatic. potestatem. & in dicto capitulo isti sunt. §. primus. Empera autem realis non redditur vassallo, vel possessori, nisi facta firma iuris præuia satisfactio: vt in dicto vsatico. colligitur euidenter: & in vsatic. & constitutionibus desuper allegatis in illa quæstione, quæro in quibus, seu in quot casibus, &c. ¶ Quinto differunt, quia potestas solum petitur de castro vel fortalitio: vt in dicto vsatico magnates. & in constitutionibus si quis de magnatibus. & in capitulo item est consuetudo quòd feudum. Sed empera realis solum fit regulariter in alio feudo non consistenti in castro, vel fortalitio: vt apparet text. in dicto vsatico, magnates. Fallit secundum Callicium in tribus casibus, quos superius recitauit, quos in aliquibus reprobauit, & in aliquibus non. Et quòd concordent, vel differant in aliquo, quam in prædictis, dicit Callicius alios casus se non inuenisse, nisi velis dicere, secundum eum, quòd etiã empera, & ipsa potestas hoc casu differant specificè in sua essentia: quoniam vnum non est aliud, ideo specificè differunt, sicut homo & asinus: vt patet ex prædictis. Alia de materia huius capituli vide quæ de ea latius scribam j. in capitulo. consuetudo. lo primer.

De homagio multiplici.



Vplex est homagium, videlicet homagium solidum, & aliud non solidum. Solidum est, quasi gerens legalitatem, & fidelitatem: nam homo solidus aduersus omnes gerit fidelitatem domino suo. Et ita in homagio solido nullus excipitur, quando fit quantum ad verba: sed quantum

quantum ad rectum intellectum, ille, qui generalem habet iurisdictionem, intelligitur exceptus: nam contra illum non tenetur dominum suum iuuare. Ex quo euidenter apparet quòd nullus potest facere homagium solidum duobus: quia talem simplicem fidelitatem, in qua nullus intelligitur exceptus præter generalem iurisdictionem habentem, non potest aliquis facere duobus. Est autem homagium non solidum, quando aliquis excipitur faciendo homagium, cum dicitur sic: facio tibi homagium, excepta fidelitate, quam debeo domino meo solido. Vel sic: facio tibi homagium, hoc excepto, quòd possim mihi aliud dominum constituere, contra quem nolo teneri te iuuare. Vel si excipitur aliqua persona: quod idem est, vt si dicatur sic: facio tibi homagium hoc excepto, quòd contra talem nobilem nolo te iuuare. Iste sic faciendo istud homagium, est homo non solidus, quia non tenetur fidelitatem gerere aduersus omnes. Excipit enim aliquos, contra quos fidelitatem, siue auxilium præstare non tenetur.

S V M M A R I V M.

- 1 Homagium solidum quod dicatur.
- 2 Homo solidus idem est, qui est legius.
- 3 Vassallus dominum iuuare non tenetur contra habentem iurisdictionem generalem.
- 4 Homagium solidum duobus præstari nequit.
- 5 Homagium non solidum quod dicatur.
- 6 Vassallus contra quos dominum iuuare non tenetur. 11. 12.
- 7 Præter dictio quid operetur.
- 8 Vassallus solidus an possit alij homagium facere non solidum.
- 9 Vassallus an pro feudo homagium facere teneatur.
- 10 Vassallus non tenetur duobus pro eodem feudo homagium facere.

- 11 Vassallus contra patriam dominum iuuare non tenetur.
- 12 Homagium quid sit, & unde dictum. 15.
- 13 Homagium unde originem sumpserit.
- 14 Homagium in quibus præstetur casibus.
- 15 Homagium in quibus præstetur contractibus.
- 16 Homagium qualiter, seu quot modis quaeratur.
- 17 Homagium an per procuratorem præstari possit.
- 18 Homagium sub certa forma factum quid importet.
- 19 Homagij violati grauis excessus.
- 20 Homagium quare inuentum.
- 21 Homagium facere debet quis simul atque vassallus effectus est.
- 22 Vassallus ratione feudi, homagium præstare tenetur.
- 23 Vassallus qualiter liberari possit à feudo, pro quo homagium præstitit.
- 24 Proditor morte plectitur.
- 25 Probatio legitima requiritur ut quis puniri possit.
- 26 Proditor proclamari nemo debet, nisi in duobus casibus.
- 27 Homo solidus alicuius an possit se facere censualem alterius.
- 28 Homo solidus quis dicatur.
- 29 Nouitas non inducenda in homagij præstatione.



Vplex. Diuide istud capitulum in duas partes. in prima parte tractat de homagio solido. In secunda parte de homagio non solido. Prima pars incipit ibi: duplex. Secunda pars ibi: Est autem homagium. Casus. Homagium est duplex, scilicet solidum, & non solidum. Solidum est quod gerit fidelitatem contra omnes, & nullus excipitur, præter illum, qui generalem habet iurisdictionem. Homagium verò non solidum est illud, quando aliqua persona fit ab ipsa homagij præstatione excepta. hoc dicit. Collige notabilia. ¶ No. primo quòd homagium solidum, est illud, quod præstatur domino, nullo excepto, nisi illo, qui generalem habet iurisdictionem. Concor. vsatic. qui solidus. & pro hoc j. capitulo. barones. vbi declaratur quis habet generalem iurisdictionem. Et adde Specula. titulo de feud. §. quoniam. versicu. & not. Et ibi dicitur quòd Imperator, & dominus rex habent generalem iurisdictionem, & merum imperium. & vide Bal. in addi. Specu. in titulo de iurisdictione omnium iudicum. vbi dicit quòd solus princeps habet merum imperium liberum. Vide Ioannem de Blanos. institut. de actio. §. præiudiciales. circa finem mediæ co. quem Specula. in dicto versicu. & not. ibi: alij dicunt. refert: à cuius dicto ista consuetudo originem traxit.

Et adde. j. capitulum. si aliquis habet. Concor. cum ipso Specu. in dicto. §. versicu. decimo septimo, & versicu. decimo quarto. † Not. secundo idem esse hominem solidum & legium: ut notatur per do. Ioannem de Blanos. in dicto. §. praeiudiciales. vide eum in rubrica de praeiudiciali. per quam queritur vel petitur vasallus. & per Iacobum de Monteida. in dicto vsatico, qui solidus. Quis autem dicatur homo legius, vide in clemen. pastoralis. de re iudi. per Ioannem Andream, & Nico. & j. capitulum. si aliquis habet hominem. & Spec. in dicto. §. quoniam. versicu. & not. & Iacob. de Callicio in vsatic. placitare: & in dicto vsatic. qui solidus. in secunda oppositio. & Hostien. & Ioann. Andre. in capitulo recolentes. de statu mo. adde Baldum in praelu. feud. §. alia diuisio feudorum, quia quoddam est legium, & per eum in feud. hic fin. lex Frederic. deinde incip. consuetud. reg. §. contra omnes. Adde Petr. Iacob. in libello. titulo ex quibus causis domi. deb. amit. proprie. §. homagium legium. vbi late vide Rosfred. in libel. titulo sacramentum cuiuslibet vasalli.

3 † Not. tertio quod vasallus contra illum, qui habet generalem iurisdictionem, dominum iuuare non tenetur: & sic dominus rex, qui habet generalem iurisdictionem, videtur exceptus. Nam ipse in regno suo est quidam corporalis Deus. Ita dicit Bal. in §. si. de prohibitione feud. ali. per Frederic. & pro hoc capitulo. venientes. de iure iuran. Et quod vasallus contra dominum regem iuuare non tenetur, est text. j. capitulo. si aliquis habet. & capitulo. barones. & vide Ioannem de Pla. in l. diffinimus. C. de agrico. & censu. libro vndecimo, † Nota quarto quod homagium solidum duobus praestari non potest. Vide Bald. in dicto. §. alia diuisio. qui allegat capitulo. primum in feud. in alijs capitulo. extraordi. ibi dum dicit, placeat quoque legium hominem duorum esse non posse. gloss. in dicta clementina pastoralis. Hostien. in dicto capitulo recolentes. & Specula. titulum. de feud. §. quoniam. versicu. nono. & est constitutio. regis Iacob. secundum in prima curia Barchinonae. capitulo. Item quod aliquis homo & rex. j. capitulo. nullus. bene tamen potest esse legius vnus, & vasallus alterius: ut est gloss. in dicta clementina pastoralis. † Not. quinto

quod homagium non solidum dicitur, quando in illius praestatione aliquis alius, qui non habet generalem iurisdictionem excipitur, ut puta dominus suus solidus. Concor. Specu. in titulum. de feud. §. quoniam. versicu. & not. ibi: aliud vero est non legium. A cuius dicto ista consuetudo originem traxit. & est textus de hoc in capitulo. grandi. de supplen. negligentia praela. libr. sexto ibi: vel cuiusque aliae personae. & Hostien. in dicto capitulo recolentes. de statutu monach. Nam sicut vasallus debet excipere Imperatorem, vel regem, ut superius dictum est, ita dominus antiquior debet excipi. textus iuncta glossa in feud. hic finit lex Frederici, deinde incipit consuetudo Regni, capitulo primo. §. contra omnes. in fine. & ibi Baldus dicit quod ius prioris domini videtur exceptum quo ad hunc effectum ut non teneatur secundum dominum iuuare contra primum: tamen si contra dominum secundum celauit, tenetur ei ad interesse: & ideo vasallus iurando fidelitatem debet nominatim excipere ius prioris domini, vel saltem adijcere, salvo iure alterius domini, cui sum obligatus. secundum Baldum vbi supra. Semper enim excipitur in homagio non solidum fidelitas, quam domino suo debet: ut j. capitulo homo solidus. Debet enim vasallus praeferre dominum suum antiquiorem in iuramento: ut in feudis de prohibitione feudi alienandi per Lotharium. §. satis. & ibi Baldus. & pro hoc capitulo. si aliquis est homo j. & Specula. vbi supra versicu. duodecimo. Not. sexto qualiter praestatur homagium non solidum. De forma praestationis homagij vide j. capitulo licet. & Hostien. in dicto capitulo recolentes. & per eum, & Ioannes Andreas in capitulo ex diligenti. de simonia. & Specu. vbi supra versicu. & not. † Not. septimo & ultimo quod vasallus non tenetur iuuare dominum contra illos, quos excipit ab homagij & fidelitatis praestatione. Concord. capitulo. si aliquis est homo. j. & adde Hostien. in dicto capitulo recolentes. Expone litteram. Duplex, id est, duo sunt genera homagij. Solidum id est, legium, ut dixi supra in notabilibus. Homagium solidum. Quid autem sit homagium, dicam j. in quaestionibus, Homo solidus id est, legius. Aduersus

sus omnes id est, contra omnes, ut in feud. hic finit lex Freder. deinde inci. consue. reg. §. contra omnes. & dic omnes, excepto imperatore, vel rege, ut supra dixi, & dicam infra. Gerit fidelitatem. id est, tenetur de fidelitate, vel fidelis esse debet, ac obligatus existit. Et quae dicatur fidelitas, scripti supra capitulo primo. intelligitur exceptus, scilicet Imperator, vel Rex, ut dixi supra. in notabilibus. Et ita dicit Specu. vbi supra.

7 ver. & no. Praeter. † Dicitio Praeter, includit. Bal. in l. actione. C. de transactionibus. Archidiacon. xiiij. quaestione secunda. electi. & xiiij. quaestione secunda. capitulo. Ebron. & per Paulum plenē. de summa trinitate. c. vno. in clemen. & per Gemin. in capitulo. licet. de praeben. libr. vj. & in capitulo. cum illo. de tempo. ordin. eod. libr. Generalem iurisdictionem. Quis dicatur habere generalem iurisdictionem, dixi supra, in notabilibus. Non solidum. id est, non legium. Aliquis excipitur. scilicet dominus solidus, id est, legius. Quod possim alium dominum mihi constituere, vel si cum consensu domini hominem solidum se constitueret: ut in vsatico, qui solidus. & ibi Iacob. de Monteiu. in verbo, solidantia. Est homo non solidus. Et sic hic habes vnam differentiam inter hominem solidum, & non solidum. Aliam habes infra capitulo. si aliquis habet. §. quoniam haec est differentia. Oppo. primo. de c. ex diligenti. extra de simo. & de cap. fina. de reg. iur. Solu. Illa capitula habent locum in spiritualibus, pro quibus homagium fieri non debet, sicut nec pro mutuo: ut dicam infra. hic vero pro rebus prophanis, & specialiter pro feudo, pro quo regulariter homagium praestatur, ut dicit Ioan. Andr. in dicto capitulo. ex diligenti. & Iacob. Callicij in vsatic. si quis suum feudum. vbi dat limitationes ad hoc. & ego supra in capitulo. primo. & vide text. supra cap. domino vasalli. & quae ibi latius scripti: & sic secus est ibi, & secus est hic. † Oppo. secundo, quod etiam excipitur prior dominus, vasallus non potest facere homagium non solidum alteri domino: ut est textus infra capitulo. homo solidus. Solu. Istud est regulare: ibi enim est speciale in inimico domini, cui homagium facere non licet, domino prohibente, vel irrequisito, ut ibi. Et adde Specu. vbi supra. versicu. vndecimo. vide gloss. & Bald.

in feud. quibus mod. feud. amit. vbi dicitur quod si vasallus contrahit parentelam vel confederationem cum illo, qui erat, vel esse sperabatur inimicus domini, quod amittit feudum. Et eum vide, quae fuit prima causa. benefi. amit. §. porro. vbi querit quid si de iuret pro inimico. Et dicit quod si tangit iniuriam domini, quod amittit feudum: alias secus. Et adde gloss. & Bald. de prohi. feud. ali. per Freder. quod si vasallus habet licentiam vendendi feudum, quod illud inimico domini vendere non potest. † Oppo. tertio, quod vasallus pro feudo homagium facere non teneatur: ut infra capitulo. consuetudo. §. item est vsus. Solutio, ut dixi supra proxime, hic est regulare: fallit in feudo tenui, ut ibi. Et de hoc dixi latius supra in capitulo. primo. in materia fidelitatis. Et sic habes duas fallentias ad regulam quod homagium pro feudo praestari debet. Prima quod vasallo licitum non est praestare homagium inimico domini, ipso prohibente. Secunda fallentia est in feudo tenui.

9 Oppo. quarto, quod vasallus pro feudo homagium praestare non teneatur: ut infra capitulo. consuetudo. §. item est vsus

10 Cathaloniae. Solu. Ibi non tenetur vasallus praestare homagium, quando dominus diuisit castrum in duas partes, & vnam assignat vni filio, & alteram alij: quia tunc ambobus ipsis filiis homagium praestare non tenetur, sed vni eorum, de quo ipsi se concordabunt, ut ibi. Et est ratio, quia pro vno feudo quis non tenetur plures habere dominos: ut in feudis. de lege Cora. §. ex eadem. & de prohibitio. feud. ali. per Fredericum. §. praeterea ducatus. Specul. titulum. de feud. §. quoniam. versicu. xxix. textus est, & ibi Bald. si de feud. defunct. mili. §. omnes. Angel. & Ludo. in l. stipulatio. §. ex his igitur. ff. de verborum obligationibus. Oppo. quinto de eo, quod dicit Angelus in l. hi. ff. de postul. vbi dicit quod vasallus non tenetur iuuare dominum in bello contra filium, parentem, aut patriam. Et sic secundum hoc in homagio solido non modo videtur exceptus Imperator, vel Rex, sed etiam filius, parens, & patria. Solutio. Quod hic dicitur, est regulare, ibi vero est speciale in illis personis. Et pro hoc quod dicit de patria, facit infra capitulo si quis baro. vbi licitum est vasallo venire contra pra-

ceptum domini, vt pro patria pugnetur. Sed contra prædicta facit textus in feud. hic finit lex Frederic. deinde incip. consue. Re. §. contra omnes. vbi est textus quod vassallus contra fratrem, patrem, & filium dominum iuuare tenetur, & non excipitur, nisi dominus antiquior. Et sic cum vnum excipiat, merito alios omnes comprehendere videtur, vt ibi glossa. & exceptio firmat regulam. Bald. in l. ex his. ff. de legi. & in l. prima. C. de conditione indebiti. Solutio. Fateor contrarium de iure communi feudali quo ad dictos, patrē, filium, & fratrem: quia propter opinionem dicti Angeli non est recedendum à textu, secundum Baldum. de pace tenen. §. iudices. Nec debemus allegare glossam, vel doctores, vbi est textus. De hoc gloss. in l. sed licet. ff. de officio præsidis. Istud tamen dictum quo ad patrem, fratrem, & filium, venit de iure communi feudali limitandum, nisi læderet patrem, fratrem, & filium, in his, quæ sunt de iure naturali: quia naturalia sunt immutabilia, secundum Baldum de noua fidelitatis forma. † Quo verò ad patriam, credo vassallum non teneri dominum iuuare per dictum capitulum, si quis baro. Et sic ex præmissis habes quod vassallus regulariter dominum contra omnes iuuare tenetur. Et pro hoc vsatic. cunctum malum. cum sequentibus. Fallit primò in imperatore, vt de prohibitione feudi alien. per Fredericum. §. finali. Et etiam fallit secundò, in domino antiquiori, vt hic, & in dicto. §. contra omnes. Et, inquam, fallit tertio, in patria: vt colligitur infra capitulo si quis baro. Adde Baldum. de noua fidelitatis forma. in verbo, contra omnem hominem. & per eum de pace Constan. in verbo vassalli. vbi dicit quod vassalli, qui tempore guerræ non postulant inuestituram à domino, vel non exhibent seruitia, eo quod ciuitas eorum est in guerra cum illo domino, quod propterea non perdunt feuda. Adde etiam illud, quod dicitur, Pugna pro patria. not. C. de abolitionibus. l. fallaciter. vide per quos fiat inuesti. §. nulla. in glossa. † Sed de iure consuetudinario Cathalonico hodie etiam fallit in patre, auro, filio, & nepote, contra quos vassallus dominum iuuare non tenetur: vt est textus infra capitulo. si aliquis habet hominem. §. item

debet dominum suum iuuare. Et per hoc limitatur vsaticus, qui solidus. vbi habetur quod contra cunctos dominus vassallum habere debet. Item etiam fallit, si dominus concesserit vassallo vt solidantiam alteri domino faciat: vt in fine dicti vsatici, qui solidus. Item vterius fallit, si in præstatione homagij, & fidelitatis vassallus sibi retinuerit, quod contra aliquam personam, quam nominauerit, dominum iuuare non teneatur, vt colligitur in hoc textu. Item etiam fallit, si vassallus iurerit cum aliquo, & dominus ipsius vassalli socium inuaserit, vel aliquid de suo tollere voluerit, ipse vassallus debet iuuare socium, & non dominum: nec ex hoc vassallus à domino poterit raptari de violatione iuramenti, & homagij, nisi prius dominus vassallum monuisset, vt cum illo non iret: vt est textus in vsatico, constituerunt. Igitur. Item etiam fallit, quando seniores perdunt propter eorum delictum suum senioraticum: ideo tunc illi, qui fuerunt ipsorum homines, possunt dominum maiorem feudi iuuare contra feudatariū olim. Et ita fuit declaratum per dominum Regem Petrum iij. in personis Nobilium Petri de Fenolieto, & vicecomite de Caneto, & Adomarij de Mosseto, & plurium militum, & aliorum Rossillionis quod poterant esse cū domino Rege Petro obsidendo vilam Parpiniani, & alia loca, quæ fuerunt in clyti Iacobi de Maioricis olim feudatarij domini Regis Petri, qui perdiderat quodcunque dominium, & ius, quod habuerat in terris vltra & citramarinis intra limites Cathalonie sistentibus per lapsum anni annotationis. Et est ratio, quia vsaticus loquitur in illis, qui habent seniores. Quæ ratio cessabat in dicto in clyto Iacobo: quia senioraticum perdiderat. Item & quia perdiderat ex delicto. Adde quod ff. de questionibus. l. prima. §. item minimum. secundum Gulielmum de Vallechia, qui dat istam vltimam fallentiam in vsatico, per bonum. Adde hic quæ dixi infra in capitulo licet. De iuuamine per vassallum feudo domino scripsi supra in capitulo si duo. † Quæro primò, quid sit homagium? Respondeo quod homagium dicitur, quando quis flexis genibus, vel etiam in pedibus stans ratione dignitatis personæ

personæ euenit homo alterius includendo manus suas intra manus recipientis, & promittendo quod homo suus ligius erit de cætero, & fidelitatem seruabit, & ipsum adiuuabit contra omnes homines: & hanc promissionem facit iurando, & osculando. Sed & talis nihilò minus potest facere alij domino hominum ligium, salua tamen fidelitate prioris domini, & etiam salua fidelitate primæ, & secundæ, & sic de singulis. Nam semper primus debet iuuare contra secundum, & secundus contra tertium: quia primum iuramentum seruandum est, secundum Hostiensem. in capitulo recolentes. extra de statu monachorum. & Ioannem Andra. in capitulo ex diligenti. extra de simon. de quo in Specu. titu. de feud. §. primo. & in clementin. pastoralis. §. rursus. & ibi nota. in prima gloss. de regulis iuris. & Ioannem de Bla. in titu. de præiudiciali. per quam petitur vassallus &. Adde nota. per Merquilles super vsatico, cum baiulia, vel garda. super verbo, Hominiticum. Et adde etiam textum in cap. si aliquis est homo. vbi habetur quando aliquis est homo duorum, quem iuuare tenetur. † Et dicitur hominum, siue homagium, quasi faciens se alterius hominem. Et vocatur quædoq; homitia. Vnde qui præstat homagium, iurat, seu promittit fidelitatem domino suo, scilicet ei, cui facit homagium, quod ex hoc efficitur vassallus, homo, seu fidelis ei, cui præstat, & pro eo tantum, pro quo præstat. Vel dicitur homagium ab homine, qui dicitur ab humo, & ge, quod est terra: quia fit ab homine genibus ad terram flexis: nisi sit persona in dignitate posita, vt dictum est supra. Vnde homo se humiliat homini, id est, se subiicit alteri tanquam domino, fidelitatem pollicendo: quæ fidelitas taliter præstita vocatur homagium, siue hominiticum de consuetudine generali. Et pro hoc vide textum in capitulo licet. & in capitulo habito. adde Iacobum Aluarot. in proœmio feud. versicul. insuper sciendum. pro hoc facit capitulo. cum inter vos. de re iudicata. vbi fit mentio de obedientia manuali, quæ fit genibus flexis, manibusque iunctis, & politis inter manus superioris, secundum Baldum ibi. † Quæro, qualiter fuit inuentum homagium? Et dico quod homagium non inuenitur in iure ciuili

expressum, nec in vsibus feudorum, nec etiam in legibus Gothicis. Sed ex moribus & consuetudine inuentum est: vt in vsatico, iudicia curiæ. & infra capitulo. licet. & in multis alijs capitulis supra & infra. in quibus fit mentio de homagio: quæ per te colligere potes. Et not. in Specul. titu. de feudis. §. quoniam super homagij. versiculo, secundò quæritur. & Ioan. de Blan. in suis libellis, titulo de præiudicialibus. per quam petitur vassallus. versiculo, scias tamen. Et istam consuetudinem sequuntur Canonistæ. extra de simon. capitulo ex diligenti. & de excess. prælat. capitulo graue. & de hæretic. capitulo finali. & de accusationibus. capitulo veniens. & de statu monachorum. capitulo recolentes. & de regulis iuris. capitulo fina. & de statu reg. capitulo primo. libro sexto. in quibus capitulis fit mentio de homagio. Et adde Petr. Iacob. in libel. titu. quibus causis do. proprietaria. feud. priuetur. §. item quantum ad homagium, probatur. † Quæro, in quibus casibus præstat homagium? Respondeo quod regulariter præstat in omnibus contractibus, & causis, in quibus valent pactiones, & stipulationes licitæ, & à iure non improbatæ: quia effectus homagij est, vt pacta, & promissa fidelius inuolabiliter obseruentur. Præstat etiam à rusticis, & pagensibus de redimentia, de quibus disponunt aliquæ constitutiones Cathalonie generales, & capitulo habito. infra. Etenim præstando homagium taliter, videtur se subiicere, & facere hominem eius, cui præstitit, quo ad ea, ad quæ specialiter se obligauerit: quoniam, vt dicit Ioannes Andra. in capitulo grauem. de excess. prælat. homagium est subiectio quedam, quam homo homini in corpore facere tenetur. Et etiam præstat in arrestis & manulentis, & nedum in debitis fiscalibus, sed etiam in omnibus contractibus ciuilibus. Et pro hoc vide pragmaticam Regis Petri, quam inserui supra in capitulo primo. vbi latius tractaui de materia bausiæ. † Et bene dixi quod homagium regulariter præstat in omnibus contractibus, quia fallit in debito, nisi illud debitum deberetur pro liberatione capti, vel pro matrimonio: vt in curia secunda Barcinonæ. capitulo trigésimo primo. Item quod

quod pro aliquo debito. Tu verò vide pragmaticam incipientem, Nouerint vniuersi, quod cum super quodam. capitulo primo ac secundo, dato Ilerdæ decimo quarto calend. Iunij anno millesimo trecentesimo. ex qua dicta constitutio fuit interpretata vt solum prohibeatur homagium in contractu mutui, nisi mutuaretur pro soluenda compositione captionis propriæ, vel amici, vel pro matrimonio. Ex quo videtur quod tamen censualibus, quam alijs contractibus, exceptis mutuis, potest præstari homagium, quod seruatur, & maxime pro hostagijs tenendis. Et sic ex hoc verificatur regula, quod in omnibus contractibus homagium præstari potest: quia exceptio quod non potest præstari pro mutuo, firmat regulam, vt superius dixi. Tu adde capitulum homagium. circa finem. & capitulo habito. infra. vbi habetur in, & pro quibus causis præstatur. Fallit etiam prædicta regula in spiritualibus, vt dixi supra in prima oppositione. Nec valet consuetudo in contrarium: vt extra de regula. capitulo indignum. Et sic collige hinc duas limitationes ad regulam per me superius datam. Prima est in mutuo. Secunda est in spiritualibus. ¶ Quæro, qualiter homagium acquiratur. Et dico quod duobus modis, videlicet per præscriptionem, & per promissionem, siue stipulationem. Per præscriptionem, vt quia longissimo tempore dominus recepit seruitia ab aliquo tanquam homine siue solido, quæ seruitia homines solidi exhibere solent: quia præsumitur causa interuenisse ex ipsa longa præstatione. Per promissionem, vt quia interuenit scriptura, siue stipulatio: vt infra capitulo homagium potest. §. ex quibus. Et ibi habes quod de essentia homagij non requiritur causa. ¶ Quæro ulterius, an homagium possit præstari per procuratorem? Respondeo quod sic, si habet speciale mandatum. De quo vide de sta. regu. capitulo primo. §. verum. libro sexto. & ibi Archi. & sexagesimatertia distinctio. capitu. tibi domino. & de iureiu. in capitu. primo. in cle. & argumento in vlib. feudo. titu. per quos fiat inuestitu. capitulo primo. in fine. & ibi Iaco. de Bello visu. vide quæ latius scripsi supra. in capitulo primo. vbi tractauit materiam fidelitatis. Et idem dicit Gulielmus de Vallecha, in vfat. castellani. ¶ Quæ-

ro, quid importet homagium ita expressè sub forma ibidem inserta factum? Petrus Iacob. in libel. titu. de cau. ex quib. do. debet proprie. amit. ix. distinctio. dicit quod credit quod parum aut nihil debeat importare ultra qualitatem, seu propriam naturam illius feudi, pro quo factum est homagium: quia talis miles vasallus non poterit dici homo illius comitis, cui pro feudo præstitit homagium. de quibus habetur C. de agrico. & cenli. quali per totum. & de quibus notat Azo. ibidem in rubrica. libro duodecimo. quia non est lege cautum, nec in eius patria aliqua consuetudo. fulcitur. Ideo dicit quod talis vasallus re vera nec conditionem suam, nec liberorum suorum, nec naturam, seu qualitatem illius feudi per tale homagium immutauit: & in Summa seu vulgariter dicebatur, & dicitur, videtur solummodo expressisse: nec videtur operari, nisi quod designet maiorem familiaritatem, & ad ea, ad quæ vasallus tenetur maiorem sollicitudinem, & magis promptam obedientiam, sicut & amicus amico, quando dicit, ego sum homo tuus, & me tuum esse recognosco. Et sic parum operatur, iuxta illud quod nota. C. in quibus cau. colo. cenli. libro vndecimo.

Credit tamen, vt dicit idem Petrus Iac. quod si talis vasallus committeret feloniam in personam domini, magis imputaretur ei ad offensam, & dominus esset per pares ad remittendum tardius inclinandus. Hæc sunt verba ipsius Petri Iacob. quæ si bene attendantur, & maxime ad ea, quæ omnes dixerunt, scilicet homagium esse ex moribus locorum & consuetudine introductum. Et forte tempore dicti Petri Iaco. ita mos & consuetudo non erant apud Montem pessulanum, & terram Franciæ, vt dicit. Attamen confitetur quod homagium magis arctat vasallum, & auget offensam violationis fidelitatis promissæ: & hoc ex consuetudine. Et habes hoc approbatum de iure canonico, quod propter homagium violatum punitur, qui alias non puniretur: vt in allegato capitulo grauem. Et hoc ibidem nota, per Innocentium & moderniores. Et ex ipso capitulo. iuncta rubrica, patet quod grauis est excessus violationis homagij, & atrox delictum reputatur de consuetudine à iure canonico approbata, & legibus adiuuatur, quia graue est fi-

dem

dem fallere. ff. de in ius vocan. l. sed & si. §. primo. ff. de constituta pecunia. l. prima. & ff. de positi. l. prima. §. merito. Etenim is, qui violat iuramentum fidelitatis, & homagium de consuetudine, & iuxta vfat. & iura Cathalonix, ac pragmaticam supra allegatam, bausiam, & proditionem, atque perditionem & infidelitatem incurrit, Deum offendit in periurio, & principem, & Rempublicam, & cum, cui taliter se obligauit: quia secundum Ioan. Andr. in dicto capitulo grauem homagium est quedam subiectio, quam homo homini in corpore facere tenetur. ¶ Ad hoc enim inuentum fuit homagium, vt timore punitionis corporalis magis timeatur. Puniantur autem de consuetudine tales violatores homagij arbitrio iudicantis, etiam vsque ad mortem, iuxta qualitatem delicti, & causæ, pro qua homagium præstatur. Nam poenæ arbitrariæ extenduntur vsque ad mortem inclusiue, secundum Baldum. de pace iuramen. firman. §. iniuria. Et de hoc est gloss. ordinari. & ibi Angelus Aretin. Institu. de iniu. §. in summa. & adde Ioannem de Imo. ff. de public. iudic. l. secunda. versicu. quid autem si aliquo casu poena &c. in ipso enim arbitrio debet verti in cognitione ex qua causa sit præstitum ipsum homagium, an propter debitum, vel securitatem datam curiæ pro liberatione personæ captæ, vel propter feudum, vel propter pacem, vel ex alijs de causis, secundum quod continetur infra capitulo habito. & secundum ipsam causam, pro qua præstitum est dictum homagium, & attentis, & consideratis alijs qualitibus, & circumstantijs, iuxta l. aut facta. ff. de poenis. dictus iudex arbitratibus poenam violationis dicti homagij, etiam si opus est, vsque ad mortem inclusiue, secundum notata per glossam, & Baldum, Ioan. de Imol. & Angel. Aret. in locis præallegatis. Et hoc innuit Petrus Iacob. vbi supra. dum dicit quod in eius patria nulla consuetudo fulcitur. quasi velit dicere, quod si consuetudo esset in eius patria, tunc secus foret: quam tamen consuetudinem nos in Cathalonix habemus quod violatio homagij reputatur infidelitas, & proditio, saltem de consuetudine Cathalonix, & secundum foros Aragonix, vide Thomam Mieres in constitutione Re-

gis Iacob. ij. in curia ij. Barchinonæ. capitulo item quod pro aliquo debito. vbi latius scripsit de poena violationis homagij. Et adde supra in capitulo primo. in fin. vbi tractauit materiam bausiæ. Subdit etiam idem Petrus Iacobus vbi supra. quod quidam videntur scripsisse quod eo ipso quod aliquis est vasallus, ipse debet facere homagium expressè, quod tamen ipse dicit esse falsum. Sed Thomas Mieres dixit quod ipse Petrus Iacobus minus bene ita distincte illos correxerit: ideo opus erat distinctione, & declaratione: quia aut queritur de vasallo ratione iurisdictionis tantum, qui non tenet feudum à domino. & de tali verum dicit: quia vasalli ratione iurisdictionis tantum, vt sunt omnes, qui habitant in territorio principis, vel alicuius baronis, non tenentur præstare homagium domino iurisdictionis, sed simpliciter habent præstare iuramentum fidelitatis. Et sic loquitur §. si verò domesticus. capitulo primo. in feud. titu. qualiter debet iura. dom. va. fidelita. & ibi late Bald. Et ita videmus, vt dicit, à notorio seruari in Cathalonix. Et ita potest intelligi quod dicit Petrus Iacobus, secundum ipsum Thomam, vide Ioan. Blanch. in Summa de sacramentis. §. & quando non solum &c. & not. §. subscriptis. cum §. sequen. & non omnis, qui iurat fidelitatem, probatur esse vasallus: est tamen argumentum, siue probatio subiectionis. Et de sacramento fidelitatis subditorum not. ff. de regulis iuris. l. non videtur. §. qui iussu. Item clerici subiecti iurant ne supra principem aliquid moliantur: vt not. extra de simo. capitulo ex diligenti. §. primo. Tu super hoc vide supra in capitu. primo. in materia fidelitatis, vbi melius locutus fui. & infra capitulo nullus. in vltima quaestione. Et illud credo verius: quia pluries secundum illud vidi homagium præstari. ¶ Aut quæris de vasallo ratione feudi: & talis tenetur expressè præstare homagium domino ipsius feudi: vt scripsi supra, in capitulo domino vasalli. & per Iacobum de Callicio in vfat. magnates. Fallit vt scripsi in dicto capitulo primo. & vide Rosfredum in libell. iuris ciuilibus, sub rubrica. de vasallis. vbi dicit quod vasallus propter feudum iurat fidelitatem domino suo. Sed non videtur facere mentionem de homagio:

gio: forte quia in Italia non frequentabatur tunc temporis, hoc est in anno millesimo ducētesimovigesimo. ut habetur in forma sacramenti, quod imperator praestat papae. Sed tamen tempore Honorij papae tertij iam erat homagium, de quo loquitur capit. grauē. quod fuit ipsius Honorij, extra de exceſ. praelat. Regnavit autem ipse Honorius anno domini millesimo ducētesimo quadagesimosecundo. Adde Ioan. Blanch. in prima parte tit. rubr. de sacramēto fidelitatis. & ibi in §. item iurat clericus. ubi facit mentionem de homagio. Dicit enim quod quando domino papae fidelitas & homagium promittitur, tunc iuramentum fidelitatis, & obedientiae ei praestatur, ut extra de priuileg. antiq. Et ita videtur quod proprie per homagium videatur induci ad obedientiam & subiectionem personalem. Sed tu in Cathaloniam vide quae dixi in dicto capi. primo. circa finem.

26 ¶ Quæro, qualiter vassallus, qui praestitit homagiū pro feudo, liberetur ab eo: Gulielm. Præpos. in suo alfabeto dicit quod vassallus potest suo domino reddere homagiū, si vult: ut in vsatico, qui ira ductus, hoc est quod potest vassallus reddere, & renuntiare feudum domino, & sic liberabitur ab homagio, & fidelitate. Sed contra hoc est consuetudo Cathaloniae: ut in cap. consuetudo. lo. ij. §. itē est consuetudo Cathaloniae quod vassallus non debet dimittere feudum. Et adde textum in c. si aliquis vassallus. & cap. isti sunt casus. §. sextus. j. vide quae latius scribam in d. §. itē. vide vsa. bataya. & adde gloss. & Iacob. de Monteuid. in vsatico, de alijs. & in vsatico, per bonum. & quae scripti supra in cap. postquam. in j. oppo. quero, an violator homagij incurrat crimen bausiae. Vide dictam pragmaticam Regis Petri, quam superius inserui in capitu. primo circa finē, & quae ibi latius de hoc scripti.

¶ Quæro, an violator homagij debeat pro proditore, & bausatore voce praetoria publicari. Vide pragmaticam Regis Alfonso insertam in dicto capitu. primo. circa finem. ubi de hoc aliqua dixi.

27 ¶ Tu adde quod si quis faciens contra securitatem factam cum sacramento & homagio praestito in posse domini vel alicuius officialis, seu alterius personae, si citatus ut veniat responsurus super securitate, quam fregit,

fuerit contumax reputatus, possit proditor proclamari. Poena enim proditoris est mortis: ut l. fina. C. de dela. libro decimo. & in absentem non potest infligi, nec declarari potest proditor: ut l. in absentē. ff. de pac. capitulo pastoralis. de senten. & re iudica. in cle. & est necessaria criminis declaratio, quae in absentem ferri non posset, iuxta l. inter quatuor. ff. de diuer. & tempor. praescrip. & l. aufertur. ff. de iure fisci. cum his, quae habentur extra de haereti. capitu. cum secundum leges. lib. vj. Et ex contumacia cum instrumento non videtur crimen probatum, sed per confessionem, & alias. Inn. extra de accu. c. super his. Et cum requirantur defensiones absentis. l. sed & si quis. in princip. ff. si quis cautio. & ex sola conventionione puniri non potest, cum non sit dominus membrorum suorum. ff. ad legem Aquilianam. l. liber homo. ff. de pac. l. si unus. §. sed si pactum. ¶ Et antequam quis puniatur, requiritur legitima probatio: ut C. de episc. & cleri. l. raptos. Et generalis consuetudo Cathaloniae habet hoc quod nullus posset proditor proclamari, nisi in duobus casibus. Primus, si conuictus est in bello. Secundus si citatus ab bellum noluit contumaciter comparere. Et sic fuit declaratum per dominum Regem Alfonso cum sua litera, quam inserui supra in capitu. primo. Et sic sentiunt antiqui aduocati Cathaloniae, inter quos sunt Iaco. de Faro, & Berengarius Viues, qui habent pro expedito: & aliqui consiliarij domini Regis, Guil. de Podio, & Petrus Caronira. Sed Gulielm. Præpos. dicit se vidisse in facto nobilis Ioann. de Bellaria, qui fecerat sacramentum, & homagiū cum poena decem milium florenorum de non exēdo ciuitatem Barchinonae, & fecit contra sacramentum, & homagiū, & fuit citatus, & contumax reputatus, & extitit voce praetoria in contumaciam proclamatus pro fractore sacramenti & homagij, anno a natiuitate domini millesimo trecētesimo nonagesimosexto.

De homagio in iuribus patriae fit mentio in vsatico, agnayt. in vsati. constituerūt. in vsatico, iudicia curiae. in vsatic. cum baulia. in c. & finitis. in capitu. si dominus. in capitu. si venditum. in cap. si defuncto. in cap. postquam. in capitu. si vassallus, vel castellanus. in capitu. domino vassalli. in capitu. si vassallus

vassallus siue. in cap. domino defuncto. supra in hoc capitulo. in capitu. homo solidus. in cap. si aliquis est homo. in capi. licet. in cap. homagium. in capitu. habito. de homagio. in capitu. nullus. in capitu. si in aliquo. in c. si aliquis vassallus. in capitu. si aliquis habet. in capitulo consuetudo. lo. secundo. in cap. consuetudo. lo. tertio. & in §. item consuetudo. & in §. itē est vsus Cathaloniae, quod si aliqui subcastellani. & in §. item est vsus Cathaloniae, quod si aliquis dominus. & in §. itē est vsus Cathaloniae quod si duo. & in capitu. isti sunt casus. §. sextus. & §. item si vassallus, & etiam fit mentio in vsatico, qui ira ductus. & in dicta constitutione Regis Iacob. ij. capitulo. Item quod pro aliquo debito. & in eius declaratione.

29 ¶ Quæro, an homo solidus alicuius potest se facere censualem alicuius. Iaco. Merquilles in vsatic. qui solidus. dicit quod sic, & allegat not. Henric. Boych. in capitu. dilectus. extra de appellation. in prima distinc. quod est verum. Sed per hoc nullatenus praerudicatur domino, nisi cōsenserit, ut dicitur in dicto vsatico.

30 ¶ Quæro, quis dicitur homo solidus? Iacob. de Calicio in vsat. placitare. dicit quod tunc demum dicitur solidus, quando ipse vassallus aduersus omnes, excepto principe, habet gerere fidelitatem domino suo, & ita praestat homagium ipse vassallus domino suo, ut hic est textus, & in vsatico, qui solidus.

31 ¶ Et nota, quod in praestatione homagij, seu recognitionis, quam tenetur facere vassallus domino, non debet induci nouitas, sed debet praestari iuxta formam antiquam: alias posset denegari, & diceretur afflictio iniusta, si ultra antiquam formam addi cogetur: ut nota per Gul. in Spec. titu. de feud. §. quoniam super ver. & nota. quod non debet sibi. ver. super hoc notat Vincentius.

Cui potest, uel non potest homo solidus alicuius facere homagium.



Homo solidus alicuius nobilis non debet, nec potest, contradicente domino, vel etiam irrequisito facere

homagium inimico domini sui: licet in homagio non solido semper excipiatur fidelitas, quam domino suo debet. Si verò ille, cui fecit homagium non solidum, non est inimicus domini sui, tunc domino irrequisito, & non prohibente, potest ipse homo solidus facere homagiū illi. In quo etiam casu prohibitio facta etiam à suo domino sine causa, non est ipsa prohibitio ab ipso homine solido seruanda.

S P M M A R I V M.

- 1 Vassallus non tenetur homagium facere, inimico domini non consentientis. 13.
- 2 Fidelitas domino debita semper excipitur in homagio non solido.
- 3 Vassallus ex causa prohiberi potest ne alij faciat homagium.
- 4 Homo solidus non potest se facere solidū alterius absque domini licentia. 12.
- 5 Homo proprius quando alij homagium facere possit.
- 6 Leges priores corrigi possunt per posteriores.
- 7 Homo solidus unius quis esse potest, & non solidus alterius.
- 8 Vassallus quo casu domini prohibitionē negligere possit.
- 9 Hominis essentia in quo consistat.
- 10 Nobilitas quatuorplex.
- 11 Vassallus cum inimicis domini amicitias inire non debet.
- 14 Vassallus inimico domini irrequisiti homagium faciens, qualiter puniatur.
- 15 Homagium quid sit.
- 16 Vassallus praestans homagium secundo domino, non nocet antiquiori non excepto.
- 17 Vassallus ex quibus causis prohiberi possit alij homagium facere.
- 18 Arbitrari à laudando inimicitia excusatur.



Homo. Istud capitulum diuide in duas partes. In prima parte dicit qualiter vassallus non potest facere homagium inimico domini. In secunda parte dicit, qualiter potest facere homagium illi, qui non est inimicus domini, etiam ipso sine causa prohibente. Prima pars ibi: homo solidus. Secunda pars ibi: si verò. Casus. Vassallus non potest facere homagium inimico domini, ipso contradicente, vel irrequisito: secus si non est inimicus: quia

tunc ipso irrequisito, vel sine causa prohibente, potest. Hoc dicit. Collige notabilia. ¶ Nota primò quòd si dominus feudi habet inimicum, quòd vasallus tenetur requirere dominum, quòd homagium illi fieri patiatur. Nota secundò, quòd si dominus contradicat homagium inimico fieri, quòd vasallus non potest tali inimico facere homagium. Vide quæ dixi supra in capitulo proximo. in secunda oppositio.

2 ¶ Nota tertio, quòd in homagio non solidum semper excipitur fidelitas, quam domino suo debet. Concord. capitul. proximi. §. est autem. & quæ ibi scripsi. Not. quarto, quòd vasallus regulariter irrequisito domino potest facere homagium, cui vult, dicitamen non sit inimicus domini. ¶ Not. quinto, quòd dominus cum causa potest prohibere vasallo suo, ne alteri faciat homagium etiam non inimico. Et sic hinc habes duas exceptiones ad regulam datam in quarto notabili. Prima exceptio est, quod vasallus non potest facere homagium inimico domini. Secunda exceptio est quòd vasallus non potest facere homagium non inimico domini, ipso domino cum causa prohibente. Adde tertiam, quòd nullus homo, qui teneat mansum peruatam bordam, aut aliam rem in dominio alicuius, & ibi faciat focum, quòd non potest se facere hominem alterius sine licentia domini: vt in constitutio. Regis Iacobi secundi. In prima curia Barchinonæ, capitul. xxiiij. Item quòd aliquis homo, qui teneat mansum &c. Adde quartam ¶ quòd homo solidus non potest se facere solidum alterius sine licentia prioris domini: vt in vsatic, qui solidus. in fine. & ibi Iacob. de Monte iuda. & in capitulo nullus. Sed forte dicta constitutio etiam loquitur in homine non solido, hoc est, quòd non possit se facere hominem non solidum sine licentia domini sui: quia indefinite loquitur: & sic æquipollet vniuersali, secundum not. in cap. primo. de regu. iur. libro sexto. & Barto. in l. si pluribus. de lega. ij. Gemi. in capitu. vt circa. de elect. lib. vj. Item loquitur generaliter de quocunq; homine, qui teneat mansum per natam aut bordam: & sic generaliter debet intelligi. l. j. §. generaliter. ff. de lega. præstan. Non enim dicta constitutio distinguitur de solidantia vel non solidantia, sed indistincte loquitur, quòd non se faciat

hominem alicuius, non adiecto solido vel non solido: & sic nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de public. Tu verò pro intellectu dictæ constitutio. & ipsius vsat. qui solidus, ac huius consuetudinis distingue. ¶ Aut homo proprius vult facere homagium solidum alteri domino: & dico quòd non potest: vt infra capit. nullus. & dixi supra. in capit. duplex. In quarto notabili. nisi illud faceret de licentia sui domini prioris: vt in dicto vsatico, qui solidus. in fin. & in dicta constitutione, item quòd aliquis homo. Aut vult facere homagium non solidum alteri domino: & tunc dic quòd si est inimicus prioris domini, quòd non potest, domino irrequisito, vel prohibente. Casus est hic in primo responso. Aut non est inimicus domini: & tunc dic quòd homo solidus potest facere, irrequisito domino homagium non solidum alteri domino, nisi antiquior dominus ipsi homini prohiberet cum causa, hoc est, quia sua inter sit ne alteri domino homagium faceret: quia tunc dictum homagium facere non potest. Casus est hic in secundo responso. Et ita intelligo dicta iura. Nec obstat quòd dicitur de constitutio. quia quauis indefinite, & generaliter, ac indistincte loquatur, intelligi debet secundum dictum vsaticum, qui solidus. & capit. nullus. ac huiusmodi cap.

6 ¶ Nam etiam quòd lex non distinguat, nos tamen distinguimus: vt nota. in cap. quauis. ff. de in ius vocand. Non enim est nouum priores leges trahere ad posteriores. l. non est nouum. cum l. sequenti. ff. de legi. Recipit enim dicta constitutio restrictionem à dicto vsatico, & dicto capit. nullus. & huiusmodi consuetudine. Potest autem vna lex restringi per aliam: vt nota. in l. non dubium. per Bartolum & Baldum. ff. de legi. Adde Archi. in capitu. primo. de fil. presby. lib. vj. in verbo, restringi. vbi dicit quòd specialia iura à iure communi discrepantia debent restringi. Si enim dicta constitutio intelligeretur etiam in homagio non solido, iam discreparet à dicto vsatico, & alijs iuribus: & ideo vt concordet cum eis, intelligamus tantum eam insolidantia, non autem in non solidantia. Oportet enim iura iuribus concordare. l. prima. C. de inof. ficio. dona. & capitu. cum expediat. de elec. libro sexto. ¶ De iure enim quis bene potest esse homo solidus vnius, & non solidus alterius,

alterius, vt dixi supra in capit. duplex. Non enim est nouum vnam legem distingui, & limitari per aliam. Ludo. in l. post dotem. solu. matrimo. Item dicta constitutio declaratum vsatic. & sic debet intelligi secundum illum. Nam lex declarans debet intelligi secundum legem declaratam. l. nihil. de coniung. cum emanc. in authenti. de fil. ante do. instru. na. Item dicta constitutio interpretatur ab istis consuetudinibus, argumento notatorum per Ang. in l. scriptura. §. si de interpretatione. ff. de legi. vbi dicit quòd lex interpretatur à consuetudine. adde capit. cum dilectus. de consue. Nota sextò, quòd vasallus cui vult, qui non sit inimicus domini, potest facere homagium, domino tamen sine causa prohibente.

8 ¶ Nota septimò & vltimò, quòd in hoc casu vasallus non tenetur prohibitionem domini seruare. Omnia enim censentur à iure permessa, nisi inueniantur prohibita. glo. in l. quinquaginta. in verbo Cogendus. ff. de probationi. Expone literam. Homo appellatione hominis, masculinum & foemina comprehendit. ff. de verbo. significationi. l. hominis. glo. in vsatic. autoritate. & etiam vniuersitates, & ciuitates. Bald. de no. for. fide. in feud. vide eum in l. etiam. C. de exceptio. rei iudic. vbi dicit quod homo tripliciter potest capi. ¶ Essentia enim hominis consistit in anima, & spiritu, secundum Bald. in l. quod dicitur. ff. de liber. & posthu. & ibi dicit quòd si in legibus vel statutis sit mentio de homine, non continetur venter. Et adde eum in l. secunda. C. de posthu. hære. institui. vbi dicit quòd sola anima non facit hominem sine corporis perfectione & organizatione. Vide latè Ioan. de Ana. in capitu. secundo. de homicid. & etiam adde Bartol. in l. si vt proponis. C. de dignita. lib. xij. vbi dicit quòd appellatione hominis intelligitur de quolibet. Homo enim mortuus improprie dicitur homo, sed cadaver. glo. in l. penul. ff. de procur. Solidus. Quis dicatur homo solidus, dixi in capitu. proximo. Nobilis. Quid est nobilitas, & vnde dicatur, & qualiter conferatur nobilitas, & vsq; ad quem gradum transeat, & multa alia specialia de nobilitate, vide per Bartolum in l. si vt proponis. C. de dignita. lib. duodecimo. vide Bald. in expositione voculorum, in feud. ¶ quòd nobilitas est duplex, quædam à natura. de præben. cap.

venerabilis. in nouella. quædam accidentalis, vt sunt illi qui feudum habent à Rege, vel ab alijs. Adde Bartolum in l. miles. C. de digni. lib. xij. vbi dicit quòd aliquis est nobilis nedum ex ipso genere, sed etiã, quia princeps eum nobilitat propter originem suam. l. mulieres. C. de incol. lib. decimo. Vide Bal. in l. fina. C. de seruis fugi. vbi dicit quòd nobilitas est quædam dignitas à parentibus deriuata. De nobilitate ponitur aliqua bona per Baldum. in feud. quis di. dux. mar. Nota tamen quòd non presumitur de genere militari, nisi aliàs probet quod antiquitus sui maiores fuerunt de genere militari, secundum Baldum. de clerico via. §. si rusticus. in feud. Homagium. supple non solidum: quia de solido clarum est, cum nemo potest esse homo solidus duorum: vt infra capitul. nullus. & quæ dixi supra in capitu. duplex. Et ita declaratur hic in §. si verò inimico. Vide Specul. titu. de feud. §. quoniam. versic. vndecimo. Et intelligo de inimicitia capitali, non autem leui, argumento nota. per Baldum in feud. quo tempo. mil. §. nisi iusta causa. ¶ Vasallus enim non debet amicitiam cum inimicis domini copulare, secundum Baldum. de prohibitio. feud. ali. per Frederic. §. illud. & per eum, quæ fuit prima causa benefic. amit. §. porrò. ideo amitteret feudum, vt not. Petr. Iacob. in libel. tit. de eadem condic. ex mori. pro feud. §. vij. Et pro hoc ego allego textum in feud. de forma fidelitat. ibi: vel inimicis eius suas inimicitias copulauerit. licet illud capitulum in paucis libris inueniatur. Debet. supple vel in qua ipse domino obligatus est. Sine causa. supple inimicitia, vt supra in princip. vel alia quòd sit iusta, argumento, quo tempo. mi. §. nisi iusta causa. in feud. Seruanda. supple, quia ipsa prohibitio sine causa iusta facta non est seruanda, à contrario sensu huius tex. ¶ Oppo. primò, quòd homo solidus libere se potest facere hominem alterius: vt not. in gloss. vsatic. qui solidus. Solu. Hic est speciale in inimico domini, ibi regulare: & sic secus est hic, & secus est ibi, vt dixi supra in capitu. proximo. vel dic quòd ibi fecit solidantia de consensu domini, hic secus. Sed contra hoc secundò oppo. quòd vasallus homo solidus non possit se facere hominem alterius sine voluntate domini: vt in vsatic. qui solidus. Solu. Ibi loquitur in homine

solido, qui non potest facere solidantiam alteri sine consensu domini, quia nemo potest esse homo solidus duorum: vt in cap. nullus. infra. & dixi supra in capitulo proximo. hic vero loquitur in homine non solido, vt habetur in textu. & sic casus est diuersus, & non aduersus. Adde quæ scribam in dicto capitulo nullus. in secunda ¹³ quæstione. Oppo. tertio. ¶ quod vassallus etiam inimico domini homagium facere potest: nam si ipsi sunt inimici, & sint in guerra, primum dominum iuuare tenetur: vt infra si aliquis. & in Specul. titu. de feud. §. quoniam. versicu. duodecimo. Solutio. Ibi loquitur, quando superuenit guerra, & inimicitia post homagium, hic quando à principio erant inimici, vt puta tempore præstationis homagij: & sic non obstat. Et est ratio differentie, quia quando non est inimicus, dominus non potest prohibere vassallum, quin alteri faciat homagium non solidum: sed quando est inimicitia sic, ¹⁴ vt hic. ¶ Quæro, quid si vassallus de facto irrequisito domino aut contradicente fecerit dictum homagium inimico domini, qualiter venit puniendus? Crederem quod deberet puniri in amissione feudi: quia non debet cum inimicis domini amicitias copulare: vt est gloss. & ibi Bald. in feud. quib. modis feud. amit. & quæ fuit prima causa benefic. amit. §. porro. vbi Bald. & de prohibitio. feud. ali. per Fredericum. §. illud. & per Petr. Jac. in libel. titulo de conditio. ex mo. pro feud. §. septimo. & dixi supra in expositione literæ. Sed faciendum homagium inimico domini, non modo copulat amicitias cum ipso inimico, sed etiam se subijcit ipsi homini: ¶ quia homagium est subiectio quædam, quam homo homini in corpore facere tenetur: vt dicit Ioan. Andre. in capitulo grauem. de exces. præla. ergo fortius feudum amittere debet. Nec vlla causa vassallum excusat: quia prohibitum non potest sub aliquo colore attentari, secundum Baldum in l. non dubium. C. de legi. & quæuis prohibitio etiã transit ad hæredes, secundum Baldum. in feudis. de controuer. in utro. §. rursus. Quæro iuxta ¹⁶ textum, ¶ nunquid si vassallus præstitit homagium non solidum secundo domino, antiquiori domino non excepto, an noceat priori domino, vel tacite subintelligatur, domino excepto. Et dico quod non ob-

stat domino: vt de prohibitio. feud. ali. per Lotha. §. satis. Recte tamen facit, si eum excipiat: vt dicit glo. in feu. h. c. fi. lex Frede. deinde incip. consuet. reg. §. contra omnes.

Si enim non excipiat, iam tacite subintelligitur, vt colligitur hic, & infra capitu. prox. ibi: intelligitur exceptus. Tacitus autem intellectus habetur pro expresso, secundum Ludou. in l. ex diuerso. §. ignorantia. ff. solu. mat. Adde Bald. quæ fuit prima causa benefic. amit. §. deniq. vbi dicit, quod tacite inest. habetur p. expresso. Vide Bar. post Cynũ & Bald. in l. cum quid. ff. si cer. peta. & Bald. in capitu. primo. §. filia vero. in feud. de suc. feu. Est enim tacitus intellectus contractus accommodatus à natura actus: vt dicit Bald. de prohi. feud. ali. per Frederic. §. vltimo. semper enim ius domini videtur exceptum, argum. c. veniens. de iureiuran. adde Bald. in dicto. §. contra ¹⁷ omnes. Quæro vltius iuxta textũ, ¶ an sit alia causa vltra inimicitiam domini, propter quam dominus potest prohibere vassallum, ne alij faciat homagium? Et dico quod sic, si dominus habet inimicitias cum aliquo: quia potest prohibere vassallum, ne faciat homagium amico illius: quia amicus inimici mei, vel qui cum eo ligam facit, inimicus est, argumento l. liberi. C. de inoffic. testa. & ibi Bald. & Salicet. & per eum in l. si quis. C. de testa. Item potest prohibere ne fiat inimico amici domini: quia iniuria facta amico potest amicus sibi factam adscribere, & in iudicium deducere, secundum Bald. in l. prima. ibi: super tertio puncto. C. qui accus. non pos. Item interest nostra amicos nostros non vexari. glo. & ibi Angel. in l. si vnus. §. primo. ff. de pac. Item potest prohibere ne fiat consanguineo inimici mei, argumen. capit. accedens. vt lite nõ contesta. & ibi Bald. Item prohibere ne vassallus faciat homagium inimico filiorũ domini, vel de eius agnatione: quia præsumitur inimicus domini: vt l. j. C. si rect. pro uin. & l. ij. & l. iij. ff. de liber. cau. & l. lex Cornelia. in princip. & quod ibi Barto. ff. de iniur. & Ange. de Aret. institu. de excu. tut. §. itẽ si propter inimicitias. Et hoc vult dicere hic text. ibi, in verbo sine causa. Nam istæ sunt causæ, propter quas vassallus prohiberi potest à domino, ne alteri faciat homagium: quoniam eius interest ne ipsis personis homagium fiat. Et hoc sentit Iacob. de

de Monteud. in vatic. qui solidus. vbi late de hoc. ¶ Inimicitia enim excusat arbitrum à laudando: vt l. licet. ff. de arbi. Item excusat iudicem à iudicando, vt ne quis cogatur ire coram iudice iniquo. l. si pariter. ff. de liber. cau. & procuratorem à prosequendo. l. vel exilio. ff. de procuratori. Et legatarium excludit à legato, licet non excludat hæredem à testamento, nisi aliter appareat reuocatio testamẽti: vt l. hæreditas. C. de his quib. vt indign. & l. ex parte. ff. de adi. leg. & ibi gloss. Item repellit à testimonio. l. tertia. & ibi gloss. in verbo, inimicus. ff. de testib. Item donatarium ingratum facit à donatione: vt l. finali. C. de reuo. do. & vide optimam gloss. in l. fideicommissum. C. de fideicommiss. & l. sororem. C. de his, quibus vt indig. & quod notat Barto. in l. prima. ff. eodem titulo. & l. licitatio. §. quod si illicitè. ff. de public. & Ioan. de Platea, & Angel. Aret. in dicto. §. item si propter inimicitias.

Qualiter debet se habere homo non solidus duorum, quando ipsi domini guerram inter se habent.



I aliquis est homo solidus duorum pro diuersis feudis, & contingat quod ipsi duo domini inter se guerram habeant vnus contra alium, & quilibet eorum requirit à dicto homine, vt iuuat eum contra alium: ille homo iuuare tenetur illum, cui primò fecit homagium: quia prior ille est in fidelitate, quam tenetur seruare, & intelligitur exceptus in secundo. Et ita de consuetudine non tenetur iuuare illum, cui secundo fecit homagium, nisi de benignitate, & quadam æquitate sic fuerit ei faciendum, videlicet illum, cui primò fecit ho-

magium, iuuat personaliter: illũ vero, cui secundo fecit homagium, iuuat per substitutum: (quia tales opera bene possent adimpleri per substitutum) & faciendum hoc, obseruabit fidelitatem, quam promissit priori domino sub tali forma, quod iuuaret eum, & nullum alium iuuaret contra ipsum, excepto domino solido: quia nõ videtur præstare auxilium contra dominum primum, quanuis secundo præstet auxilium per substitutum: quia non facit hoc animo nocendi primo domino, sed causa consulendi sibi, ne amittat feudum sibi datum à secundo domino. Et si fuerit dubium, cui primò teneatur præstare auxilium personaliter iure homagij, vt puta quia homagium incepit ab antecessoribus retroactis temporibus, & nõ apparet hincinde instrumentum: & sic non apparet quis istorũ duorum dominorũ sit primus iure homagij, de æquitate potest, cui vult, de persona sua gratificari, vt illum personaliter iuuat, alteri vero debet per substitutum deseruire: quia non fecit hoc animo nocendi, vt supra proximè dictum est.

S V M M A R I V M.

- 1 Vassallus pro feudis diuersis, duorum non solidus homo esse potest.
- 2 Vassallus dominum in bello iuuare tenetur? Dominus primus in secundo homagio semper exceptus intelligitur.
- 3 Homo solidus duorum, utrum iuuare tenetur.
- 4 Vassallus optionem habet utrum dominum iuuat, primum scilicet aut secundum.
- 5 Substituere alium loco sui quando quis nequeat.
- 6 Seruitium feudi personaliter non autem per substitutum debet præstari.

- 7 Vasallus, qui promiserit domino non solido illum iuuare, & nullum alium contra ipsum, potest secundum iuuare per substitutum.
- 8 Vasallus iuuans secundum dominum per substitutum, non facit contra fidelitatem.
- 9 Vasallus gratificari potest cui uolet, si dubium sit, uter dominorum in homagio prior extiterit. 10. 11.
- 12 Si, dictio conditionem importat.
- 13 Doctor per quem substitutum legere possit.
- 14 Vasallus neminem aut per se, aut per substitutum iuuare potest contra dominum solidum.
- 15 Homo non solidus, an possit secundum dominum iuuare contra primum.
- 16 Vasallus an debeat iuuare secundum dominum contra primum.
- 17 Vasallus iuuans alium contra dominum, an sit infidelis.
- 18 Vasallus an teneatur dominum iuuare in bello iniusto.
- 19 Vasallus quando dominum necessario iuuare teneatur. 20. 21.
- 22 Damnatus ad mortem, si restitatur, an recuperet feudum.
- 23 Feudum an ueniat in confiscatione.
- 24 Vasallus an debeat pluries requiri ad iuuandum dominum?
- 25 Vasallus requisitus dominum iuuare recusans, feudo priuatur.
- 26 Vasallus iuuans secundum dominum animo nocendi priori domino, feudum perdit.



BI aliquis est homo. Diuide istud capitulum in quatuor partes. In prima parte dicit qualiter homo non solidus duorum requisitus ab utroque eorum de auxilio eos iuuare teneatur. In secunda parte dicit qualiter potest personaliter alterum iuuare, & alium per substitutum. In tertia parte dicit quod praestando hoc modo auxilium domino secundum non facit contra fidelitatem. In quarta parte dicit, quod si fuerit dubium cui primo homagium sit praestitum, quod est locus gratificationi. Prima pars incipit ibi: si aliquis. Secunda pars ibi: uidelicet. Tertia pars ibi: & sic faciendo. Quarta pars ibi: & si fuerit. Casus. Si homo non solidus duorum inter se guerrificantium requisitus fuerit ab utroque ipsorum domino, rimum de iuuamine, homo ipse tenetur iuuare antiquiorem dominum, & non secundum: nisi ipse velit primum dominum personaliter iuuare, & secundum per substitutum: nec ex hoc facit contra fidelitatem, cum non sit animus nocendi, sed feudum a secundo domino datum conseruandi. Et

si non appareat quis eorum prior sit in homagio; tunc est locus gratificationi, ita quod alterum per se, & alterum per substitutum iuuare potest. hoc dicit. Collige notabilia. ¶ Nota primo, quod vasallus potest esse homo non solidus duorum pro diuersis feudis. Concordat Specula. in titulo. de feudis. §. quoniam. versiculo duodecimo. unde principium istius consuetudinis originem traxit. Adde quae dixi supra in capitulo duplex. Sed non potest esse homo solidus duorum: ut infra capitulo nullus. & scripti in dicto capitulo duplex. nisi de consensu domini sui prioris: ut in vsatico, qui solidus. in fine. & ibi Iacobus de Monteuida. An autem possit esse homo solidus vnus, & non solidus alterius, ibi scripti. quod sic. Vide Iacob. in dicto vsatico. ¶ Nota secundo, quod vasallus tenetur iuuare dominum in guerra. Concordat capitulum. domino guerram. in feudis, hic finit lex Frederici. deinde incipit. consuetudo reg. quod qualiter intelligatur, dicam infra. Nota tertio, quod primus dominus semper intelligitur exceptus in secundo homagio. Concordat supra capitulo duplex. & quae scripti supra capitulo proximo. ¶ Nota quarto, quod si homo solidus est requisitus ab utroque dictorum dominorum guerram inter se habentium, tenetur iuuare illum, cui primo fecit homagium, & non secundum. Vide in Spec. ubi supra. & Ludouic. in l. si quis in graui. §. si cum omnes. ff. ad Sillaniam. ubi sequitur Speculat. eius dictum tamen dupliciter limitando. primo nisi auxilia, quae impetrantur a vasallis ab his dominis contrarijs tenderent ad diuersa: quia tunc utrunque, si fieri potest, per suam personam iuuare tenetur. Ad hoc ff. de oper. liber. l. duorum. Unde dictum Specula. dicit loqui, quando circa id auxilium impetrant. Secundo limitat per versicu. quia & si seruus ipsius. §. uidelicet. ubi maritus illud auxilium imploraret pugnando contra alium quam contra uxorem: quia tunc licet uxor prius fuerit domina, attamen serui marito potius obligantur, si volunt. Vbi autem maritus contra uxorem pugnat, dicit quod aut pugnat eam leuiter castigando: & serui non tenentur uxori auxilium dare: quia

quia permessa est marito talis castigatio. Sin autem maritus pugnaret contra uxorem pro graui castigatione contra eam fienda: & tunc serui uxoris potius ipsam, quam maritum, iuuare tenentur, primo, quia maritus iniuste praeliatur, unde serui eum iuuare non tenentur. Secundo, quia magis proprie sunt uxoris, quam viri. De iuuamine quod vasallus tenetur facere domino suo, latius scripti in capitulo. si duo. & in dicto capitulo duplex supra. ¶ Nota quinto quod in optione est vasalli iuuare secundum dominum guerram cum primo domino habentem: & tunc si de equitate eum iuuare uult, primum dominum personaliter & secundum per substitutum iuuare tenetur. Not. sexto quod hic est casus, in quo permittitur vasallo iuuare dominum per substitutum. De iure autem communi quando liceat vasallo iuuare dominum per substitutum, vide text. & ibi Bald. in feud. de prohibitione feud. alienan. per Frede. §. firmiter. & quib. mod. feud. amit. §. per substitutum. ubi Bald. & si de feud. defun. mi. §. qui clericus. & §. si minori. & §. sequen. & Ioan. Andre. in addi. Specula. adde j. capitulo. nullus. & quae latius de hoc scripti supra in capitulo. vasallus, siue castellanus. & adde Baldum. de mi. v. fal. qui ar. belli. depo. & in capitulo. mutus. episcopum vel Abba. & vide per Iaco. qua. domi. proprie. feu. priue. in quibus iuribus latissime habes quando vasallus potest seruire per substitutum. ¶ Regulare enim est quem non posse alium substitue- re ad id, ad quod eius industria est electa: ut l. de pollicitationibus. ff. de polli. & in l. si absentis. de legat. & in capi. is, cui. de offic. deleg. lib. vj. & in c. fin. eodem titu. in anti. quis. & in l. quisquis. & in l. ad similitudinem. C. de episco. & cleric. & in l. inter artifices. ff. de solut. & in l. nemo est qui nesciat. ff. de duo. re. & in l. fideicommissaria. §. fin. ff. de legatis tertio. & quod plene not. per Ioan. Andre. in Mercuria. in regula, qui facit. de regu. iuris lib. sexto. & per Ludouic. in l. si uero. §. de viro. ff. soluto matrimo. in decimasexta fallentia. versic. quarto. ¶ propter quod seruitium feudi debet fieri personaliter, & non per substitutum: ut in dictis iuribus colligitur. Fallit ut hic, & j. capitulo. nullus. ubi mulier potest seruire per substi-

tutum, licet de iure communi feudali propterea foeminae non succedant in feudo, quia seruire non possunt, cum seruitium feudi consistat in seruitio virili, puta in pugna: unde foemina excluditur, tanquam non capax: quia qui non est capax causae, non est capax causati, secundum Baldum de feud. & qui feud. §. hoc autem notandum. Item fallit in minore: ut in feud. si de feud. defun. mino. §. si minori. cum. §. sequen. & ibi Baldus. & per Petrum Iaco. ubi supra. Item fallit quando misit alium domino acceptabilem: ut dicto. §. firmiter. Item fallit in clerico, qui potest per substitutum seruire, quando tale seruitium sit, quod possit, vel soleat per alium explicari, secundum Baldum, si de feud. defun. mino. §. qui clericus. & de benefi. foemi. & de mi. v. vassall. qui ar. belli. capitulo. primo. Item fallit in alio, qui personam habeat inhabilem ad seruendum secundum distinctionem Bald. in feud. episcopum vel abba. §. mutus. & in feud. an mutus, vel aliter imperfect. ¶ No. septimo ibi: & nullum. quod licet vasallus promiserit domino non solido iuuare illum, & nullum alium contra eum, attamen potest secundum dominum iuuare per substitutum, nisi prior dominus esset solidus: quia tunc etiam per substitutum alium iuuare non potest, nisi consenserit ei dominus, quod alium, id est secundum posset in se constituere dominum: ut in vsatico. qui solidus. in fin. & hic in verbo exceptus. Not. octauo quod vasallus est requirendus ut iuuet dominum guerram habentem. pro hoc vide in feud. hic finit lex Frederic. & incipit consuetudo reg. & noua forma fidelitatis. capitulo. primo. in verbo requisitus. & in vsatico. si senior fatigauerit. Nota nono quod ¶ si vasallus iuuet secundum dominum per substitutum, non facit contra fidelitatem: quia non praestat dictum auxilium animo nocendi priori domino, sed ut conseruet feudum a secundo domino sibi datum, ne illud amittat. Concor. ad hoc Ludouic. in d. §. si cum omnes. ubi videtur dicere quod ille, cui secundum adstrictus est, tenetur per substitutum seruire, ne feudum perdat ab eo sibi concessum: nec propter hoc primum feudum perdet. Non enim vasallus opem dedit secundo, ut esset principaliter contra primum, sed ne feudum suum amitteret.

Ad hoc. ff. de aqua pluuiā arc. l. prima. §. denique. & de negotiis gestis. l. atqui natura. §. cum me absente: sed per istam consuetudinem datur optio vasallo iuuare dominum secundum. & tunc, si vult, eum iuuare potest per substitutum. † Not. decimò & vltimò quòd si dubium est quis eorumdem dominorum prior sit in homagio, tunc est locus gratificationi. De cuius materia latius scripsi supra capitu. vasallus si decesserit. Et pro hoc facit in argumen. d. §. si cum omnes. Concord. Specula. vbi supra versiculo decimotertio. à quo pars istius consuetudinis originem traxit. Adde Ludouic. in dicto. §. si cum omnes. vbi dicit, cum hoc tamen quòd æquum est quòd alteri per substitutum feruiat, si reditus feudales hoc patiuntur. ipse autem ibi sic distinguit. † Aut vnus ex dictis dominis est nobilior altero: & tunc ille potius opem ferre teneatur. Ad hoc in authent. de hæredi. & fal. §. si quis autem. C. de natura. libe. l. si quis. de regu. iuris l. contra pupillum. §. qui ad manus. facit de iudic. l. minorem. Et hoc cum distinctione Specula. quòd æquum sit alij seruire per substitutum. Pro principali dicto etiam inducit text. decimo octaua distinctione, capi. si episcopos. & quòd not. extrā de appella. capitu. si duobus. Aut sunt æquales in dignitate, & potentia: & tunc aut vnus præuenit alterum in conuocando vasallum. & ille præferatur. Ad hoc supra de iudic. l. qui prior. de lega. primo. l. si pluribus, extrā de procura. capitu. si duo. libro sexto. & de noxa. l. si quis à multis. cum simi. Aut fuerunt æquales in conuocando: & tunc vocatur in re magis periculosa, & graui magis ab vno, quàm ab alio: & illi deferre teneatur. Ad hoc. ff. si quis cau. l. secunda. §. sed si municipales. de custo. reo. l. secunda. §. fin. de re iudica. l. contumacia. §. primo. † Aut ambo sunt paræ præiudicij: & tunc illi, qui minus præiudicium sibi infert ad incommodum. facit C. qui bo. ced. pos. l. fin. de pact. l. maiorem. Aut omnia sunt paria: & tunc dicit quòd vera est opinio Specula. quòd locus sit gratificationi. Quòd si ipse vasallus gratificari nolle, & tunc dirimenda est hæc quæstio sorte, secundum eundem Ludouic. Sed licet ista distinctio de iuris subtilitate in se vera sit, tamen standum est huic consuetudini, per ca-

pitulū primū in feudo. de feud. cognitio. Quando autem vasallus est requisitus de iuuamine per dominum regem, & per eius seniores, vide j. capitu. barones. & capitulo si quis baro. vbi de hoc latius scribam. Expone literam. Si aliquis. Relatiuum est, supponitque diuersitatem, nec verificari potest, nisi & ibi ad sit, ad quod fiat relatio, secundum gloss. & Nicola. in clementina prima. de præben. vide gloss. in capit. quia in verbo reseruari. libro sexto. vbi dicit quòd stat restrictiuè. Et quando faciat conditionem, Bar. in l. inter. §. sacram. ff. de verborum obligationibus. & Bal. in l. prima. C. de summa trinitate. & in l. precipimus. C. de appella. Et ita est hinc, potissimè † quia hinc est dictio Si, quæ de sui natura regulariter conditionem facit, secundum Bartolum in l. prima. ff. de conditio. & demonstrationibus. Homo. Quis veniat appellatione hominis, dixi supra in capitul. proxi. Et ista dictio comprehendit foeminam, secundum Ioannem Andream in capitu. quæ in ecclesiarum. de constituto. gloss. in capitu. in generali. de elect. lib. vj. Barto. in l. j. de verborum obligationibus. & Bal. in l. quicumq;. C. de seruis fugitiuis. Non solidus duorum pro diuersis feudis. quod fieri potest, vt supra dixi in notabilibus. Contingat, id est, eueniat. Guerrā. Appellatione guerræ non modò venit guerra inter duos reges, sed etiam guerra dicitur illa, de qua loquitur capitu. domino guerram. hinc finit lex Frederic. deinde incip. consuetudo reg. secundum Ioan. de Pla. in l. j. C. vt armor. vsus. Quilibet. id est, vterq;: quia hinc improprie ponitur quilibet, cum referatur ad plures, & vterque ad duos, vt hinc. Et ita ponit vterque Specula. in dicto versicu. duodecimo. Requirat à dicto homine, id est, requirat dictum hominem. De ista requisitione vide quæ scripsi supra in capi. vasallus, siue castellanus. Quia prior est in illa fidelitate. Quod comprobo, quia vt videmus in obligationibus facti, qui prior est tempore, potior est in iure. ff. loca. l. in operis. facit de prohi. feu. al. per Frederic. capi. Imperialem. §. illud. C. qui po. in pignor. habe. l. secunda, secundum Ludouicum, vbi supra. Et intelligitur exceptus, supple tacite, etiā quod nō dicat, vt dixi supra proxi. Aequitate. Quid sit æquitas, vide Bald. in feud.

de

de allo. capit. ad hæc. & in l. etiam C. de iure dot. & per eum in l. si cum. C. de dot. promif. & in l. omnes populi. in quarta charta. ff. de iustit. & iure. Quia tales operæ bene possunt per substitutum adimpleri. vt in feud. de prohibitione feud. alienan. per Frederic. §. firmiter. dum tamen substitutus sit domino acceptabilis vt ibi, & not. in capitu. si quis decesserit. si de feud. defunct. mil. controuer. Et ille potest dici acceptabilis si æquè bonum dedit, vt ipse vasallus est, secundum gloss. in d. §. firmiter. Et pro hoc facit quòd dicit Barto. in l. nemo. ff. de verborum obligationibus. vbi dicit quòd doctor potest legere per substitutum, si est eiusdem peritiæ. Adde Ludouicum in l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio. in decimanona fallentia. versic. primo. vbi allegat l. penulti. in fin. C. de agen. in re. libro duodecimo. & l. si quis ex corpore. C. de murileg. libro vndecimo. per quas leges patet, vt dicit, regulam dicentem, posse quem cuius industria est electa, alium substituere, si est sibi in qualitate, & in bonitate par. & vide gloss. in l. prima. C. de mancip. & colon. libro vndecimo. Et pro hoc etiam quòd idem Ludouicus dicit in dicta decimasexta fallentia, versiculo quarto. vbi dicit quòd quauis quis non possit aliquem substituere, vbi industria est electa, attamen non extenditur ad casum, quo quis esset absens à principio, vel ex post facto, necessaria tamen absentia: tunc enim ad id, ad quod eius industria est electa, potest alium substituere. Et vide ibi versicul. quinto, sexto & septimo. Obseruat fidelitatem. Nec ex hoc amittit feudum, vt dixi supra in septimo notabili. Et sic faciendo id est, iuuando dominum primum personaliter, & secundum dominum per substitutum. † Excepto domino solido, contra quem nec per se nec per substitutum iuuare potest, vt dixi supra in not. Animo nocendi. Nam non dat opem ipsi priori domino, vt principaliter sit contra eum, vt dixi supra in septimo notabili. Antecessoribus. Quis dicatur antecessor, dixi supra in capitu. si autem. Gratificari. id est, eligere quem ex ipsis dominis quem velit iuuare personaliter, & quem per substitutum.

15 † Oppo. primò quòd iste homo non soli-

16 dus non debeat iuuare secundum dominum contra primum: vt in vsatico, qui solidus, ibi: & nullum contra eum, & c. quæ dictio nullum est vniuersalis negatiua, vt dicit gloss. in clementina prima. de præb. In verbo Nullius. Solu. Ibi est regulare quòd vasallus non debet iuuare aliquem contra dominum. Fallit quando est vasallus non solidus duorum pro diuersis feudis: quia tunc potest iuuare secundum dominum per substitutum, vt hinc. Vel dic quòd ibi loquitur, quando vasallus est solidus: quia tunc non potest secundum dominum iuuare contra primum, nisi de consensu prioris domini solidantiam fecerit, vt ibi: hinc verò loquitur, quando est vasallus non solidus: & sic secus est ibi, & secus est hinc, Tene quam velis, quia eundem sensum habent. Opponitur secundo de eo quòd dicit Baldus in feud. hinc finit lex Frederic. deinde incipit consuetudo regis. contra omnes. vbi dicit. † Item videtur exceptum ius prioris domini, vt hinc, scilicet quo ad hunc effectum, vt non teneatur secundum dominum contra primum iuuare. Solut. Fateor contrarium de necessitate: sed si ipse vasallus velit eum de benignitate, & æquitate iuuare, quòd potest, vt hinc: cum ex isto textu optio datur ipsi vasallo. Vel dic quòd illud est verum de iure communi feudali, hinc verò de iure consuetudinario Cathalonico, quòd tanquam posterius illi præiudicat, vt dixi superius in pluribus capitulis, potissimè in materia feudali, vbi iudicandum est secundum consuetudinem, vt est textus, & ibi Baldus de feud. cognitio. capitu. primo. Si autem iste vasallus, cui optio datur, non iuuaret dominum secundum, saltem per substitutum, secundum quòd sibi permissum est, vt hinc, & in homagio præstito secundo domino ei celauit, seu tacuit dominum antiquiorē, tenetur illi secundo domino ad interesse, secundum Baldum in dicto. §. contra omnes. ideo sit cautus ne de tali interesse teneatur, q̄ iurando fidelitatem dicto domino secundo excipiat nominatim ius prioris dñi, vel saltē adijciat saluo iure alterius domini, cui sum obligatus. † Et hæc maxime sunt vera in feudo solido, id est, ligio: quia videtur asserere se nullum do-

minum

minum habere, secundum Baldum ibi. Opponitur tertio quod vasallus, qui iuuat alium contra dominum dicitur male fidus: quia facit contra fidelitatem a se promissam, iuxta capitulum primum de forma fidelitatis & de noua fidelitatis forma, quia non debet esse in damno domini sui: sed iuuare alium contra dominum per substitutum, est in damno illius: quia perinde est, ac si de persona sua faceret, argumento. ff. ad legem Iuliam maiestatis l. quarta ibi: armis, telis, equis. Et faciunt not. per Barto. in l. his qui opem. & in l. in furti. & in l. qui seruo. ff. de furtis. & per Innocentium, et Ioannem Andream in capit. olim causam. de restit. spo. liato. Solu. quod ibi dicitur, est regulare: fallit in casu huius capituli. Nam per istud ius consuetudinarium, quod posterius est, & iuribus superius allegatis permittitur vasallo, si vult, per substitutum iuuare secundum dominum: & non dicitur male fidus, quia iure permittente fit, & sic poenam non meretur l. Gracchus. C. ad legem Iuliam de adul. Expeditis contrarijs, veniamus ad
¹⁸ quæstiones. † Quæro primo, an vasallus teneatur iuuare dominum ad guerram iniustam: Et text. in capit. domino guerram: hic finit lex. Frede. deinde incip. consuetu. reg. dicit. quod si iuste habet guerram, & certum est, vel dubitatur: tunc debet ipsum iuuare ad defendendum. Et est ratio secundum Bald. ibi, quia determinatio istius dubij non pertinet ad vasallum, sed obsequi debet domino suo: quoniam persona domini semper debet videri sancta, & honesta. Et pro hoc quod in guerra iusta eum iuuare teneatur, est textus in dicto capitulo domino. in verbo, iuste. & in capitu. primo de noua forma fidelitatis. §. & si sciuerit. Aut certum est quod iniuste habet guerram: tunc ad defendendum eum iuuare debet, sed ad offendendum potest, si vult, non tamen cogitur: nec propter hoc perdit feudum secundum Obertum, & Gerardum: & vtuntur eo argumento, quod si dominus est excommunicatus, vel a rege bannitus, non tenetur vasallus eum iuuare, nisi fuerit restitutus: ergo nec ipsum iniuste facientem guerram cogi debet adiuuare: licet alij indistincte dicant quod eum cogitur adiuuare, vt ibi dicit text. vide gloss. in

feu. de noua forma fidelitatis. sed in Cathalonia non puto hanc distinctionem de guerra iusta vel iniusta locum habere: quia eo ipso quod guerra est permissa in Cathalonia, tam per dispositiones iuris municipalis, quas recitavi supra in capitu. & recipiendo. quam etiam ex consuetudine & longissimo vsu Cathalonie, ipsa guerra censetur iusta, dum tamen precedant acuydamenta, siue diffidamenta: & sic vasallum debere indistincte iuuare dominum. Licet Iaco. de Callicio in vsati. magnates. per verbum forsan, in illa quaestione, quæro an dominus propter guerram iustam vel iniustam, teneat contrarium. Et credo quod non bene. Tu tamen super his cogita, quia ad hoc quod guerra omnino dicatur iusta in Cathalonia, datis diffidamentis, maiorem requirit indaginem. Super quo pronunc non insisto, quia non est nostra materia: sed vide Iacob. Callicij in viridario militie, in primo & decimo dubijs principalibus, vbi per extensum de his scripsit. Opinio vero Iacob. de Callicio sustineri potest in illis dominis qui non sunt de genere militari, quibus nulla lege guerrificare permittitur. † Sed super his nota quod vasallus in duobus casibus de necessitate dominum iuuare tenetur: scilicet quando ius est pro domino. item cum est dubium: vt est textus, & ibi Bald. in dicto capitu. domino. & vide gloss. in capitu. primo, de noua forma fidelitatis. Bald. vero in dicto capitu. domino dicit quod est vnus casus, in quo non tenetur iuuare: scilicet quando iniustitia domini est notoria, & dominus facit guerram alteri, & fuit inceptor guerra. Sed nunquid in casu predicto vasallus potest iuuare dominum, si vult: Bald. ibi dicit pro & contra. & finaliter dicit quod non: quia ad facinora nulla fides se extendit, nec obligatio: vt ff. de pact. l. iure gentium. §. ob maleficium. quinimo expressa obligatio etiam non valet: vt ff. de fideiuf. l. si a reo. Sed quicquid dicat Baldus in casu huius consuetudinis potest vasallus, si vult, dominum secundum iuuare per substitutum: quia oportet textui inherere propter securitatem feudorum, vt ibi dicit Bald. Nam cause feudales deciduntur consuetudine: vt in feudis, de feud. cogni. capitulo primo. & ibi Bal.

Bald. & per eum quid sit inuestitio. §. prater ea. & in præludijs feudo. §. quarta. † Est tertius casus, in quo tenetur dominum iuuare, licet sciat dominum habere iniustitiam, videlicet ad ipsius defensionem. Vide super hoc Bald. in dicto capitu. vbi de his latius scripsit: quia sufficit tibi remissio. Et quod dixi superius, quod vasallus non tenetur iuuare dominum bannitum, vel excommunicatum, idem dicas de eiectione & separato a pace, & treuga, cum sit inimicus domini regis: vt in constitutio. diuinarum in pacibus & treugis: circa fin. ibi: sub acuydamento modo erit. & in constitutione si quis de magnatibus. ibi: tenent se pro se & acuydamento. Nam eiectione, excommunicatio, & bannum in se conueniunt, vt latius scripsi in additionibus, quas feci de pace & treuga, in vndecima & sexagesima sexta additionibus. & adde quæ scripsi supra in capitu. primo. in
²¹ tertia oppo. † Non enim dominus potest habere suos feudatarios contra dominum regem, nec eius inimicos: ideo ipse dominus rex contra eos illos habere potest, vt colligitur. j. capitu. barones. & capitulo si quis baro. vbi de hoc latius scribam. in quolibet autem iuramento & homagio, quod vasallus præstat domino suo, semper intelligitur exceptus dominus rex, vt dixi latius in capitu. duplex. & capitu. homo solidus supra. Contra enim eiectionem & eius bona debet insurgi cum tota pace, vt scripsi in dictis additionibus. in centesimadecima quinta additione, in octauo notabili. sed vasallus feudatarius est de ipsa pace, vt scripsi in dictis meis additionibus, in quinquagesima quinta additione. igitur &c. Et pro hac quaestione allego text. in vsati. si quis dixerit se fatigatum. ibi: aut opposuerit ei
²² de pace & treuga. † Sed quæro pro complemento materie, pone dominus rex condemnauit aliquem ad mortem, postea rogationibus aliorum pepercit, ipsum in integrum restituendo, vtrum feudum, quod obtinebat a dicto domino rege, vel ab alio, recuperet, ac res sibi in eodem statu restituatur. Bald. in dicto capitulo domino. allegat pro & contra, & finaliter concludit quod si istud feudum erat apertum regi, recuperat istud: secus si erat apertum alij. Nam restitutio regia nil operatur in præiudicium tertij. vide ibi Bal. latè. iuxta quod

quæro, quid si vasallus commisit aliquod crimen, propter quod merebatur amittere feudum: cui enim applicabitur istud feudum: Baldus, qualiter feud. olim aliena. §. si vero. in fin. dicit quod Imperator, vel rex, cuius erat baro, non debet sibi feudum appropriare, sed alteri baroni, qui eadem munera debeat & functionem subire. Adde eum per quos fiat inuestitio. §. nulla. in fin. vbi dicit quod si vasallus commisit ingratitudinem, ex qua veniunt bona publicanda, & dominus nolit bona vendicare, quod feudum confiscabitur, ita quod donec delinquens decedat sine hærede, fiscus possidebit: vide Specula. in titulo de feud. §. quoniam. in versicu. quadragesimo. Tu autem vide Bartolum & Ludouicum in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infecto. vbi late tractant an feudum veniat in confiscatione: & recitant opiniones pro & contra. vide ibi latius, quia sufficit tibi remissio. Sed in Cathalonia crederem debere seruari opinionem Speculatoris tenentis feudum venire in confiscatione, propter rationem quam ponit Ludouicus in dicto §. quando est pactum adiectum, quod feudum veniat in quemcunque, siue hæredem, siue extraneum vasallus voluerit: quia in Cathalonia vasallus potest disponere in quemcunque voluerit de feudo, iuxta constitutionem Ceruaria, capitu. Item ne super laudimio. & iuxta ea, quæ scripsi supra in capitulo vasallus si decesserit. adde quæ scribam j. in capitulo fellonia. & quæ dixi supra in capitu. domino. Et sic si tunc feudum confiscatur, quando per pactum vasallus potest disponere de feudo, pari modo venit in confiscatione quando per legem patriæ vasallus de ipso disponere potest. Quæro, dominus requirit vasallum iuxta hunc textum de iuuamine: quod enim tempus ipse vasallus habebit ad præstandum dictum auxilium domino. vide quæ de hoc latius scripsi in capitulo vasallus siue castellanus. vbi multa dixi de
²⁴ seruitio. † Quæro, an requirantur plures requisitiones, vel sufficiat vna? Crederem quod vna sufficiat. Nam vbicumque de iure requiritur requisitio extrajudicialis, etiam in parem, sufficit vna requisitio. gloss. secundum Nicolaum in clementina prima. de hæredibus. in verbo Requisitionem. Idem

Idem si superior habet requirere inferior, ut hic gloss. in capitulo & si Christus. decimo octava distinct. De hoc vide late Geminia. in capitulo. si contra. de offi. deleg. libro sexto. Sed vsati. si senior. dicit bis, vel ter: sed credo quod non importet necessitatem, nisi de vna: alia sunt de urbanitate propter verbum Semel, ibi positum. Pro ista tria requisitione vide gloss. in capitulo. primo §. fin. de pa. iura. fir. §. si. in feud. sed Bald. ibi dicit quod sufficit vna monitio, seu requisitio: quia non fit ad iudicium, sed ad obsequium. Et de ista requisitione. vide text. & ibi Bald. de no. si. for. in verbo Requisitionis. Sed quæro an ista vocatio potest fieri per procuratorem? Dic quod sic, ut est glo. de pa. iura. fir. §. fin. in vsibus feudorum. superius alleg. † Quæro, quid si dominus requisitum vasallum de iuuamine, ipse vero requisitionem ipsam cōtemnendo iuuamen præbere recusat, an amittat feudum. Et respondeo quod sic, ut est text. & ibi Bald. de feud. sine culpa non amittend. §. si quis miles. dum tamen iuuare dominum possit, ut ibi est text. in verbo, si potuerit. & de noua si. for. in verbo Sicut potero. Impotentia enim excusat vasallos à pœna. Non tamen intelligas de leui impedimento, sed de graui: quia quando culpa non est facta, nec in ordine difficultatis, imperus vena dignus est. item si culpa præcedit impedimentum, tale impedimentum non excusat: quia nolle dicitur, qui suo facto impeditus non potest velle, secundum Baldum in dicto. §. si quis miles. Adde Bald. in dicto capitulo primo. de no. for. si. vbi dicit quod impotentia excusat. Et quod dixi quod vasallus debet amittere feudum, si recusat præstare auxilium, est textus in feudis hic finit lex Frederic. deinde incipit consuetudo Reg. §. ad hæc. & ibi Bald. & text. in capitulo primo. §. qui dominum. que fuit prima causa beneficii amittendi. & si de feudo defuncti militis. §. licet. † Quæro, quid si vasallus animo nocendi dominum antiquiorem iuuat secundum dominum. Tunc credo quod debet amittere feudum, quod tenet ab antiquiore domino, à contrario sensu huius textus: quod argumentum est fortissimum in iure: ut l. prima ff. de offic. eius, cui man. est iuris. Copulando enim amicitias cum inimico domini sui debet amittere feudum, ut dixi supra in capitulo

duplex. & capitulo sequenti. Nam vasallus non debet esse in damno domini: ut de for. fidel. capitulo primo.

Qualiter liber homo possit se constituere hominem alicuius, & facere sibi homagium: & quæ interueniunt in faciendo homagio, & unde sit introductum.



Icet de iure Romano homo liber non possit se facere seruum alicuius per aliquam simplicem pactio- nem, nec etiam per confessionem factam in iure, potest tamen per confessionem aliquis suam conditionem grauare: quia per pactio- nem, interueniente scriptura, potest aliquis homo liber se constituere hominem alicuius nobilis, & potest ei facere homagium: & quando super hoc si ut aliquis liber homo constituat se hominem alicuius nobilis, concipitur stipulatio, interuenit de consuetudine generali Cathalonie osculum in hunc saltem modum: dominus tunc debet tenere inter manus suas, manus illius, qui facit homagium, & ille flexis genibus facit homagium per stipulationem, promittendo ipsi domino inter manus suas fidelitatem: & ipse dominus in signum quod vice versa eidem fidelis erit, ipsum osculetur. Nam eandem fidelitatem debet dominus suo vasallo, quam vasallus domino suo. Tenebitur enim dominus ipsum iuuare, & custodire ab inimicis, vel pro posse suo in suo iure ipsum defendere. Et quamuis illud homagium introdu-

introducitur non sit de iure Romano civili scripto, introducitur tamen est vsu diuturno Cathalonie, qui legem imitatur, & ideo legibus adiuvatur, & defenditur: quia pactio- nes licite custodiendæ sunt.

S V M M A R I V M.

1. Homo liber per simplicem pactio- nem non potest se facere seruum alterius.
2. Homo liber qualiter suam conditionem grauare possit.
3. Homo liber simplici pactio- ne potest se constituere hominem alterius.
4. Dominus quare vasallum osculetur.
5. Dominus vasallum ab inimicis defendere debet.
6. Homagium quo iure introducitur.
7. Ius Romanum quod dicatur.
8. Asscriptitius quis, & unde dictus.
9. Stipulatio, verbum quid significet.
10. Impotentia an excuset vasallum ab obsequio præstando.
11. Vfus qualis ueniat appellatione consuetudinis.
12. Asscriptitius qualiter quis constituatur.
13. Libertas an sit de iure naturali.
14. Asscriptitius & censitus an sint liberi.
15. Verba geminata dispositionem inducunt.
16. Mulier geminans consensum intercessionis, Velleiano non iuuatur.
17. Confessio geminata de recepto excludit exceptionem non muneratæ pecunie.
18. Liber homo an possit fieri alterius.
19. Ius postituum consuetudine mutari potest.
20. Pactum quando seruandum.
21. Dominus vasallo male fidus qualiter puniatur.
22. Baro si regi bellum indixerit, an rex sine alia indictione possit damnum baroni inferre.
23. Dominus quo casu feudo priuetur.
24. Dominus vasallum contra quos iuuare debeat.
25. Vasallus existens iudex an possit dominum delinquentem punire.
26. Asscriptitius quo differat à seruo.
27. Asscriptitius ex qua scriptura quis constituatur.
28. Asscriptitij an ueniant honorum appellatione.



Icet. Diuide istud capitulo. in sex partes. In prima parte dicit qualiter homo se potest constituere asscriptitium. In secunda parte dicit qualiter liber homo se potest constituere hominem alterius, & homagium sibi facere. In tertia parte dicit qualiter stipulatio inter eos concipiatur, quando talis homo liber alterius se facit hominem. In quarta parte dicit qualiter fidelitas & homagium

præstetur. In quinta parte dicit quod dominus eandem fidelitatem debet suo vasallo, quam vasallus ipsi domino. In sexta parte, & vltima, dicit qualiter homagium sit in rroductum. Prima pars ibi: licet. Secunda pars ibi: & ita. Tertia pars ibi: & quando. Quarta pars ibi: dominus tenet. Quinta pars ibi, nam & eandem. Sexta pars ibi: & quamuis. Casus. Liber homo potest se cōstituere asscriptitium, & per simplicem pactio- nem potest se facere hominem alterius & illi facere homagium. Et datur in isto capitulo. forma qualiter fit illud homagium: & dominus debet esse fidelis suo vasallo: quia eandem fidelitatem debet suo vasallo, quam vasallus ipsi domino, et tenetur illum iuuare, & defendere ab inimicis suis: & quod homagium vsu diuturno Cathalonie fuit introducitur, non iure civili: & quod consuetudo legem imitatur. hoc dicit. Collige notabilia. † Not. primò quod liber homo de iure Romano non potest per simplicem pactio- nem, nec etiam per confessionem, se facere seruum alterius: ut est text. in l. si liberis. & in l. nec si volens. C. de liber. cau. cum concord. in gloss. Not. secundò quod liber homo potest grauare suam conditionem, scilicet per pactio- nem, interueniente scriptura: quia potest se alterius constituere asscriptitium. Concord. l. cum scimus. C. de agrico. & cen. libro vndecimo. † Nota tertio quod liber homo per simplicem pactio- nem potest se constituere hominem alicuius. Super hoc vide Bald. in l. fin. capitulo. de transact. & in dicta l. nec si volens. & per Gamba. in d. l. cum scimus. Spec. titulus. de feud. §. quoniam. verficu. primo. & vide quæ dicam. j. in quarta oppo. Not. quartò modum concipiendi stipulationem quando aliquis se facit hominem alterius. Concor. Specu. in dicto versu. Not. quintò formam faciendi homagium. adde Specula. in dicto versiculo primo. & quæ latius dixi supra in capitulo. duplex. in prima quaestione. † Not. sextò quod dominus osculatur vasallum, in signum quod sibi fidelis esse debet: quia eandem fidelitatem debet dominus vasallo suo, quam vasallus ipsi domino. Concor. in feud. de for. fide. capi. primo. & vigesima secunda quaestione vltima. capitulo. de forma. & Specula. titulo de feud. post princip. Et pro hoc fa-

cit vsatic. cunctum malum. aliis si dominus dictam fidem vasallo non seruaret, malefidus iudicabitur: vt in dicto capitulo primo. in fin. & ibi Bald. ¶ Nota septimò quòd dominus tenetur iuuare & defendere vasallum ab inimicis. Concord. gloss. & ibi Bald. hic fin. lex Frederic. deinde incipit consuetudo regis. capit. contra omnes.

Nota octauò quòd homagium non est introductum de iure ciuili, aut Romano, sed de iure canonico, & consuetudinario. Concord. vsatic. iudicia. & Specul. vbi supra, versicul. secundo. & vigesimo octauo. & quælatius scripsi supra, in capitulo duplex. Nota nonò quòd consuetudo legem imitatur. vide gloss. in capitulo ceterum. de testibus cogendis. in verbo consuetudo. Nota decimò & vltimò quòd pacta seruanda sunt. Concordat lex prima. ff. de pactis. & vsatic. commune. & conuenientia, maximè in feudis, vt dicit Bald. in feud. si vasallus feud. priuetur. & infra capitulo si aliquis habet. etiam quòd sit contra naturam feudi, vt scripsi supra, in capitulo. si autem. vbi multa de hoc dixi. Expone literam. Licet, id est, quamuis. De iure Romano. Quot modis dicatur ius, vide Ioan. Mona. in capitu. cupientes. de elect. libro sexto. & non sine causa vel ministerio adiecta est dictio Romano: quia si simpliciter dixisset de iure, non solum intelligeretur de iure communi, sed etiam de iure municipal. & consuetudinario: vt est gloss. in proœ. clemen. in verbo iuris. & per gl. de ori. iur. & latius per Ludouic. in l. post dotem. ff. soluto matrimonio. & Nicol. in capitulo primo. vt lite pendens. & in capitulo tertio. de restit. spolia. & in rubric. de consuetud. & Andræ. de Sicil. in capitu. meminimus. de appel. & in cap. nouit. eodem titulo. ¶ Et appellatione iuris Romani hic intelligitur de ciuili. Et ita declaratur infra, in hoc capitulo ibi: de iure Romano, siue ciuili. Nam verbum ambiguum in oratione positum declaratur ex vicinitate alterius verbi, secundum Ludouicum. in l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio. in quadragesima tertia fallent. versiculo decimotertio. Leges enim seculares appellamus iura ciuilia, secundum Nicolaum in capit. cum à nob. de testibus. Adde Ioannem Andræ. in rubrica de regulis iuris. vbi dicit quòd ius habet diuersa significata. Liber homo.

Quatuor enim sunt genera liberorum vt not. gloss. institutio. de iure persona §. final. in verbo Multa. Seruum. Quis dicatur seruus, vide in dicto titulo. de iure perso. per totum. & ibi Angelus Arelinus in iure, id est, in iudicio. Et pro hoc l. prima. C. de confes. Aliquis: scilicet liber homo. Grauari, id est, præiudicare. Asscriptitium. ¶ Dicitur asscriptitius, qui per scripturam solo scriptus est, id est, conscriptus, quasi asscriptitius, id est, ad solum per scripturam scriptus, secundum Rosfr. in libel. iuris ciuili. de offic. iudic. Quo. sub. colono, vel vasallo, si dominus debeat vltra exigere. Angel. Are. institut. de iure perso. dicit quòd asscriptitius dicitur, qui ascribitur terræ, confitendo se esse asscriptitium, & dicat ibi velle morari, & per consequens nolle inde recedere. Quod est verum, si aliquod aliud adminiculum huiusmodi confessioni, & scripturæ accedat: vt quia sic se fecit describi in libro censuum, vel alijs iudicijs: vt habetur in l. cum scimus. C. de agricol. & censitis. Item asscriptitius præstat domino incertam annuam pensionem: vt not. in l. secunda. in quibus causis colo. cens. domi. secundum Angelum vbi supra. Alicuius nobilis. supple vel alterius. Stipulatio. ¶ Stipulor idem est, quod interrogo: & inde stipulatus idem est, quod interrogatus: vt institut. quibus modis toll. obliga. & prætereà. gloss. super verbo Stipulatus. vide Bartol. in l. prima. ff. de verborum obligationibus. vbi latius tractat quid est stipulatio, & quare dicatur. Versa vice, id est, e contrario. Ab inimicis. supple ipsius domini, vel verius ipsius vasalli. Pro posse suo.

¶ Nota verbum quòd impotentia excusat, à contrario sensu. Ita dicit Baldus. de noua fide. for. in verbo, sicut potero. Adde eundem Bald. de feu. sine culpa non amit. §. si quis. & vide quæ dixi supra capitulo proximo. circa finem. in iure suo. Ergo à contrario sensu si non habet ius, non tenetur eum defendere. Vide quæ dicam infra, in quæstionibus. De iure Romano, seu ciuili. Secus enim est de iure canonico, vt dixi supra, in capitulo duplex. ideo noluit dicere simpliciter de iure: sed adiecit dictionem Romanum, seu ciuile: quia si simpliciter dixisset de iure, quod liber ius tam canonicum, quæ ciuile, municipale, & consuetudinarium amplecteretur, vt dixi supra. & sic non bene

bene dixisset, cum per aliud ius, quam ius ciuile, homagium introducit. Vsu diuturno. vide l. si quis diuturno. ff. si seruitus vendice. vbi habetur quòd tempus requiratur ad istum vsu diuturnum. Vide Gemina. in capitu. primo. de consuetu. libro sexto. & Ludouic. in l. post dotem. ff. solu. matrimo. vbi dicunt ¶ quòd appellatione consuetudinis comprehenditur etiam vsus seruatus tanto tempore, quòd eius initij memoria non existit. Introductum. subaudi. & etiam de iure canonico, vt dixi supra in octauo notabili. & in capitulo duplex. imitatur. id est, sequitur, vel assimilatur. Custodienda. id est, seruanda. Oppon. primò, quòd liber homo potest se facere seruum alterius, vt est text. institut. de iure persona. §. serui. Solutio. Seruus potest fieri quatuor concurrentibus, quæ notantur ibi in glossa. in verbo Maior. & in glossa. in l. in seruorum. ff. de statu hominum. hic vero quòd fit per simplicem pactionem, aut confessionem: quia tunc fieri non potest, vt hic, & l. liberi. & l. nec si volens. C. de libera. cau. ¶ Oppo. secundò, quòd liber homo non potest se constituere asscriptitium per pactionem sola interueniente scriptura, ideo requiruntur primò vltra publicam scripturam continentem quòd homo liber promittat expressim domino soli, quòd nunquam à solo recedat: vt est text. in l. cum scimus. & l. colonos. C. de agrico. & cens. quòd post talem scripturam interueniat alia scriptura, in qua confiteatur se asscriptitium esse: vt dicta l. cum scimus §. primo. Non enim sola scriptura sufficit, nec sola confessio, nec aliud adminiculum, nisi illa duo prædicta interueniant: vt in prædicta lege. Quoties enim plura desiderantur ad constitutionem alterius, alterum interuenire non sufficit: vt ff. ex quibus causis in possessio. ea. l. Fulcinius. in fine. j. colum. vt ista notantur per Rosfr. vbi supra. Solut. Intelligo istum textum, secundum ipsam legem, cum scimus. hoc est, quòd binæ scripturæ interueniant secundum illam legem, vt iura iuribus concordentur. capitul. cum expediat. de electio. libro sexto. Vel dic quòd illud est de rigore iuris ciuili, hic vero iure consuetudinario fuit introductum, quòd liber homo per pactionem cum interuentu scripturæ se constituat as-

scriptitium: & sic per istud ius consuetudinarium, tanquam posterius, derogatum est ipsi iuri communi requirenti binas scripturas, secundum Angelum in l. de quibus. ff. de legi. Sed contra hoc tertio opponitur de dicta l. lex si liberis. vbi habetur quòd liberi priuatis, scilicet pactionibus mutare conditionem non possunt. & l. nec si volens. vbi legitur quòd nec si volens scripsisti te seruum meum libertum, nullum præiudicium iuri tuo comparasti. Itè in eodem titulo. l. interrogata. & professã apud acta quòd sit ancilla, quæ est libera, nil sibi præiudicat. Hoc idem in eodem titulo. l. si liberis. Item libertas res est fauorabilis, vt dicit regula iuris. ff. de regulis iuris. l. libertas. Itè prætores fauent libertatibus. vt ff. de ali. mu. iudi. cau. fac. l. iij. Quælibet faueant, legitur. ff. de re iudicata. l. inter pares. ¶ Item cum libertas sit de iure naturali, quomodo tali figmento iuris ciuili, aut consuetudinis tollatur: cum ius naturale sit immutabile: vt institutio. de iure naturali gentium & ciuili. §. penultimo. nec aliquo pacto, aut consuetudine, aut per quæpiam tolli potest. clemen. pastoralis. de re iudicata. & capitulo vltimo. de consuetu. ibi: naturalis iuri. Item homines liberi detrahi ad deteriorem fortunam non debent: vt C. de agricolis & censitis. l. cum scimus. Solutio. Ad omnia supra dicta, quæ opponuntur, Iustinianus conditor illius l. cum scimus. longè antè præiudic. etiam in l. illa: & non dicit per ista talia fieri seruum illum, qui liber est, sed fieri asscriptitium. Et sic cum omnia iura allegata loquantur, quando liber facit aliquè actum, qui sit contrarius libertati, vt est quando liber homo fit seruus, meritò non obstant quin asscriptitius modo & forma prædictis possit fieri asscriptitius, cum asscriptitius non sit seruus, vt dicit Rosfr. vbi supra. Adde glo. institut. de iure personarum. ¶ Quòd asscriptitius, & censitus sunt homines liberi, idè notat gloss. in l. tertia. ff. de statu hominum. & in l. ne diutius. & in l. quemadmodum. C. de agricolis & cens. & in l. secunda. C. in quibus causis colo. cen. Et ita communiter tenetur, & tenet Bartol. in dicta l. iij. & vide glossam in capitulo secundo, de iudicis, iuncta textui in verbo Sint liberi. Vel dic quòd omnes dictæ leges allegatæ lo-

quantur vel in sola scriptura, vel in sola confessione: hinc autem non modò est scriptura, in qua confitetur se esse ascriptitium, sed etiam pactio. Et sic duplex finis difficilè rumpitur, argumento capitul. primi. de treug. & pa. Et geminatio multum operatur. ¶ Nam verba enuntiativa geminata quo ad contractus, dispositionem inducunt, secundum Bartolum in dicta. l. cum scimus. §. fin autem. & Ludouic. in consilijs, consilio sexagesimo quinto. Et ex duplici pacto oritur actio, secundum Mathesi. in trigesimo septimo nota. Naturalis enim obligatio geminata producit actionem, secundum Ludouicum in l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimonio. in trigesima prima fallentia. versiculo nono. Item si mulier geminavit consensum intercessionis, non iuuatur Velleiano: vt l. si mulier. la vltima. C. ad Velleia. Item consensus mulieris geminatus validat alienationem rei dotalis factam per maritum: vt in authent. siue à me. C. eod. Item bina confessio extraiudicialis æquipollet iudiciali, secundum Bartolum in dicta. l. cum scimus. & Nicola. in capitul. per tuas. de arbitris.

14 ¶ Item si est confessio de recepto geminata non potest opponi exceptio non numerata pecuniã, vt dicit Ludouicus vbi supra, versiculo octauo. vide eum ibi in contrarium allegantem. Et adde hinc multa, quæ ibi dixit de actu geminato. & Andra. de Sicil. in capitulo. & si Christus. de iureiurando. Et pro prædictis facit quòd in dubio transactio interpolata super statu tenet: vt l. vltima. C. de transactio. & sic concludit quòd liber homo bene potest fieri ascriptitius, sicut dictum est: & confessio multum operatur in hoc contra eum, sicut alias. C. de libe. caus. l. iubemus. Nec etiam obstant leges allegatæ quòd liber homo non possit fieri seruus: quod verum est, vt superius dixi in prima oppo. illis modis: alio tamen modo sic, si patitur se venundari ad pretium participandum: vt instituit de iure persona. sic ff. de liber. caus. l. libera. non ideo liber factus ascriptitius sic seruus videatur, nec propterea ius naturale tollatur, licet ista subito patiat. Oppo.

15 quartò, ¶ quòd aliquis non possit fieri homo alterius, vt tenet Petr. Iacob. in libel. titulo de præiudic. in rem actio. pluribus rationibus, motiuis, ac fundamentis per eum ibi factis. Idem tenet Baldus in l. finali. C. de transactio. vbi dicit quòd nec paciscendo. nec consentiendo potest effici homo alterius. Et allegat dicta. l. nec si volens. & in l. liberos. C. de liber. caus. dicit quòd nec ex confessione aut voluntate potest quis effici vasallus. Solut. Fateor contrarium in loco, vbi non sit consuetudo: sed si consuetudo esset, tunc secus, vt hinc. Et ita tenet ipsemet Petr. Iacob. ibi circa finem. vbi dicit quòd si aliqua consuetudo de his sit in aliquo loco, illa seruetur. Et pro hoc dictum Specul. vbi supra, versiculo primo. vbi expresse tenet quòd hinc dicitur. Et credo istam consuetudinem ab eius dicto originem traxisse. Et pro hoc etiam facit, quia licet multa iura allegentur per dictum Petrum Iacob. in contrarium, attamen nullum est merè ius posituum, quod consuetudine mutari non possit, vt tenet Baldus de prohibitio. feudali aliena. per Frederic. §. præterea. Vel dic quòd solo pacto, vel sola voluntate homo liber non potest effici homo alterius. Et ita loquuntur dictæ leges, nec si volens. & l. liberos. sed per pacem, & confessionem cum interuentu scripturæ secus, vt hinc. Vide quæ dixi infra capitulo nullus. in secunda quæstione.

17 Opponi. quintò, quòd pactum non sit seruandum: vt iuris gentium. §. ob maleficium. ff. de pact. Solutio. Vbi pactum, vel obligatio sit ob maleficium, tale pactum, aut obligatio non valet, vt ibi: secus quando non sit propter maleficium. Et ita loquitur hinc. Adde supra, capitul. si autem. circa finem. vbi de materia huius oppositionis dixi. Vel dic quòd tunc pactum est seruandum, quando neque dolo malo, neque aduersus leges, plebiscita, senatus consulta, decreta, edicta principum, neque quo fraus antequam fiat factum est: quia tunc pactum seruandum est. Et ita loquitur hinc, & est text. in dicta l. iuris gentium. §. prætor ait. Secus quoties pactum à iure communi remotum est, vt in contrario. & est text. ibi. §. & generaliter. Nam huiusmodi capitul. recipit interpretationem examinatiuam, & declaratiuam à iure communi, secundum not. per Bartolum in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. Expeditis contrarijs, veniamus ad quæstiones.

nes. Quæro primò iuxta textum vbi dicitur quòd eandem fidelitatem debet dominus vasallo suo, quàm vasallus domino suo: & de hoc est casus in lib. feud. titul. de forma fidelitatis, capit. vno. ibi: dominus quoque. vbi Bald. dicit ¶ quòd vasallus poterit diffidare dominum suum, si malè fidus erit: an patietur dominus aliam poenam? Respondeo vtique talem, qualem vasallus id est, si vasallus priuaretur feudo, & dominus proprietate: vt in feud. qua. domi. proprie. feud. priue. capit. vno. & ibi Bald. & est gloss. in capit. primo. de forma fidelitatis. Adde Pet. Iacob. in feud. tit. ex quibus causis domi. feud. proprie. amittere debet. vbi dicit quòd si dominus denegat iustitiam vasallo, quòd debet amittere feudum. Et nota. in libro feud. quid sit inuest. §. quòd si iurare. & quæ sit prima caus. benefi. amittent. §. illud. Item si vasallum petentem non inuestiuit intra tempus legitimum: vt nota. per quos fiat inuest. §. fin. Item si committat feloniam, ex qua vasallus amitteret feudum: vt in dicto capit. qua. domi. proprie. feud. priue. & si de feud. controuer. fuer. capitul. domino. Item priuaretur proprietate si guerram facit vasallo iniuste: vt hinc finit lex Frederic. deinde incip. consuetudo regni. Vide super hoc vsatic. cunctum malum. vbi habetur quòd si præcedant fatigatio directi, & acuydamentum, tunc possunt se vnus alterum guerrificare: & tunc non incurrit poenam amissionis feudi. Et pro hoc facit verbum iniuste, supra positum. & facit vsatic. omnes homines postquam. vbi est dictio omnes, & sic includit dominum, & vasallum: quia qui omne dicit nil excludit. l. à procuratore. C. man. Adde vsatic. si quis dixerit se fatigatum. Not. tamen quòd si vasallus requisitus à domino suo recuset tradere potestatem, vel firmare directum, non requiritur acuydamentum: ideo sine hoc dominus potest damnificare hominem suum. Et ita fuit determinatum per dominum regem in processu, quem fecit contra regem Maioricarum, qui recusauit directum firmare in posse domini regis. Et ita refert Arnaldus de Moraria, & Gulielmus de vallsicha in vsatic. cunctum malum. Sed Gulielmus Praprositi intelligit istud dictum quo ad bona, quæ vasallus detineret à domino in feudum, quod di-

ctum fortè non est verum, cum nimis restringeret declarationem supra recitatam, & facultatem domini, quam habet contra eius vasallum recusantem tradere potestatem, & firmare directum. Nam eo ipso quòd aliquis ratione feudi est vasallus alicuius, statim omnia bona illius vasalli sunt subiecta ipsi domino: vt j. capitul. si aliquis habet. Dictum verò Guliel. Praprositi posset verificari in bonis, quæ ipse vasallus haberet ab alijs in feudum, argumento dicti capituli si aliquis habet. ¶ Sed quid si baro acuydauit dominum regem, an dominus rex sine acuydamento alio ex parte sua fiendo poterit inferre damnum dicto baroni? Videtur quòd sic, per l. hostes. ff. de capti. & postli. reuer. vbi sufficit indictio belli ab vna parte. Sed dic contra per dictum vsaticum cunctum malum. & ita dicit Iacobus de Monteuda. in additio. dicti vsatici se obtinuisse. Et quod dixi supra referendo Bald. dicentem vasallum posse diffidare dominum suum, vide vsatic. Item constituerunt: & vsatic. si quis dixerit. & vsatic. qui ira ductus. & in vsatic. qui senio rem. & j. capit. isti sunt. §. octauo. in quibus iuribus habetur de diffidamento senioris. Et quando potest, vel non potest acuydari, adde latius Gulielmum de vallsicha in vsatic. cunctum malum. & Hostiens. & Ioannem Andream in capit. pro humani. in verbo diffidatus. de homic. libro sexto. De desmentimento quòd vasallus facit domino suo, vide vsatic. si quis seniore suum despexerit. & adde vsatic. per bonum. ex quo vsatic. colligitur quòd dominus non potest esse iudex de iniuria per vasallum sibi facta. intelligo quo ad personam. Et adde ea, quæ superius dixi de diffidamento facto contra dominum per vasallum, vide quæ scripsi supra in capit. domino defuncto. Sed quæro, quid si dominus est priuatus dominio feudi propter crimen, an suus olim vasallus adstringatur dicto vsatico per bonum. an verò possit personam domini sine metu dicti vsatici. inuadere? Et intelligo datis diffidamentis: alias non haberet dubium, quoniam puniretur, licet non in forma dicti vsatici. Et videtur quòd non adstringatur iste olim vasallus per dictum vsatic. pro quo l. fin. ff. de decu. & ibi not. & de quæstio. l. prima. §. item Corne-

lio. Ad idem facit quod not. Ioan. Andr. de elect. capitul. venerabili. Non obstat in feud. titu. de vafal. qui contra constitutio. Loth. feud. aliena. capitul. vno. Et ita concordarunt Arnaldus de Moraria Vincen. Petrus des Pens, Bertrandus de Ceua, Iacob. de Monte iud. Iacobus Matthæi, Stephanus de Roda, Petrus de Reuira, Petrus de Palatio, & Franciscus de Podio; vt refert Iacob. Merquilles in dicto vfatice, per bonum. Adde quæ dixi supra, in capitul. duplex. & in capitul. domino defuncto.

20 & in capit. postquam. ¶ Item dominus priuatur feudo, si vocatus per curiam sit contumax, cum de eo vafallus conqueretur: vt de vafallo mili. qui contum. est. in fin. & ibi nota. Item priuatur proprietate ex causis, ex quibus vafallus amitteret feudum, veniendo contra sacramentum fidelitatis: quia in illis vicem dominus reddere debet vafallo: vt de for. fide. in fin. & vigesima secunda quaestione quinta. capitul. de forma. §. penulti. Item domino non seruanti fidem vafallus fidelitatem iuramenti seruare non

21 tenetur: vt not. de for. fid. ¶ Quæro, vtrum dominus teneatur iuuare vafallum contra eius fratrem, & filium, ac etiam contra alios? Respondeo, sic ex eo quia in his debet dominus vafallo inuicem reddere, quæ vafallus tenetur præstare domino: vt est notabilis gloss. in feud. hic fin. lex Frederic. de inde incip. consuetud. reg. §. contra omnes. circa finem. Sed in Cathalonia vafallus non tenetur iuuare dominum contra dictas personas: vt scripsi supra, in capitul. duplex. in quinta opp. Ita dicamus in domino quod contra eas vafallum iuuare non teneatur: quia à paritate iudicantur, argumento dicti vfatice, cunctum malum. & de for. fid. §. fin. Intelligamus ergo dictum iuuamen, quod dominus tenetur facere vafallo secundum quod vafallus illud eidem domino facere tenetur, iuxta per me scripta in dicta oppositio. quia in correlatiuis eadem est ratio, vt latius scripsi supra, in cap. si petita: & quod dixi superius in verbo in iure, quod dominus contra ius non tenetur iuuare vafallum, sumendo argumentum à contrario sensu. Pro hac decisione vide quæ de vafallo dixi supra, in cap. si aliquis est homo. §. sed super his. & §. est tertius casus. quia, vt dixi, eodem modo, quo vafallus dominum iuuare tenetur, illo modo dominus auxilium

ipsi vafallo impendere tenetur, iuxta dictam

22 gloss. ipsius. §. contra omnes. ¶ Quæro, si vafallus fuerit iudex, vel officialis iurisdictionis, cuius est districtualis dominus, numquid poterit dominum, si delinquat, impune corporaliter punire? Iacob. Merquilles in dicto vfatice, cunctum malum. dicit quod sic, etiam seipsum defendendo. Allegat. ff. de reli. & sumpti. fu. l. minimè. & ita dicit quod not. per Archid. in simili, in prædicto cap. de forma. Quæro, an sit differentia inter seruum, & adscriptitium? Et dico quod in aliquibus conueniunt, & in aliquibus disconueniunt. ¶ Conueniunt autem sicut seruus est in potestate domini, ita & adscriptitius. Item sicut dominus potest vendere seruum cum peculio, ita adscriptitium cum terra: vt in l. ne diutius. C. de agricol. & cen. & argument. in quibus caus. coloñ. cenli. l. vltima. Disconueniunt autem, quia seruus potest vendi cum peculio, & sine peculio: vt in prædicta. l. ne diutius. & ff. de contrahenda emptione. l. quoties. adscriptitius enim nunquam venderetur sine terra: vt C. de agricol. & cenli. l. ij. Item seruus potest esse quis, & sine peculio, adscriptitius nunquam est sine terra: vt C. eodem titul. l. cum scimus. & l. ij. Item & si seruus habet peculium, potest esse sine eo, & ab eo recedere: vt l. colonos. C. eodem titul. Item adscriptitio succedit soboles: vt C. eod. titul. l. vltima. seruo non: vt C. commu. de suc. l. seruus. Item adscriptitius testatur: vt C. de episcop. & cleric. l. si quis presbyter. seruus autem non: vt ff. qui test. fa. pos. l. ad testamentum. §. seruus. intellige tamen quod adscriptitius testatur de suo, non de his, quæ habet à domino: vt in prædicta. l. si quis presbyter. non tamen adscriptitius potest alienare: vt l. vlti. C. in quibus cau. colo. ¶ Item adscriptitius & cenliti agunt contra dominos, & eos accusant de publicis casibus, si suam, suorumque iniuriam prosequuntur: vt C. in quibus causis colo. l. prima, & vltima. & serui non, nisi in casibus: vt ff. de iud. l. vix. & in seruum non cadit iniuria: vt instit. de iniur. & ff. eodem titulo. l. nisi. An autem adscriptitius possit vendere, permutare, dotare, & donare, ac matrimonium contrahere, & se clericari, vide Rosfr. vbi supra, & glo. institu. de iure perso. §. seruitus. in verbo seruitu. & quod dixi de clericatu, vide

23

24

text.

text. in authent. posita super l. iubemus. C. de episcop. & cleri. & in authent. de sanc. epi. §. adscriptitios. Et pro hoc facit an homo meus possit tonsurari. ¶ Quæro, an adscriptitius ex prima scriptura constituatur adscriptitius, an per secundam? Et dico quod per vtranque scripturam: & non ante quis fiat adscriptitius secundum Rosfr. vbi supra. Et sic not. hic vnum casum, in quo requiritur scriptura. Alium habes infra cap. proximo. In versic. per promissionem. Alios autem habes. in c. j. de cen. libr. vj. Quæro

26 an adscriptitij veniant appellatione bonorum. Andr. de Sicil. in c. cum non liceat. de præscrip. referendo Lud. dicentem, quidam vendidit curiam suam, & bona sua ibi existentia, cum suis attinentijs: dubitatur an comprehenderentur nepotes ipsius venditoris, qui erant adscriptitij illius curiæ. Et consuluit quod veniunt appellatione bonorum: quia etiam appellatione bonorum includuntur subditi. Allegat casum singularē in l. talem. §. si. ff. de her. insti. quæ ad hoc pōderat Bal. & primò Guliel. de Cug. & sequitur ipse Bal. in l. si. de sta. ho. vide latè Lud. in d. §. si.

Utrum homagium possit præscribi: & quibus modis acquiratur homagium?



Homagium potest præscribi, si per triginta annos aliquis nobilis recipit seruitia ab aliquo: quæ seruitia homines solidi, seu coloni exhibent: tunc præscribit ille nobilis in illo homagium. nam sicut conditio coloni præscribitur per triginta annos, sic & homagium potest præscribi per triginta annos. Verum tamen si aliquis per decem vel viginti annos præscribit seruitia alteri nobili, tanquam homo suus solidus, & dictus homo, qui tanto

tempore seruitia præstitit, denegat se solidum ipsius nobilis esse: tunc poterit ipse nobilis dicere causam interuenisse, sic dicendo: iuuenis tuus meus homo, per stipulationem mihi promisisti facere seruitia, quæ homines solidi facere debent dominis suis: quia non est verisimile quod tanto tempore præstitisses seruitia mihi, nisi causa homagij interuenisset. Et ita ex cursu temporis inducetur causæ præsumptio. Cauere tamen debet iste nobilis, qui talia dicit, ne faciat contra calumniæ iuramentum. Sed istud est diligentissimè attendendum, quod spatium decem, vel viginti annorum, vel etiam triginta, vel quadraginta annorum non potest præscribi liber homo: quia talis præscriptio non habet locum contra liberum hominem, nisi præcedente titulo, vt supra proximè dictum est. Ex quibus satis liquet, quod duobus modis acquiratur homagium, videlicet per præscriptionem, vel per promissionem. Per præscriptionem longissimi triginta, vel quadraginta annorum. Et hoc verum est, si illo tempore recepit ab eo seruitia tanquam à domino suo: nam si recepit tanquam ab amico suo, non præscribitur. Et per promissionem etiam præscribitur, interueniente scriptura, siue stipulatione. Nec est de consuetudine curandum, vtrum in promissione facienda causa interueniat, vel non: nam quamuis causa non interueniat valet tamen cum effectu promissio, interueniente stipulatione. Causa quoque interuenit, quando dicitur in promissione, Ideo constituo me

tuum hominem, quia tu dedisti mihi tale feudum: vel, vt tu me defendas in iure meo à talibus meis aduersarijs, vel in emēdam iniuriæ, quam dicis me tibi intulisse.

S V M M A R I V M.

- 1 Homagium qualiter, & quanto tempore præscribitur.
- 2 Colonus annis triginta præscribi potest.
- 3 Homo solidus qualiter possit probari.
- 4 Iuramentum calumnie à domino præstari debet in causa, quam habet cum homine suo. i. o. Liber homo triginta uel quadraginta annis præscribitur.
- 5 Homagium duobus acquiritur modis.
- 6 Homagium an ex quavis causa fieri possit. Per dictio temporis denotat perfectionem.
- 7 Rusticus uasallo habere potest.
- 8 Præstatio longa præsupponit causam.
- 9 Præstatio una quando sufficiat, & quando triennalis.
- 10 Iuramentum calumnie in omnibus causis tam ab actore quam à reo præstari debet.
- 11 Dominus an à uasallo calumnie iuramentum possit exigere.
- 12 Vasallus in causa, quam habet contra dominum an teneatur iurare de calumnia.
- 13 Homo liber nullo unquam tempore præscribitur.
- 14 Sacerdotium non præscribit non sacerdos.
- 15 Præstatio longissima quid operetur.
- 16 Seruitium qualiter cognoscatur præstitum ex liberalitate, & non ui obligationis.
- 17 Liberalitas in quibus actibus non præsumatur.
- 18 Seruitium tanto tempore præstitum cuius initij memoria non extat, an dicatur præscriptum.
- 19 Iudex an ex officio possit exigere iuramentum à domino.



Homagium. Diuide istud capitulum in septem partes. In prima parte dicit qualiter homagium potest præscribi. In secunda parte dicit qualiter conditio coloni præscribatur. In tertia parte dicit qualiter per præstationem seruitiorum præsumatur aliquem esse hominem solidum. In quarta parte dicit qualiter dominus cauere debet ne faciat contra calumnie iuramentum. In quinta parte dicit, an liber homo possit præscribi. In sexta parte

dicit qualiter homagium potest acquiri. In septima & vltima parte dicit quod non est curandum an in homagio causa interueniat. Prima pars incipit ibi: homagium. Secunda pars ibi: nam sicut. Tertia pars ibi: verumtamen. Quarta pars ibi: cauere. Quinta pars ibi: sed istud. Sexta pars ibi: ex quibus. Septima pars ibi: nec tamen. Casus. Liber homo longo, aut longissimo tempore præscribi non potest: licet secus sit in colono, qui præscribitur per triginta annos: & etiam in homagio, quia homagium potest acquiri per præscriptionem longissimi temporis, si ab eo tempore seruitia sunt præstita tãquam ab homine suo, non tamen tanquam ab amico: quia præsumitur causam interuenisse ex ipsa longa præstatione, cum non sit verisimile tanto tempore illa seruitia præstitisse, nisi homagium interuenisset: & etiam potest acquiri per promissionem, interueniente scriptura, siue stipulatione: nec in ista promissione requiritur causa, quia non est de essentia homagij: potest tamen interuenire causa in ipso homagio, secundum posita hinc exempla. hoc dicit. Collige notabilia. ¶ Nota primo quod homagium potest præscribi si per triginta annos seruitia sunt præstita, quæ homines solidi exhibere sunt soliti. Concord. Specul. in titulo. de feud. §. quoniam. versiculo tertio. à quo sumpta fuit hæc consuetudo. & Ioan. de Blanof. instit. de actio. §. præiudiciales. & de præscriptione seruitiorum. supra capitulum. vasallus. & quæ ibi scripsi. Et pro hoc facit in feud. si de feud. defunct. §. si quis per triginta. vbi Bald. dicit quod dominus præscribit ius petendi seruitium. ¶ Nota secundo quod colonus præscribitur triginta annis. Concord. text. C. de agricol. & censi. l. cum factis. §. cum autem. & extra de iudæ. capitulum secundo. De hoc vide Rosfred. in libel. titulo de colo. conditionalibus. & ibi ponit differentiam inter istos colonos, & ascriptitios: de quibus ascriptitijs scripsi capitulum proximo. Nota tertio, quod ad probandum quod aliquis sit homo solidus, sufficit probare quod dictus homo præstitit seruitia longo tempore, & causa allegata iuxta formam hinc traditam: ex cursu temporis inducitur causa præsumptio. Concordat Speculator vbi

vbi supra. Et pro hac materia vide Cynum, Bald. & Angel. in repeti. in l. si certis annis. C. de pact. & Bald. in l. prima. C. de fidei commiss. in lectura noua, & antiqua. & Bartol. in repetitio. l. cum de in rem verso. ff. de vsucap. Ioan. de Imol. & Ludouic. in l. prima. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. Specul. de restitutio. spolia. §. penulti. Hostien. in summa titul. de præscripti. §. quarto. Ioann. Andræ. & Anto. de Butri. in capitu. peruenit. de censibus. Bald. in feud. quid sit inuesti. §. si verò. Angel. de Areti. institut. de rerum diui. §. patronum. & de interd. in princip. & quia in dictis locis fuit latius per dictos doctores tractata ista materia, sufficit tibi remissio. ¶ Nota quarto, quod dominus debet præstare calumnie iuramentum in causa, quam habet cum homine suo. De hoc latius scribam infra, in quinta oppositio. Not. quinto, quod liber homo non potest præscribi triginta, vel quadraginta annorum spatio. Concor. de cimasexta quæstione tertia. §. potest. & §. quod si priuatus, cum §. seq. & est gloss. in capitu. cum non liceat. extra de præscript. & ibi Andræ. de Sicil. & Ludouic. in l. vsu capionem. ff. de vsucap. quod intellige vt efficiatur seruus: sed præscribitur interdum vt efficiatur ascriptitius: vt not. in dicto capitulo secundo. de iudæ. & l. fina. C. de præscrip. tempo. quæ pro liber. vbi text. dicit quod si per quadraginta annos seruiisset, non propter hoc liber homo efficitur seruus. Qui modus loquendi non est alibi, secundum Angelum. sed iuxta formam capitulum supra proximi, & quæ ibi scripsi, bene posset præscribi contra liberum hominem. ¶ Nota sexto, quod homagium duobus modis hinc contentis acquiritur. Nota septimo, quod non requiritur causa, quando aliquis se facit hominem alterius. Concord. Specul. vbi supra, versiculo quarto. Nota octauo, quod aliquando aliquis se constituit hominem alterius aliqua causa expressa in ipsa promissione, iuxta exempla hinc posita. Nota nono, & vltimo, quod homagium potest fieri regulariter ex quacunque causa. Fallit iuxta per me scripta supra in capitulo duplex. & adde infra capitulo habito. Expone litteram. Si per triginta annos. Dicitio Per, denotat temporis perfectionem: vt ff. de ver-

borum signification. l. Urbana. §. pernoctare. Item actus continuationem, secundum Baldum in feud. si de feud. defunct. mi. §. si quis per triginta. vbi querit quomodo probabitur ista continuatio. Aliquis nobilis. supple idem, si alter, quam nobilis, etiam deterioris conditionis: quia hinc causa exempli dictum fuit de nobili: & exempla non restringunt regulam. Bartol. in l. in quorum. ff. de pigno. & Ludouic. in l. damni. ff. de damno infecto. ¶ Nam etiam rusticus potest habere vasallos, vt dicit Bald. qui feud. dare possunt. §. capitanei: & de lege Cora. §. ex eadem. Exhibent, id est, faciunt, aut præstant. Coloni subaudi, conditionalis, de quo loquitur Rosfred. in libel. titulo. de conditionalibus. non autem de simplicibus, de quibus ipse loquitur in titulo. de colonis, & inquilinis simplicibus. Vide in dictis titulis quæ sit differentia inter eos. Aliquis. De ista dictione dixi supra, in capitulo si aliquis. Annos. De anno vide quæ dixi supra, in capitulo. domino defuncto. Alicui nobili. Idem si alicui alteri, vt dixi supra, in verbo nobilis. Homo suus solidus. Vide vsatic. qui solidus. & quæ dixi supra, in capitulo. duplex. vbi habetur quis dicatur homo solidus. Tanto tempore, scilicet per triginta annos. Causam. scilicet, quæ sequitur. Ex cursu temporis. supple, scilicet triginta annorum. Cauere, id est, obseruare, aut prospicere. Talia, scilicet tu es homo meus, & c. vt supra proxime dictum. vide quæ dixi supra, capitulum proximo. & supra in quinto notabili. Ex quibus. supple supra, narratis. Liqueat, id est, apparet. Et hoc scilicet, quod acquiratur per præscriptionem. Si recipit, scilicet seruitia. Causa. supple propter quam fit homagium. cuius exempla ponuntur hinc in fin. & in capitulo. sequenti. Oppo. primo de l. si certis annis. C. de pact. Solutio. ibi erat præstatio odiosa, & ex pacto nudo, hinc verò ex promissione, interueniente stipulatione. Et vt ista materia tibi liqueat, distingue: quia aliquando allego pactum nudum, & malè ago, nec iuuatur intentio mea tempore, quia malè fundo iudicium: vt dicta, l. si certis. & lege legem. C. de pactis. Aliquando allego minus solennem vltimam voluntatem, hoc in libello exprimendo: & tunc simili-

ter male ago: quia peccat libellus in forma: vt C. de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. quod est verum: sed fallit in casu l. prime. C. de fideicommissis. secundum Baldum ibi in lectura antiqua, Aliquando allego simplicem praestationem: & tunc male ago, quia causam non allego, vt not. ff. de excep. doli. l. secunda. §. circa. Aliquando allego praestationem, & causam, & tamen non solennem, non quod hoc in libello exprimat, sed declaratur ex probationibus, quod non est solennis, tunc regulariter succumbo, non ex defectu formae libelli, sed quia probationes non inferunt in obligatione efficaci. Fallit in dicta. l. prima. cum ibi sit speciale: ergo in contrarium est ius commune. Aliquando allego voluntatem solennem, quam volo probare per longam praestationem: & hoc probato vincam in causa cuiuscumque annui legati, vel debiti: vt l. cum de in rem verso. ff. de vsuc. & ita est hic. nam ex longa praestatione praesumitur solennis promissio earum, si allegetur: vt in dicta. l. primo responso. ¶ Item ex longa praestatione praesumitur causa, & solennitas circa ipsum principale, id est, praesumitur solenne debitum sortis, vt apparet in dicta. l. secundo responso. Oppo. secundo de dicta. l. prima. C. de fideicommissis. vbi praestatio triennis sufficit. Solut. Quod hic dicitur, est generale, ibi est speciale: vt superius dixi, & hoc favore alimentorum, & vltimae voluntatis. Ita dicunt ibi doctores & in dicta. l. si certis annis, Oppo. tertio etiam quod non requiratur nisi vna praestatio: vt in l. secunda. C. de fideicommissis. Solutio. Gloss. ibi soluit pluribus modis: sed vera solutio est, vt dicit Bald. in dicta. l. prima. ¶ quod aut queritur de repetitione soluti: & sufficit vna praestatio non erronea, vt ibi. Aut de petitione non soluti: & tunc si petantur alimenta ex vltima voluntate, requiruntur triennis praestatio: vt in dicta. l. prima. ad quam requiruntur tria, secundum Baldum ibi, cursus triennij, fauor alimentorum, & vltimae voluntatis. Adde quartum, secundum eum, quod etiam requiruntur scientia facti, Scientia autem iuris non requiruntur, nam dicta. l. prima loquitur in muliere, quae praesumitur ius ignorare. Et est ratio, quia pia causa est alimentorum praestatio, argumento. ff. de

conditio. indebi. l. cum his. §. si mulier. Aut de praestatione seruitorum, propter quae aliquis homo constituitur: & tunc requiruntur decem aut viginti anni, vt hic. Aut de alijs praestationibus: & dic idem, vt in dicta. l. cum de in rem verso. Oppo. quarto de eo, quod dicit Specul. in titulo de restitutione spoliatorum. & in titulo de causa possessionis: vbi dicit quod non sufficiunt decem anni, sed requiruntur triginta anni. Et idem dicit Rosfred. in libel. titulo vnde vi. Solut. Quod ipsi dicunt quod requiruntur triginta anni, habet locum in rusticis. Et est ratio: quia praesumitur potius praestare ex simplicitate, quam ex vi obligationis, de qua non apparet. Et idem est in mulieribus, secundum Baldum in feud. quid sit inuesti. §. si vero. sed illud forte in Cathalonia non haberet verum, iure huius consuetudinis obstante, cum sit dictio Aliquis, quae est indefinita, & sic aequipollet vniuersali, vt not. in regula prima. de regulis iuris. libro sexto. & tanquam posterior derogat cuiuscumque iuris communis dispositioni, vt tenet Angel. in l. de quibus. ff. de legibus. Et hanc tenet Baldus in dicta. l. si certis annis. Oppo. quinto ¶ quod dominus in placitis cum vasallo non teneatur praestare iuramentum calumniae: vt in vsatic. omnes homines tam milites, & de consuetud. rec. feud. capitulo primo. §. in quibusdam. Sed hic praesupponitur contrarium. Igitur & c. Solut. aliqui voluerunt dicere quod dictus vsaticus non loquitur de iuramento calumniae, sed de iuramento fidelitatis, quam praestant vasalli dominis: quia licet dominus eandem fidem debeat vasallo, non tamen iurat ei, sed osculatur eundem in signum quod viceversa seruetur fidem: vt supra capit. licet. & hoc tenet Iacob. Aluarotus de for. fid. & Andrae. de Iser. etiam ipse Iacob. de prohib. feud. alie. per Frederic. §. final. & Fran. Raba. in capitulo primo: de feudis. Sed iste intellectus mihi non placet: quia ideo loquitur de iuramento calumniae. Et ita dicit ibi Iacob. de Monteiu. Et pro hoc facit dictio in placitis, ibi posita. Et confirmatur per priuilegium Barchinonae, del. recognouerunt proceres. vbi habetur quod dominus non iurat de calumnia. Quid igitur dicemus ad hoc capitu. ibi: cauere debet, & c. Respondeo,

spondeo quod hic dicitur est consilium, vt habetur in simili in l. si tutor. ff. de sus. tut. & in l. prima. §. recte. ff. quemadmodum vsufruc. caue. Vel dic quod hic ipsa verba ponuntur narratiue: & quando in iure ponitur aliquid causa narrationis, ad iuris dispositionem non debet inferri: vt est gloss. in l. prima. C. quando non pet. par. secundum Ludouicum in l. Caius. ff. soluto matrimonio. & in repet. authent. similiter. C. ad legem falcidiam. versiculo decimo circa vltimas voluntates. Sed contra hoc sexto oppon. de vsatic. ex conuestione. vbi habetur ¶ quod in omnibus causis tam ab actore quam a reo iurari debet de calumnia. Et idem not. Henric. in capitulo primo. de iura. calumniae. Solut. Quod in dicto vsatico omnes. dicitur est speciale in causa, quam dominus habet cum vasallo suo. vsatic. vero ex conuestione. est generalis in alijs causis, vt dicit gloss. ipsius vsatici: & sic dictus vsaticus, ex conuestione. limitatur per dictum vsaticum omnes. Et est ratio, quia in generalibus verbis non veniunt iura feudalia, argumento not. per Baldum, de capitaneo qui curiam vendi. & de prohibition. feud. alienandi. per Fredericum. Sed vterius & septimo oppo. de dicto. §. in quibusdam. ¶ vbi dominus non potest exigere iuramentum calumniae a vasallo suo: alias si exegerit, & ipse cogeretur iurare. Solutio. Quo ad exigendum iuramentum calumniae a domino est derogatum per dictum vsaticum, omnes homines: & per consequens tanquam ius municipale secundum illud, & non secundum ius feudale commune in Cathalonia iudicandum est: & praesertim inter dominos, & vasallos: vt in vsatic. iudicia curiae. & in constitution. regis Ferdinandi. capitu. per tal que les leys. & in constitution. reginae Mariae. c. assats es cosa. ¶ Sed vterius & octavo oppo. quod priuilegio, quod habet dominus quod non tenetur iurare de calumnia, potest vti aduersarius, scilicet vasallus. vt in l. fina. C. de fruc. & lit. expensis. & per regulam. ff. quod quisque iur. Solut. ad dictam l. fin. quod istud priuilegium favore dominorum est introductum: & sic non debet retorqueri in ipsorum odium: vt l. quod favore. C. de legi. & l. si iudex circummento. ff. de mino. Praeterea istud priuilegium

habet solus dominus: & sic non debet fieri extensio: quia priuilegia non recipiunt extensionem, secundum Baldum in l. j. C. de legib. vasallus enim venit de iure communi: vt C. de repu. quae si. in iudic. l. prima. & ideo priuilegiatus est potior. Ad titulum quod quisque iuris. responde quod natura illius tituli est, quod duo requiruntur, scilicet quo ad impetrationem, & quo ad ius iniquum: cum dominus censeatur loco parentis & patroni, quibus remittitur iusiurandum: vt l. iusiurandum & ad pecunias. ff. de iureiuran. Si dicamus quod hoc sit speciale in iudicijs, in quibus debet seruari paritas: statim ego opponam quod patronus non iurat de calumnia, cum liberus iurat. Dic ergo quod ille titulus quod quisque iuris, habet locum per extensionem, non per inuentionem secundum Baldum in dicto. §. in quibusdam. Oppo. nono de l. omnes. C. de praescript. triginta vel quadraginta ann. vbi omne ius quadraginta annorum spatio tollitur. Solut. ibi loquitur in libertate, hic vero in seruitute: & sic casus est diuersus, & non aduersus. Et vide Bald. in l. prima & secunda. C. de praescrip. longi tempo. quae pro libert. Oppo. decimo. de l. eum qui. C. de fun. Respubli. libro vndecimo. Solut. Ibi loquitur in alio casu. Vel speciale est ibi, vt dicit ibi gl. Expeditis contrarijs veniamus ad quaestiones. Et primo quero iuxta textum, vbi dicitur ¶ quod triginta vel quadraginta annis liber homo non praescribitur: quod si ultra quadraginta annos tanquam seruus liber homo teneretur, an praescriberetur eius libertas? Dic quod non: vt est text. in l. final. C. de praescrip. tempo. quae pro liber. vbi fit mentio de sexaginta annis. & gloss. addidit de centum annis. Tu vide gloss. in l. secunda. C. de inge. manu. vbi dicit quod etiam si per mille annos teneretur liber homo, vt seruus, non praescriberetur libertati. Et hanc sequitur Ludouicus in dicta. l. vsucapionem. & Andrae. de Sicil. in capitu. cum non liceat. extra de praescrip. & facit in simili gloss. singularis in l. nemo. ff. de vsucap. pro leg. quae dicit quod vitium spurietatis nunquam praescribitur. Vide quod not. Bald. in l. j. C. de emanci. lib. ¶ de eo, qui per centum annos reputatus est sacerdos, & non erat, vt non praescribat sacerdotium. Tu vide

vide Cynum in l. si certis annis. C. de pact. in nona quaestione. ubi allegat duas glos. in se contrarias, scilicet gl. in l. cum de in rem verso. ff. de vsuc. & aliam illi contrariam in dicta l. secunda. Et pro eorum concordantia dicit quod verum est quod non praescribitur contra libertatem. Et ista est vera gl. in dicta. l. cum de in rem verso. sed si non ex praescriptione petitur, sed petitur ex causa habili, videlicet quod natus est ex ancilla, vel simili causa, & sufficienti: & ad hanc causam probandam inducitur temporis longi coniectura, quo tempore seruiuit: & tunc est vera gloss. dicta. l. secunda. secundum Iacobum de Ra. & Petr. vt ibi refert Cynus. Bald. verò in dicta l. si certis annis.

16 dicit sic. † Ex praedictis apparet quod in quasi seruitute hominum longissima praestatio operatur effectum perpetuum: quia longissimo tempore praescribitur ius quasi reale: vt no. C. de inge. manu. l. praescriptio. sed longum tempus non sufficeret ad inducendam praescriptionem, nec ad probationem in seruitutibus hominum: vt not. in dicta l. cum de in rem verso. quicquid dicat Cynus in dicta nona quaestione secundum Baldum ibi.

17 † Quæro, qualiter cognoscatur quod aliquis homo praestiterit seruitia ex mera liberalitate, & ex causa amicitia, aut ex causa obligationis. Et crederem quod liberalitas mera praesumitur ex duplici, vel triplici praestazione. Ita dicit Bald. in feu. quid sit inuesti. § si verò, sed si per decem vel viginti annos illa praestaret, tunc praesumendum est quod ex causa promissionis & obligationis illa praestitit, vt hic. Et pro hoc facit, quia nemo praesumitur factare res, aut pecunias suas. l. cum de indebito. ff. de proba. Nec enim praesumitur donare, vbi potest sumi alia coniectura, secundum Baldum in l. Nefennius, ff. de nego. gestis, & Angel. Areti. institut. de actio. § in personam, & Ludouic. in l. si cui. § denique. ff. de aqua plu. arc. Vel dic quod quidam sunt actus, qui non consueuerunt fieri, nisi ex promissione, vel iure

18 obligationis. Et hoc dupliciter: † quia quidam sunt actus, qui sonant in aliquam subiectionem, vt seruitia, quæ consueuerunt facere vasalli dominis, & obedientia, & huiusmodi, quæ subditi consueuerunt

praestare suis dominis: & tunc non praesumitur liberalitas: & ideo in his debet perpendi personarum & actuum qualitas. Quidam sunt actus, qui consueuerunt fieri non ex promissione, nec iure obligationis: & tunc praesumitur liberalitas: & ideo non cogitur quis de futuro soluere: verbi gratia, vt si rusticus portat tibi omni anno vnum par caponum: vt l. solent. in fine. ff. de officio proconsul. secundum Baldum in dicta l. prima. Vide Bald. in dicta l. cum de in rem verso. sed si consistere in aliqua seruitute vel quasi seruitutis, vel alia subiectione, & tunc esset secus, vt hic.

19 † Quæro, quid si aliquis homo praestitit dicta seruitia per tantum tempus, cuius initij memoria hominum non existit, & non apparet ex qua causa praestita fuerint, num quid de cætero sint praestanda, & ex hoc homo solidus illius, cui praestita sunt efficiatur, & si de causa non apparet: Et credo quod sic, argumento notatorum per Ioannem Andream in capitu. peruenit. extra de censibus. & Hostien. in summa titu. lo. de cen. § qui census. versiculo quid ergo. Et est ratio, quia tempus, cuius initij memoria hominum in contrarium non existit, loco priuilegij habetur, secundum Baldum in l. si quis ad. C. de episcop. & cleric. & Ludouic. in l. vestigalia. ff. de public.

20 † Quæro, nunquid iudex, si sibi videbitur, ex officio poterit à domino exigere calumnia iuramentum, & interrogare ipsum medio iuramento calumnia? Aliqui voluerunt dicere quod sic. Sed ego credo contra: nam beneficium iuris nemini est auferendum: vt in regula, beneficium. Tum quia dominus est priuilegiatus in hoc quod non tenetur iurare de calumnia: & sic sine causa istud priuilegium à dicto iudice auferri non potest: vt notatur in l. finali. C. de diuer. praescri. libro vndecimo. secundum

Baldum de feud. sine cul. capitulo primo. Quæro an pro his detur aliquod possessorium. Vide doctores in locis praedictis in tertio notabili. & latius Ange. in repetitione dictæ l. si certis annis.

Virum

Virum filius alicuius hominis sit homo, uel non, domini ipsius patris dicti filij.



Abito de homagio, si potest constitui, & qualiter constituatur, videndum est, An filius alicuius hominis sit homo, vel non dñi ipsius patris dicti filij. Circa quod distinguendum est: quia quando quis facit homagium alicui, aut simpliciter nulla causa interueniente, fecit homagium: & in hoc casu filius illius, qui facit simpliciter homagium, non est homo illius domini, cui sic fit homagium. Aut causa interueniente: in hoc casu distinguendum est: quia quis facit homagium propter emendam alicuius delicti, quia interfecit patrem illius, cui facit homagium, & propter pacem habendam ipse facit ei homagium: & in isto casu nunquam filius illius, cui ista de causa facit homagium, est homo eius, cui istud homagium factum est. Et hæc est probabilis consuetudo: quia filius non debet portare iniquitatem patris. Et hoc verum est, si in emenda facit simpliciter homagium, non subiiciens bona sua ratione feudi illi, cui sic facit homagium. Secus tamen est, si in hoc casu ille, cui homagium facit, bona sua subijcit, recipiendo ea ab ipso in feudum: quia tunc videtur illa bona tradidisse, & iterum ab ipso in feudum recepisse. Et in hoc casu si filij illius, qui hoc homagium fecit, abstinere volunt à bonis paternis, non potest dominus ille, cui sic factum est homagium, filios ipsius in homines suos vendicare. Si autem volunt ipsi filij ha-

bere bona paterna, & agnoscant ea: planum est, quod sui sunt homines: quia bona transeunt cum onere suo. Et si volunt ipsi filij habere bona, facient dicto domino homagium, agnoscendo onus, quod pater eorum sustinebat. Aut fecit homagium constituendo se hominem solidum illius, cui fit homagium, quia ille dedit in feudum aliquam rem: & vt debeat eum defendere, siue protegere: unde quia in hoc casu pater principaliter est obligatus vt sibi provideat, seu eum defendat, vel protegat ille, cui sic facit homagium, sic praesumitur vt vellet ita provideat filiis suis secundum quod sibi. Et ita in hoc casu certum est quod personæ filiorum sunt astrictæ iure homagij. Et hoc etiam si vellent abstinere à re, quam dedit dominus patri eorum in feudum: quia principaliter non fecit ei homagium propter illam rem, quam sibi dedit, seu propter hoc principaliter, vt eum defendat, & protegat. Nam sicut stipulando, & paciscendo esse se hominem alicui magnati, potest provide re filiis suis, ita & constituendo se hominem alicui magnati, vt ab eo tam ipse quam filij eius protegatur, poterit filiis provide re. Et ita filij alicuius hominis in hoc casu erunt astricti iure homagij. Et sic in isto casu filius alicuius hominis erit homo illius, cui pater fecit homagium. Sic seruatur in Francia, vt dictum est, & in pluribus alijs locis, & partibus. Sed in Cathalonia non: quia diuersimode seruatur in Cathalonia. Nam cum aliquis constituit se hominem solidum homagium faciendo alicui magnati, & dñs dat ei feudum aliquod, vel simile, aut est miles, aut rusticus ille, qui facit ho-

magium, si est miles, in nullo casu filij ipsius militis sunt homines dicti magnatis, nec tenentur ei facere homagium, nisi quando filius, vel filij adepti fuerint hæreditatē patris. Et sic seruator per totā Cathaloniam. Si autē est rusticus, seruator diuersimodē in Cathaloniam: quia in quadā parte Cathaloniam, que dicitur vicus Cathalonici, vt totus episcopatus Gerundensis, & ferē mediā pars episcopatus Barcinonē. que est vltra flumen Lupricati, versus orientem, & maior pars Viceñ. episcopatus, homines solidi, qui non sunt milites, sunt sic alitri dñs suis, q̄ filij eorū sunt homines dñorū suorū, sic q̄ nō possunt contrahere matrimonia, nec de mansis recedere. Quod si fecerint, oportet q̄ redimāt se. Et si cōtrahūt matrimonia, dñi ipsorū rusticorum habēt quartā partē laudimij de spō. salitio. Veruntamē si filij ipsorū rusticorum, vel etiā ipsi rustici recesserint sine voluntate dñorum de locis suis, & postea habitauerint in villis principis, vel ecclesiarū, seu nobiliū Cathaloniam, & intra annū, & vnū diē, nō fuerint eis ab eorū dñis cōtra dictū, seu non fuerint requisiti q̄ se redimāt à dñis suis, trāfacto ipso anno, & vno die, securi, & liberi pñt de antiqua & approbata consuetudine Cathaloniam remanere: nec illi milites, vel etiā ecclesie possunt eos repetere. In alia autē parte Cathaloniam, quæ est vltra prædictū fluuiū Lupricati versus partē occidentalē, quæ semper cōsueuit appellari à tempore dñi regis Berengarij Comites Barcinonæ citra, noua Cathaloniam, nec filij militū, nec filij rusticorum

sunt homines ipsorū magnatū, quorū patres sunt homines: nisi, vt supradictū est, adita hæreditate feudali. Imò possunt oēs solidi rustici recedere quācumq̄ voluerint, & eorū filij, dimissis hæreditatibus. Hoc tamē nō possunt milites, nec filij militū feudatariorū, ex quo adepti fuerint feudale hæreditatem, quin semper remaneant homines dominorū suorū, & compelluntur, vt dictum est, facere homagium.

S V M M A R I V M.

- 1 Filius eius, qui homagium simpliciter fecit sine causa, nō efficitur homo illius domini.
Homagium sine causa fieri potest.
- 2 Filius non portat iniquitatem patris.
- 3 Filius qui paternam hæreditati se non immiscuit, non potest à domino uendicari. 7.
- 4 Filius se immiscendo hæreditati paternæ, efficitur homo domini paterni.
- 5 Filius etiam abstinens à rebus patris quando efficitur homo domini paterni.
- 6 Pater qualiter filijs suis prouidere possit.
- 8 Filius rustici efficitur homo paterni domini.
- 9 Filius rustici recedens si non requiratur, intra annum efficitur liber.
- 10 Filij militum aduentem hæreditatem feudalem, remanent homines dominorum patris.
- 11 Simpliciter, dictio quid significet.
- 12 Emendare, uerbum quid in iure significet.
- 13 Pax quid sit.
- 14 Occisor directum facere debet filio occisi.
- 15 Iterum, dictio quid significet. 16.
- 17 Abstinerere suorū, repudiare est extraneorum.
- 18 Villa quæ dicatur.
- 19 Citra & ultra dictiones quid significant.
- 20 Nō filiorum per orbem dispersio, & eorum successio.
- 21 Hercules gesta in Hispania.
- 22 Hispania à quibus olim occupata, & domita.
- 23 Carolus Magnus quo tempore Hispaniam à Saracenis uindicauerit.
- 24 Reges Aragonum qui fuerint.
- 25 Stipulatio facta sine causa an obliget.
- 26 Filij uasalli, qui paternam adierunt hæreditatem, an possint à domino uendicari.
- 27 Delictum patris an noceat filijs.
- 28 Filij ob patris delictū puniri, duobus intelligitur modis.
- 29 Actio tendens ad uindictam, neque hæredibus, neque contra hæredes datur.
- 30 Pater fame urgente potest filium uendere.
- 31 Filius uasalli intra annum & diem à domino non requisitus

- tus, an efficiatur liber.
- 32 Feudum quot modis acquiratur.
 - 33 Hæreditas an possit uiuentis esse, & dici.
 - 34 Homagium ex qua causa præstitū præsumatur, si de ipso non constet.
 - 35 Filius uasalli ex hære datus, an remaneat domini.
Mulieris mansum ingrediens an efficiatur homo domini ipsius mansi.
 - 36 Manens in termino alicuius allodij, an censetur homo domini illius allodij.
Habitans in loco meo an præsumatur meus homo.
 - 37 Morantes in allodio alicuius, censentur eius homines.
 - 38 Sacramentum fidelitatis an debeat præstari domino habenti simplicem iurisdictionem.
 - 39 Focum faciēs in allodio alterius, an efficiatur homo illius.
 - 40 Mansus quid, quid borda, & quid per nata.
 - 41 Ecclesie homines ad quæ compelli non debeant per barones.



Abito. Diuide istud capi. in septem partes. In prima parte dicit qualiter filius hominis alicuius sit homo domini patris illius: & procedit distinguendo, an causa interueniat, vel non. In secunda parte dicit, quod si pater in homagio, quod præstat, subijcit bona sua illi domino, & postea illa recepit in feudum, & filius abstinuit se ab ipsis bonis paternis, filius tanquam homo domini patris non potest uendicari ab ipso domino: si autē agnoscat, tunc secus: quia est eius homo. In tertia parte dicit quod si homo ille fecit homagium propter aliquam rem, quam recepit in feudum, vt eum defendat, quod tunc eius filius est illius homo, secundum obseruantiam regni Francie. In quarta parte dicit quod in Cathaloniam seruator quod si datur feudum militi, q̄ eius filius non est homo dantis, nisi adeatur ab illo hæreditas patris. In quinta parte dicit quod si est rusticus, seruator diuersimodē, quia in Cathaloniam veteri filius talis rustici est homo domini patris sui. In sexta parte dicit q̄ si talis filius habitauerit in locis principis ecclesiarū, vel nobilium per annum & diem sine requisitione, quod sunt liberi. In septima & vltima parte dicit q̄ in noua Cathaloniam nec filius militis, nec filius rustici est homo domini ipsius patris: nisi filius militis feudalem adierit hæreditatem. Prima pars incipit ibi: habito. Secunda pars ibi: secus tamen est. Tertia pars ibi: aut fecit homagium. Quarta pars ibi: sed in Cathaloniam. Quinta pars ibi: si autem. Sexta pars ibi: verum tamen.

Septima pars ibi: in alia autem parte Cathaloniam. Istud capitulum propter eius prolixitatem non potest commodē summari: sed ego abbreviando in quantum potero ponam casum sic. Casus. Si homo fecit homagium alicui simpliciter, eius filius nō est homo domini ipsius: si autem fecit homagium in emendam delicti, & propter pacē habendam, idem, nisi submiserit bona sua illi, cui homagium fecit, & illa ab eo recepit in feudum: quia tunc si filius adierit hæreditatem paternam, efficitur homo domini patris, alias secus. Si autem fecit pater illius homagium ratione rei in feudum sibi data, & vt eum defendat, tunc filius est homo illius, etiam quod se abstineret ab illa re. Et ita dicit quod practicitur in Fracia. Sed in Cathaloniam seruator quod si aliquis miles facit homagium alicui propter rem, quæ sibi data est in feudum, & tunc eius filius non est homo illius, nisi adierit hæreditatem paternam: si autem est rusticus, eius filius in Cathaloniam veteri est homo proprius domini patris eius: & si recederet sine voluntate ipsius domini, & per annum & diem steterit in locis principis ecclesiarum, aut baronum sine requisitione, erit liber: sed in Cathaloniam noua filius militis nec rustici non est homo proprius ipsius domini, nisi filius militis feudalem adierit hæreditatem. hoc dicit totum istud capitulum. Collige notabilia. ¶ No. primò quod si pater fecerit homagium simpliciter sine interuentione causæ, quod eius filius non efficitur homo eius cui fecerit homagium. Concordat Speculator in titulo de feudis. §. quoniam. versiculo quinto à quo introducta fuit maior pars istius consuetudinis. Et etiam concordat Ioannes de Bla. institut. de actionibus. §. præiudiciales. à quo dictus Speculator dictum versicu. habuit. Not. secundò quod homagium potest fieri sine causa. Concordat capi. proximum. ¶ No. tertio quod si pater fecerit homagium interueniente causa, vt puta propter emendam alicuius delicti, & propter pacem habendam, quod etiam in isto casu filius non est homo illius, cui factum est homagium: quia non debet portare iniquitatem patris: vt C. ne fil. pro patre. per totum. ff. de in ius vocand. l. adoptiuum. §. finacum concordan. in glossa. ff. de interd. c. is, & relegatis. l. tertia. & ibi Bartolus de

decu. l. iij. §. penulti. & gloss. in capitu. fi. de sepul. vide que dicam. j. in tertia oppositio-
 3 ne. ¶ Not. quartò q̄ si pater subijcit bona sua illi, cui facit homagium, & illa ab eodem domino in feudum recepit, si filius nõ se immiscuit hæreditati paternæ, non potest à domino tanquam homo suus vendicari. Et pro hoc facit l. j. C. si se ab hæredi. absti. instit. de hæ. qua. & dif. §. sed his permittit. & ff. de adquir. hæredita. l. ei, qui ubi habetur quòd quo ad commodum, vel incommodum, filius, etiam quòd Paulus dixerit, filius, ergo hæres: non dicitur
 4 hæres vt dicit gloss. in dicta l. j. ¶ Not. quintò, quòd si filius se immiscuit hæreditati paternæ, quòd tunc efficitur homo proprius domini eius patris: quia ipsa bona transeunt cum onere suo. l. scimus. C. de iure de libe. l. alienatio. ff. de contrahenda emptio. & l. traditio. ff. de acqui. rer. do. l. nemo. ff. de reg. iur. argumento sine cen. vel reli. per totum. Nam filius non debet habere honorem paternum, & hæreditaria onera repudiare: quia censetur vna persona cum defuncto, secundum Baldum de capita. qui cur. vend. §. si filius. & facit pro hoc capit. postquam. & capit. si vassallus supra. & j. si aliquis vassallus. Not. sextò quòd pater videtur prouidere filiis suis. Concord. l. si pactum. ff. de proba. Not. septimò hinc quòd aliquis potest recipere bona sua in feudum ab alio. Vide Bald. de capit. qui cur. vend. capit. primo. & quæ dicam j. in vj. oppo.
 5 ¶ Not. octauò q̄ si pater fecit homagium non solum propter rem datam in feudum, sed etiam vt ipsum defendat, quòd tunc filius, etiam quòd abstineat à dicta re, est factus homo dicti domini. Et sic hic est casus, quòd filius licet hæres non sit, tenetur ex contractu patris. Concordat l. cum ex sola. C. de primi. libro duodecimo. ¶ Not. nonò quòd pater paciscendo, & stipulando, potest prouidere filiis suis. Concord. l. si heredi. §. nos autem. & §. Iulianus. & l. auus. ff. de pact. Omnes enim stipulationes actiue & passiuæ, etiam hæredis mentione non facta, transmittuntur ad hæredem tam in stipulatore, quam in promissore. Fallit si contrarium actum est: quod probare debet, qui dicit. Secundò si id, quod in dispositione deducitur, personale sit, & personæ cohæreat, ita quòd sui natura non sit transitorium ad hæredem, secundum Angelum in

l. si ita. ff. de verb. obli. Ludo. in l. maritum. ff. solu. matri. & per eum in l. etiam. eodem titu. & per eum & Bald. in l. Caius. ff. eo. tit. & Bald. in authen. si quas ruinas. C. de sacr. sanc. eccl. & per eum in l. j. C. per quas personas. No. decimò quòd in Francia seruatur in istis hominibus solidis vno modo, alio modo in Cathalonia. ¶ No. vndecimò quòd in Cathalonia si res est data in feudum militi, quòd eius filius homo solidus illius dantis non existit, nisi hæreditas paterna à dicto filio in vita vel in morte adeatur: quia tunc homo illius domini efficitur: nam filius acceptans hæreditatem paternam, tenetur seruare pactiõnem paternam, secundum Ludouicum in consil. consilio. xvij. allegat ff. de iure dot. l. si ego. §. j. Vide que de ista aditione latius scripsi in dicto capitu. si postquam. & capit. si vassallus. Et sic in Cathalonia in hoc plus est privilegiatus filius militis, quam rustici. Alia autem privilegia militaria vide per Iacob. Callicij in vñtico, ¶ Not. duodecimò quòd si est rusticus ille, cui res datur in feudum, in Cathalonia veteri, filius ipsius rustici est homo solidus domini eius patris, sic quòd non potest matrimonium contrahere, nec à manso recedere, nisi se redimat. Pro hoc facit, quia filius coloni est colonus meus l. cum scimus. §. illud C. de agri. & cen. lib. vndecimo. & etiam filius murilegi. l. fin. C. de muri. eodem libro. Item idem in filio liberti. C. de lib. & eorum liber l. ij. & iij. Item filius curialis dicitur curialis. C. de natura. liber l. communium. §. illo. Et quòd teneatur se redimere, est constitutio regis Petri secundi in tertia curia Barchinonæ capitu. Item quòd in terris. & in curia Montiffoni regis Alfonfi, capitu. Item ordinamus & stabilimus quòd si aliquis rusticus. circa finem. & in constitutione regis Iacobi secundi curiæ Gerundæ. capitu. Item statuimus, ac etiam ordinamus. §. saluo tamen. & in constitutione regis Alfonfi vltimi. capitu. Item commemorantes. circa finem. ¶ Not. decimotertio quòd si ipse filius talis rustici recesserit sine voluntate domini de loco suo, & habitauerit in villis principis, ecclesiarum, vel nobilium, vel locis eorum Cathalonia, & intra annum & diem non fuerit requisitus, quòd se redimat ab ipsis dominis, vel alijs ab eis non fuerit contradictum, quòd transacto anno & die est liber,
 nec

nec vterius potest repeti. vide in dictis constitutionibus. Et qualiter fiat ista contradictio, aut requisitio vide in dicta constitutio-
 ne commemorantis. vbi late de hoc. De anno & die vide supra capitu. domino defuncto. & quæ ibi scripsi. Not. decimoquarto hinc, quæ sit Cathalonia vetus, & que sit Cathalonia noua: quia hinc latius determinatur. Not. decimoquinto quòd in Cathalonia noua filij militum & rusticorum non efficiuntur homines dñorum, quorum sunt patres eorum. Not. decimosextò quòd in dicta Cathalonia noua filij rusticorum possunt recedere quancumque voluerint, dimissis hæreditatibus. Et pro hoc faciunt dictæ constitutiones, quæ loquuntur de locis, vbi se redimi consueuerunt: ergo a contrario sensu si se redimi non consueuerint, tunc est secus, vt hic. ¶ Not. decimosextò & vltimò quòd filij militum, qui feudalem adierint hæreditatem, semper remanent homines dñorum patris. Idem credo de filiis rusticorum, vt dicitur supra proximè ibi: nisi adita hæreditate feudali. Et pro hoc dict. capitu. postquam. & capitul. si vassallus. Expone literã. Habito id est dicto simpliciter. ¶ Aliquando exponitur id est pure: vt in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verbo. obligatio. Aliquando intelligitur sine duplicitate, seu sine plica, siue distinctione: vt ff. de vulg. & pupil. l. j. & l. coiri. ff. pro soc. not. gl. in cle. sape. de verbo. signi. in verbo simpliciter. Et alijs varijs modis sumitur, de quibus vide plenè per Baldum in l. j. in princip. C. de adili. edic. & Imo. & moderniores in d. §. si quis. & ibi Barto. & Ludo. & Bar. in l. manifestissimi. §. sed quærebatur. C. de furt. Sed hinc ista dictio iam exponitur, vt sequitur. Et in hoc casu. supple, quando non interuenit causa. Emendare.
 12 Verbum emendare in iure refertur ad supplementationem, et correctionem, secundum Angelum in authen. de non ali. vide Bartolum Bald. & Salicet. in l. edita C. de edend. sed hinc accipitur pro satisfactione. Nam compositio & satisfactio hominis interfecti pertinet filio, & alijs proximioribus: vt in vñtico. si quis de homicidio. Et de compositione, & de isto verbo emenda habetur in vñtico, qui interfecerit. & in alijs vñti. sequentibus. Pacem. ¶ Pax est pactum, quo imponitur finis guerræ, seu discordiæ, secundum Bar. in consilij. est que remissio prioris of-

ensa, vel iniuria. ff. de adi. leg. l. quòd si interim. & C. de cad. tollen. l. j. Vel dic quòd pax est trāquilla libertas, à pacto dicta. Vide Archi. in capi. noli. xxij. quæstione prima. vbi ponit sex causas quare non est pax. Adde de pa. te. & de pa. iura. fir. in feu. Aliquando mutua percussio palmarum duorum rixantium ad iuicem est indicatiua pacis, & concordia: & eodem modo communis potatio & comestio, vt solet fieri in pluribus bibentibus, scilicet post rixam ad vinum ratum, & de eadem quantitate vini: nam per istum actum designatur omnis rancoris remissio, secundum Ange. in l. j. ff. de pact. Habendam. ¶ quia iste occisor tenetur directum facere filio interfecti: & si non vult, aut non potest, tenetur venire in eius posse ad faciendum eius voluntatem, & sic erit eius vassallus: & tunc sibi fit homagium, vt hic. Iniquitatem. id est, delictum patris. Subijciens. id est, submittens. Ab ipso
 14 ff. de pact. Habendam. ¶ quia iste occisor tenetur directum facere filio interfecti: & si non vult, aut non potest, tenetur venire in eius posse ad faciendum eius voluntatem, & sic erit eius vassallus: & tunc sibi fit homagium, vt hic. Iniquitatem. id est, delictum patris. Subijciens. id est, submittens. Ab ipso
 15 supple, cui homagium facit. Iterum. ¶ Ista dictio significat bis. l. si quis ex argentarijs. ff. de eden. Ange. Areti. in proemio insti. l. boue. §. hoc sermone. ff. de verbo. significa. & l. fideicommissa. §. si quis decem. & ibi Barto. Sed in contrarium facit gloss. in l. oratione. In verbo iterum. ff. de fer. & in l. veltuti. §. hæc vox. ff. de eden. vbi significat quoties opus erit, quicquid dicat gloss. in l. vni ca. C. ne lic. in vna eademque cau. sed solue secundum Cynum & Bald. in d. §. hæc vox.
 16 ¶ quòd aut dictio iterum ponitur à lege: & ponitur pro sape: vt d. §. hæc vox. Aut ponitur ab homine, & ponitur pro duabus vicibus: vt dicto. §. si quis. Vel dic aut ex reiteratione actus infertur parti nouum grauen: & tunc accipitur pro bis: vt dicto. §. si quis decem. Aut non infertur nouum grauen: & tunc accipitur pro saepius, siue à lege, siue ab homine proferatur: vt dicto. §. hæc vox. sed Angelus Aretinus dicit quòd de proprio significato significat bis tantummodo: vt in dicto proemio. & dicto. §. si quis. & quod ibi gloss. & Bartolus. improprie verò pluries: vt dicto. §. hæc vox. vide capitul. sua nobis. de appellationib. & Angel. in dicto. §. hæc vox. & iterum, id est, multoties. vndecima quæstione si quis bene. Et in hoc casu supple quo dictus homo bona sua ab aliquo receperit. Abstineret. ¶ Suorum est abstinere: extraneorum est repudiare. glossa
 F 3

in rubrica. C. de absti. vel repudianda hæredi. Et agnoscant ea. id est, se immisceant paternis bonis: quia quatuor sunt proportionabilia, immiscere, & abstinere: quæ duo pertinent ad suos hæredes. Item adire, & repudiare: quæ duo pertinent ad extraneos, secundum gloss. instit. de hæred. qua. & disse. extraneis. in verbo, adeundo. Pro uidere suis filiis. Similia ferè verba sunt in text. in feud. de duo. frat. à ca. inuesti. ibi: vnusquisque sibi de hæredibus suis prospexisse videtur. Quod verum est secundum Baldum ibi etiam si à principio non sperabat de liberis. textus est singularis ff. de pact. l. tale pactum. §. si. Secundum quod sibi supple. prouidit. Ita. De ista dictione vide Bald. in prælu. feud. §. secunda. Ioannem Andream in capitu. constitutus. de reli. do. Barto. in l. quibus diebus. §. Terminus. ff. de conditionibus & demonstrationibus. Nisi. De dictione Nisi, scripsi supra capitu. si autem. Ferè. id est, quasi. Adempti. Si istam dictionem referas ad verbum in vita, supple. possessionem: si referas ad verbum post mortem, expone id est, aditi, per ea, quæ dicam j. in septima oppositio. Ultra. Dicitio Ultra, includit, secundum Bartolum in l. si quis ita. ff. de dote præle. Quod si facerèt, id est, si recedant à mansis: vt ista expositio probatur per constitutiones superioris allegatas. De locis suis id est, de mansis suis. Villis. **Villa dicitur, quæ non est muris circumdata, & est extra muros.** gloss. in l. si hæres. §. vicis. & ibi Barto. ff. de lega. primo. Ioannes Andreas in capitulo si ciuitas. de senten. excommunicationis. libro sexto. gloss. in l. si merces. §. præterea. ff. loca. adde Barto. in extrauag. quoniam nuper. in verbo Lombardiae. Rapha. & Ioan. de Imo. in l. j. §. siue autem. ff. de noui oper. nuntiatione. & Bald. in rubrica ff. de re. diuisio. & Ange. Areti. institui. eodem titu. §. j. sed in Cathalonia villa accipitur etiam qd sit muris circumdata: nam omnis congregatio domorum dicitur villa, & non sit distinctio an sit murata, vel ne. Et quod dicitur de villis, idem credo de ciuitatibus, castris, locis, & terminis: quia hic de villis causa exempli fuit dictum: & exempla nõ restringunt regulam, vt supra dixi in capitu. homagium. in expositione literæ: & ita declaratur in dicta constitutione, Item commemorantes. Nec illi milites, nec etiam eccle-

sia. supple. vel alia personæ habentes homines proprios. Citra. **† Citra & ultra significant separationem, secundum Baldum de gra. suc. §. si duo.** Et ita istæ duæ dictiones accipiuntur hic. vide Baldum in l. falsus. C. de furt. Innocen. & Hostien. in capit. licet. de proba. & Barto. in l. Celsus. ff. de vsuca. Quando cunque. De ista dictione vide in vsatic. si quis suum feudum. & text. & Bal. in capitu. primo. de lege commis. in feud. Et compelluntur, vt dictum est, facere homagium. Idem credo de filiis rusticorum, si paternam adierint hereditatem, vt declaratur supra ibi: nisi, vt dictum est, adita hereditate feudali. **Raymundi Berengarii comitis Barchinonæ.** Quatuor fuerunt Barchinonæ comites hoc nomine nuncupati: & ad hoc sciendum referam hic scripta per Gulielmum de vallsicha in lectura in vsa. **Comitibus.** cum dompnus. in verbo, Hispaniæ subiuuator. vbi sic inquit: **† Notandum est quod Noë, qui post diluuium mansit, habuit tres filios, scilicet Sem, Cam, & Iapheth.** Primus habuit medietatem mundi, scilicet Asiam, quæ est versus Orientem. Secundus filius, & sui successores habuerunt aliam quartam partem mundi versus Occidentem, scilicet Europam, in qua est Hispania. Et ex isto Iapheth fuerunt procreati septem filij, & vnus ipsorum incepit etiam venationem scilicet Nemrod, vt Gen. c. x. & inceperunt militiam assumere, & fuerunt omnes milites, inter quos fuit Tubal: & iste Tubal, & genus suum Hispaniam populauit dispersis alijs generationibus, ex quo genere, seu prosapia Tubal fuit Gerion. & alij principes, qui ad Herculem durauerunt, & fuerunt anni à diluuiio vsque ad Herculem mille ducenti duo: & per tantum tempus genus Iapheth Hispaniam possederunt. **† Subsequenter Hercules nobilis Græcus de Exena filius Iouis Alcmenæ concubinae vir magnæ staturæ & incredibilis fortitudinis, congregata secum infinita fortium iuuenum multitudine ferè tota Asia & Africa occupatis, & deuastatis, cum magno nauigio nauigauit, & in finibus Hesperia nauium suarum stationem locauit: & attendens quod ibi erat finis Mundi, turres fortissimas ibi edificauit, quæ hodie strictum de Gibeltar dicuntur. Erat tunc temporis in Hispania princeps quidam, qui nomine Gerion vocabatur,**

vocabatur, habens tria regna, Galliciam, Lusitaniam, & Bencha: contra hunc pugnavit Hercules, & repetito bello ferose virtute domuit, & prostravit priuatum vitam, patrimonio, omniq; suo diuersas ciuitates edificando. Post hæc Hercules procedens Carthaginem prouinciam occupans deuastauit, & Therraconam ciuitatem edificauit. Inde procedens ad munitiones Celtiberiæ coactus in dedicationem recepit. Et quia bellis vrgebatur, ideo coactus bello clamauit, **O quam vrgens bellum.** vnde ciuitatem Belagarij eis edificauit, & terram Vrgellum nominauit. **Anthonicijs etiam, qui secum venerant, annuens oppidum cū territorio subiugauit: vnde Ausonia nominatur.** Sed oppidum hodie **Vicus** dicitur: inde contingit quod ex nouem nauibus, quas secum Hercules duxit, cum à Græcia discessit, cæteris ad Galliciam applicatis, nona barcha, seu nauis ad littus applicauit Celtiberiæ, ad quã descendens cum vidisset ad locum vbi barcha nona erat valde pulchrum, & amoenũ, & deliciosum, ciuitatem Hercules ibi edificauit, quam ex barcha nona Barchinonã appellauit: & sic tempore, quo Hercules prædictus regnavit, & edificauit in Hispania ciuitates, scilicet Scibiliam, Tiracnam, Balagerium, & Barchinonam vsque ad hoc tempus, quo currit anno Christi Millelimo duccetesimo sexagesimo octauo, sunt anni M. M. ccc. lxxx. quibus fuit ciuitas Barchinonæ edificata: & fuit antequam Roma construeretur cccclx. annis. Et hæc ciuitas Barchinonã fuit constructa ante aduentum Christi. **Dccclij annis. † Et capta Hispania fuit in eadem Rex per Herculem constitutus nomine Hispan Græcum, & ab eo voluit nominari Hispaniã sub dominio Græcorum vsque ad tempus consulum Romanorum, scilicet Scipionẽ Africanum, quali per mille & centum annos: & à principio acquisitionis Hispaniæ Scipiones nobiles Romani, qui ad subeundam Hispaniam ad subiungendam, vel subiugandam imperio Romano erant, cum toto exercitu ab Hispanis fuerunt interfecti. Postea Scipio Africanus filius Scipionis cum exercitu magno fuit in Hispaniam, & eam ferè lucratus totam, Romanam redijt, ad dignitatem consulatus ibi assumptus. Et hic Scipio Africanus Ter-**

raconam ciuitatem edificauit, quam Hispaniam duo cõsules Romani scilicet Telmon, & Brutus per diuersa tempora rexerunt, & edificarunt ciuitatem Cesar Augusta imperatoris Cesaris Augusti fuit facta, & ciuitatem Turolí. Postea regnantibus Maximiano, & Diocletiano in Hispania sanctorum multorum martyrum sanguine consecrata, scilicet beatæ Eulaliæ, Felicis, & sancti Cucuphatis. **Et scias qd ante aduentum Christi erat Terracona caput Hispaniæ: post aduentum Christi Cesar Augusta: & hoc tempore Romanorum.** **Tempore vero Græcorũ ciuitas de Tholedo, erat caput Hispaniæ: & tenuerunt Romani Hispaniam ante aduentum Christi per cc. annos: post aduentum Christi per cccc. annos, & postea eam Gotthi inuaserrunt dominatione Romanorum prorsus expulsa.** Et isti Gotthi à Magog, filio Iapheth originem habuerunt, qui de insula quadam exiuerunt, quæ est in mari Oceano nomine stantia, quos Gudibus episcopus legem Christianam docuit, & ab ipso gratiam baptismi receperunt. **Qui Gotthici Asiam totam subiugarunt, Armeniam, Syriam, & Galliciam domuerunt: postea Gotthi dimissis omnibus prouincijs Mundi per ipsos acquisitis, Hispaniam quali paradysum eis præcipue elegerunt. Subsequenter Alaricus Rex Gotthorum Roman cepit anno domini cccc. xij. qui Gotthi per eorum Reges vsq; ad tempus proditiõis comitis Iuliani Hispaniam possederunt: propter quam proditiõne tota Hispania fuit deperdita, & per Sarracenos occupata, & per tres annos possessa. † Postea vero Carolus Magnus Romanorum imperator cum magno exercitu Sarracenos in ore gladij trucidauit: & eos à sedibus occupatis deiecit, omnes ciuitates vsque ad Ilerdam recuperando: & obiit postea Carolus anno domini octingentesimo decimotertio. Et hic Carolus ante mortem suam instituit comitem in Cathalonia, scilicet in Barchinona, qui eam tenebat pro Rege Francia. Et hoc durauit vsque ad comitem Gaufridum, qui edificauit monasterium Riupulli. Et cum illo tempore Saraceni infestarent Cathaloniam, prædictus comes ad Regem Francia accessit vt iuuaret ipsum.**

Quod cum non posset suis negotiis occupatus, dixit eidem comiti quod si posset se defendere à Saracenis, eundem comitem, & comitatum ab omni subiugatione regni Franciæ liberabat. Et ex hinc Cathalonia liberata fuit ab omni subiugatione Francorum. Et ex dicto comite Gaufrido, seu ex eius prosapia deriuauit ille nobilis Raymūdus Berengarij comes, lo primer, cum quatuor fuerunt Barchinonæ comites hoc nomine nominati, & quartus Raymūdus cepit Ilerdā, Dertulam, Fragam, Ciuranam, & multa alia castra à Saracenis: & sic propriè fuit Hispaniæ subiugator, id est partis totius Hispaniæ. Et ex hoc credo quod dicitur Cathalonia noua. Et hic comes duxit in vxorem Vrancam filia ex Remiro monacho sancti Pōcij de Thomerijs regni Aragonum, qui ab eodem monasterio voluntate papæ exiuit: & cum esset frater germanus Regis Aragonū premortui, & eius vxore mortua in monasterium rediit, vt infra inferius dicitur. Et sic facta fuit vnio regni Aragonum. Et scias quod Raymūdus Berengarius comes primus Barchinonæ, qui fecit vsaticos, nominauit se Hispaniæ subiugatorem, sumēdo partem pro toto: & sic est hic figura synecdoches. Et hic comes obiit anno domini millesimo septuagesimo quinto cui successit Raymūdus Berengarij eius filius, qui postea fuit interfectus dolo fratris sui Berengarij apud perticam del Iscor, inter loca sancti Celidonij & hostalrici anno millesimo octogesimo tertio. Post eius obitum alius Raymūdus Berengarij tertius eius filius comes Barchinonæ, qui Maioricas expugnauit, & obiit anno millesimo centesimo trigesimo primo. Vltimovenit Raymūdus Berengarij eius filius comes Barchinonæ princeps Aragonum & Marchio prouinciæ, & obiit anno millesimo centesimo sexagesimo secundo. & iste claustra Hispaniæ fregit, ac ciuitates Almanara, Ilerda, Dertule, & Fraga atque Ciuranam, et omnia castra, quæ sunt citra flumen Iberim cepit, & fuerunt decem comites Barchinonæ ante vnionem regni Aragonum, & comitatus Barchinonæ. Primus fuit Guifre. Secundus Mir eius filius. Tertius Guifre sou frare. Quartus Borell, sou fill. Quintus Raymūdus Borell auisculus dicti Borell. Sextus Berēgarius sou fill. Septi-

comites fuerunt ante
unionem Aragonum
et hinc

mus Raymūdus Berengarij sou fill. Octauus Raymundus Berēgarij cap descopa. Nonus Raymundus Bug. eius frater spitaleri. Decimus Raymūdus eius filius maritus de Peronella. Sed ante vnionē prædictam primus Rex Aragonum fuit Remirus filius Sancij Regis Nauarorum, & obiit in obsidione ciuitatis Oschæ anno domini millesimo nonagesimo quarto. Secundus fuit Petrus filius dicti Regis Remirij, qui cepit Oschā: obiit anno millesimo centesimo secundo. Tertius fuit Ildesonus frater dicti: & obiit apud Fragam anno millesimo centesimo trigesimo quarto, in bello Saracenorum: & iste cepit Casaraugustam & Tirassonam, ac oppidum Tutele. Quartus fuit Remirus eius frater, qui erat tunc monachus monasterij sancti Pōtj de Pomerijs, & ad instantiam gentium regni Aragonū mediante nobili Guilermo de Montecateno exiuit monasterium, & duxit vxorem quandam filiam Ferdinandi regis de Leone, de qua habuit quandam filiam Vracam nomine: & eius vxore mortua ad dictum monasteriū remeauit, vbi post aliquod tempus decessit. Et ista Vraca domicella filia dicti regis Remirij monachi fuit vxor Raymundi Berēgarij comitis vltimi Barchinonæ: ex quo matrimonio fuit genitus Ildesonus, qui fuit primus rex, & comes Barchinonæ, facta vnione dictorū regni Aragonum & comitatus Barchinonæ. Et sic ex prædictis colligitur quare dicatur Cathalonia vetus, & quare dicatur Cathalonia noua. Et etiā colligitur ex prædictis qualis ex præmissis comitibus fuit iste Raymundus Berengarij comes, à cuius tempore citrà vocatur Cathalonia. Et etiā colligitur ex prædictis qualiter in dicto vsatic. cum dominus. Vbi dicitur vetus comes: qualiter dicatur vetus comes: quia, vt dictum fuit, fuerunt quatuor comites, qui sic fuerunt vocati, & iste fuit primus. sic in feudis qualiter olim po. feud. alien. dicitur tertius, quia fuerunt duo primi imperatores. Vide ibi Iacob. Aluarot. in versicu. tertius. & super hoc vide etiā Iacobum de Callicio in dicto vsatico, cum dominus. Et nota quod isti Raymūdo Berengarij comiti antiquior fuit facta venditio de ciuitate Barchinonæ, id est, de parte cum muris, & fortalitijs, & de ciuitate Gerunda, & de castro de Cardona

Cardona per dominam Ermesendā succedentem in dictis ciuitatibus, seu parte earundem, & hoc pretio mille vnciarum auri: vt patet per instrumentum in regeſto domini Regis registratum in primo libro feudorū domini Regis. folio ccxxv. quod instrumentum fuit factum quinto Nonas Iunii, anno vigesimo sexto, regnante Rege Anrico. De hoc vide latè Gul. prepositum in tractatu pacis & treugæ, in quarto dubio. vbi multa de hoc dixit. Oppo. primo super text. ibi: nulla causa interueniente. quod stipulatio sine causa non obligat: vt in capitulo si cautio. extrā de fide instr. & licet illud capitul. loquatur in cautione, tamen appellatione cautionis comprehenditur stipulatio: vt est textus iuncta gloss. in l. sancimus. C. de verborum significatio. Ad eum casum enim adaptatur lex, ad quæ adaptantur eius verba. capitul. indemnitatibus. §. sed cum. de electioni. libro sexto. l. iij. in principio. ff. de dam. infect. Sed verba ipsius capituli. adaptantur ad stipulationem: ergo eius dispositio comprehendit stipulationem. Et pro hoc gloss. in l. generaliter. C. de non numerata pecunia. & in l. cum de indebito. §. fina. ff. de probationib. & in l. secunda. §. circa. ff. de dol. excep. Pro solutione istius questionis, quia sunt glossæ contrariæ, vide Ioan. Andre. super Spe. in titu. de confes. §. nunc dicendum. in additio. quæ incipit, Martinus de Fano. Ange. & Bald. in l. iuris gentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. & Bald. in rubrica. C. de confes. & in l. super chirographarijs. C. si certum petatur. & per Angelum in l. si diuortio. & l. à Titio. ff. de verborum obligationibus. gloss. Bart. & Rapha. in dicto §. circa. Bar. Angel. Rapha. Ioan. de Imo. & Ludouic. in l. hoc iure. ff. de donationib. & in l. nuda. eodem tit. & Flo. in dicta l. cum de indebito. §. fina. & per Anto. de Butr. in capitu. secundo. de fide instrumen. & per Cyn. Bal. & Salice. in dicta l. generaliter. & ibi Angel. & Bald. in rubrica. C. de fide instr. & Barto. & Imol. in dicta l. à Titio. & Ange. de Aret. instit. de actio. §. in personam. Sed quo ad hoc capitul. dic quod iura per me superius allegata loquantur in rebus corporalibus. Sed hic loquitur in incorporalibus: & sic in istis sufficit traditio sine causa: vt notat Bald. in capitu. primo. §. si quis de manso. de contro. inuest. licet in rebus

corporalibus non sufficeret: vt dicta l. nuda. Et est ratio secundum Angelum Aret. vbi supra. quia in eis non requiritur titulus. & sic causa: vt l. si quis diuturno. ff. si ferui. vendicetur. Secundò prædicta sunt vera, quando promissio fit purè, secus si fiat sub conditione, quia tunc etiam sine causa valeret: quia pro causa conditio est: vt notat Bartolus in dicta l. à Titio. in principio. Oppo. secundò, super verbo Vendicare, quod isti filij etiam quod adierint hæreditatem paternam non possunt vendicari ab ipso domino, quia sunt liberæ personæ, & tales vendicari non possunt: vt est textus in l. prima. ff. de rei vendi. §. per hanc. Reivindicatio enim datur ei, qui dominus est de iure gētium, vel ciuili: vt l. in rem. ff. eod. sed isti filij sunt personæ liberæ, & non sunt in dominio domini eorum patris: ergo non datur rei vendicatio. Sol. Adiecta causa de iure huius cōsuetudinis bene possunt vendicari: vt dicit tex. in dicta l. prima. §. si quis. & ibi gloss. & latius Angel. qui dicit quod dominus potest vendicare colonos, agricolas, & censitos: vt C. de agri. & censit. per totum. idem de istis vasallis, quod possunt vendicari, adiecta causa de iure consuetudinario. Et istud sequitur Ange. Aret. instit. de actio. §. præiudicia. 27 les. Oppo. tertio, quod delictum patris nocet filio: vt in feud. si vasal. feud. priue. capitu. primo. & si de feud. defun. mi. §. si vasallus. & iuxta illud, interdum maiorum tuorum exempla tibi præiudicant: vt l. si cohortalis. C. de cohar. libro duodecimo. & ibi Barto. Et in filijs paterni criminis exempla metiuntur: vt Bald. in dicto §. si vasallus. & etiā iuxta illud. Patres cōederunt vras acerbas, & dentes filiorum obstupescunt. Baldus de prohibitio. feu. alien. per Fredericum. §. insuper. Solutio. Bald. in dicto §. si vasallus. dicit quod speciale est in feudo, sicut in crimine læsæ maiestatis, & hæresis, & in feudatario ecclesie: vt C. ad legem iul. maiesta. l. quis quis. de hære. l. cognouimus. & in authenti. Gazaros. & de pœnis. capitul. in quibusdam. vbi de hoc. Vide Baldum in dicto capitulo primo. si vasallus feud. priue. & in capitulo primo. de succes. feud. §. hoc quoque. vbi tractat materiam, quando filius ex delicto patris puniatur. Et vide eum in dicto §. insuper. Vbi dicit quod istud dictum, an filius

lius puniatur ex delicto patris, potest intelligi duobus modis. Vno modo circumscripta consuetudine feudorum, alio modo supposita in esse. Primo casu meritis non perdit iura sua propter peccatum demeriti: vt ff. de contra tabu. l. non tantum. §. si emancipatus. & ff. de iure patrona. l. diu fratres. nempe feudum est munus generis, non donum patris. Quæ verò nō à patre, sed à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuerentur, ea manere incolumia. Hoc enim maiores eius eis dedisse dicit textus. de interd. & relega. l. secunda. Si verò tu loqueris secundum consuetudinem feudorum, delictum patris nocet filio. Et motiuum consuetudinis est, vt vassalli magis metuant, secundum Baldum in dicto §. in super. vbi dicit etiam quod si non est motiuum indicium ingratitude contra offensorum, fortè non potest moueri contra filium: si tamen posset dominus querelari, si uelit. Nam ista pœna ex delicto venit. Et ista actio est quasi actio iniuriarum, quæ tendit ad vindictam, & ideo non datur hæredibus, nec contra hæredes, secundum eum. Sed quomodo respondebimus ad hunc textum, qui loquitur secundum consuetudinem feudorum? Dic quod hic loquitur in illo, qui tempore, quo eius pater illum interfecerat, non erat ipse, nec eius filius dominus: & sic sumus extra consuetudinem feudorum: quia in extranea persona delictum commiserat: & tunc habet locum regula quod delictum patris non nocet filio. Sed quando delinquit contra dominum, tunc delictum patris nocet filio, & habent locum iura pro hac parte allegata. Et ad prædicta adde Bartolum in l. prima. ff. de interd. & releg. Oppo. quartò, quod filij conueniuntur ex delicto patris, licet nihil peruenierit ad eos: vt in cap. si. extra de sepul. & in capitu. in literis. de rapt. Solutio. Ibi loquitur in filijs hæredibus: hinc in illis, qui non erant hæredes. Vel dic quod ibi ideo bona peruenierunt ad filios, quia text. dicit, ad quos bona peruenierunt. Vel dic quod illud est de iure canonico, licet sit contrarium de iure ciuili: quia non tenentur filij, nisi in quantum ad ipsos peruenit, vel lis fuerit contestata cum defuncto: vt l. vna. C. si ex delict. defunc. & etiam est contrarium de iure consuetudinario, vt hic. Sed contra hoc facit huiusmo-

di tex. vbi dicit quod etiam quod filius velit se abstinere à re data in feudum, quod efficitur homo solidus. Dic quod istud est speciale, quādo homagium fit per patrem non modò propter rem sibi datam, sed etiā vt ipse filius & eius ab illo protegantur: quia, vt dictum fuit, potest stipulari, & pacisci filijs suis. Magna enim est potestas patris: ¶ quia potest vendere filium propter famē: vt in l. ij. C. de pa. qui fil. dist. Ita dicit Spec. in tit. de feud. §. quoniam. versic. v. & pro hoc facit, quia pater & filius eadē persona reputantur. C. de impuber. & alijs substitu. l. fina. Item quia vox patris habetur tanquam vox filij: vt instit. de inuti. stip. §. ei. qui. Item quia filius in bonis patris censetur quasi dominus: quia alitur ex illis bonis, sicut pater: vt tex. instit. de hære. qua. & disse. §. sed sui. Item possessionem viuo patre habere videtur: vt ff. pro hære. l. ij. in fine. Hinc est quod sola administratio dicitur transire ad filium, cum pater moritur: vt ff. de libe. & posthu. l. in suis. Vel dic quod istud fit iure cōsuetudinario, vt hic. ¶ Oppo. quintò, quod filius, etiam transactis anno & die, non sit liber: vt in constitu. regis Alfonsi. capitul. item commemorans. §. emes aiuscant. Solutio. Ibi fuit dictus filius requisitus intra annum & diem: & tunc non efficitur liber, vt ibi: sed si non fuit requisitus, vel contradictum per dominum intra annum & diem, tunc secus, vt hic. Oppo. sextò, quod non possunt bona sua propria recipi in feudū ab alio: ¶ quia feudū acquiritur ex inuestitura, successione, vel eo, quod habetur pro inuestitura: vt in cap. primo. de consue. rec. feud. & quod dicit Bald. de capit. qui cur. vend. cap. j. vbi dicit quod per simplicem recognitionem non constituitur feudum. Solu. Eo ipso quod vassallus recepit dicta bona in feudum ab ipso domino, acquiritur feudum, ac si propria esset inuestitura facta, arg. not. in dicto c. j. & ibi Bal. vbi habetur quod si dominus dixerit vassallo. Vade in possessionem feudi, & iuit, acquiritur sibi feudum, ac si propria esset inuestitura. Vide ibi Bald. Oppo. septimò super eo, quod dicit tex. ibi: adepti sunt hæreditatem patris vel in vita: ¶ quia hæreditas non dicitur viuentis: vt l. prima. iuncta gloss. ff. de actio. hæred. & l. hæreditas. ff. de verborum significatio. Solu. Si referas verbum Hæreditatem, ad verbum

In

In vita, expone hæreditatem, id est, bona paterna. Verba enim possunt sumi proprie, & improprie, secundum Bartolum in l. prima. C. de vsuf. l. secunda. ff. de offic. procon. Et etiam quod de substantia ponatur vnum verbum pro alio, non viciat, secundum Innocen. in capi. petitio. de procur. & Bal. in l. id quod pauperibus. C. de episc. & cler. & per eum in l. si cum te. C. de dona. ante nup. & de suc. feu. glo. in l. quoties. C. fami. ercif. & in l. licet. C. de pac. Neque verba semper operantur prout sonant, quādo ius interpretatur qualiter debet sumi. glo. in capitu. si duo. de procurato. lib. vj. in verbo, Occupantes. & ibi Gemi. concord. gloss. eod. cap. in verbo in solidum. & diuersimodè verba intelliguntur. l. cum filio. ff. de lega. iij. Istud enim verbum Hæreditatem refertur ad duo, scilicet ad vitam, & ad mortem. Et quando vnum verbū refertur ad duo, vel ad plura, debet intelligi prout potest illa determinare vniformiter, aliàs informiter, secundum Bar. in l. in testamēto. C. de testa. mi. vide quæ dixi supra in c. si vassallus. in expositione literæ, in verbo Hæreditauerit. Expeditis contrarijs, ¶ veniamus ad quæstiones. ¶ Et primò quæro, quid si non liquet, aut apparet ex qua causa homagium sit præstitum? Dic quod in dubio præsumitur illud homagium fuisse factum vt ipsum hominem & eius filium defendat: & sic eius filius est adstrictus, & efficitur homo illius, cui homagium est factum, secundum Specu. in dicto versic. circa finem. & Ioan. de Bla. vbi supra. qui dicit, regulariter filium hominis mei meum hominem esse, vt hic. Quæro, quid si ex homine meo plures superiunt filij? Dic quod omnes sunt homines mei, secundum Spe. vbi supra. versic. vj. ¶ Quæro, quid si homo meus exhæredat vnum de dictis filijs suis, an exhæredatus sit homo meus? Spec. in dicto §. versic. vij. dicit quod nō: & postea dicit quod alij tenent contra. Quæro, quid si aliquis homo intrat māsimum mulieris, an teneatur se facere hominem domini ipsius mansi? Et dic quod sic, si non est homo solidus alterius: vt probatur infra cap. nullus. ibi versic. non poterit. & §. si verò dictus maritus eius non est. ¶ Quæro, quid si aliquis homo moratur intra terminos alicuius allodij, an censeatur esse homo domini illius allodij? glo. in vsat. de omnibus.

dicit quod sic. Et ibi quod de emēda hominis mei interfecti dominus habet tertiam partem. Et vide gloss. in vsatic. rusticus. ij. Quæro, quid si aliquis homo habitat in loco meo, an sit meus homo? no. in vsatico, præcipimus. in verbo, in hominibus. quod sic. Ad hoc extra de ordi. cog. c. cum dilectus. in princip. de restit. spol. ca. Pisanis. ff. de offic. præfec. vrb. l. j. §. cum vrbem. & quod not. in vsati. per bonum vsaticum. in fin. gloss. Et pro hoc extra de priui. ex parte. & quod nota. xvj. quæstione prima. Et pro hoc etiam facit supra ca. si aliqui allodiarj. & contra facit vsatic. de omnibus. ibi: in quorum honore. & ibi Iacobus de Monteud. secundum Rouiram, & Io. de Ponte, qui dicit quod pro hoc facit cōstit. Regis Petri, curia Barchinonæ. c. item quod in terris, siue locis. & constitu. regis Iacob. secundi. capitu. item quod aliquis homo, qui teneat. & in eadem curia Barchinonæ. cap. item quod aliquis homo non compellatur. Guli. Præpositi istud intelligit quod est homo meus quo ad proprietatem, non quo ad iurisdictionem. Et vterius dicit quod vidit istam quæstionem. quidam ædificauerat domum in quodam prædio in termino ciuitatis, & tenebat prædium in emphyteusim pro quodam clerico, ille clericus dicebat quod erat homo suus, & tenebatur præstare homagium: fuit pro ista parte iudicatum. Sed fuit ad dominum Regem appellatū, vt ipse refert, & ignorauit quid postea fuit iudicatum. Adde quod Iacobus de Monellis notat in dicto vsatico, de omnibus. quod est obseruantia in Cathalonix quod morantes in honore, seu allodio alicuius, censeantur eius homines. Et in dice. celi Gerundeni fuit iudicatum quod homo alicuius tenetur præstare iuramentum, & homagium fidelitatis domino castri, vbi moratur, in quo dominus castri habet iurisdictionem. & hostem, & caluacatam. Vide Iacob. de Monteud. in dicto vsatic. de omnibus. in verbo, in quorum honore steterint. vbi dicit quod de obseruantia Cathalonix est quod morantes in honore, siue allodio alicuius domini, dicuntur esse homines, dum ibi morantur, & faciunt ibi focū. Et refert se iudicasse de aliquibus hominibus de Prouinciana: & similiter dicit fuisse iudicatū per Guliel. de Pinallis de aliquibus hominibus de sancto Baudilio. Hoc tamē dicit

dicit esse intelligendum de sacarijs & vil-
lis tantum, non tamen in ciuitatibus, & ma-
guis villis muratis, & in villa Oloti, & Bal-
neolarum, quæ sunt de diocesi Gerunden.
homines ibi populi præstare consueve-
runt iuramentum, & homagium fidelitatis
dominis abbatibus ipsarum villarum. Et
hoc sequitur Guilielmus de Vallsicha in
vfatico, omnes homines à vicecomitibus.
38 in lectura, vbi sic inquit. † Sed nūquid ho-
mines, in quibus aliquis habet simplicem
iurisdictionem, teneantur dicto domino
habenti iurisdictionem sacramentum fide-
litas præstare? dic quod sic. Et pro hoc fa-
cit nota. domini Hostien. titu. de feu. §. quid
sit fidelitas. versicu. sin autē domesticus. ibi:
sed quia sub iurisdictione. Et ita fuit deter-
minatū in hominibus Balneolarū, in qui-
bus habet Abbas simplicem iurisdictionem:
& in causa Bernardi de Fuxano mili-
tis contra homines villæ de Armenteria.
Quærit ulterius idem Guiliel. ibi, nun-
quid homo alicuius tenetur facere sacramē-
tum fidelitatis domino castri vel loci, ha-
benti in eo iurisdictionem ratione domici-
lij, quod fouet in eodem castro? Dic quod
sic, vt ex prædictis apparet. Et pro hoc fa-
cit l. non videtur. §. qui iussu. ff. de regu. iur.
& in feud. qualiter vasal. iura. deb. capi. pri-
mo. in fine. & adde quæ dicam infra capit.
sequenti. in fine. & quæ dixi supra. cap. pri-
mo. in materia fidelitatis. Raynaldus verò
Balistarij in dicto vfatico, de omnibus. in
verbo, in quorū honore. sic inquit. Per hūc
39 textum dicunt quidam † quod faciens fo-
cum in alodio alterius, sit homo illius ex
hoc solo. Sed contrarium est verum, &
fuit obtentum in contradictorio iudicio.
Et hoc nisi esset in loco murato alterius, &
intra terminum castri: quia tunc talis esset
homo domini castri. Et propterea fuit sic
obtentū contra homines villæ sancti Cu-
cuphatis Valleñ. Si autem esset in alodio
alterius situato in loco Regio, vt Barchi-
nonæ, esset homo regius, & non domini
alodij. Item hoc dicitur esse verum, nisi ha-
bitet in manso, borda vel pernata alterius:
quia tunc dicitur secus. De quo se remittit
ad nota. per Iacobum de Monteiuada. vbi
40 supra. † Qui autem dicantur mansus,
borda vel pernata: dic quod quo ad man-
sum vide Baldum in l. si plures. C. de cōdi.
infer. & per eum in feud. de conten. inuest.

§. item si quis de. gloss. in capitulo primo.
de cenf. Bartolus in l. si quis ita. ff. de auro
& argen. lega. Borda verò secundum an-
tiquos sapiētes dicitur pars mansi ab eo se-
parata, & sic dimidia pars mansi: vel quod
sufficit certa pars, quauis non dimidia.
Pernata enim dicitur quarta pars mansi,
quæ separatur à borda: & argumētatiue à
nomine: quia sicut perna dicitur quarta
pars animalis, vel carnis salis, ita & perna
dicitur quarta pars mansi, vt sit consonum
nomen rei, iuxta §. est & aliud. institu. de do-
nationib. Alij dicūt quod pernata dicitur
domus facta in alodio alicuius causa mo-
randi, etiam si minima quantitas terræ sit,
in qua fundata est domus. Sed super his
necessaria est interpretatio, secundum for-
41 mam constitutionis. † Et nota quod ho-
mines ecclesiæ non debent cōpelli per ba-
rones vel alios ad se obligandum pro debi-
tis ipsorum baronum, vel aliorum, nec re-
tro decimum soluere, nec pro quæstijs, aut
debitis, aut pro exequutionibus, māfos ec-
clesiarū intrare. aliās irritum est & inane,
& poenam mille florenorum incurrunt in
pragmatica. Nos Ferdinandus & c. quere-
lam & c. Datum anno millesimo trecentesi-
mo. decimo quarto. Item nota, quod ho-
mines religiosorū, & eorum bona, in qui-
bus barones hostem, & caualcatam habēt
sunt in pace & treuga, postquam redierint
de guerra, vt habetur latius in prima respō-
sione, quam dominus Rex Iacob. fecit vi-
cario Rosillionis. Pro hoc facit capitul. si
verò. circa finem. & capitul. si aliqui. & ca-
pitul. consuetudo. lo. in §. vsus est Cathalo-
niæ quod si duo. Quæro, an dominus ha-
beat iurisdictionem in homine suo. Vide
infra capitulo si aliquis habet. & Specu. vbi
supra. versu. xvij. Quæro, an filius homi-
nis mei, non tamen ex foemina mea, sit ho-
mo meus. Specu. vbi supra, versu. quinto.
Quæro, quid si agnatus adierit hæredi-
tatem feudalem, an sit homo meus? Specu.
titu. quo supra §. quoniam. ver. xxvij. quod
sic. De hoc est tex. j. cap. si aliquis vasallus.
Quæro, an homo hominis mei sit homo
meus. Spec. tit. prædicto, & in dicto §. ver.
xiiij. Et an homo meus possit testari, ibi
versu. xix. Et an vxor hominis mei cum illo
longo tempore viuens, mea foemina efficia-
tur. ibi versu. xx. vide Spec. ibi latè per mul-
tas quæstiones.

Vtrum

*Vtrum aliquis possit esse homo solidus duo-
rum dominorum: & utrum mulier possit
esse uasalla solida: & qualiter faciat ho-
magium domino suo pro feudo?*



Vllus potest esse
hō solidus duo-
rum dominorum
de consuetudine
Cathalonix, etiā
de iure: quia si-
cut duo homines non possunt esse
domini vnus eiusdem rei in soli-
dum, ita non possunt habere iura
homagij solidi in eodem homine.
Nam licet de consuetudine Catha-
lonix mortuo vasallo solido alicuius
nobilis, videlicet vicecomitis Car-
donæ, filia ipsius defuncti succede-
bat in feudo solido, quod ipse de-
functus pater dictæ mulieris tene-
bat pro domino vicecomite, pro
quo feudo ipse defunctus erat ho-
mo solidus dicti vicecomitis, ipsa fi-
lia erit vasalla prædicti vicecomitis.
Et si contingat ipsam mulierem ma-
trimonium contrahere cum aliquo
milite homine solido alterius nobi-
lis, videlicet comitis Vrgellensis. Et
ipsa mulier dat dicto militi homini
solido ipsius comitis ipsum feudum
solidum: quod potest facere ipsa mu-
lier propter causam dotis necessa-
riam, iuxta consuetudinem prædi-
ctam: non poterit tamen ipse miles
maritus eius se constituere solidum
hominem prædicti vicecomitis Car-
donæ, cum sit homo solidus prædi-
cti comitis Vrgelleñ. Sed ipsa mu-
lier, quæ successit in feudum, iuxta
prædictam consuetudinem rema-

nebit solida vasalla domini sui præ-
dicti, & faciendo homagium præ-
stabit sacramentum fidelitatis domi-
no suo, & vicecomiti Cardonæ, pro
quo dictum feudum tenet. Ex quo
Consuetudo Cathalonix approbat
quod filia potest in feudum succede-
re: sed osculum per interpositā per-
sonam præstabit domino: & simili-
ter per interpositam personam tan-
quam vasalla seruiet domino. Nam
cum muliebri officium non sit por-
tare arma, ipsa mulier loco sui mit-
tet ad dominum suum vnum arma-
tum, vel plures, si feudum, siue con-
uentio fidelitatis hoc exigit: huius-
modi enim operam bene poterit
per alium explicare. Si verò dictus
maritus eius non est homo solidus
dicti comitis Vrgelleñ. nec etiam
alicuius alterius, ipse tenebitur om-
nia adimplere domino feudi, ex quo
recepit in dotem ipsam rem feuda-
lem. Si verò non recepit in dotem,
& ipsa res feudalis est res parapher-
nalis, non tenetur eius maritus, si
vult, & eius vxor tenetur, vt supra
dictum est.

S V M M A R I V M.

- 1 Homo solidus duorum dominorum esse potest nemo.
- 2 Domini vnus rei plures in solidum esse nequeunt.
- 3 Filia in feudum succedere potest. 11.
- 4 Filia feudum, in quo succedit, marito in dotem constituere potest. 12.
- 5 Foemina succedens in feudo manet uasalla, si maritus sit homo solidus alterius.
- 6 Foemina in feudo succedens per substitutū, seruire potest.
- 7 Seruitia feudi per substitutum possunt explicari.
- 8 Pacis faciendæ ius quare mulieri non competat.
- 9 Omnis, hæc dictio qualiter accipiat.
- 10 Vasallus duorum quando quis esse possit.
- 11 Maritus quando homagium facere teneatur pro feudo uxoris.
- 12 Liber homo an possit se constituere hominem alterius.
- 13 Muliere uasalla mittente domino unum uel plures armatos, an teneatur dominus illos recipere.

G

- 16 Dominus si non acceptabilem acceptauerit, an sit iuris factum.
 17 Homo alicuius an teneatur homagium facere domino loci, in quo moratur.
 18 Mobilia, quae in mansata reperiuntur, mansata praesumentur.
 19 Inuentario conficiendo uocari debent ij, quorum interest.



Villus. Diuide istud ca. in octo partes. In prima parte dicit quod nullus potest esse homo solidus duorum dominorum. In secunda parte dicit qualiter filia potest succedere in feudo. In tertia parte dicit qualiter ipsa foemina potest feudum asportare in dotem viro. In quarta parte dicit qualiter maritus, qui est homo solidus alterius non potest se constituitur hominem solidum domini feudi dotalis. In quinta parte dicit qualiter filia potest esse vafalla. In vj. parte dicit qualiter ipsa filia potest osculum praestare per interpositam personam, & seruire per substitutum. In vij. parte dicit qualiter si maritus non est homo solidus alterius, efficiatur homo solidus ipsius domini feudi dotalis. In viij. parte & vltima dicit quid iuris sit si feudum est paraphernalis. Prima pars incipit ibi: nullus. Secunda pars ibi: nam licet. Tertia pars ibi: & si contingat. Quarta pars ibi: non poterit. Quinta pars ibi: sed ipsa mulier. Sexta pars ibi: sed osculum. Septima pars ibi: si vero dictus. Octaua pars ibi: si vero non. Casus. Homo solidus vnus non potest se facere hominem solidum alterius: & filia de consuetudine Cathalonie succedit in feudum, & potest illud feudum constituitur marito in dotem: tamen si maritus est homo solidus alterius, non potest se constituitur hominem solidum domini feudi dotalis: sed ipsa mulier remanet vafalla, & faciet homagium, & fidelitatem, & osculum praestabit per interpositam personam, & seruiet per substitutum: & si maritus non est homo solidus alterius, recipiendo feudum in dotem efficitur homo solidus domini ipsius feudi: & si res est paraphernalis, non tenetur maritus, nisi velit, sed eius vxor. hoc dicit. Col lige notabilia. Nota primo quod nullus potest esse homo solidus duorum dominorum: quia iura homagii solidi in eodem homine habere non possunt. De hoc dixi latius supra, in c. duplex. in quarto notabili. & in c. homo solidus. & in c. si aliquis est homo. in primo notabili. Adde Lud. in l. si

quis in graui. si cum omnes. ff. ad Silla. circa fi. & Bal. in l. si in adoptione. C. de adop. Nota. ij. q. duo homines non possunt esse domini in solidum vnus rei. C. cor. in l. sicut certo. si duo. ff. commoda. de cal. pec. l. pater. si j. vide Bal. in l. cum falsa. circa finem. C. de iuris & fac. igno. Adde q. nec eadem possessio munero potest apud plures in solidum esse: vt in l. possideri. si ex contrario. ff. de acqui. pos. nec dominium potest haberi ex pluribus causis in idem tempus acquisitionis non concurrentibus, vtraque remanente valida: vt est tex. ibi. si ex pluribus. & tex. & ibi Ioan. And. in c. inter dilectos. de fid. instr. Nota. iij. q. filia succedit in feudum. C. cor. si defuncto. supra, & Spe. ti. de feu. si quonia. versic. xxv. vbi dicit q. in plerisque locis succedit: adijciens q. in successione feudi, certa non potest dari regula, propter diuersas locorum consuetudines, & propter diuersa pacta & consuetudines. Adde quae latius in d. c. si defuncto. scripsi. Nota. iij. q. filia potest constituitur in dotem viro suo feudum, in quo succedit. Concor. d. c. si defuncto. vbi de hoc dixi late. Not. v. quod si maritus est homo solidus alterius, quod non potest se constituitur hominem solidum domini feudi dotalis. Concor. v. fatic. qui solidus. & quae dixi in dictis capitulis, duplex. & si aliquis homo. Nota. vj. q. ipsa filia, quae succedit in feudo, si maritus est homo solidus alterius, remanet vafalla, & facere debet homagium, & fidelitatem domino suo. Nota. vij. q. filia succedens in feudo, si maritus est homo alterius, osculum praestabit per interpositam personam. An autem fidelitas possit praestari per procuratorem, scripsi supra, in capi. j. in materia fidelitatis. Nota. octauo quod filia potest seruire per substitutum. De hoc latius scripsi supra. c. vafallus, siue castellanus. Not. nono, quod officium muliebri non est vlitare arma. Vide Bal. in feud. qui feu. dare possunt. si hoc autem. vbi dicit quod cum seruitium consistat in seruitio viri, puta in pugna, quod mulier, tanquam incapax, excluditur. Sed ista conclusio corrigitur per hoc cap. Adde Jac. Callicij in viridario militiae. que est. ij. in illa q. quero vtrum mulieres. Adde Jac. Alua. in feu. de his, qui feu. dare possunt. hoc autem. Not. x. quod seruitia feudi per vafallum domino debita possunt per alium explicari. C. cor. c. si aliquis est. & quae ibi scripsi

scripsi in vj. Nota. xj. quod si maritus non est homo solidus alterius, omnia tenetur adimplere, ex quo recipit in dotem rem feudalem. Et qualiter hoc intelligatur, dicam infra in expositione literae, in verbo omnia. Nota duodecim o & vltimo, quod si vxor habet rem feudalem paraphernalis, quod maritus non tenetur, nisi velit, sed eius vxor tenetur. Concor. supra. c. si defuncto. si fina. Expone literam. Nullus est dictio indefinita, quae equipollet vniuersali: vt tex. iuncta glo. in verbo. Nullius, in cle. j. de praebend. Potest. De isto verbo vide quae dixi supra, in c. si castellanus. in verbo, Poterit. & in c. si vero. De verbo Potest, habetur per Bal. & Andrae. de Sicil. in c. quaestioni. de app. & per eundem Bald. in l. si ideo. C. de his, qui. vt indig. & per Barto. ff. de iniust. ruptest. & in repeti. l. creditores. C. de pig. & in l. sepe. ff. de offi. presi. & per Bal. in l. ij. in ij. col. C. qui. res iudi. & Bar. in l. suus quoq. si sed si filio. ff. de haere. insti. Solidus, id est, legius, vt dixi supra, in d. c. duplex. De consuetudine. supple vt hic, & in d. c. duplex. De iure. vide in dicto capitulo duplex. in quarto notabili. vbi istud ius allegaui. Videlicet comitis Cardona. supple, id est de alio: quia hic causa exempli de ipso vicecomite dictum est: & exempla non restringunt regulam, vt dixi supra, in c. licet. Ipsius defuncti. supple vafalli. Solidum, id est, legitimum. Contingat, id est, eueniat. Alicuius nobilis. supple, vel alterius: quia hic causa exempli dicitur, vt dixi supra proxime. Ipsum feudum solidum. supple in dotem: vt in c. si defuncto supra. Sed osculum. supple quod fit in praestatione homagii: vt d. c. licet. & dixi in d. c. duplex. Per interpositam personam seruiet, id est, per substitutum. Vlitare arma. Vide glo. in c. j. qui feud. dare possunt. si hoc autem. vbi dicit quod mulier non potest iuuare dominum, nec pro eo pugnare. Adde Ang. in consilijs, consilio. cclxxxvij. & in l. iij. si Cato. ff. de verbo. oblig. & in l. pro haere. si fi. de acquiren. haeredi. vbi dicit quod ius faciendae pacis non competit filiae foeminae: quia vindicta manualis sibi non pertinet: licet ibi Lud. dicat quod forte hoc non procedit. Et vide Angel. in l. si filius, qui patri. ff. de vulg. & pupil. Bal. in d. si. & in l. Titia. si Lucius. ff. de lega. ij. & And. de Sicil. in cle. j. de elect. Hoc exigat, id est, requirat. Nam secundum couen

tionem, si interposita est, seruitium fiendum est, & iuxta illam iudicandum: vt infra capi. si aliquis habet. si. Item quaecunque contentio. Explicari, id est, fieri, aut compleri. Omnia adimplere. Nota dictio Omnia, est vniuersalis, secundum Bald. in feud. de capit. qui cur. vendi. & qui omne dicit, nil excludit. l. Iulianus. de lega. tertio. & ibi Bar. & l. a procuratore. C. manda. Et quando ponitur in singulari est distributiva. Si autem in plurali, est collectiva, secundum Barto. in l. moschis. ff. de iure fisci. & in l. iij. ff. de statu ho. Et dic omnia, supple, quae hic continentur, & in d. cap. si defuncto. In dotem: supple rem feudalem. Paraphernalis. Quae dicatur res paraphernalis, vide quae dixi in dicto capitulo. si defuncto. in verbo, paraphernalibus. Non tenetur eius maritus. supple facere homagium, neque alia, quae hic, & in d. c. si defuncto, continentur. Supra dictum. scilicet in hoc ca. Nota. j. de eo, quod dicit gl. in cle. pastoralis. de re iu. vbi dicit q. vafallus potest esse duorum. Solut. Vafallus non potest esse solidus duorum, vt hic, & in vfat. qui solidus. circa prin. sed bene potest esse solidus vnus, & vafallus non solidus alterius: vt ibi, & dixi late in dicto cap. duplex. Oppo. secundum quod etiam vafallus potest esse duorum: vt in dicto vfat. qui solidus. in fine. Solut. Fateor contrarium, quando vafallus se facit vafallum alterius de voluntate prioris domini, vt ibi: alias secus, vt hic. Vide quae dixi in dicto cap. si aliquis. in primo notabili. Nota. Oppo. tertio, quod filia non succedat in feudum, nisi quando ipsa sit tantum superstes: vt supra, in c. si defuncto. Sol. intellige istud cap. secundum illud, hoc est, quod tunc demum filia succedat in feudo, quando nulli super sunt filij masculi, vt hic: alias si superessent, secus, vt ibi in contrario sensu ipsius tex. vi de quae scripsi in dicto c. in ij. & iij. opposi. Nota. Oppo. iij. quod filia non potest feudum in dotem constituitur: vt in feud. quali. feu. ali. si donare. & in c. nuper. de dona. inter virum & vxorem. Solut. vt dixi in dicto ca. si defuncto. in vj. oppo. Oppo. quinto, quod maritus, cui feudum constitutum est, tenetur facere homagium domino, & dare potestatem de castro, & alia facere, quae vafallus facere tenetur: vt in dicto cap. si defuncto. Solut. quod hic dicitur in ver. non tamen ipse miles, & c. habet locum, Nota. quando

ipse marit⁹ est homo solidus alterius: quia tunc non potest homagium facere domino feudi dotalis. Si autem non esset homo solidus alterius, tunc tenetur facere homagium ipsi domino, ex quo feudum in dotem recepit, ut ibi, & hic in §. si vero dictus maritus. quia expedit iura iuribus concordare: ut in cap. cum expedit. de elect. libr. sexto. Expeditis contrarijs, veniamus ad quaestiones. Et primo quero, nunquid regulariter sit permittum vasallo seruire per substitutum. Vide quae amplissimè scripsi in dicto cap. vasallus, siue castellanus. & in capitul. si aliquis supra. ¶ Quæro, an liber homo se possit constituere hominem alterius. Et credo quod sic: ut supra, in cap. habito. & hic in §. si vero dictus. in contrarium facit vsatic. qui solidus. & in constitutione regis Iacob. secundi. in quarta curia Barcinonæ. c. Item quod nullus homo. nisi se hominem alterius fecerit de voluntate prioris domini. Quid igitur dicendum? Pro huiusmodi quaestionis declaratione distingue, aut ille homo est homo solidus alicuius, aut non. Primo casu subdistingue, aut ille vult facere solidantiam alicui, aut non solidantiam. Primo casu dico quod non potest. Et ita intelligo dictum vsaticum, qui solidus. & dictam constitutionem. Item quod nullus homo. & huiusmodi. capitul. ibi, in versic. non poterit tamen. & capitul. duplex. versic. quod nullus. nisi de voluntate prioris domini: ut in dicto vsatico, circa finem. & habetur in dicta constitutio. sed bene se potest facere non solidum duorum dominorum pro diuersis feudis, secundum Specul. in titulo de feu. §. quoniam. versiculo duodecimo. Secundo casu dico quod regulariter se potest facere hominem non solidum alterius, ignorante, vel irrequisito priore domino, secundum not. per Iaco. de Monteuda. in dicto vsatico, qui solidus. & in hoc cap. in §. si vero dictus maritus. dum tamen excipiat ius prioris domini, secundum quod scripsi in dicto capitul. duplex. in quinto notabili. Fallit in inimico prioris domini, cuius non potest se hominem facere non solidum, ipso contradicente, vel irrequisito: ut est text. supra in capitul. homo solidus. & quod ibi scripsi, praesertim in prima, & secunda oppositio. & per dictum Iacob. de Monteuid. in dicto vsatico, qui solidus. Secundo casu principali dico quod potest

se facere alterius hominem solidum, vel non solidum, ut in d. c. habito. & hic in dicto. §. si vero dictus maritus. & not. per dictum Iaco. de Monteuid. in dicto vsatico, qui solidus. Adde quae latius scripsi in c. licet. in quarta oppositio. Et pro hac mea distinctione. vide Spec. titu. de feu. §. quoniam. versic. xj. ¶ Quæro iuxta tex. quid si mulier mittit domino vnum vel plures armatos, nunquid dominus illos recipere teneatur? Et dico quod sic, ut hic: quia text. non distinguit, nec nos distinguere debemus: ut l. de pretio. ff. de public. E contra quod non, nisi sit domino acceptabile: ut in feud. de prohib. feud. alic. per Frede. §. firmiter: ubi habetur quod ille, qui non vult, vel non potest ire, potest mittere domino acceptabilem. Et istud credo verius. Nec obstat d. l. de pretio: quia vna lex indistinctè loquens, per aliam legem distinguitur: ut est tex. in l. quauis. ff. de in ius voc. & ibi glo. & docto. & C. eod. l. venia. l. liberti. ff. de offic. affes. & l. quaesitum. in fine. ff. de testib. Non enim est nouum, priores leges trahere ad posteriores. l. nam & posteriores. cum seq. ff. de legib. Istud enim ius consuetudinarium recipit interpretationem à iure communi feudali, secundum not. per Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Et intelligo acceptabilem domino, ut bono viro, secundum Bal. in d. §. firmiter. Adde quae dixi supra, in d. c. si defuncto. ¶ Quæro secundum Bal. ibi, an si milit domino non acceptabilem, tamen dominus illum acceptauit, nunquid iuri est satisfactum? Et dicit quod sic. Et credo quod bene: quia istud est introductum in fauorem sui, cui per acceptationem potuit renuntiare, argumento. l. si quis in conscribendo. C. de pact. Et adde quae scripsi in proemio additionum, quas feci de pace & treuga ubi dixi quod iura debent per aliquam distinctionem concordari. De materia istius capituli latius scripsi in d. c. si defuncto. Quæro, an sit in electione vasalli, ne, aut mittere substitutum? Vide Bal. de pa. iura. fir. §. firmiter. in verbo persoluendo. ¶ Quæro, nunquid homo alicuius tenetur facere iuramentum fidelitatis, & homagium domino loci, ubi moratur, & in eo iurisdictionem habent? Dic quod non, nisi iuramentum: tantum fidelitatis. ff. de reg. iur. l. non videtur. §. qui iussu. in feu. quali. vasal. iura. deb. ff. de c. j. in fin. Sed dicunt antiqui sapientes quod

quod de consuetudine episcopatus Gerundensis & Cathalonix tenetur facere homagium fidelitatis domino in eo iurisdictionem, hostem, ac caualcatam habenti. Et ita fuit iudicatum Gerundæ in facto castri de Talliata, maximè de consilio. Arnaldi Solerij vtriusque iuris doctoris. Vide Pet. Iac. ex qui. cau. do. debet amit. proprie. §. nona dist. versic. est autem notandum. & facit supra. si aliquis homo. Vide quae scripsi supra, in c. duplex. & in c. habito. in fi. & in c. j. in materia fidelitatis. ¶ Notat hic doctores quod bona inuenta mobilia in mansata praesumuntur esse mansata, & non possidentis mansatam, nisi contrarium probetur. Vide circa hoc. l. Titia. §. Caius. ff. de leg. ij. & gl. xij. q. j. sicut manifeste. & insti. per quas per se. nobis acquir. §. sanctum. super verbo Pro spera. Et vide Heric. in c. j. de pecul. cler. & maximè in §. sequitur. De hoc est consuetudo scripta in diceccl. Gerundens. Sed istud ita indistinctè non est verum: ideo indiget maiori examinatione. Ideo pro pleniori istius quaestionis decisione sic distingue. Aut ille, qui intrat mansatam, tempore ingressus conficit inuentarium de bonis in dicta mansata existentibus, seu iuentis, aut non. Primo casu subdistingue, aut dictum inuentarium fuit confectum praesente vxore ipsius, aut non. Primo casu dic quod non praesumuntur bona esse de mansata, nisi illa, quae fuerunt inuentariata, cum standum sit inuentario, nisi contrarium probetur, secundum Bartol. in l. scimus. C. de iur. deli. Adde Lud. in l. si constante. ff. solu. mat. ubi dicit quod si heres fecerit inuentarium, praesumptio est non esse alia bona: & sic onus probandi contrarium incumbit aduersanti. quilibet enim praesumitur industrius: ut dicit textus, & ibi Bald. in l. si defuncto. C. arbi. tut. & ibi Salic. de intellectu casus legis vide Ant. de But. in c. j. de pecul. cle. Secundo casu dico quod non debet stari dicto inuentario, cum ipsa, de cuius interesse tractatur, debuit vocari in dicto inuentario: alias maritus posset eam fraudare, argumentum. l. to. l. dict. scimus. ¶ Nam in inuentario debent vocari, quorum interest: ut in authent. sed cum testator. C. ad leg. falci. & ibi Bal. Credo tamen quod si ipsa mulier vocetur, & nollet interuenire in dicta confectio inuentarij, quod tunc adhibitis tribus personis, quod dictus eius maritus potest con-

ficere dictum inuentarium, secundum not. in dicta auth. sed cum testator. & ipse gauderet beneficio illius, & noceret vxori: ut l. si eo tempore. C. de remis. pigno. & ibi Bar. & Salic. & in authen. si omnes. C. a se ab habere. absti. Secundo casu principali teneo opinionem, quae hic tenent doctores antiqui, quod bona ipsa praesumuntur esse dicta mansata, argumento iurium per eos allegatorum. Et adde Bal. in feu. de conten. inter do. & fil. & Bart. in l. cum oportet. C. de bo. quae lib. & ibi Bal. & Salic. & Bart. in l. j. §. sed nec castrense. ff. de colla. bon. Quod credo fore limitandum, nisi maritus monstrauerit vnde illa bona habuerit, argumento. l. Quintus. ff. de dona. inter vi. & vxor. ibi: quod non demonstratur. l. etiam. versic. nec est ignotum. C. eo. tit. à contrario sensu. Et etiam praedicta intelligo esse limitanda in vestibus ipsius mariti, & in fructibus illius anni, quo decedit, vel exire habet dictam mansatam: cum illa praesumatur ex industria ipsius quaesiuisse, argumento notatorum per Bar. in d. §. sed nec castrense. ubi dicit quod quando attribuitur personae filij ex industria, vel labore, dicitur aduentitium filij. Et adde Lud. in l. quod seruus. ff. de acquirenda possess.

Utrum vasallus teneatur sequi dominum suum ad partes remotas.



SI aliquis dominus vult ire ad partes valde remotas Saracenorum, ad expugnandum eos, potest mandare vasallis suis ut ipsum sequatur, si ipse dominus est talis dominus, qui habeat potestatem expugnandi contra Saracenos, & etiam quod praedecessores eius pugnaverunt, & consueuerunt pugnare contra Saracenos, ut rex Aragonum, rex Franciae, rex Castellae, & quidam alij principes: vnde talis dominus potest indicare vasallis suis, & etiam alijs hominibus

fuis naturalibus vtilibus in facto armorum, vt cum ipso vadant ad partes Saracenorum. Rex tamē ipse teneatur dictis vafallis vel expensas totas, si feuda, quæ pro ipso tenent, sunt parua, vel partem expensarum restituere: quod totum relinquitur terminādum arbitrio boni viri, qui considerabit magnitudinem feudorum, & magnitudinem, & breuitatem itineris. Si verò dominus illius non sit talis dominus, qui habeat potestatem pugnandi contra Saracenos, nec consueuerunt ipse, vel antecessores sui, pugnare, vel ire contra Saracenos, non tenentur vafalli, nec etiam aliqui sui homines ipsum sequi ad partes ipsas valde remotas, licet dominus ipse possit eis huiusmodi seruitium indicere cōtra suos inimicos, contra quos guerram haberet.

S Y M M A R I V M .

- 1 Dominus quando vafallis indicere possit ut se sequantur aduersus Saracenos.
Reges, qui contra Saracenos pugnare possint.
- 2 Saracenis bellum per Christianos indici potest.
- 3 Bellum mouere ad quem spectet.
- 4 Reges, qui olim Saracenos expugnare consueverunt.
- 5 Rex Aragonum vadens contra Saracenos vafallis ministrat expensas.
- 6 Dominus quo casu vafallis seruitium indicere possit.
- 7 Guerre nomine quid ueniat.
- 8 Alius, hac dictio est implicatiua similitum.
- 9 Princeps censetur, qui superiorem non recognoscit.
Principis nomine quis ueniat.
- 10 Senex quis merito dicatur.
- 11 Pauperes bello inutiles.
- 12 Paupertas à quibus excuset muneribus.
- 13 Paupertas à quibus minimè excuset.
- 14 Claudii bello inutiles, sicut et surdi, et cæci.
- 15 Bello quæ persone inutiles.

- 16 Mulieres à muneribus excusantur personalibus.
- 17 Monachus in monasterio arma tenens, est excommunicatus.
- 18 Sexagenarius à bello excusatur.
- 19 Filius emancipatus non censetur eadem persona cum defuncto.
- 20 Feudatarij pauperes non excusantur ab exercitu.
- 21 Partis appellatione quid ueniat.
- 22 Feudatarij an teneantur dominum sequi ad partes remotas, et nisi.
- 34 Vafalli an teneantur dominum sequi proprijs expensis.
- 35 Fideles imperij quando Imperatorem sequi non teneantur.
- 36 Bello quem impetere an liceat.
- 37 Bellum iustum quod dicatur.
- 38 Bellum quare contra paganos indicatur.
- 39 Rex Aragonum an possit bellum indicere.
- 40 Rex Aragonum an possit bellum Christianis indicere.
- 41 Clericis an liceat bellis inter esse.
- 42 Bello capti an licitè possint occidi.
- 43 Capti bello qualiter efficiantur serui.
- 44 Capti ab hostibus an efficiantur capientium.
- 45 Captus quis non dicitur nisi ductus sit intra inimicorum præsidia.
- 46 Capta bello an et quando restitui debeant.
- 47 Postliminium in quibus locum habeat.
- 48 Captus bello si per fallaciam euaserit, an pristinum statum recuperet.
- 49 Præses provincie an possit bellum indicere.
- 50 Stipendarius bello captus an habeat stipendia tempore captiuitatis.
- 51 Belli indicendi solemnitas quæ.
- 52 Captiuus ad fidem relaxati, ad mandatum relaxantium debent reuerti.
- 53 Bona bello parta, in foro conscientie sunt restituenda.
- 54 Capta bello an et quando efficiantur capientium.
- 55 Captus bello à duobus, sub fide relaxatus, ad quem eorum reuerti debeat.
- 56 Pax et inducie à quo fieri possint.
- 57 Successor regis an teneatur seruare pacem datam per regem.
- 58 Princeps solus compellere potest subditos ad muros extruendos.
- 59 Capitaneus quis dicatur.
- 60 Dux belli à solo principe creatur.
- 61 Dux belli qualem habeat iurisdictionem.
- 62 Hostes iure belli capiuntur, ut et transfuga.
- 63 Transfuga quis dicatur.
- 64 Miles utile quid faciens contra ducis edictum, puniatur.
- 65 Princeps an possit componere de damnis bello illatis inuito populo.
- 66 Iudex quando ius unius possit alteri conferre.
- 67 Pax facta cum principali authore belli ad quos extendatur.

- datur.
- 68 Clerici pacem à principe datam seruare tenentur.
 - 69 Conuocatio hostium et populi ad quem spectet.
 - 70 Territorium regis ibi est, ubi rex.
 - 71 Patria propria dicitur in qua quis natus est.
 - 72 Honorem domini qui iurare teneantur.
 - 73 Principe infirmo quis populum conuocare possit.
 - 74 Rex quando per se, et quando per alium possit populum conuocare, et.
 - 75 Seruus quando habeatur pro derelicto.
 - 76 Aegritudo quos et à quibus excuset, et numero sequenti.
 - 83 Leges generaliter loquentes, non extenduntur ad eum, qui aegritudine impeditur.
 - 84 Infirmus quæ excusationem tribuat.
 - 85 Rege absente quis possit populum conuocare.
 - 86 Substituere quando possit quis loco sui.
 - 87 Collectas soluere qui teneantur, et qui non.
 - 88 Ius posituum omne mutari potest consuetudine.
 - 89 Consuetudo quæ tribuere solet.
 - 90 Consuetudo ad alios casus uel personas non extenditur.
 - 91 Munus extraordinarium quod dicatur.
 - 92 Pupilli quare à bello exempti.
 - 93 Mulier loco uiri ad collectas tenetur.
 - 94 Clerici bello interesse non debent, ad collectam tamen pro bello tenentur.
 - 95 Priuilegium de non soluendis collectis, aut muneribus præstandis quando ualeat.
 - 96 Rege aliquem à numeribus eximente, an pars illius exempti debeat detrahi.
 - 97 Ciuitas an possit quem à muneribus eximere.
 - 98 Princeps an possit indicere collectas pro soluendis stipendijs militum.
 - 99 Reges quas subditis collectas indicere possint, et numero.
 - 100 Collectæ pro patrimonij uiribus imponi debent.
 - 101 Vestigal quid sit.
 - 103 Necessitas quod ex se illicitum est, licitum facit.
 - 104 Clerici nec ad collectas, nec ad equos ob guerram tenentur.
 - 105 Vestigalia quare principi pendantur.
 - 106 Libertus cui legata sunt alimenta, non tenetur heredem sequi ad remotas regiones abeuntem.
 - 107 Barchinona an teneatur in Cathalonia facere hostem excaualcatam, et an extra.
 - 108 Vafalli regis an ei seruire teneantur extra regnum.
 - 109 Vafallus dominum in bello iusto ubi et quando iuuare teneatur.
 - 110 Bello interesse qui debeant.
 - 111 Barchinona et alie regni ciuitates extra regnum hostem

- facere non tenentur.
- 112 Subditi an dominum expensis proprijs ad prælium sequi debeant.
 - 113 Munus quod reale, et quod personale.
 - 114 Dominus quando vafallis in bello expensas facere teneatur.
 - 115 Possessio an per processum contra contumaces acquiratur.
 - 116 Pactiones in feudis appositæ sunt seruandæ.
 - 117 Seruitium feudi quod esse debeat.
 - 118 Vafallus an de iure dominum sequi teneatur.
 - 119 Vafallus domino feudi seruitium conuentum præstare teneatur.
 - 120 Poena statuti non abolet eam, quæ est iuris communis.
 - 121 Vafalli qui et quando dominum extra principatum sequi teneantur.
Factum unius obligatorum quando reliquis non proficit.
 - 122 Cathalani non tenentur sequi regem suum extra regnum.
 - 123 Patria propria ab omnibus est defendenda.
 - 124 Prouincia una quando aliam iuuare teneatur.
Filius in quibus magis patrie, quam patri teneatur obedire.
 - 125 Princeps quis, et unde dicatur.
 - 126 Inclutus quis dicatur.
 - 127 Aduocati an teneantur ire ad expeditionem militarem.
 - 128 Munus personale est, ad bellum proficisci.
 - 129 Ordinationem superioris quando licitè transgredi possit inferior.
Priuilegium à principe concessum non ualeat, quod in Reipublicæ periculum uergeret potest.
 - 130 Hostis quo differat à caualcata.
 - 131 Caualcata quid sit.
 - 132 Hostis quid proprie dicatur.
Exercitus quid sit.
 - 134 Hæres futurus capti ab hostibus, priuatur ipsius successione, nisi ipsum redemerit.
Frater fratrem redimens an possit repetere.
 - 135 Redimens aliquem ab hostibus an possit ultra pretium redemptionis repetere.
 - 136 Nuntium ab hostibus captum quando teneatur mittens redimere.
Restitutio damnatiffacta per principem, an porrigatur ad bona iam in tertium translata.
 - 137 Argumentum à sensu contrario est in iure fortissimum.
 - 138 Arma deferre qui possint.
 - 139 Iura quæ de usu armorum tractare dicantur.
 - 140 Arma deferre licet itinerantibus.
 - 141 Consuetudo generalis induci potest tolerantia principis.
 - 142 Clericis quando liceat arma portare.
 - 143 Pensio an debeat remitti propter bellum.



B aliquis. Diuide istud capit. in quatuor partes. In prima parte dicit, qualiter dominus potest mandare suis vasallis, vt illum sequantur, quando vult ire ad expugnandum Saracenos ad partes remotas. In secunda parte dicit, qualiter expensas ipsorum vasallorum, & aliorum, qui cum eo ierint, soluere teneatur. In tertia parte dicit quod si ipse dominus non sit talis, qui habeat potestatem pugnandi contra Saracenos, quod ipsi vasalli ipsum dominum sequi non tenentur. In quarta parte, & vltima dicit qualiter ipse dominus potest ipsi vasallis indicere seruitium contra suos inimicos, cum quibus guerram habet. Prima pars incipit ibi: si aliquis. Secunda pars ibi: Rex tamen. Tertia pars ibi: Si vero. Quarta pars ibi: licet dominus. Casus. Dominus potest mandare vasallis, & alijs hominibus suis, vt ipsum sequantur ad partes remotas pro expugnando Saracenos, dum tamen ipse sit talis dominus, qui potestatem habeat eos expugnandi, & sui predecessores illos expugnare consueuerint: sicuti sunt reges Aragonum, Francia, & Castellae, & alij. Teneatur tamen ipse Rex eis expensas ministrare, secundum magnitudinem feudorum, ad arbitrium boni viri. Secus tamen est, si ipse dominus talem potestatem non habeat, neque illos Saracenos ipse, aut eius predecessores expugnare consueuerint. Potest tamen eis indicare seruitium contra suos inimicos, cum quibus guerram habet. hoc dicit. Collige notabilia. ¶ Nota primo, quod ille dominus, qui habet potestatem pugnandi contra Saracenos, potest mandare suis vasallis, & alijs hominibus suis, vt ipsum ad dictam expugnationem sequantur. Concord. Specu. titu. de feud. § quoniam. versicu. xxxij. & Iacob. de Callicio in exgrauatorio curiarum. §. septimo. versicul. xcv. Not. secundo, quod Reges Aragonum, Francia, & Castellae habent potestatem pugnandi contra Saracenos, & cum eis omnes homines huius patriae tenentur facere pacem & treugam, secundum precepta principis Cathalonie: vt ponit Iacob. Callicij vbi supra. ver. clxij. ¶ Nota tertio, quod bellum potest indicere contra Saracenos. Vide Innocentium, & Ioannem Andr. in capi. quod super his. de voto & voti redemp. & vide consi. Ol.

dra. in consilio septuagesimo, iuxta quotam meam. vbi quaerit an contra Saracenos Hispaniae sit licitum bellum? Et concludit quod ex quo bellum istud tendit ad defensionem fidei, & recuperationis illius terrae, de qua sumus spoliati, quod est licitum bellum. Ioannes de Ana. in capitu. ad liberandum. extra de Iudaeis. ¶ Nota quarto, hic ad quem pertinet mouere bellum. Vide Innocent. in capit. olim causam. de restitutio. spolia. in gloss. posita super verbo Vim. & in capi. sicut. de iureiuran. in gloss. posita super verbo iniuste. & in dicto capitu. quod super. & per Ioan. & Archi. xxij. q. v. cap. dicat aliquis. & x. q. secunda. capitu. primo. in glo. & in cap. in summa. & per Hostien. & Ant. de But. in dictis capitulis, olim. & sicut. & capitu. quod super. & in capitu. dilecto. de senten. excom. libr. vj. & in Sum. Hostien. titu. de re iudic. §. quis debet. & §. proprius ordinarius. & in titu. de treug. & pace. §. quid sit iustum bellum. & per Ioan. Andr. in Nouella, in verbo Diffidatus. in dicto c. olim causam. & in d. c. sicut. & in cap. j. de homicid. in Nouella, super verbo diffidatus. lib. vj. & in addi. Specu. in tertia parte, titu. de solu. §. nunc aliqua. in q. disputata, quam ibi refert. & per Ioan. de Liniano in dicto cap. olim. & per Henr. Boych de treug. & pa. & in dicto cap. sicut. & per Oldra. in consilio lxxvij. cum duobus consilijs sequentibus, quorum vnum incipit, nunquid Christianus possit sine peccato. & aliud incipit, an contra Saracenos Hispaniae. quod superius commemoravi. & per Cynum in l. vnica. circa princip. C. de cad. tollen. & per Barto. in l. hostes. ff. de capti. & postli. reuer. & per Ioan. de Liniano in tractatu suo de duello, incipienti, restat de duello. & per dominum Angel. de Vbaldis in q. per eum disputata, incipienti, renouata guerra. & per Petr. Heliae doctorem Tholosanum profundius, quam per alios, in questione per eum disputata, incipienti, ex eo quod Anglici credunt ducatum Aquitaniae, quem Rex Angliae a Francia rege tenebat in feudum &c. & per Ioan. de Ana. in dicto capitu. ad liberandam. & Raphael. Cuma. in l. prima. §. item. ff. de acqui. rer. domi. & per Baldum in l. secunda. C. de serui. & aqua. Vide in l. j. C. vt armor. vsus in scio. lib. xj. & quod notat ff. quod me. cau. in l. extat. & per Bartolum & Baldum in l. ex hoc

ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. & Bal. in athen. Item nulla comunitas. C. de episco. & cleric. Et pro hoc vide vsaticum, princeps nanque. & vsatic. autoritate & rogatu. in secundo. & vsatic. alium namque. & infra capit. barones. & capitul. si aliquis baro. & constitutio, diuinarum. §. fin. in pa. & treug. & in vsatic. alias constitutione si quis de magnatibus. ¶ Nota quinto, quod predecessores regum Aragonum, Francia, & Castellae consueuerunt pugnare contra saracenos. Vide in Chronicis, vbi videbis qualiter comites Barchinonae, & Reges Aragonum debellarunt cum eis, & illos ab hoc principatu expulerunt. Adde quae dixi supra, in cap. habito. in expositione litterae, in verbo Raymundi Berangarij comitis. ¶ Nota sexto, quod rex Aragonum tenetur ministrare vasallis & alijs hominibus suis expensas, dum ducit eos ad expugnandum dictos Saracenos. Vide quae latius scripsi supra, in cap. vasallus, siue castellanus. & quae scribam infra, in quaestionibus. Nota septimo, quod in solutione dictarum expensarum considerare debet magnitudinem aut paruitatem feudi, & breuitatem itineris: quod relinquatur arbitrio iudicis. De hoc vide in simili supra, in capitu. Item. Nota octauo, quod si nec dominus, nec ipsius predecessores consueuerunt pugnare contra Saracenos, quod ipsi vasalli non tenentur eum sequi ad partes remotas. ¶ Nota nono, quod dominus, qui guerram habet cum inimicis suis, potest suis seruitium indicare vasallis. Et sic hic est vnus casus, in quo dominus potest imponere seruitium suis vasallis. Vide infra, in cap. Item consuetudo est notoria quod aliquis nobilis. §. sed tamen. Nota decimo & vltimo, ¶ quod appellatione guerrae comprehenditur guerra indicta per illum, qui non consueuit debellare contra Saracenos, & sic inter alios, quam principes. Et pro hoc facit not. per Ioan. de Pla. in l. j. C. vt armor. vsus. vbi dicit, ecce quod arrendantur gabellae, impositiones, & iura generalitatum ciuitatum pro certo pretio, excepto casu guerrae: accidit quod superuenit exercitus per gentes vicinae ciuitatis inimicas, propter quod passagium impeditur, & iura datarij minuuntur: quaeritur an datarij propter hoc a solutione excusetur. Quidam quod non, cum haec non sit licita guerra, & per no. per Inn.

de resti. spo. c. olim causam. & per Bar. in l. hostes. ff. de cap. & postli. reuer. Ipse Io. tenet contra, & dicit dominum Florianum cum eo consuluisse contra: quia vulgariter guerra dicitur per l. domino guerram. in feud. hic fin. lex Frede. & incip. consuet. Et vsus loquendi debet attendi, & mens contrahentium talis fuit: & verba secundum subiectam materiam sunt intelligenda, secundum eum. Expone litteram. Si aliquis. De hac dictione dic vt dixi supra, in c. si aliquis est homo. Valde, id est, multum. Remotas, id est, separatas. Saracenorū. De Saracenis vide multa bona in tex. iuncta gloss. in cle. cedit. de iuda. Ad expugnandum, id est, debellandum, & guerrificandum. Vasallis suis, id est, feudatarijs. Et quidam alij. ¶ Dicitio Alius, alia, aliud, est implicatiua similitum, & non dissimilitum: vt dixi supra, in c. vasallus. §. Item. in verbo Alia. Princeps. Quis dicatur princeps, & vnde dicatur, vide gloss. secundum Nico. in cle. presenti. de baptismo. in verbo Regū. & Ang. Are. in proce. insti. ¶ Adde quod ille, qui non recognoscit superiorem, habetur pro principe. Glo. & ibi Cy. in l. si. C. de praescrip. long. tem. & Bar. in l. hostes. ff. de capti. & postli. reuer. & Lud. in l. Modestinus. ff. de donat. Vide Gemi. in e. ad Apostolicae. de re iud. lib. vj. vbi dicit quod appellatione principis venit Imperator. Vide in vsatic. principis namque. De isto verbo etiam fit mentio in vsati. omnes quippe naues. & in vsat. sequitur. & in vsa. si quis in curia. & in vsatic. quoniam periniquum. & in vsatic. simili modo. & in vsati. moneta. & in vsat. Item statuerunt. & in vsatic. per bonum. & in vsati. stratae. & in vsatic. cequiam. & in vsati. si quis iudaeo. & in vsatic. autoritate & rogatu. & in vsatic. possunt. & in vsatic. iudicium in curia datum. & in vsatic. statuerunt. & in vsatic. de magnatibus. & in vsatic. si quis dixerit. & in vsatic. Christiani & in vsatico, similiter. & in dictis iuribus videbis qualiter in Cathaloniam nomen principis accipitur. Adde quae dicam infra in capitul. barones. in verbo Comites. quando accipiatur pro comitibus Cathaloniae. Indicare. id est, praecipere, aut nuntiare. Alijs hominibus suis, supple non feudatarijs. Vtilibus in factis armorum. Non enim senes dicuntur vtilis: vt in vsatico, senex. & in l. prima. C. qui aetate. libro. x. ¶ Et quis dicatur senex. Dic

Dic, si maior sexaginta annorum: vt not. glo. in vfat. & si à potestate. super verbo De valore: & ad hoc. ff. de adop. l. pater. §. in arrogationibus. Vide de hoc Hosti. in c. quoniam. vt lite non contest. sed Inno. ibi dicit quod relinquitur arbitrio iudicis. Nic. in c. si quis. de testib. Nā octogenarij, & adeo debiles quod equitare non possunt, à personali comparatione excusantur. Senes vero robusti, & potentes ad laborandū, non deci. Rotæ ccxviij. Tu tamen vide l. qui atate. C. de excusa. mu. libro. x. vbi habetur quod vsque ad septuaginta annos non excusatur ab exercitu. & ff. de iure immu. per totum. De hoc habetur text. in priuilegio. del recognouerunt proceres. cap. Item concedimus. per quod excusatur ille, qui est ætatis septuaginta annorum. Et vide Iaco. de Monte iud. in vfat. qui fallierit. super verbo, cui facere eas debuerit. & super sacramentali capitu. sexto. In verbo, per vefesa. & facit pro hoc dicto vfat. princeps namque. In verbo etate. Et pro hoc vide l. in i. ti. ff. de pœnis. ff. ad Silla. l. si quis in graui. §. ignoscitur. & de termi. amo. l. ij. & de iur. immu. l. semper. & ad l. Iul. l. sacrilegij. & de decur. l. ij. §. fi. & de decur. l. vlt. lib. x. & de agen. in reb. l. j. lib. xij. Et quod dixi de senectute, intellige non robusta, sed valetudinaria. deci. Rotæ ccxx. & not. in c. quere lam. de procur. & de testibus. c. quoniam.

11 ¶ Item pauperes non dicuntur viles, dum modo sint ita pauperes, quod se preparare non possent ad bellum: vt in d. vfat. senex. cum seq. Et pro hoc facit quoddam priuilegium transactionis inite inter dñm regem Petrum altæ recordationis, & episcopum, & alios prælatos, personas, & homines diocesis Gerundenis, Actum in castro Parpiniani die xj. Septēbris, anno à natiuitate domini Millefi. ccc. lviij. in viij. capitu. Item tota vegada. ibi: o per defalimēt de vian. des. o de moneda. ¶ Paupertas enim multis excusationem tribuit, secundum Matelil. in vlti. not. Guliel. de cug. in l. præcipimus. §. super his. C. de his, qui ad ecc. confur. Innoçen. in c. ex ratione. de app. Non enim tenentur ad refectioem vjarum, pontium, & murorum, secundum Baldum. de pa. Const. Potest enim pauperi fieri remissio tributū per administratorem secundum Ludouic. in l. si verò. §. de viro. ff. soluto matr.

monio. in xxv. fallent. versic. ij. Et ibi quod diues potest compelli vt faciat elemosynam pauperi. Potest etiam pauperi fieri remissio multæ: vt ibi Ludouic. versicu. iij. Excusat etiam paupertas soluere mercedem notario ex instrumēti confectioe: vt ibi Ludouic. versicul. vj. Excusatur etiam pauper à solutione sportularum. Bal. in authent. generaliter. C. de epif. & cler. De priuilegijs paupertatis, vide Cyn. C. de episc. & cleric. l. si quis ad declinandam. & Archid. xj. quæst. iij. ca. pauper. ¶ Sed in contrarium facit, quia paupertas non excusat à comparatione frumenti, & transuectione publicorum specierum faciendā, quando princeps vadit cum exercitu in aliquem locū: tunc enim nullus excusatur: vt C. qui. mu. ne. lic. se excusa. libro decimo. Sed tu dicas quod ille pauper, qui non potest viuere de suo quotidiano labore, excusatur, alij non: quia ille talis dicitur pauper, secundum Baldum in l. paupertas. ff. de excusa. tutor. Sed ego credo quod istud relinquitur arbitrio iudicis, argumento huius lex. & gloss. in authentic. Præterea. C. vnde vir & vxor. & ibi Bald. vide Barto. & Ludo. in l. si constante. ff. soluto matr. & Ange. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisf. cogan. & in l. sed & si susceperit. ff. de iudi. Arbitrabitur autē diuersimodē, secundum diuersitatem personarum, secundum Ang. in dicto. §. j. Et pro hoc vfat. qui solidus. & in vfat. princeps namq. in verbo Possē.

14 ¶ Item non dicuntur viles claudi: quia iuuare, vel expugnare nequeunt: vt ff. ad Sillanianum. l. si quis in graui. §. subuenitur. Item surdi, qui audire non possunt: vt eadem. l. §. Item surdus. Et pro hoc facit in feud. an mutus, vel aliter imperfec. Et vide quæ dixi supra, in capitulo vassallus, vbi dixi quod seruitia feudi partim existunt in auditione. Item cæcus utroque lumine carens: vt C. qui morbo. l. prima. libro decimo. & extra de restitutione spoliatorum. capitulo primo. Item surdi: vt in dicta. l. j.

15 ¶ Item non viles sunt infantes, & pueri, debiles, infirmi, clerici soluti, & religiosi, mulieres viduæ, & pupilli. Et quod dixi de infirmis, vide Ludouic. in dicta. l. si verò. §. de viro. in xliij. fallentia. per totum. & specialiter in versicu. v. & xij. & quod dixi de infantibus, facit in argumentū quo tem. mil.

mil. capi. j. §. nisi. Et quod dixi de clericis, vide de Barto. in l. placet. C. de sacro. sanc. eccle. Clerici enim arma portare non debent. text. iuncta gloss. in capitu. j. de vita & hone. cleri. & vide tex. iuncta glo. in verbo Inhabiles. in capitu. ex multa. de voto & voti redemp. & ibi bonus text. quod hoc, quod dixi de debilibus, inopibus, & mulieribus. & ibi textus an isti clerici, & religiosi possint arma assumere ad bellandum contra sarracenos. Et adde quo ad id, quod dixi de mulieribus, viduis, & pupillis, in dicto priuilegio del recognouerunt proceres. cap. Item concedimus. Et vide Gulielmū de Cug. in tracta. de muneribus. vbi dicit quod mulieres excusantur à muneribus personalibus. Sed contra hoc facit l. neminem. C. de sacrosanc. eccle. & vfat. princeps namque. vbi est dictio Nemo. Nam dictio, Neminem, vtrunque sexum importat: vt Bartol. in dicta. l. neminem. Sed istud non obstat: quia, vt ibi dicit Barto. mulieres excusantur ab istis numeribus, quæ non congruunt sexui earum. Adde quæ dixi supra in capi. proximo, in verbo instare circa arma. Et quod dixi de religiosis, vide in feud. de vass. mi. qui ar. belli. vbi Bald. & per Bald. si de feud. defunc. §. qui clericus. & in l. quisquis. C. de episcop. & cleri. Nam isti tales ex quo seruire non possunt, & sint inutiles, feudum amittunt, vt ibi. ¶ Quinimò si monachus teneret arma intra septa monasterij sine licentia sui abbatis ipso facto est excommunicatus. Tex. cum gloss. secundum Nicolaum in cle. ne in agro. de statu mona. in §. præfatam. in verbo tenentes. Arma enim clericorum sunt lacrymæ, & orationes. Et sic isti tales sunt inutiles ad bellandum: vt dicta glo. in verbo inhabiles. Et adde gloss. in capitu. fin. de proci. Religiosi enim debent se abstinere ab his, ex quibus daretur malum exemplū & detraheretur famē ipso rum Gemini. in capitu. quia. de pact. libro sexto. Est autem prohibitum religiosi ne se inuoluant anfractibus, secundum Gemini. in capitu. quorundam. de electio. eodem libro. Et pro præmissis vide Iaco. Callicij in tractatu de sono emissio. & Iacob. de Monte iuda. in vfat. qui fallierit. & in vfat. princeps namque. & ibi Iacob. Merquilles in duodecima quæstione. Et quæ ætas requiratur in minori, vide in dicto vfat. alij quoq. quia debet esse ætas

viginti annorum, vt ibi. Sed forte in exercitu ætas quinquagintaquinque annorum in maiori præberet immunitatem: vt C. qui æta. l. vltima. & ibi gloss. libr. decimo. Et quod dicitur de septuaginta annis in speciale in vfat. princeps namque. & in tutela vel cura, vt not. in dicta l. vltima, in fine. tunc enim nullus excusatur, nisi pupilli, vt ibi not. ¶ De consuetudine autem huius patriæ sexagenarius excusatur à pugna: sed de iure diuino mulieres, & puberes viginti annorum, ac debiles reputantur inhabiles ad bellandum: vt habetur in libro Nume. & in historia capitulo primo. & etiam maior quinquaginta annorum, vt refert ipsa historia eod. libr. capitu. secundo. secundum Iosephum. Pater autem habet excusationem, si filium sufficientem, quem haberet in domo mittat, argumento. C. qui mili. l. fin. libro decimo. Sed forte hoc non est verum in onere personali: quia licet vnus de vna domo sustineat onus, quod omnes de familia eius domus sustinere dicuntur, vt l. diximus. §. fin. & ibi hoc not. ff. de excu. tut. illud tamen est verum quo ad munera realia:

19 ¶ dum tamen filius non sit emancipatus: quia non censetur esse vna persona cum defuncto. de quo est gloss. ordina. in l. secunda. C. qui. ve. æta. & not. Bald. in l. fin. C. de impu. & alijs substitut. Et idem quando sunt plures fratres in communi habitantes, & socij, si vnus sustinet onera realia, prodest confratri: vt dicta l. diximus. §. fin. Secus tamen est in merē personali: quia tunc vnusquisque de per se extimatur. Et idem si imponitur ratione personæ: quia tunc libra, vel extremum patris non prodest filio: vt l. licet. C. de decur. libro decimo, secundum Angelum Aretinum institutu. de excu. tuto. §. Item tria. vide in capitul. sacramentalis. sexto capitulo. Not. tamen quod illi, qui tenentur ire ad exercitum, non possunt pro pecunia licētari, nec redimere tale munus personale, iuxta not. per Andre. de Barulo, & Ioannem de Pla. in l. illud C. de excusa. mu. libro decimo. Si autem bannitur quod vnusquisque vadat ad exercitum, qualiter ibunt Baldus in l. prima. C. de operis libe. ¶ Sed quod dixi de inopia quod excusat, forte in feudatarijs non haberet locum, quibus dominus tenetur ad expensas, secundum quod dixi supra in capitulo vassallus. & latius scribam j. vbi examinao

examinabo istam materiam. Adde ad prædicta in l. post susceptum. ff. de excusa. tut. vbi dicit quod defectus visus, & sic cæcitas, auditus sermonis, ac intellectus, ac perpetua valetudo excusationem tribuit. Regulariter autem ad guerram omnes ire tenentur: vt in dicto vsatico, princeps. & tenet Gul. de Cug. in tractatu munerum. in §. iuxta quod quæro, nunquid rex posset mādare hominibus suis, quod omnes &c. Armorum. Quid autem contineatur appellatione armorū, vide quæ dixi supra in c. si domino. in quæstionibus. Partē. Appellatione partis intelligit de dimidia. Angel. in l. si in rem. ff. de rei vendi. & præsertim in materia statuti vel consuetudinis, secundum Bald. de alie. feud. glo. & Bar. & Ludo. in l. plures. ff. de dam. infec. Ang. de Aret. Instit. de hæred. instituē. §. hæreditas. Quod tamē est verum, nisi materia sit apta comprehendere etiam minimam partem. Glof. in c. vt circa. de elec. lib. vj. in verbo Pars. & ibi Gemi. Si autem verbo additur verbum aliqua. quis, vel simile, tūc nomen partis verificatur in qualibet particula. Gl. secundum Nico. in clemen. j. de foro competen. & Ludoui. in d. l. plures. Gemi. in c. indemnitatibus. §. ceterum. de elec. lib. vj. & ibi dicit quod appellatione maioris partis non cōprehenditur dimidia, secundum eum ibi. §. si qua verō. Aliquando adiectio partis refertur ad dimidiam dimidiæ, vbi disponens de parte nō habebat nisi medietatem totius. not. glo. & Bart. in d. l. plures. Not. tamen quod duæ partes totius intelliguntur respectu tertiæ, secundum Gemi. in d. §. si verō. Sed Bar. dicit q̄ debet intelligi respectu duodecimæ. Vide eū in l. interdum. de here. insti. quod habet locum secundum Gemi. ibi in locutione legalit: aliās fecus. Vide Ang. Aret. vbi supra. Et quid si petatur pars partis. ibi Ang. Aret. & Bal. de controuer. inuest. §. rursus. Arbitrio boni viri. id est, iudicis, vt dixi supra in c. item si vasallus. in verbo Arbitrio. Expósito

22 textu veniamus ad oppositiones. † Et primō oppo. quod ipsi feudatarij, aut alij homines non teneantur ire ad dictas partes remotas per expugnando dictos Saracenos: vt infra cap. si aliquis baro. & in cōstit. Regis Iaco. secundi, in curia Barchinonæ. c. item quæ nos vels officials nostres. Solu. Dicta constitutio non loquitur de feuda-

tarijs, sed dealijs hominibus. Hæc solutio mihi non placet: quia istud c. loquitur etiā de alijs hominibus non feudatarijs. Item dictum c. si aliquis baro. loquitur de hominibus baronis: hīc verō de hominibus regijs. Hæc solutio etiam mihi nō placet: quia indistincte loquuntur dicta capitula. Ideo vt tibi liqueat ista materia, sic distingo, Aut quæris de domino Rege, ratione suæ generalis iurisdictionis, & regalium suarum: aut quæris de alijs dominis, & officia libus inferioribus à domino Rege ratione homitiæ feudorum, & vassalagij. Primo casu adhuc subdistingue, † quia aut quæris in casu vsatici, princeps nāque. & tunc dic quod omnes homines Cathalonix cuiusuis status, & conditionis existant, siue sint vasalli domini Regis, vel eidem subditi ratione homitiæ vel vassalagij, regulariter ipsum sequi tenentur: & ipse dominus rex eos ad hoc cogere potest, etiā dimisso seruitio aliorum dominorum ipsorum hominum: vt in dicto vsat. princeps nāque. & j. c. si aliquis baro. & iuxta nota. per Ioā. de Blanof. in §. præiudiciales. insti. de actio. in lectura sua. §. & quia vt credo &c. vers. sed ponamus, baro quidam regni Francie &c. & iuxta not. per Spec. tit. de feu. §. j. vers. sic. vbi. cum simi. & per Guil. de Cugn. in tractatu de muneribus. §. iuxta quod quæro nunquid Rex. Fallit in infirmis, debilibus, senibus, & alijs per me supra enumeratis super verbo. vtilibus in factis armorum.

24 † Aut quæris in exequutione pacis & treugæ, quam facere debet vicarius regius cum tota pace cōtra eiectum à pace, & treuga, vt eius factores: & etiā hoc casu dic quod omnes homines Cathalonix cuiusuis status & conditionis existant, dictum vicariū sequi tenentur pro exequutione complenda: vt in pluribus pragmaticis regum Aragoniæ, quas inserui in additiōibus, quas feci de pace & treuga. in additione quinquagesima quinta, & in dicta constitutio. Item quæ nos. Regis Iacobi secundi. ibi: ela forma de la pau. Fallit vt supra. Aut quæris in processu soni emissi, & illius exequutione: & dic idem. Super hoc vide Iacobum Callicij in tractatu de sono emisso. in octauo dubio, amplissimè. & Thomas Mieres in alio tractatu, quem de sono emisso

25 fecit, in quæstiōe decimatertia. † Aut quæris in alijs casibus quā vfa. princeps nāque,

que. quā executione pacis & treuga, atque soni emissi: & tūc etiam subdistingue: quia aut quæris de baronib⁹, magnatibus, & militibus, & quo ad eorum personas: & dic quod tenentur sequi dominū regem: quantuncunq; dominus rex det eis solidatas, & faciat eis conductum, seu expensas, ac etiam faciat eis emendas: vt in vfa. alium nāque. & in dicta constitutio. Item quod si barones. vel milites regis Petri secundi. & in c. j. §. firmiter. de pa. iura. fir. per Fred. & in c. j. quæ sunt regalia. ibi, angariarum. in feud. & de prohibi. feud. ali. per Frede. §. firmissimè. & in l. qui cum vno. §. qui filiū. ff. de re milita. iuxta l. milites. C. eo. la ij. lib. xij. Et quod dicit de solidatis, expensis, & emendis in proximo casu locum habet regulariter, nisi esset contraria pactio, vel cōueniētia inter dominum Regem, & Baronem, magnatem, vel militē: vt expressè colligitur in dicto cap. item quod si barones. Sed tu intellige quod dicta cōstitutio, quæ disponit quod dominus Rex teneatur providere barones, & milites in expensis, se refert ad vsaticum Barchinonæ. qui vsaticus incipit, qui fallierit. §. similiter. & in dicto vsatico nil dicit de expensis. Sed pro dicta constitutione facit vsatic. alium nāq; ibi:

26 & facerent emēdas. † Tu dic quod ex quo dicta constitutio facit mentionem de expensis, quanquā de eis in dicto vsat. nulla fiat mentio, sufficit quo ad hoc dicta constitutio, argumento notatorum per Bald. in l. j. C. de epif. & cle. circa finem. & in feu. qualiter feud. olim ali. §. de illa. Cy. in l. seruum. C. de contrahen. empt. Bart. in l. eū qui. §. Iulianus. ff. de consti. pecu. Bal. & Salice. in l. penul. de institutionibus & substitutionibus sub condi. fac. Et pro dicta cōstitutione est casus hic. Nam relatio facta ad dictū vsatic. non fit quo ad ipsas expensas, sed quo ad emēdas, de quibus loquitur dictus vsat. Et de verbo Solidata habetur text. in feud. quis dica. dux, mar. circa finem. & ibi

27 Bald. † Aut quæris de hominibus richorū hominum, ecclesiarum, militum, ciuium, et hominum villarū: & dic quod ipsi dominum Regem sequi non tenentur, nec eos ad aliquem locū ducere potest, exceptis duobus casibus, scilicet vsatic. princeps nāq; & exequutionis pacis, & treugæ: vt in dicto cap. item que nos nels officials nostres. in dicta prima curia Barchinonæ Regis

Iacobi secundi. Quod intellige verum, nisi dominus Rex & sui antecessores consueuissent ipsos homines ducere antiquitus, & qualiter antiquitus fuit consuetum, Iac. de Faro in dicto vsatic. alium nāque. dicit quod audiuit dici ab antiquis quod talis consuetudo per principem allegari valet, & habet locum dumtaxat in casu dicti vsatici, alium nāq; & etiam in casu huius c. et etiā c. barones. & c. si quis baro. & vfa. qui fallierit. Tu etiam adde idem esse in exequutione soni emissi modis, & formis in eis dē vsaticis, & capitulis, & quolibet ipsorum contentis, & non aliās. Et si dubium vertatur super hoc, ita quod indigeat interpretatione, dicit idem Iaco. de Faro, quod tunc recurrendum est ad interpretationem fiendam, prout statutum extitit, & prouisum in secunda curia Barchinonæ. ca. xxx. & in curia Gerundæ eiusdē domini Regis

28 Iaco. secundi. cap. x. † Aur quæris de hominibus populatis in ciuitatibus, villis, & locis regalibus, seu domini Regis: & dic q̄ ipsi dominum Regem sequi tenentur: vt in dicto capit. item que nos nels officials nostres. vers. e els nostres homes qui soupo blats. &c. nec in hoc immutatur prædicta iuris communis dispositio, cuius virtute iure regalium omnes sui regni dominum Regem sequi tenentur, secundum quod superius scripsi. Secundo casu principali aut quæris de alijs hominibus ratione homitiæ feudorum & vassalagij: & tunc etiā subdistingue: quia aut quæris de vasallis feudatarijs, aut de alijs subditis, puta ratione homitiæ, vel iurisdictionis. Primo casu aut quæris, an tales vasalli teneantur sequi dominos eorum dominum Regem sequentes facta generali indictione hostis per dictum dominum Regem: & puto quod sic. vt in c. j. §. similiter in hostenditijs. de capi. Cora. & in c. j. §. firmiter. de pac. iura. fir. & in c. j. §. j. de prohi. feud. ali. per Frede. in feud. & j. Item

29 est consuetudo notoria. † Aut quæris, an vasallus dominum suū sequi teneatur, domino Rege hoste generaliter non indiciente: & puto quod non quantuncunq; dominus haberet conuenientiam: quia dominus regulariter non habet hostem in vasallo suo, nisi dominus Rex, seu princeps generalem mandauerit hostem: vt in dicto c. item est consuetudo notoria. et colligitur à contrario sensu in dicto §. similiter. et in di-

cto §. firmiter. Aut quæris de alijs subditis quàm feudatarijs, vt puta ratione hominæ, vel iurisdictionis: & puto etiã hoc casu quod ipsi subditi sub nomine hostis dominum sequi non tenentur: quia in hoc casu ipsi domini in ipsis hostem non habent, per dictum cap. item que nos nels officials nostros. quoniam aliàs dictum cap. & eius dispositio esset frustratoria. quod non est dicendum per l. v. ff. de capti. & postli. reuer. Et quod esset frustratoria patet ad sensum. Nam si dominus Rex hoc casu potest mandare hostem baronibus, magnatibus, & militibus, vt proximè supra dixi, & ipsi barones, & milites possent hostem mandare eorum hominibus: iam ipsi homines non gauderent priuilegio dicti c. item que nos. quod fuit ipsis simpliciter concessum ibi, & nõ ipsis baronibus, magnatibus, atque militibus, quanquam concernat eorũ fauorem. Istud Iaco. Callicij credit esse verum, nisi castrum, sub cuius territorio tales subditi sunt populati, esset baroni, magnati, vel militi per dominũ Regem infeudatũ cum retentione vel cõcessione hostis: quoniam idem dominus Rex infeudando castrum potuit sibi saluasse hostem, & eam suo vasallo, cui feudũ cõcessit, concessisse, ac infeudasse: cũ infeudis regulariter secundũ pacta & cõuenientias in ipsis appositæ est cõtentio determinãda: vt in dicta cõstitutione, itẽ quod si barones. & j. c. si aliquis habet §. item quæcunque contentio. & supra c. sin autem. & in cap. j. de feu. non hab. propriam nat. Et pro hac decisioẽ ego adduco tex. in huiusmodi. c. in §. si verò dominus. qui §. loquitur non modò de vasallis, sed de alijs hominibus. † Aut quæris, an vasalli & subditi ipsorum dominorum inferiorum à domino Rege teneantur sequi ipsos dominos in caluacatis, accipiẽdo caualcatam iuxta ea, quæ inferiùs scribam: & tunc etiã subdistingue, quia aut quæris de vasallis feudatarijs, aut de hominibus proprijs solidis, seu ascriptitijs, aut de alijs hominibus non proprijs, nec solidis, seu ascriptitijs eorum, sed tantũ eorum subditis ratione iurisdictionis castrorũ suorũ, eo quia ipsi homines ibi morantur, & sunt populati. Primo casu dic qd ipse vasallus, siue feudatarius sub nomine iuuaminis, & seruitij in caualcatis ipsum dominum sequi tenetur in guerris per ipsum fiendis: vt in c.

domino guerram. hic finit lex Frede. d. in. de incip. consue. reg. & in vfat. qui solidus. & j. c. si aliquis habet hominem suum vasallum solidum. & in huiusmodi. c. & in c. item est consuetudo notoria. & iuxta not. per Iacob. de Blano. in d. §. præiudiciales. §. & quia multas quæstiones. circa finem c. & etiã iuxta not. per Spec. in feu. §. j. versi. xvij. quæritur. & iuxta not. per Inn. Host. & Io. And. in c. sicut. extra de iureiuran. Et intellige quod tenetur vasallus dominum suum sequi, ac in guerris eum iuuare per modum distinctũ in dicto c. domino guerram faciente. & iuxta not. per Inn. Hostiẽ. & Ioan. And. in d. c. sicut. & iuxta hoc c. & iuxta not. per Io. de Bla. in d. §. & quia. ver. item quæritur. vtrum cũ domino meo teneat ire ad partes remotas. & per Specu. in d. §. j. ver. xxij. quæritur, quod si dominus. & iuxta vfa. qui solidus. Et intelligo etiã prædicta procedere, quando inter dominum & vasallum in dando feudum nõ fuit appositæ certa conuentio super iuuamine præstando: quoniam si esset certa conuentio, putã quod tantũ pro feudo vasallus faceret quolibet anno vnum par perdicum vel calcariorum, vel quod tantũ per vnã diem teneretur sibi seruire, vel coram ipso se presentare, vel aliud seruitium limitatum præstare, talis cõuentio valeret, & esset seruanda: vt l. rebus. C. de re. permuta. & iuxta not. per Ioan. de Blano. in d. §. versi. vltimò scias. circa finem. & per Spec. in d. §. versi. xxij. circa finem. † Secundo casu, quãdo quæris an de hominibus suis proprijs solidis, seu ascriptitijs: & pueo quod in caualcatis dominum sequi tenentur: vt in vfat. qui solidus. & in huiusmodi. c. & in c. si aliquis habet hominẽ suum. & iuxta not. per Ioan. de Bla. in d. §. & quia multas q. & ver. itẽ quæritur. vtrũ tamen domino meo. & iuxta not. per Spec. vbi supra. versi. xvij. quæritur. & in d. vfat. qui fallierit. & in d. c. item est consuetudo notoria. Tertio casu quando quæris de alijs hominibus non proprijs, nec solidis suis, sed aliorũ dominorum, qui tamen sunt populati, & existẽtes in iurisdictione sua: & tunc etiã subdistingua: quia aut quæris, an ipsi dominum sequi teneantur ad tuitionẽ iurisdictionis ipsius castrũ, & in exequutiõibus iustitiẽ in ipso castro fiendis: & puto qd illum sequi tenentur: vt l. ij. C. de his qui latro. & in l. si quis

quis in hoc genus. C. de epis. & cle. & iuxta not. per gloss. & doc. in l. non videtur §. qui iussu. ff. de regu. iur. Et istud puto verũ, in tamen suam iurisdictionem, non extrahat: quia nõ potest eos extrahere à iurisdictione sua: vt l. ij. ff. de offi. præsi. & l. curiales. C. de decu. lib. x. & in l. j. C. de agri. & cenf. lib. xj. & supra in c. si verò. & in c. item est consuetudo, qd si duo, vel tres mafonerij. Secus tamẽ credo de solidis, & vasallis, per ea, quæ dicta sunt supra. † Aut quæris, an ipsi homines ipsum dominum sequi teneantur in guerris per ipsum dominum fiendis non ad tuitionẽ suę iurisdictionis, vel aliàs, præterquam pro exequutione iustitiæ fienda: & tunc etiã subdistingue: quia aut ille dominus tenet castrum in feudo ab alio domino superiori: & tunc ipsi homines populati in ipso castro tantũ intra terminos ipsius castrũ ipsum dominũ sequi tenentur, & non vltra, nisi quatenus fuerit cõcessum à domino suo: quod rarò inueniẽ esse aliud cõcessum: vt in d. c. si verò nullũ. cum simi. Et ibi redditur bona ratio ad hoc. Aut talis dominus habet castrũ in proprio suo alio dno, nec tenet ipsum ab aliquo in feudo: & tunc de cõsuetudine Cathalonix secundum aliquos, homines proprii, & solidi tantũ intra terminos castrũ, quàm extra, & homines aliorũ dominorũ, & alio erij populati in ipso castro intra terminos castrũ tantũ ipsum dominũ sequi tenentur: quoniam secundum distinctionẽ prædictã domini in ipsis hominibus castrũ habent pacẽ, & guerrã, & caualcatam: vt cõmentatur per antiquos sapientes in vfa. hoc quod iuris est sanctorũ. Et pro hoc d. c. itẽ est cõsuetudo, qd si duo. cũ alijs iuribus superius allegatis secundum Iac. Callicij, cuius partim fuit ista distinctio, aliquibus per me additis, secundum antiquos sapientes. † Oppo. secundò, qd dñs ducendo eius vasallos, eos in expensis prouidere non tenetur: ideo ipsi vasalli expensis proprijs dominum sequi tenentur: vt ff. de oper. lib. l. suo victu. sicut dicitur in milite, qui vadit per prouinciã. in auth. de manda. princi. §. illud. Pro hoc, quia vasallus habet sequi dñm, vt dixi latius supra, in prima oppo. & sic expensis suis. Quod probatur, quia ex quo aliquis actum aliquod facere debet, illud soluere debet, sine quo actus ille expediri nõ potest. ff. de lega. j. l. si fundũ §. qui fundũ. Et istud promittẽdo, vide-

licet dominũ sequi, videtur promittere expensis suis hoc facere: cum aliàs actus ille explicari nõ posset. arg. ff. rem ratã habe. l. ij. §. si. Itẽ iuuare dominũ est quoddã facere. ff. de cura. furio. l. consilio. §. si. sed obligatus ad factũ, debet hoc facere expensis suis. ff. de serui. vrb. præd. l. eũ. & l. foramen. ergo & c. Pro solutione huius cõtrarij tu latius distingue: † quia aut loqueris de baronibus & militibus, aut de alijs hominibus inferioribus, seu de genere militari nõ existentibus. Primo casu dicas qd dominus Rex eis expensas soluere, atq; emendas facere tenetur: vt in vfat. qui fallierit. §. j. & in vfat. aliũ nanq;. & in cõstit. Regis Petri secundũ. c. item que sils barons. Et pro hoc facit in authen. de mand. prin. §. sit tibi quoq;. & ff. de ope. lib. l. operã. Pro quo faciunt rationes, quia ille, cui præstatur operẽ, tenetur in expensis prouidere. ff. cõmo. l. in rebus. §. possunt. Item quia vbiq; petit mutationem alicuius personæ fieri, semper mutatio fit sumptibus petentis. ff. de rei vend. l. si res mobilis. Item pro hoc, quia existẽs in guerra habet armis vacare. C. de re mili. l. milites. & vbi quis præstat operas, & nõ potest aliunde victum quærere, alimenta præstantur ab illo, cui præstatur seruitium, ne cogatur stipendijs proprijs militare. ff. de oper. lib. l. penul. Secundo casu principali subdistingue, Aut ipsi homines sunt feudatarij dñi Regis, aut non. Primo casu dico qd dominus Rex tenetur eis soluere expensas, vel partem earũ, considerato valore feudũ: vt in hoc c. & secundum not. per Spec. tit. de feu. §. quoniam. ver. xxij. & per Pet. Iac. in tit. de cau. ex qui. do. debet amit. proprie. §. septima. ver. & si reditus. & latius ibi tit. de cõdi. ex mori. Fallit, secundum eũ, vbi cõsuetudo, cõuẽtio, aut modicitas, aut magnimitas feudũ, aut inopia istud immutaret. Vide Bar. in l. Meua. §. vxor. ff. de alimẽ. leg. vbi dicit † qd fideles imperij non tenentur sequi imperatorẽ, si fructus feudũ non sufficiant, arg. vfat. omnes homines. ibi cũ dicitur, secundum eorũ valorẽ. & glo. ibi posita super verbo vfat. Et licet iste vfat. loquatur proprie in iuris firma, attamen argumẽtãdo trahitur ad feudũ seruitiũ. Et vide vfa. qui viderit seniorẽ. cum ibi not. Et pro hoc vfat. qui solidus. ibi: secundum posse. & supra in c. si castellanus. in verbo, secundum posse. & j. c. isti. §. quartus. Secundo casu si

non sunt feudatarij, etiā subdistingue, Aut sunt diuites, aut pauperes: si sunt diuites, dic q̄ eorum expensis dominum Regem sequi tenentur. Nam si speciale est in baronibus, & militibus, ac etiā feudatarijs, quādo feudum est parui valoris, per dictā constitutionem, item que silis barons. & huiusmodi. c. secus est in istis, arg. l. j. ff. ad municip. Pro hoc, quia qui tenetur ad aliquod faciendū, expensis eius fiendum est. Archi. x. q. iij. c. cauendum. Quod credo verum, si eos ducere velit infra Cathaloniam principatum: vt ff. mand. l. idem. §. idem Labeo. versicul. sed si. Si autem extra, tunc habet eis prouidere in expensis. Ratio est, ne grauentur duplici onere, scilicet in eūdo, & in expensas sibi faciendo. pro hoc ff. de lega. ij. l. Titia. §. qui in vita. Et quia plus possent expensae ascendere, quam essent eorum facultates. Pro hoc C. de anno. & trib. l. nemo. licet Petrus Iac. in tit. de condit. ex mori. dicat q̄ dominus Rex, qui non recognoscit superiorē, & conuocat subditos suos pro defensione Regni, indistinctē eis stipendia soluere tenetur. Quod dictum intelligo, quando dominus Rex ducit dictos homines diuites extra Cathaloniam. Secus si intra: quia tunc habet locum quod superior dixi. Si autem sunt pauperes, tunc dic q̄ indistinctē eos alimentare tenetur, aliās eū sequi nō tenentur, vt dixi supra in expositione literarū. Et ita tenet Gul. de Cug. in tractatu munerum. Et istam distinctionē sentire videntur Gul. de Vallesicha, Bertrandus de Seua, & Iaco. de Vallesicha in eorū apostillationibus: non tamen ita clarē, nec cū ista distinctione, nec cum iuribus superioris allegatis. Adde quae scripsi cap. vassallus. De istis expensis vide Io. Blanch. qui. mod. feu. amit. §. feruēt autem vassallus. cum §. sequē. Venio ad quaestiones. Et primò quaero, quid sit bellū. Et remitto te ad nota. per doctores in locis per me allegatis supra in quarto notabili. Quero, vnde habuit ortū bellum? Et And. Are. insti. de iure nat. §. ius autē gentiū. dicit q̄ fuit ante gentes, quia factū à sancto Michaele Archāgeolo in paradiso, q̄ n̄ vicit Luciferū. † Quaero, an sit licitum debellare? Et dico q̄ licet antiquis ducibus concessum fuit bellare, sic & modernis, dummodo nō bellent deridio fundendi sanguinē, sed Rempublicam pro fide Christi amplianda. xxxiij. q.

iiij. c. sine. & c. displicet. & j. q. j. noli. vbi habetur q̄ pax nō quaeritur vt bellū exerceatur: sed bellū quaeritur, vt pax acquiratur. Et ideo dicit Bald. in feud. de pa. te. & eius viō. §. si quis rusticus. q̄ nō parua, aut leuis res videtur armorum vsus, per quē, etiam si bene generatur, pax mundo properatur: si cōtrā, contra. † Quaero, quid sit iustū bellum. Vide doctores in locis per me in dicto quarto notabili allegatis. Adde xxij. q. ij. per totū. Et iustū bellum intuitu praecipientis dicitur, qui ipsius ordinariā habet potestatem. xj. q. iij. c. iulianus. Item iustum bellum dicitur intuitu etiam obedientiae, vt talis sit, qui obtemperare debeat. xxij. q. j. c. quod in bello. & q. viij. cōuenior. Item iustum bellū dicitur, contra quem fit si meruit xxij. q. ij. c. vltimo. & q. v. de occidendis. Itē iustum bellum dicitur intuitu illius, contra quē fit, putā propter iniuriam propulsandam, vel vindictā inferendam. xxij. q. v. c. cum homo. Et vide Bar. Bal. & Salice. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. Item iustum bellum dicitur, quod fit pro patria defendenda, secundum Bal. de pa. Cōstan. in verbo vassalli. Aliās regulariter omne bellum est iniustum. C. de actio. & oblig. l. negantes. not. Host. & Io. An. in c. sicut. de iur. reur. vide sanctum Thomā in secunda secundae q. xl. arg. j. & per eum. q. x. & q. xv. vide l. super seruis. C. qui mili. non pos. lib. xij. & quod not. gl. c. super eo. de testi. cōgen. & c. proposuisti. lxxxvj. dist. si creditor. C. de pign. act. & l. j. C. de testa. mili. c. j. & ij. extra de iura. calū. iniusta enim bella pro pacis studio geruntur, vt mali coercētur, & boni subleuentur. xxij. q. j. c. apud nos. & q. iij. displicet. Sed nota q̄ intentio mala licitum bellum facit iniustum. xxj. q. iij. c. militare. † Quaero, quare inducitur bellum cōtra paganos? Bar. in l. Christiani C. de sacri. pag. dicit, q̄ ipsi detinent terram nostrā. Nam terra Ierusalem est terra promissionis, quā promisit Deus Abraham, & semini eius: est ergo debita nobis, quia sumus filij Abraham, secundum Apostolum. Sed quare igitur indicitur bellum contra Turcas, qui nō detinent terrā nostrā? Dic, quia nō possum⁹ aliter ire ad Sarracenos, vel ipsi Christianos persequuntur. Adde Io. And. in addi. Spe. ti. de iudā. & Ioan. de Ana. in c. & si iudaos. de iudā. Bella enim indicita pro ecclesia cōtra excōmunicatos & infi

& infideles meritoria sunt. xxij. q. v. orationum. & c. seq. & q. v. c. omniū. vsque ad §. ecce. & q. iij. sicut. Nam Saraceni bellantes contra Christianos iuste à Christianis impugnātur: iudai verò, qui patienter seruiūt, sustinētur. xxij. q. viij. dispar. Quot autē sint genera belli. Vide Archi. xxij. q. ij. c. iustum bellum. Barto. in l. hostes. ff. de capt. & postli. reuer. & Ange. Are. insti. de iusti. & iur. §. ius autē gentiū. vbi dicunt q̄ quoddam est bellum publicū, & quoddam priuatum: & de vtroq̄ vide ibi eos late. † Quaero, an dñs Rex Aragonū possit indicere bellum? Et dico q̄ sic, vt hic, & in vsatico, princeps nanq̄. & vsatico, aliū nanq̄. quia nō recognoscit superiorem: vt not. Iaco. de Callicio in primo dubio directorij pacis & treugae. Pet. Iac. in libel. tit. de prauid. actio. §. positio. Ludo. in cōsilijs, consilio xxix. dicit quod tanto tēpore, cuius memoria hominū non existit, superiorem nō recognoscit. Et consequenter dicit q̄ vicē imperatoris gerit, etiā in his, quae sibi tribuuntur in signum prerogatiuae singularis. Allegat gl. in c. fanē. de iudi. lib. vj. Et istud idē dicit Andr. de Sicil. in c. sicut. de iureiur. Omnis enim, qui nō recognoscit superiorē bellum indicere potest: vt notat Alber. in l. j. C. de sum. tri. & Inn. Hosti. & Io. And. extra. de resti. spo. c. olim. & de app. c. auditis. & de voto c. q̄ super his. vide G. de Vallesi. in vsat. cōstituerūt. vbi sic inquit. Not. q̄ ex hoc vsat. tenuerūt nostri maiores q̄ ordinatio armorum, & dispositio guerrae, & pacis solum ad dñm Regem pertinet: ita q̄ tēpore guerrae vniuersalis suae dominationis pōt disponere de gētibus sui regni: vt in c. si aliquis baro. j. & l. nā salutem. ff. de offi. praefec. vigi. & l. j. cū ibi not. per gloss. C. vt armo. vsus. lib. xj. in authen. de armis. in prin. coll. vj. nisi in quantum dominus Rex se per cōstitutionem, aut priuilegium adstrinxit: vt c. xvij. in curia prima Barch. domini Regis Iac. secundi. & in authē. vt iud. sine quoquo sus. §. illud. ver. sciētibus. & §. itaq̄. colla. ij. & §. vt rustici euocentur. lib. xj. Adde Iac. Callicij in exgratorio curiarum. vj. vers. lxxxvij. † Sed quaero iuxta hūc tex. an dominus Rex possit indicere bellum cōtra alios, quam Saracenos, vt puta cōtra Christianos, cum tantum dicat de Saracenis: ergo à cōtrario sensu praesupponit secus esse in alijs, quam

Saracenis: Et credo q̄ sic, si iuxta & necessaria causa subest, & potissimē causa suā terram defendendā, vt quia Rex Franciae, vel Castellae veniunt expugnare, vel subiugare, vel subiugare, occupareque, vel auferre sibi regna sua, vel aliquam eorum partem: tunc enim dictus dominus Rex pro defensione patriae suae generaliter proculdubio hostes mādare poterit: vt est casus in dicto vsatico, princeps nanq̄. & j. c. si quis baro. Nam quod licitum nō est, necessitas licitum facit. extra de iureiur. c. quod nō est licitum. Hoc ideo, quia necessitas legi non subiacet, extra de cōsue. c. quanto. cū simi. & pro praemissis vide Inno. Host. & Ioan. And. in d. c. olim. & in alijs capitulis supra allegatis. Caueat tamen princeps, ne sui culpabilis casus, vel similis eueniat: nam si fieret, & hoc certum foret, tūc crederē quod ipse hostes generales nequiret mādare, secundum Iac. de Faro in dicto vsatic. alium nanque. Et pro eius dicto adduco quod dicit Archi. secundum Lau. in c. fi. xxij. q. iij. vbi dicit q̄ populus potest, & debet resistere principi volenti mouere bellum iniuste. † Quaero, an sit licitum clericis interesse in bello iusto. Vide xxxij. di. c. fi. & ibi Archi. & xxij. q. ij. in summa. & c. vt pridem. & so. dist. c. admiror. & Io. Andr. extra de cleri. percul. c. praesentium. & Innocē. extra de poen. c. quod in dubijs. & ibi Io. Andr. & de homi. c. petitio. & ibi Io. Andr. & sanctus Thomas in secunda secundae quaest. xl. Sed an episcopo liceat ad bellum profisci sine auctoritate papae, vide xxij. q. viij. c. si nobis. & c. si quis episcopus. Item in eo q̄ Moyses alijs pugnantibus non se immiscuit, sed orauit, exemplum dedit q̄ praelati orare debēt, nec interesse bellis. dist. xxxvj. c. si quis vult. xvj. q. iij. porro. xxxvij. q. viij. c. j. cū tribus c. seq. & c. cōuenior. Quaero, an sit licitum cōcedere bellum pro pecuniario debito, hoc est, concedere represalias. Bald. q̄ sic in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. Adde Bar. & Io. de Linyano in eorum tractatibus marcharū. Iudicium enim est quoddam bellum ciuile, secundum Bartol. in l. j. C. de litis contest. & Ange. Are. in situ. de except. in rubrica. † Quaero, an capti tēpore belli possint occidi? Et Ange. Aret. insti. de iure perso. §. serui. dicit quod si papa vel imperator contra se rebellantibus indixerit bellum, quod cum sit licitum

quod capti efficiantur serui, & in totum habeat ius postliminiij: vt singulariter no. Bar. in l. qui a latronib⁹. ff. de testa. Dicitur quod aut capti sunt ducti in castris, vel fortalitijs nostris, vel amicorum nostrorum: & tunc non licet occidere: quia tunc effecti sunt serui nostri: vt ff. de capt. & postli. reuer. l. postliminiij. in prin. & ideo debent seruari: vt in d. §. & facit l. j. in fin. cum seq. ff. de his, qui sunt sui vel alie. Aut capti nondum sunt ducti intra praesidia nostra, vel nostrorum amicorum: & licet tunc eos occidere, quia adhuc sunt hostes: vt d. l. postliminiij. sed hostes licitum est occidere. vt l. minime. ff. de relig. & sump. fu. Igitur & c. Et quia multa possent interim occurrere, quod aut ipsi effugerent, aut nobis possent obesse, arg. ff. de acqui. rer. do. Tu vide glo. xxij. q. j. in fin. vbi dicit quod miserendum est captis in isto bello, si non timetur. † Et quod dixi quod capti efficiuntur serui: sic intelligas, si papa vel imperator indixerit bellum: quia tunc capti efficiuntur serui: vt notat Bart. & ibi Ange. in d. l. qui a latronibus. & Bar. in dicta l. hostes. Et idem si qui populi rebellant contra officiales principis, vel papae, quia non volunt obedire papae vel principi: vt authent. qui sunt rebelles. & ibi Barto. & Angel. Aret. instit. quib. mod. ius pa. po. sol. §. si ab hostibus. Et idem credo, si Rex Aragonum indiceret bellum: cum, vt dixi supra vicem gerit imperatoris. Si autem vnus dominus particularis, vel vna ciuitas contra alteram liberam, vt Florentia, & Venetia sibi indixerint bellum, dicit quod omnia iura postliminiij locum habent, excepto quod capti non efficiuntur serui captiuium: vt not. Barto. in dicta l. hostes. in fine. & Ange. Aret. in dicto §. si ab hostibus.

44 † Quaro, an capta ab hostibus efficiantur captiuium? Dicit secundum Ange. Are. in dicto §. aut est quid immobile: & non efficitur captiuium: ideo acquiritur Reipublice, aut domino, qui conduxit milites: vt l. si captiuus. §. primo. ff. de capti. si illa bona immobilia erant hostium primordiallyter. Si autem primo fuissent aliquid nostrum, & postea recuperentur, redeunt ad antiquos dominos, vt ibi. Item in vestibus, & alijs rebus mobilibus, quae primo fuerunt nostrae, recuperatae per nostros stipendiarios debent restitui antiquis dominis: vt l. licet. & l. ab hostibus. C. de capti.

& postlimini. & ibi Bald. Si autem quid mobile capitur ab hostibus, & quod primo erat hostium, tunc etiam non efficitur captiuium, sed debet poni in communi, & assignari duci belli: vt xxxij. q. v. dicat aliquis. Ita dicit Barto. in l. naturaliter. §. fina. ff. de acquiren. rer. dom. & distribuuntur inter milites secundu merita: & sic ponuntur ad botinu. Ita dicit Barto. in l. si quis in bello. ff. de capti. et postlimini. reuer. Vide C. de donatio. l. penulti. §. simili modo. & Angel. Aret. instit. de iure nat. §. secundo. Et princeps belli debet habere portionem de praedictis factis per suos stipendiarios. prima distinctio. capi. ius militare. & ibi Gemi. Tu autem adde Salicet. in dicta l. ab hostibus. vbi dicit quod stipendiarij non possunt retinere captiuos, quos liberant, neque talliam eis imponere, neque capti fiunt serui, nisi postquam sunt inducti intra praesidia hostium. l. postliminiij. §. postliminiu. ff. de capti. & postlimini. reuer. secundum Ioan. de Ana. in capitu. excommunicamus. §. catholici. extra de here. Allegat Barto. in dicto §. postliminiu. vbi colligit quod non dicitur quis proprie captus donec ducatur intra praesidia gentis inimicorum: & sic bello instante non potest dici captus. Et eodem modo non dicitur reuersus, nisi postquam fuerit intra praesidia amicorum. Et idem de alijs rebus mobilibus, quae non efficiuntur hostiu ante, quam intra eorum praesidia sint reducta. Quae autem dicantur praesidia hostiu, dicit Salicet. vbi supra, quando ille locus verisimiliter est tutus. Quaro, an res capte restitui debeant? Dicit secundum doctores vbi supra, quod de illis recuperatis ante deductionem ad locum tutum, quod licet: sed de recuperatis intra hostium praesidia, dicit quod si sunt continue hostes infecuti, etiam intra ipsorum praesidia: & tunc debent restitui dominis, quia non censentur captiuium. Aut non fuerunt infecuti, sed ex intervallo aggressuram fecerunt, & res captiuatas recuperarunt, si erant serui, restituntur dominis, si alia mobilia, vt puta arma, fiunt recuperantiu: si alia mobilia, aut in his locus est postliminio, & fit restitutio dominis: aut non, & fit captiuium. Sed iuxta practicam & consuetudinem militarem hodie visitatam, si talia bona detinentur ab inimicis per viginti horas intra eorum praesidia, non restituntur prioribus dominis.

nis. Et ita intelligitur istud, quod hic dicitur quod fiunt ipsa bona captiuium. Et pro isto tempore viginti horaru vide l. capite quin to. ff. de adul. † Sed quaro, quae sunt illa, in quibus habet locum postliminiu? Dicit secundum Salicet. Bal. & Ioan. de Ana. in dictis locis, quod naues oneratae propter vsu belli, non piscatoriae. Item equus, vel equa, qui propter frani impatientiam decurrit ad hostes. Item currus, quadriga, & muli, super quibus arma, bombardae, machine, victualia pro campo deferuntur, & ipsorum currum boues, & quadrigarum equi ius habent postliminiij, ideo non sunt militu recuperantium: sed alij equi, boues, & muli intra praesidia ducti, si recuperentur, fiunt recuperantium, & non restituntur. immobilia fiunt principis. Nec obstat text. xxij. q. v. dicat aliquis. quia fiunt captiuium respectu dominorum, quorum fuerunt prius, non respectu exercitus, cuius duci debent assignari. Vel dicit quod fiunt captiuium, si capiantur incursum territorij inimicorum, an tequam sit bellum capestre inter partes ordinatum: sed si in conflictu capta sunt, habet locum ille text. quia tunc periculum vitae est omnibus commune: & tunc viri prohi non vacant circa spolia, sed circa strage, & confusionem inimicorum, circa quam si non vacassent, alij spolia salua non habuissent, ideo forte propria perdidissent. Idem quando vna bergata fecerit caualcatam, & aliqui eoru irent in discursu, alij remaneret pro illorum iuuamine, & tutamine, vt spolia diuidantur inter omnes bergata: na ipsi sunt participes, & huiusmodi rei auxilium & fauorem praebentes. Et hoc habet locum quando Imperator indicit bellum contra barbaros, vel contra: sed si contra vnu regem Christianum, vel contra vnam ciuitatem sibi rebellem fidem Christianam tenentem, vtrum dicta iura de captiuis locum habeant? Bal. in parte quod sic, & in parte quod non. Illa enim iura, quae disponunt super captiua mobilia, vel immobilia, locum habent quo ad personas, non tamen habent locum quod liberi serui fiant, sed loco seruitutis imponitur iugum carceris, et redemptio nis. Si veto vnus rex contra alium, vel vnus haro contra alium, vel vna ciuitas contra aliam mouet bellum, si sunt barbaricae nationis dicta iura praedae & seruitutis locum habent: si sunt Christiani, distingue vt ibi

per Baldum, & Salicetum, & Ioannem de Anania. † Quaro Salicet. in dicta l. ab hostibus. secundum Ioannem de Anania. vbi supra. an si captus euasit per fallaciam, reuertatur in pristinum statum? Et dicit quod sic. Allegat l. nihil. ff. de capti. & postli. reuer. limitat, nisi post captionem fidem sua dederit captiui: quia tunc ab hac fide, nec obligatione inde secuta potest discedere parte inuita, adeo quod si post datam fidem pugna adhuc durante per suos sit liberatus, siue recuperatus, non liberatur a captiuitate, & fide data, quantumcumque inter praesidia hostium ductus esset. Nec obstat ti. ff. & C. quod me. cau. quia non habet locum in actu guerre praesens, seu in actu publico bellico. quia in illo licitum est caedes, vulnera, & ceteros cruciatus corporis committere, vt accidit filijs Israel, Iudicum xx. & dicit fidem esse datam captiui, siue dicat, ego volo esse tuus captiuus: vel redimo me tibi. Na haec simplicia verba sufficiunt. Et dicit Salicet. vbi supra quod ita de facto vidit allegari, et feruatur ab istis armigeris, quibus credendum est: quia vnusquisque peritior est in arte sua. l. semel C. de re mi. libr. xij. iuxta illud, Tractant fabrilia fabri. primo Ethicorum. & experientia facit arte. primo mathematice secundum Bal. de pa. te. & eius viola. Dicit etiam Salicet. quod sibi videtur quod post fidem datam quouis modo non licet per fallaciam armigero recedere. Si vero fuerit recuperatus a socijs, tunc distinguitur quod si dicit, siue fuero recuperatus, siue non, volo esse tuus captiuus: & tunc idem, vt recedere non liceat, ideo reuerti debet. Aut illa verba non protulit: & tunc intelligatur liberatus ex natura rei. in sit enim conditio, nisi fuero a meis recuperatus. Quod credo verum: & ita vidi pluries praticari in bello Cathalonico, dum mihi plures causae commissae fuerunt: quia nisi diceret captus, siue fuerit mihi succursus factus, siue non, volo esse tuus captiuus: quia dicendo talia verba reuerti tenetur. Et ita de consilio aliquorum armigerorum iudicauit. Subdit etiam Salicet. vbi supra, quod rusticis in proprijs mulis captis licet etiam per fallaciam recedere, & non redire, nisi promiserit redire illi alteri, qui remanet captiuus. l. nam & Seruius. ff. de negotijs gestis. Et vltimus dicit ibi Salicet. quod posito quod hodie Christianus non fiat seruus, quando

guerra est inter Christianos, putat tamē q̄ potest retineri siue redimī, siue tallia imponi. Et allegat tex. in l. j. §. quāuis. vers. Appius Claudius. ff. de postu. vbi cecus tulit sententiā de piratis captiuis non redimendis: & appellatur illa sententiā crudelissima. Et dicit q̄ Veneti seruāt illam legem. Subdit etiā q̄ redemptio debet esse talis q̄ verisimiliter solui possit: non ob hoc debent capti inhumaniter & supra modum tractari: & de his dux exercitus, siue magister militum querelam audire debet. ¶ Quero secundū Salicet. ibi, an temporalis praeses prouinciae possit bellum indicere? Et ipse concludit quod nō, nisi pro exercitio et defensione suae iurisdictionis. Prima pars patet, quia superiorē habet. Quod facit à contrario sensu pro eo quod dixi supra quod ille, qui superiore non habet, potest indicare guerrā. Secunda pars, quia hāc auctoritatem habet à lege: sed in tali guerra non habent locum tituli de captiuis. Allegat In no. in c. sicut. de iureiur. Subdit etiā quod est quaedam alia guerra, quae fit cōtra priuatā personam, quia nullo modo ad vilitatē publicam: & tunc si contra vel praeter auctoritatem legis hoc facit, ex parte sui guerra est illicita & ex parte aduersarij est licita. Si autē hoc faciat auctoritate legis scriptae, tunc est ei licita, & aduersario illicita: & de ista loquitur l. vt vim. Quid de istis societatibus gentium armorum, qui ad sui petitionem discurrunt territorium ciuitatum? Dicit ibi Salice. q̄ sunt latrones, & sic sunt puniendi. Vide Bal. in l. si manumissori. C. de obseq. patro. praestan. q̄ in factis armorum nunq̄ debet deueniri ad bellum, nisi praecedat monitio & diffidatio. Io. And. in c. pro humani. de homic. libr. vj. & vide eundem Bal. in l. si. C. de condi. ob cau. vbi dicit q̄ si Sacconianus accepit mihi boues, & alius accepit ei, quod nihilominus tenetur furti, & punitur crimine abigeatus criminaliter. ¶ Quero, an stipendiarius, qui captus est in bello, debeat habere stipendia tēpore, quo captus detinetur. Ioannes de Ana. vbi supra dicit q̄ sic, secundū Bal. in suo Alpha beto, in verbo stipendiarius. Sed contra al. leg. tex. in l. j. C. de re mi. libr. xij. vbi hoc tenet Bar. & Ange, qui dicit: No. casum pro militibus nostri temporis, qui capiuntur in bello, quia illo tēpore nō debēt habere stipendium cohortis. Et gl. ibi respond. ad §.

his qui tribus modis, q̄ ibi fuit captus ex improviso iter faciens, vel portabat epistolam, vel loquitur ex indulgentia principis. vide latius Bal. & Salicet. & Io. de Ana. in locis per me supra alleg. No. tamen q̄ si bellū est permissum publica auctoritate, poenā nō meretur, secundū Bal. in l. qua actio ne. §. si quis in colluctatiōe. ff. ad legem Aquil. Secus si pacto priuatorū: quia hoc fieri non pōt: ideo puniuntur priuati, si ex tali pugna sequatur mors, vel vulnus. Et ibi Bal. dicit q̄ si est factus circulus, intra quem debet bellari, q̄ extra circulū nō licet offendere: & ibi q̄ si aliquis existens in campo bellantē proijcit extra fenestram, vel circulū, debet puniri talis circulus, siue secatum, secundū Io. de Ana. in c. j. de torneamēt. An autē tempore belli leges & iura debeant seruari, & iustitia fieri, vide Io. Fa. & Ang. Are. in proce. instit. Et not. q̄ stipendiati possunt accipere arma, et vestes eorū, quos capiunt, secundū Gemi. j. di. ius gentiū. ¶ Quae autē sit solēntas indicēdi bellū, Gemi. j. di. c. ius militare. dicit q̄ ipsa solēntas dicitur esse qualiter debent esse ordinati in bello, scilicet qui primō, qui secundō, qui vltimō debeāt collocari: & ibi q̄ signa belli in choadi sunt signū campanae, tubae, cornu, vel ignis, & similia. No. tamē q̄ captiui moderni ad fidē relaxati, vt moris est, redire tenent ad mandatū relaxatiū: quireditus attribuitur virtuti, & oppositū attribuitur proditiōni, secundū modū, & gētes Romanas: quia sicut captiuitas, per quam seruitus de iure gētiū est inducta, & seruanda est. Et hoc verū in captiuis in guerra licita, hoc est, ex decreto principis: quod est fecus de captiuis sodaliū, aut piratarū, secundū Ang. in l. athletas. ff. de his, qui notan. in fa. & in q. per eū disputata, incipiente, renouata guerra. Si quis enim ad bellum ex debito ire tenetur, non tenetur de damnis, nisi bellum sit iniustum, secundū Io. An. in c. sicut. de iureiur. ¶ Sed an de bonis raptis in bello quis teneatur in foro conscientiae? Dicit quod non, si bellum est iustum, secundū Raymūdum de Poena forti, quē pro hoc allegat Bald. de vas. mi. qui contu. est. Et vide Host. de poeni. & remis. §. si. versic. quid de praeda, alias si bellum est iniustum, tenetur: quia bella iniusta sunt quedam latrocinia, secundū Baldum hic si. lex Fre. deinde incip. consuetu. reg. & per eum, si vas.

vas. feu. priue. Superior autē potest debellare, & praedari res, & bona subditorum rebellium, secundū Bal. in l. ij. C. de serui. & aqua. Sed si dominus rex adquireret aliquid in bello, videtur id aduersitū esse inuitur dignitatis, secundū Gemi. in c. abbate
54 de re iudi. lib. vj. §. sed ad hęc. ¶ Quid si mariscalcus, vel similes indixerint iustū bellum subditis, an capta efficiantur capientiu. Bar. dicit q̄ sic, nec facta pace restituuntur: Sed Raph. Cuma. in l. j. §. Item. ff. de adquire. do. §. itē reputat esse falsum. Nam licet ex parte domini sit iustum bellum, tamē nō sic ex parte rebellantis, sed dicitur potius exercitū iurisdictionis: & esset absurdū q̄ rebellis ita adquireret, secundū eum ibi: vbi etiā dicit q̄ armigeri tenent in compedibus acerrime captos, vt aliquid commodi possint eruere. Subdit etiā ibi Rapha. q̄ simplex appellatio belli intelligitur
55 de iusto. ¶ Quero, quid si vnus armiger est captus à duobus separatim relaxatur ab eis sub fide veniendi ad vocationem eorū, quilibet illum vocat, cui tenetur magis parere? Istam quaestionem disputauit Bal. Papiā, quam ponit in l. in adoptione. C. de adop. Ang. in l. qui contra pupillū. §. qui ad maius. ff. de re iudic. dicit quod debet venire prius ad nobiliorē. Vide Andreae. de Sici. in c. cum parati. de re iudic. & Ludo. in l. si quis in grau. §. si cum omnes. ff. ad Sillania.
56 ¶ Quero, cui pertinet facere pacē de guerra? Dicit q̄ si guerra est indicta per dominū regem iuxta vsā. alium nanq̄. §. si. ipse solus facit treugam vel pacem, & nō capitaneus: nisi rex homo sibi specialiter commiserit, vt dicit Bar. Ang. & Bal. in l. conuentionum. ff. de pac. & Bal. de pa. Conf. per ipsam legem. & per l. j. & fin. C. de offic. mili. iudic. & in vsā. quoniam per iniquū. in fi. Et hoc casu princeps debet facere ea, quae continētur in c. Itē ordinamus, q̄ si nos fecerimus praconizari. in tertia curia Barchinonē domini regis Iacobi secundi. Et de pace & treuga indictis per principem, & de eius violatione vide vsatic. Item statuerunt praefati principes. ex quo habetur q̄ Potestates tenentur confirmare pacem & treugam domini, & facere confirmari, & teneri, nedum à magnatibus eorum terrae, sed etiam ab omnibus hominibus in eorum patria degentibus. Et pro hoc vsa. deniq̄ sepe dicitur principes. & in c. confirmamus. & ca. volumus.

regis Petri secundi curia Barchinonae. & vide in vsati. simili modo. & vsati. laudaue-
57 runt. ¶ Sed an successor domini regis teneatur seruare pacem datam per ipsum dominum regem? Io. de Ana. in c. querelam. extra ne prela. vic. suas. vbi late, subdens q̄ pacta, quae hodie fiunt inter regē Franciae & regem Angliae porriguntur ad successorē. Dicit autē G. prapoli q̄ vidit in ciuitate Gerundae tempore executiōis comitis Impuriarū, q̄ gētes alienigenae intrauerūt terrā, & dominus rex indifferēter de hominibus ecclesiarum & baronum cognoscebat vbiq̄ q̄ ad illa, quae tangebāt guerrā, mandando eis vt eū iuuarēt, & recolligerent victualia, & alia facerēt, q̄ erant necessaria ad guerrā: & homines multabat nō parētes suis mandatis: & fuit datus in assessorē domino Frācisco de sancto Clemente, tūc capitaneo, & de eius consilio, & aliorū adherentiū poenas impositas leuabat. Ideo plus
58 dicunt quidam, & habēt pro expedito, ¶ q̄ ordinare, & cōpulsas facere vt muri fiant, etiam tēpore nō guerra, q̄ solum principi pertinet: vt l. ij. C. de offic. praefec. prato. & habebatur semel pro expedito in consilio regio in ciuitate Barchinonē super facto de Banyoles, quae omnia in guerra indicta in huiusmodi principatu tempore, quo ciuitas Barchinonae non obediuit domino regi pluries vidi praeficari, & ego in pluribus consilijs interueni. Et pro hoc Faciunt j. c. barones. & c. si quis baro. Et ad praedicta adde Iaco. Callicij in exgrauatorio curiarum. §. vj. versic. xcviij. vbi multa bona de hoc. Et quia superius feci mentionem de capitaneo, pro complemento materiae quero
59 quis dicatur capitaneus? ¶ Et dico q̄ iuxta consuetudines feudales capitaneus dicitur ille, qui accipit feudum ab illis, qui accipiūt ab Imperatore vel rege, qui proprie dicitur regis capitaneus. Hoc no. Bald. in feud. quis dica. dux, vel mar. De iure verō ciuili capitaneus ad guerrā dicitur dux belli: vt in l. ij. C. de offi. praefec. prato. Afric. & in l. iij. & iij. C. de offi. mi. iudi. & etiā vocat magister militū: vt l. magisteriae potestati. C. de iur. om. iudi. & C. de offi. ma. mili. l. j. ¶ Sed
60 quero, quis debeat creare ducē belli. Dicit q̄ est regalia principis, cū ipsi soli pertineat: vt d. l. ij. C. de offi. praefec. Afric. secundū Bal. in feud. quae sunt rega. Quero, nunquid iste dux belli, aut magister militum aliquam habeat

habeat iurisdictionē: quia vidi de his multis quæstiones in hoc principatu inter istos & officiales ordinarios. Et dico quod quicquid usurpatū fuerit per ipsos capitaneos, qui nisi fuerunt in aliquibus locis iurisdictionē ordinariā exercere, quod ipsi tantum habent iurisdictionem in factis guerræ, & inter reos militares, hoc est, inter stipendiarios, & gētes sui exercitus, & non inter prouinciales. Casus est in d. l. magisterie. & in l. j. C. de offi. mag. mili. & l. secunda. C. de offi. missi. iudi. licet gloss. in d. l. magisterie. posuerit aliquam distinctionem, quā nunquam vidi seruari, sed indistincte de ipsis, & de omnibus factis guerræ, aut alijs negotijs ipsam guerrā tangentibus, & dependentibus ex ea, vidi semper ab eis cognosci indifferenter. potest etiam iste capitaneus punire omnes illos, qui sunt in exercitu, dum sunt inibi, etiam quod non sint de stipendiatis, de quibusuis criminibus inibi commissis, secundum Bart. in l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. sig. Alia verò crimina extra guerram commissa non possunt ab eis puniri, nec de eis cognosci, sed per ordinarios sunt puniēda: vt in d. l. j. C. de offi. mag. mil. & l. ij. de offi. mi. iudi. licet aliqui capitanei potius de facto, quam quod de iure eis pertineat, conati fuerunt vt iurisdictione ad ordinarios pertinenti, & non bene. Nec in factis guerræ habent locū constitutiones quod causæ vicariæ, vel baiulicæ intra eas debeant terminari. Et ita vidi multoties in consilijs domini regis iudicari & concludi, cum ista sint regalia principis, quæ non veniunt in generalibus verbis constitutionum: vt latius scripsi in meis additiōibus pacis et treuge. in xliij. additione. † Et not. quod hostes & transfugæ iure belli capiuntur: vt ff. de adqui. re. do. l. transfugam. & cuiuslibet licitum est ipsos occidere: vt l. ij. §. fin. ff. de lica. & l. si aliquid. §. transfuga. ff. de poenis. & l. aut facta. §. j. eo. ti. & Bar. in extrauaganti, quoniam nuper seruata tamen distinctione, quam superius dedi. Diuisio autem de his, quæ capiuntur iure belli ab ipso capitaneo debet fieri, secundum not. per Bar. in l. si quid in bello. ff. de capti. & postli. reuer. debet etiā facere ipse capitaneus ea, quæ continentur in l. officiu. ff. de re. mili. † Sed quero, aliquis est captus ab hostibus, & remanet inter eos, vt vidi fieri pluries, postea est recuperatus: allegabatur ab eo quod non dicebatur transfuga: nec

aliqua redemptio poterat extorqueri, cum coacte ab hostibus erat retentus, & si fidelitas ab eo fuerat prestata, quod vi ab eo extiterat exacta: quaritur quid presumendum & iudicandum est in his? Dic quod si post capturam modum habuit redeundi, & non rediit, dicitur transfuga. casus est in l. non omnes. §. qui captus ff. de re. mili. Transfuga dicitur ille, qui malo animo patriam relinquit, & in numerum hostium se contulit: vt l. postliminium. §. transfuga. ff. de capti. & postli. reuer. Sed qualiter probatur animus. Dic vt in fine dicti. §. qui captus. & in §. à barbaris. sequenti. Et ita pluries consului, quando casus mihi occurrit, quando veritas non poterat haberi. Aliquando autem parcitur dictis transfugis: vt in l. omne. §. si. ff. de re. mili. † Quæro, ecce quod capitaneus dum est cum exercitu, fecit quoddam edictum ne aliquis auderet aliquid facere, vt vidi pluries, quando cum capitaneis pro alsidenti accessi: aliquis fecit contrarium, ex quo bonum sequebatur, an esset venia dignus? Et dic quod non. Casus est in l. iij. §. in bello. ff. de re. mili. Quid si aliquis fugit dum est in acie? Dic quod ille, qui prior fugit, capite debet puniri: vt est tex. in l. omne delictum. §. qui in acie. ff. eo. Sed quero, mihi fuit subtracta aliqua res ab inimicis, an auctoritate superioris potest mihi dari aliqua res inimicorum insoluitū rei mihi subtracte? Dic quod sic, secundum Bald. in l. si aquam. C. de serui. & aqua. vide Innoc. in c. sicut. ij. de iureiuran. † Quæro, an princeps de damnis datis in guerra possit componere, seu illa relaxare inuito populo sui Regni. Hostien. in Summa de poeni. §. fin. vers. sed pone quod guerra. dicit quod non. Tu vide Ioan. Andre. in c. quanto. de iureiuran. vbi dicit quod in negotijs regis vel regni sufficit maior pars maiorum regni, cum æquiparetur vniuersitati. Ange. verò in l. conventionum. ff. de pact. tenet contra Hostien. dicens quod pro faciendo pacem princeps potest remittere damna data in præiudicium subditorum. Adde Innocentium in capitulo in mandatis. de iniurijs & damno dato. Ego verò crederem dictum Angeli esse verum. Nam id, quod fit pro bono pacis, debet haberi ratum, nisi sit contrarium iuri diuino, vel impossibile, secundum Bal. de pa. conf. De vrbantate autem bene debet requiri cōsensus populi, vel maioris partis

66 partis: † quoniam pro bono pacis potest iudex tollere de iure vnius, & dare alteri. Nico. in c. nisi. de preb. Bar. in l. si. C. de fide instru. & iure hactenus. dicit quod superior, vel princeps pro habenda pace territorij sui, potest castrum, siue rem vni ex subditis suis pertinentem dare alteri, secundum Io. And. in d. c. in nostra. & expressius Ange. in l. bene à Zenone. in j. col. C. de quadri. præscript. & in l. venditor. §. si constat. ff. communi præd. & Bal. in d. l. conventionum. & in l. quicumque. in vlti. colū. C. de seruis fugit. & per eum de pa. Conf. in ver. priuilegia. in pace enim versat publica utilitas. l. si quis ingenium. §. in ciuilibus. ff. de cap. secundum Bar. in proemio Digestorum. Et quod possit facere dominus rex de præmissis concordiam, sequitur Gem. in c. ad apostolicę. de re iudi. libr. vj. Opinio verò Hosti. & sequacium potest sustineri in illis, qui sciebant quod pax de proximo erat fienda, & sub spe remissionis fiendæ delicta commiserunt: quia illi tales non gaudent illa remissione, secundum Bar. in l. j. §. hæc autem actio. per illum text. ff. si quis testat. lib. esse ius. Ludo. in l. si verò. §. de viro. ff. solu. ma. in xxxvj. fallen. ver. ij. & Andre. de Sici. in c. sicut. de iureiur. Adde Gem. 67 vbi supra qui dicit quod pax facta cum actore guerre principali non se extendit ad adherentes, nisi expresse de eis fiat mentio. & ibi §. sed licet. dicit quare sit pax inter homines. & ibi, an Deus de potestate ordinata possit facere pacem in Mundo, vide ibi exte latè. Quæro, quid si pax est inter duas ciuitates, & erant capitula quod commune amborum partiū deberet aliquid facere sub poena: cum quidam priuatus cōtra fecisset, non tamen mandato communitatis an obligetur communitas? Et dico quod non, sed ille tantum priuatus, secundum Rapha. in l. post contractum. ff. de dona. vide eum in 68 l. Cæsar. de public. † Et not. quod tam clerici quam alij intra principatum Cathalonie degentes tenentur seruare pacem & securitatem à principe datam: vt est text. in vsatic. quoniam per iniquum. in fi. & ibi hoc not. Iacob. de Monello, & Iaco. Merquilles, & Iaco. de Monte iud. in vsa. simili modo. circa fin. Quæro, an alius quam princeps Cathalonie, & comes Barchinonæ possit cōuocare hostes in vnum. vt puta Gubernator Cathalonie in aliquo ex casibus in vsa-

tic. princeps namque cōtentis? & dico quod sic: quia quod per me possum, & per alium: vt in regula iuris. c. potest per alium. in contrariū facit dictus vsa. habens in se quod conuocatio, quæ ipsius vigore fienda existit habet fieri per principem, vt innuunt verba ipsius vsa. vbi sunt verba, si princeps fuerit obsessus, vel ipse princeps teneat obsessum alium, vel ipse princeps audierit gentes cōtra se venire. Et sic quotiescunque vtitur verbo Ipse, non potest fieri per substitutum, argumento eius, quod dicit Andr. de Sicil. in tractatu Cardinaliū. in secūda quæstione. vbi sic inquit. Vidi dubitari pridie, testator in testamento mandauerat quod in sua capella ædificanda capellanus celebraret diebus cōgruis: & vsus fuerat hoc verbo Ipse, consuluit quod capellanus deberet esse actu sacerdos: quia testator elegerat industriam ipsius capellani. Allegat tex. in l. sape audiui. in verbo Ipse. ff. de offi. præsi. Item in dicto vsatic. sunt verba contra se. Ista enim dictio Se, intelligitur personaliter, iuxta not. per Gem. v. q. iij. §. in criminalibus. vbi per illum tex. dicit quod vbi cūque statutum, vtitur isto verbo Se, intelligitur personaliter, & non per interpositam personam. facit l. si. C. de iure emphy. & auth. hodie. C. de poe. iudi. facit l. per hanc C. de ero. mili. anno. libr. xij. in verbo per se. vbi stipendiarius debet capere stipendia per se, & sic non per substitutum. Et ibi dicit Bar. idem in doctore legente, vt personaliter tencatur recipere stipendia sua: quia æquiparatur militi. l. aduocati. C. de aduo. diuer. iudi. Est etiam verbum Monuerit, cui subaudiendum est, scilicet ipse princeps: quod verbum est personale, quia refertur ad personam principis, argumento l. iuris gentium. §. pactorum. iuncta gl. ff. de pac. & in l. idem. §. personale. & de cadu. tol. len. l. j. §. j. ne aut. Item quia monere est facti & in factis proprii corporis non admittitur substitutus. ff. de sta. lib. l. Stichum. §. fin. ff. de lega. tertio l. fidei commissaria. §. fina. ff. de adop. l. post mortem. §. fin. Item persona videtur electa: ergo non est recedendum ab ea. ff. de manumif. testamen. l. si ita fuerit: Nec obstat dicta regula: quia speciale est in hoc casu, sicuti sunt aliæ specialitates ibi in gloss. narratæ. Ex quibus habes quod in his industria principis electa est, & consequenter non potest per substitutum dictam facere conuocationem: vt capi. is cui. de offi.

de offi. deleg. li. vj. & c. fi. eo. tit. in antiquis. & in l. qui quis. & l. ad similitudinē. C. de epif. & cle. & in l. inter artifices. de solu. l. ne mo est, qui nesciat. ff. de duo. re. & l. fidei cō missaria. §. fi. de leg. iij. & quod plenē no. Io. And. in Mercurialibus, in regula, qui facit. de reg. iur. lib. vj. Quid dicendū? Dicitur q̄ hodie de hoc est casus decifus in constitut. Ceruarie regis Petri tertij c. Præterea ordi namus. vbi text. in fine expresse dicit q̄ ad ipsum dominum regē pertinet facere processum in vim dicti vsati. princeps namq̄. Sed quid de generali locumtenente domini regis, qui habet speciale mandatum faciendi dictam conuocationem, & processum in vim dicti vsatici, nunquid ipse poterit facere dictam conuocationē, & processum? Vide quæ latius scribam in repetitione, quam facturus sum de vsa. autoritate & rogatu. & dicam latius j. Sed quæro, an iste vsatic. habeat locum tantum in hoc principatu, an si in regno Valētia, vel Aragonia, vel alibi extra Cathaloniam contingeret alter de tribus casibus in dicto vsatic. positus. Et dicit Bernardus de Vizinellis, & Iacob. Merquilles quod non. Sed contra eos facit quod dicit Bal. in feudis quib. mo. feud. amit. vbi sic inquit. Sed contra secundum membrū arguitur: nam ex hoc sequitur q̄ extra territorium domini non tenetur eum iuuare: sed nos videmus contrarium seruari de iure et de facto. Nam si rex Francorum mandaret subditis & vasallis suis q̄ sequerentur eum in Hiberniam, certo te miliirent, perderent feuda. † Ad hoc respondent doc. q̄ vbi est rex irruens tanquā in hostes cum exercitu, ibi est territorium regis. Hoc tenet Cyn. in l. iij. ff. de offic. præsi. in lectura. & Iacob. Butrig. in l. cunctos populos. in lectura. & concedi debet, si bellum est iustum. Nam ius gentium hoc dicitur, & ipsa naturalis iustitia. Et tale territorium dicitur à potestate terrēdi, sicut districtus dicitur à distringendo: vt not. in l. titu. de actio. §. rursus. Bal. vbi supra. Egovero dicam de hoc latius j. quia pro vtraque parte fuerunt multa dicta, quando dominus rex Alfonsus conuocauit hostes contra regem Castellæ, qui venerat cōtra regnum Aragonia, & Valentia, & Cathaloniam pretendens non teneri exire extra principatum cessauit ei succurrere. Et propter hoc ipse rex condemnauit ciuitates, & populos: & su-

per hoc fuit facta constitutio in ciuitate Barchinonæ c. confirmans lohants & approhants. vbi statuitur quod non fiat talis condemnatio parte non vocata. Et super hoc puncto, an habeat locum vel ne, isto casu fuit facta protestatio & reseruatō vtrique parti. Quæro, quid si rex, vel princeps non veniret ad bellandum, sed aliqua extranea gens magna cum capite, vel sine, veniret ad debellandum dominum regem, vel patriam suam, an autem habeat locum dictus vsati. princeps namq̄? Et dic quod sic. Et de hoc fuit facta per dominum regem Petrum tertium declaratio huiusmodi seriei: Declaramus, ac declarando interpretamur ipsum vsaticum, princeps namque. locum habere etiam in casu quo princeps Cathalonie audierit gentes extraneas, in quibus licet capitaneum vel caput familie haberent, qui scilicet capitaneus rex, vel princeps non fuerit, contra se venire ad bellandum in tali videlicet posse et multitudine quod succursus totius principatus Cathalonie necessarius eidem principi videatur. Et secundum prædictam declarationem refert Archiepiscopus Cancellarius q̄ anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, in mense Augusti, residente domino rege Petro tertio, & curiam in villa Parpiniani celebrante, ipso q̄ archiepiscopo Cancellario existente, cum esset dubium an homines ecclesie Gerundæ citati per vicarium regum Gerundæ vt occurrerēt versus maritimum contra nouem galeas Genuensium inimicorum domini regis: illi autem noluerunt ire: quæritur, an incidant in poenam istius vsatici. princeps namq̄? & fuit per maiorem partem iuris peritorum consilij regij determinatum quod dictus vsatic. haberet locum quotiescunq̄ extraneæ gentes, de quibus esset verisimile damnum posse inferre in aliqua parte Cathalonie, siue per terram, siue per mare, venientes more hostili, vt pote dictæ galeæ Genuensium, vel aliarū gentium magnū posse habentium, vel etiam in minori numero, dum tamen possent terrā damnificare, nisi eis resisteretur. Refert idem Archiepiscopus nil allegando quod fuit visum iustum, & æquum dicto consilio regio, quod vicarij, & alij officiales regij, si videant quod loca circumuicina sufficiant verisimiliter ad defendendum partem terræ, quam gentes extraneæ conantur inuadere,

dere, non debent alios homines fatigare à parte, quæ iuuadi sperabatur, multum remotos, seu larem fouentes, eos citando vt illuc vadant. Et pro hoc ego allego text. in l. ij. §. pro limitaneis vero. in ij. col. C. de offi. præfect. præto. Et pro hoc facit quod dicit Cato, Pugna pro patria. l. fallaciter. C. de abol. cum ibi not. Et pro hoc etiam facit, quia propria patria defendenda est. l. veluti. ff. de iusti. & iure. & l. postliminium. §. filius. & ibi Bar. ff. de cap. & postli. reuer. l. in filijs C. de decu. cum ibi not. per Andre. de Barulo. Et pro hoc tex. in c. peruenit. de immu. eccle. & ibi Inn. Host. & Io. Andre.

71 T dicitur enim propria patria, in qua sum natus. in l. si non specialis. C. de testa. & in c. j. de for. fide. & in rubric. C. qui accusa. non pos. & Ludo. in rub. ff. solu. matri. Non tamen necessariò habent abstinere dicti officiales, quin citent, vel moneant per modum insertum in dicto vsatic. si voluerint. Archiepiscopus. Et pro hoc facit vltra per me allegata, quia, vt dixi, ipse nil allegat. Nam tuitio regni pertinet ad vtilitatem omnium. l. aduocati. C. de aduoca. diuer. iudi. & à tali bus nullus se debet excusare. de man. prin. §. publicorum. Item quia honor est regis, si terra sua defendatur: & vituperium, si inuadatur, vel aliquis rebellis existat. de prohib.

72 feu. ali. per Lotha. circa prin. † Sed omnes subditi, nedum vasalli, habent iurare honorem domini: vt in feud. quali. vas. iura. ha. c. vno. in fi. & dixi supra in capitu. j. in materia fidelitatis. ergo &c. Itē magis est quis obligatus domino regi, quam domino, à quo tenet feudum. in feu. hic fin. lex Fre. §. fi. sed certum est q̄ vasallus est ad talia domino obligatus. in feud. de noua fid. for. ver. & si sciuerit. Et sic credo quod si dicta loca circumuicina non sufficiant, quod dominus rex potest in his conuocare hostes in vim dicti vsatici. princeps namq̄. Et quia superius dixi q̄ conuocatio hostium fienda in vim huius vsa. habet fieri per principem, & non per

73 Gubernatorem, aut alium: † quæro, quid si princeps infirmatur taliter quod circa conuocationem hostium intendere aut vacare non possit, nunquid isto casu eius primogenitus, aut gubernator, vel alius commissioem de his habens istam conuocationē facere possit? Refert Gulielmus præpositi quod sciente domino rege quod gentes armorum de Francia, qui venerant in præsi-

dium regis Castellæ contra ducem del en castre intrauerant regnum Aragonie, mandauit venerabili Francisco Cacoſta eius vicario quatenus haberet consilium cum militibus & iuris peritis an posset conuocare gentes principatus Cathalonie prætextu dicti vsati. princeps namq̄. cum audiret gentes contra se venire. In dicto consilio interfuerunt nobiles Vicecomes de Roda, Engasto de moncada, Naymerich santelles milites, Berengarius de ortosa, Petrus de Arters, & sapientes dictus Franciscus Cacoſta, Petrus Terreni veschoni, Bernardus de donte, Sperans in Deo Franciscus Castillionis, Ioannes de Vallesicha, Petrus de Bellmont, en Mengauaches, Raymondus Balistarij, Petrus de Bergua. Bernardus Lunes, Petrus de Citgario, Berengarius Viues, misser Gul. Cofaluo, Petrus de Regadello, & plures alij. Erat etiā Petrus Cacoſta baiulus generalis, & alij ciues ciuitatis Barchinonæ: fuit proposita quæstio per vicecomitē. Si dominus rex, qui audiebat, vel audiuerat dictas gentes cōtra se venire, eo quia ipse rex erat graui infirmitate detentus, & non poterat interesse in resistendo cum suis gentibus dictis capitaneis, & eius familie, quærebatur an posset conuocare gētes principatus Cathalonie prætextu dicti vsa. & posset suum primogenitum loco ipsius pro principe vel loco principis designare? Raynardus Balistari, Dominicus Brescho, Bernardus Lunes En gonsalbo, Bernardus de Ponte, Sperans in Deo, Franciscus Castillio, Petrus de Berga, & alij fuerunt in opinione, q̄ licet dominus rex personaliter non accederet, cum esset iusta causa detentus, q̄ erat locus dicto vsati. Et postquam erat casus omiffus dicti vsa. erat recurrendum ad iura cōmunia, & eius interpretationi. Petrus de Citgario En mengauaques, Berengarius Viues, Io. de Vallesicha, Petrus de Regadello, Gulielmus de Villatorta, & dictus Gulielmus præpositi fuerunt in opinione q̄ non erat locus dicto vsati. quia secundum omnium prædictorum opinionem rex personaliter debet interesse cū suis gentibus in defensione sua, siue in uasione alterius, cum verba vsati. ad personam dicti principis referantur, & sic ipse debet personaliter in exequutione dicti vsati. interuenire. Et ita dicit seruari per consuetudinem generalem. Et dicit dictus

Gul. se vidisse quando gētes armorum intrarunt in subsidium comitis Impuriarum tempore domini Regis Petri tertij, anno M. ccc. lxxxv. quod ipse dominus Rex ipso Guli. Præpositi præsentate erat in villa Palata, & accessit ad villā Bisulduni, & cōuocauit hostes in vim dicti vsatic. princeps nanque. dicto domino Rege personaliter existente in dicta villa Bisulduni, & in ciuitate Gerunda pro exequutione dicti vsatici. idem fecit quando gentes extraneæ intrarunt comitatū Rossillionis, & principatum Cathalonix, & fecit declarationē vsa. princeps nanq. assistebat ipse Rex in exequutione ipsius vsa. idem dicit quando gentes extraneæ intrarunt Cathalonā, & ceperunt locum Trempi, & venerunt ad villam Agrimontis. Et sic dominus Rex ex consuetudine debet assistere in exequutione dicti vsati. & omnes fuerunt in huius opinione, casu quo dominus Rex esset in bona conualescētia. Et sic cum dñs Rex debeat personaliter interesse in exequutione dicti vsati. ex consuetudine, quæ est optima legū interpret. Sed si princeps fuerit in infirmitate detentus, est casus ommissus, & eget interpretatione: & huiusmodi interpretatio nō per leges seu canones fieri debet, sed per Regē, & quatuor homines cuiuslibet brachij, scilicet ecclesiæ, militū, & ciuitatum, & duorum sapientum: vt in constit. Gerundæ regis Iacobi. Merito cōcluditur quod non dominus Rex, nō leges, non canones, nō iuris periti facere possunt huiusmodi interpretationē in hac lege pactiōnata. Et sic fecit dominus Rex tertius quando fecit interpretationem dicti vsati. quia ita erat rationalis sicut ista. Nunquid subuenitur principi? Dico quod conuocet hostes, vel conuocet milites, & homines militum, tāquam habēs guerram cū alio principe, vel inimicis, iuxta cōsuetudinem scriptam Petri Alberti: vel faciat interpretationē dicti vsa. vel currat ad alia iuris remedia. Petrus Terreni fuit in opinione q̄ erat locus dicto vsatic. & non indigebat interpretatione, eo quia ex vsati, habetur quod valetudinarij, & infirmi excusantur à conuocatione dicti vsa. Sed parcat eius reuerentiā, quia loquitur in subditis, & vassallis, & non in principe, vt ex eius lectura apparet. Et sic quid sciendum existat in principe, eget interpretatione, secundum formam prædictam: tā-

men aliās fieri nō posset sine interpretatione, licet omnibus de consilio fuit bene visum, & quāplurimum rationale q̄ dicta interpretatio sit scienda pro principe q̄ ipso existēte infirmo posset dictū vsat. per substitutum exercere. Sed quid dicendum? quia iuribus Romanis vtuntur in Cathalonā, vbi deficiunt cōstitutiones? Dico q̄ verum est, vbi non dubitatur an habeat locū cōstitutio, vel nō: sed est casus præter cōstitutionē, & secundum eā fieri nō debeat iudiciū, nec locum sibi vendicet & c. habēt locū iura Romana, si secundum ea petitur fieri iudiciū: aliās secus. Nunquid ergo sufficiat mittere primogenitum, cum dicatur princeps? Dico quod non: quia in Cathalonā nō habemus principē, nisi Regē: nec in vsati. auctoritate & rogatu. nec in similibus, & in alijs vsaticis loquentibus de regalij principis, in personā primogeniti locū sibi nō vendicant ex consuetudine generali. Et de vsati. simili modo. est pragmatica regis Petri facta in curia generali Barchinonæ. Et dicit idē Gul. q̄ dictus vsatic. nō solum locum habet si gentes veniāt cōtra principē, sed cōtra eius terram, vel bona. Et hoc nō ex verbis, sed ex cōsuetudine generali diutius obseruata: fuit autē obseruatū in prædictis. Ecce verba Gul. Præpositi referentis dicta aliorū doctorū nil allegantū. Quæ autē ipsorū opinio sit verior. Et credo q̄ indiget maiori examinatione. Et sic pro eius clarificatiōe, & elucidatione: & vt ista materia tibi liqueat pro cōcordiā

74 dictorum doctorū sic distingue, ¶ Aut dominus Rex infirmatur graui infirmitate, ita q̄ rebus suis superesse non possit, aut parua. Primo casu subdistingue, Aut quæris, an per aliū quā per principem fieri possit conuocatio hostium in vim ipsius vsati. Aut quæris de eius exequutione. Primo casu dico q̄ per aliū q̄ per ipsum principē ipsa cōuocatio hostium, vel processus fiendus in vim ipsius processus fieri nō potest. Casus est in dicto vsati. princeps nanq. & in dicta cōstit. Regis Petri curiæ Ceruariæ c. ij. circa finem. Adde quæ superius de his dixi. Nā dato quod ipse princeps infirmetur, attamen nomine suo, & in eius personam vbiunque sit ipsa conuocatio, & procedimenta in vim ipsius vsati. fieri possunt, & super his literas expediri. Et in hoc est vera opinio Gul. Præpositi, & sequacium suorum.

suorum. Secundo casu aut ipse processus exequi potest per primogenitū, aut alium quā per principem de his cōmissionem habentem: Et dico quod sic. Et pro hoc allego. c. si agrotans. v. quæst. iij. & c. episcopus ad synodum. & in c. placuit. xvij. dist. vbi patet, iura generaliter mandantia quem ad actum comparere debere per semetipsum, non extendi ad casum, quo aduersam valetudinem patitur: quia tunc alium loco sui poterit substituere. Et etiam facit pro hoc l. si cui. §. tam diu. ff. ex quibus causis maio. vbi patet, iura dicentia generaliter ad finem deducto negotio, pro quo quis à Reipublica est transmissus non dici transmissum amplius Reipublicæ causa abesse, non extendi ad casum, quo quis finito negotio absens manet, quia in egritudine persistit: tunc enim Reipublicæ causa absens dicitur, & immunitatibus gaudet. Facit etiam pro hoc capitulum, si quis testium. extra de testibus. vbi patet, legem generaliter dicentem citatum ad præstandum iuramentū pro reddendo testimonio apud iudicis tribunal comparere debere, nō extendi ad casum, quo quis citatus in egritudine persistit: tunc enim ad domum sibi iuramentum est deferendum. Tertio facit pro hoc not. in l. ex agentibus. de pri. agenta. in rebus. libr. xij. vbi patet, legem generaliter dicentem neminem prerogatiuis concessis personæ propter administratum officium gaudere debere, nisi id ad finem deduxerit non extendi ad casum, quo ideo ad finem deducere non potuit, quia aegritudo superuenit. Is enim ita prerogatiuas cōsequitur ac si perfecisset. Facit quarto pro hoc. l. j. in §. sed scimus. C. delati. lib. tol. ¶ vbi patet, iura dicentia generaliter seruum ex domo repulsum, & cui denegata sunt alimenta, censi habitum pro derelicto, & ideo non eius dominium ante perdit, q̄ alter ipsum occupet: non extendi ad casum, quo seruus existēs in aegritudine expulsus est cum denegatione alimentorum: tunc enim ipse non censetur haberi pro derelicto, ita vt eius dominium primo occupanti concedatur, sed statim libertatem consequitur. Quinto facit pro hoc l. si longius. in prin. & l. iudex. ff. de iudic. & l. licet. ff. de arbi. & l. filius. §. si. ff. de procu. & insti. de excus. tut. §. Item propter aduersam. & l. j. C. qui morbo. & l. post susceptam. & l. non solum. §. fina. cum

lege seq. & l. philosophi. §. aduersa quoque valetudo. ff. de excu. tut. in quibus legibus patet, iura dicentia iudicem, seu arbitrum procuratorem, seu tutorem compelli ad finē deducere onus, quod acceptauit, non extendi ad casum, quo superueniat aegritudo: tunc enim ab huiusmodi onere excusati sunt: si tamen aegritudo peritorum iudicio domini est duratura: secus si breui tempore: vt patet ex tex. in l. prætor. in §. si post causam. de excusa. vac. mu. public. Sexto facit pro hoc l. qualitum. ff. de re iudi. & l. ij. §. si in iudicio. ff. si quis cau. vbi patet, iura dicentia ¶ in aliquem: vt in contumacem procedi posse, si in termino à ius dicente statuto sui copiam non fecerit, non extendi ad casum, quo incitato superueniat aegritudo: tunc enim ob aegritudinē prætor diem iudicij iubet esse diffusum, id est, prorogari ulterius. Septimo facit pro hoc l. ij. ff. de offic. consu. & c. cum plures. de offi. deleg. libro vj. vbi patet, iura dicentia, vno ex iudicibus habenti iurisdictionem in solidum præoccupantem cognitionem alicuius negotij, alterum non posse cognoscere, non extendi ad casum, quo in præoccupante superueniat aegritudo: tunc autem in rem à præoccupante inchoatam potest procedi. Et ad idē quod habetur de procu. c. si duo. lib. vj. Denique facit octauo pro hoc capi. quoniam frequēter. vt lit. non cōtest. ¶ vbi patet, iura generaliter dicentia testium examinationem ante litem contestatā fieri non debere, non extendi ad casum, quo in ipsis superueniat aegritudo, ex qua verisimiliter habetur suspitio de mortis periculo: tunc enim ante ad eorum receptionem procedi poterit. Ad idē. ff. de Carbo. edict. l. ij. §. duæ autē. in verbo, discedent. Nono etiam facit pro hoc capitul. secundō. §. Prater ea. de obserua. iei. vbi patet, iura mandantia certis temporibus ieiunium, non extendi ad personas, quæ aegritudinem patiuntur. Illa enim inducit iustam dispensationis causam. Etiam decimo facit pro hoc tex. in l. arboribus. in §. de illo. ff. de usufructu. ¶ vbi patet iura generaliter dicentia ex non usu usufructum amitti, non posse extendi ad casum, quo quis opera serui agroti non vitur, quia aegritudine impeditur. Et est ratio: quia, vt alibi dicit textus, humanitatis enim ratio illa est, vt nobis etiam seruire intelligantur, qui cum seruire velint, aegritu-

dine aduersa seruire impediuntur. ff. de sta. li. l. cum heres. §. stichus. Facit etiam vndecimò c. de rectoribus. & c. tua. & c. fin. de cleric. agro. & l. ij. §. mitius audies. & §. corporis. de vac. mune. & l. ij. & si. qui morbo. lib. x. & l. penult. in §. si. cum seq. ff. de legit. tut. facit, inquam, & duo decimò. l. cum patronus. §. si. & l. hæ. operæ. in versic. sicut. ff. de operis lib. vbi patet, legē generaliter dicentē liberto, seu vasallo operas à patrono seu domino seruitiales indici posse, non extendi in casu, quo ipsi aduersa valetudine impediuntur: quia tunc ab illarum præstatione excusantur. Deinde facit etiam decimo tertio pro hoc l. in metallum. ff. de pœnis. 80 vbi pater, legem dicentem quod semel pronuntiavit diffinitiuè, non posse reuocari, non extendi ad casum, quo ipse in pœnam criminis imposuit delinquenti onus operarū reipublicæ præstandarum. Si enim tunc cōdemnatus aduersa valetudine, quæ diu duratura speretur, illas præstare impediatur, iudex illum absoluet, vnum ex ipsius affinibus subrogando. Vterius decimo quarto facit l. qui cum vno. §. examinantur. ff. de remili. Facit etiam pro hoc, & decimo quinto quod eleganter terminant G. de Cug. & Bal. in l. nullus clericus. C. de epi. & cleri. dicentes per illum tex. in fi. & l. casus. C. de testa. & tex. in authen. iusiurandū quod præstatum à mo. ver. quod verò. vbi patet, iura generaliter dicentia quem de domicilio, siue ciuitate propria eijci non posse, non extendi ad casum, quo ipse patitur agritudinem, quæ alios inficit ex contagione: ille enim ex loco domicilij, siue ciuitate propria repelli poterit, ne alios inficiat. Decimo sexto etiam facit quod dicit lo. de Imo. in l. continuus. §. si ab eo. ff. de verb. oblig. et Ang. de Are. insti. de vsuf. §. vsusfructus. vbi dicunt quod licet quando alicui permittitur aliud quod factū, in dubio intelligitur electa industria personæ regulariter, nisi ex qualitate facti, vel personarū aliud præsumatur: vt not. glo. & Bar. & ipse Ioan. in l. inter artifices. ff. de solu. Fallit tamen ratione necessitatis, putā infirmitatis: vt. l. j. C. de princ. agē. in re. libr. xij. quod dicunt ipsi doctores, in dicto. §. verum, si sit vera necessitas, & non simulata: vt l. j. & fin. C. de prox. sac. scri. l. eodem libr. tunc enim per substitutū illud factum expediri potest, vt ibi. Et adde Lud. in l. si verò. §. de viro. ff. solu. ma. xvj. fal-

len. vers. vij. Et allegat Bal. in l. fin. ff. de excu. tu. & adde etiam quæ dixi supra in c. va fallus. in questione, an seruitium possit fieri per substitutum: ibi, versicu. fallit. Adde l. quisquis. C. de epi. & cle. vbi habes quod illi stris persona potest seruire per substitutū. & l. nullus. C. de decu. li. x. Et sic ex præmissis iuribus satis clarè probatur, quod licet dictus vsa. generaliter & indistinctè loquatur, attamen non extenditur ad casum, quo dominus rex aduersam valetudine patiat: tunc enim ipse primogenitum, aut alium loco sui mittere potest pro exequutione dicti vsatic. nec hoc indiget interpretatione: quia iste est casus omissus, & sic relinquatur dispositioni iuris communis: vt l. commodissimè. ff. de lib. & posthu. & ibi Bart. tex. & ibi Bal. in l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. Bar. in l. maritus. C. de procu. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. Bal. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. & in l. si cum dotem. ff. solut. matri. & in l. iij. de insti. & substitut. Ang. in l. de quibus. ff. de legi. Lud. in consil. consilio centesimo. per Canonistas in c. susceptum. de rescrip. lib. vj. & in c. ad audientiam. & c. cum dilectus. de cleri. non resi. Per iura enim communia supra allegata probatur quod licet leges generaliter loquantur, attamen non extenduntur ad casum, quo aliquis agritudinem patitur. & iuxta not. per Iacob. Callicij in directorio pacis & treuga. in iij. dubio vsatic. & constitutiones Cathalonie recipiunt interpretationem examinatiuam, & declaratiuam à iure communi. Et quando autem dominus rex talem interpretationem facere possit, vide quæ latius scripsi in meis additionibus pacis & treuga. xlvj. additione. Secundo casu principali aut agritudo est parua, & leuis, sic quod dominus rex suis rebus super esse possit, sitque talis quod secundum consilium medicorum commodè & sine periculo suæ personæ accedere possit: & tunc credo quod ipse personaliter conuocationem, & exequutionem dicti processus in vim dicti vsatic. facere debet, argumento l. podagra. in princ. C. qui morbo. libr. x. & l. à muneribus. C. de decu. eodem libr. & l. j. §. proinde ff. de ædili. edic. & l. ob quæ vitia. §. fin. & not. in l. quæsitum. ff. de re iudi. et capitu. ij. de renunt. libro vj. à contrario sensu in verbo, graui infirmitate. & ibi Ioannes de Imo,

Imol. & Gemina. & text. institut. de excus. tuto. §. Item propter aduersam. à contrario sensu: vbi Angel. Areti. dicit quod non omnis infirmitas excusationem tribuit, sed illa, quæ est impedimento, vt etiam rebus suis superesse non possit. d. l. quæsitum. & quod ibi no. ¶ Sed quid si dominus rex est absens à principatu Cathalonie, & in remotis agens ex causa necessaria, puta expeditionis, vel alia, & ex postfacto accidit aliquis de casibus in dicto vsatico contentis, an dicta conuocatio per vxorem domini regis, aut filium suum, vel filiam, aut alium de stirpe regis de his potestatem habentem possit fieri: Et credo quod sic. Et pro hoc allego casum in l. de pollicitationibus. ff. de pollicitatio. & l. si absentis. ff. de lega. vbi patet, iura vsentia quem non posse alium substituere ad id, ad quod eius industria est electa, non extenditur ad casum, quo quis esset absens à principio necessariè: tunc enim ad agendum id, ad quod eius est electa industria, poterit alium substituere. Et pro hoc l. nullus qui nexu. C. de decu. libro decimo. & §. iubemus. in authenti. de colla. & §. nulla. in authentica de defen. ciui. Et de filio est casus in l. sciendum. §. legati. ff. de legatis. secundum Ludouicum in l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio. in decimasexta fallen. versiculo quarto, quinto, & sexto. & per eum in singularibus suis singulari. ccxv. incipiente, Tu scis quod dille, cuius industria, &c. & Angel. de Aret. instit. de vsufructu. §. vsusfructus. in fin. Et pro præmissis facit l. penult. ad fin. C. de agen. in reb. lib. xij. & l. si quis ex corpore. C. de muri. libr. xj. vbi patet, regulam dicentem non posse quem, cuius industria est electa, alium substituere, quia non extenditur ad casum, quo quis vellet substituere alium sibi in qualitate & bonitate parem. Et ita intelligitur c. Imperialem. §. firmiter. in vsibus feudorum. & quod plenè not. in l. j. C. de manci. & colo. lib. xj. secundum Ludouicum in dicto. §. de viro. in xix. fallentia. versicul. j. Et ita substituendo in casu prædicto videtur hunc processum in vim dicti vsatic. ab ipso substituto fieri posse. Adde quæ scribā in repetitione vsatic. auctoritate & rogatu. in q. quæro an primogenitus, & gubernator generalis possit facere hunc processum, &c. Et vide in Anno Mille si. cccc. septuagesimo septimo quod illustrif

lima Iohanna regina citerioris Sicilie filia serenissimi domini Iohannis dei gratia regis Aragonum nunc feliciter regnantis, ac infantissa, & locum tenens generalis in hoc principatu dicti domini regis, & de his potestatem habens cōtra Gallicos, qui intrauerant prouinciā Ipuritanen. fecit hunc processum in vim dicti vsatic. & curia, quæ celebrabatur in ciuitate Barchinonæ se opposuit in his, dicēs dictum processum ab ipsa locum tenente fieri non posse. Et super his Bartholomæus de Varino regens cancellariam exegit vota aliquorū sapientum, & fuit magna altercatio inter dictam locum tenentem & curiam: & fuerunt visa multa acta antiqua, & deinde inter eos fuit factum certū apuntamento, ad quod me remitto. Vide in processu, & actis de his factis, qui sunt in archiuo regio. Sed quicquid fuerit inter eos apuntatum, & conclusum, ista est de iure rei veritas, & ita fuit cōsultū per dictos sapientes dicto cācellario, inter quos ego fui. ¶ Quæro, quid si fiat redemptio dicti vsatic. vt certæ collectæ indicatur, pro ista personali indicatione, nūquid pupilli, vidua, & alia personæ, quæ non tenentur ad seruitutem dicti vsatic. vt superior dixi, teneantur. & etiam domestici, & familiares domini regis? Gulielmus Præpositi refert quod ista questio fuit in villa Bisulduni, & in ciuitate Gerūda tempore regis Petri tertij dum faciebat exequutionē contra Comitē Impuriarū, anno Mille. ccc. lxxxv. & lxxxvj. & intrauerant gentes extraneæ in succursu dicti comitis, & habuit locum vsaticus, princeps namq. & regente Gul. de Vallesicha vica. fuerunt diuersæ opinionēs hinc inde: sed in hac opinio, nemaior consilij declinauit quod omnes indifferenter tenerentur ad redemptionem dicti vsatic. Et est ratio, quia mulieres ex eo non tenentur, nec pupilli, quia non habent habilem personam pugnandi, & ideo non possunt obligari ad dictum vsaticum: sed si fiat redemptio, commodum, & vtilitatem sentiunt, & est interesse totius Reipublice: & ideo de his, quæ possunt, tenentur auxiliū præstare. Pro alia verò parte dicebatur quod vsaticus cōcernit redemptionem illorum, qui possunt pugnare: cum ergo sit seruitus personalis, illi solum tenentur ad præstationem illius seruitutis, qui sunt habiles ad pugnandum, & non mulieres in-

habiles. Igitur si fiat redemptio, tenentur solum illi, qui ipsam seruitutem facere tenentur. Pro quo facit, & videtur dicere Bar. in l. iij. ff. de re iudic. in ciuitate Barchinonae fuit seruata prima opi. Et dicit Guliel. Praepositi q. est verior, & aequior. Quid igitur est dicendum? Et dico quod istud indiget maiori examinatione: nam primo videndum est, an istud pecunia redimi valeat. Et pro eius declaratione sic distinguo, Aut quaris de iure communi, aut de iure consuetudinario. Primo casu dico quod pecunia redimi non potest, secundum Barto. in repetitione. l. placet. C. de fac. san. eccl. circa prin. & And. de Baro. & Io. de Pla. in l. illud. C. de excu. mu. lib. x. per illu. tex. & per Bart. in l. aestimatis. ff. de mu. & ho. & in l. de pollicitationibus. ff. de polli. Secundo casu dico q. sic. Et istud vidi pluries fieri, & practitari, & praesertim in annis Millelmi cccc. lxxiij. & lxxv. in quibus contra Gallicos dictus processus in vim dicti vaticani fuit factus, & per curias quae celebrantur in ciuitate Barchinonae fuit pecunia redemptus. Et hoc innuit priuilegium Barchinonae del. recognouerunt proceres. c. Itē concedimus. Et pro hoc facit, quia nullum est merē ius positiuū, quod consuetudine mutari nō possit, secundum Bal. de prohi. feu. alie. per Frede. §. prater ea. Consuetudo enim legem tollit, secundum Ang. Aret. in proce. insti. §. Igitur. Adde Ang. de Peru. in l. de quibus. ff. de legi. vbi dicit q. consuetudo quae legē sequit̄, derogat legi: & ista consuetudo habet vim pacti, secundum Bar. in l. quo minus. ff. de flumi. & pro lege seruanda est: vt est tex. cum glo. in c. videtur. quīma. 89 accu. pos. † Consuetudo autē multa tribuit. Habet enim vim decreti: tenaciter tamen obseruata habet etiam vim iustitiae, dat iurisdictionē, dat mandatum, secundum Bal. qui feu. da. pos. Item dat authoritatem. ibi §. antiquus. ligat principem, secundum Bal. si de inuesti. feud. §. hoc autem. & potissimē quia illa consuetudo est introducta per dominum regem & curiā qui habent potestatem legis cōdēde in hoc principatu, secundum cōstitutiones Cathaloniae generales. Sed quid tenendo q. pecunia redimi possit secundum consuetudinem de his introductam: pone quod dominus rex vult quod dictus processus sibi pecunia redimatur, & ita de eo sibi fiat finantia, vulgariter loquen-

do, nunquid dominus rex potest principatum Cathaloniae ipso inuito compellere ad soluendum pecuniam. Dico quod nō: quia ex quo iste principatus ad certū quid obligatus est, putā ad accedendum personaliter non potest eidem mutari obligatio: vt d. l. illud ergo nec eo inuito mutabitur, vt non plus creditori, quam debitori faueatur. in authen. de fideiuf. §. pen. Et pro hoc de agri. & cen. l. domini praediorum. lib. xj. optimē ff. de oper. lib. hae demū operae. §. fi. in fine. Hoc tenet quidam doctor Gallicus vocatus Gambarius in d. l. illud. Nec obstat dicta consuetudo: nā ipsa introducta fuit volentibus tā dicto dño rege, quam ipso principatu, non autem altero eorum volente, & altero inuito: & sic quantum habet de actu tantum habet de potētia, & non plus, secundum Bal. in praelu. feu. §. consuetudo. Non enim consuetudo extēditur vltra id, quod agitur. Bar. in authē. qui rem. C. de fac. san. eccl. Lud. in l. vectigalia. ff. de publi. Ang. Aret. insti. de iure na. §. ex non scripto. Iamuis Andre. de Sicil. in c. cum olim. & c. cum ex officij de prescrip. Adde dictū And. in cle. 90 ne Romani. vbi dicit † q. consuetudo non extēditur ad alios casus, vel alias personas. Et vide Bal. in praelu. feud. & adde Ludo. in l. j. §. si stipulanti. ff. de verbo. obli. vbi dicit quod consuetudo non extenditur vltra suos proprios terminos. Et descendendo ad punctum nostrae principalis quaestionis dico q. de ista quaestione in ciuitate Barchinonae est dictū priuilegium in recognouerunt proceres. quod incipit. Item concedimus capitulū. Sed qd dicemus de alijs locis huius principatus, in quibus nō est dictum priuilegiū, cum ad illa dictū priuilegium nō extendatur, quia est stricti iuris. & non recipiat extensionem, secundum Bal. in l. j. C. de legi. Locale enim nō extenditur: vt l. parabolani. C. de epis. & cleri. Ego verō crederem primā opinionem esse verā. Quod sic probō: ire ad guerram est munus personale, cum personale munus sit cum corporis labore & vigilantia animi: vt. ff. de mu. & hono. l. j. §. illud. vide Bart. in d. l. placet. vbi dicit quod personale munus est, quod vnus de qualibet domo vadat in exercitiū: quia personae cohaerent, & a persona venit explicandum. Et vide Gul. de Cug. in tractatu munerum. Sed si tale munus redimatur, sit totaliter mistū munus extraordinarium.

91 rium. † Dicitur enim extraordinarium munus, quod non imponitur per constitutionem scriptā, sed pro motu superioris indicitur, & certā formam nō habet, secundum Bar. in d. l. placet. quod munus extraordinarium reges habent pro guerra, & nō ordinarium, secundum Pet. Jac. in libel. de cōdi. ex mo. pro feu. §. attamē. & dicam. j. Quotiescunque enim vnū genus muneris redigatur ad aliud munus, tunc cessat immunitas cōcessa pro illo munere, quod ad aliud redigatur: vt est tex. in l. j. C. de indic. lib. x. & tenet Jac. But. & Bartol. in d. l. placet. & Gul. de Cug. vbi supra. Sic igitur in proposito mulieres habent immunitatē ab ipso munere personali: vt puta quia nō tenentur ire ad guerram, vt superius dixi, ex eo quia propter fragilitatē sexus, & honestatē a laboribus corporalibus, siue iniuncto munere existente in labore corporis excusantur: vt l. iij. §. corporali. ff. de muner. & hono. Quod tñ intelligo verum ab his duntaxat numeribus, quae non congruunt sexui earū, & in quibus honestas, si iniungerentur, esse non possent, sicuti est istud munus, quod indicitur pro accessu ad guerrā, vt dixi supra, in expositione literae mulieribus non possunt iniungi munera nisi cōgruentia sexui earū: vt C. de mune. & in quo lo. l. j. lib. x. Semper enim in iniunctione cuiuslibet muneris debet honestas attendi, maxime in mulieribus, quae propter honestatem sexus semper debet vergi verecūdia castitatis, & nō debent se immiscere coetibus virorū. l. j. ff. de postul. §. sexū. ff. de indictionib. l. ait prator. §. & l. foemina. ff. de reg. C. de procur. l. maritus. & de arbit. sancimus. secundum Bar. in d. l. placet. Ex his igitur mulieres eximuntur, vt ad exercitiū ire non teneantur. Adde tex. & quae ibi latē scripsi supra, in c. nullus. in nono notabili. & latē Jac. de Callicio in viridario militiae. q. ij. ibi, in illa 92 q. quaro vtrum mulieres. † Item pupilli ex eo sunt exēpti ab istis muneribus, quia sunt inutiles, & inhabiles ad expugnandū, vt dixi supra. Et adde Bal. de pa. te. §. si rusticus. & glo. & Bal. de pa. iura. fir. Si igitur ire ad guerram est munus personale, secundum ea, quae superius dixi, & istud munus redigatur, & conuertatur ad munus mistum per redemptionē de eo factam, vt certa collecta in pecunia pro eo indicatur: tūc dico quod istae mulieres ab ista collecta nō ex-

cusantur: quia illa immunitas, quae ipsae mulieres, & minores habent ex causis praemissis de nō accedendo ad guerrā, cessat: quia redemptum est dictū munus, & redactum est ad munus mistū, hoc est ad soluendam pecuniam pro eo, & cōsequenter, quia cause praedictae, quae tribuunt immunitatē dictis mulieribus, & pupillis, cessant propter redemptionem dicti vaticani, & cōuersionem ad aliud munus: quia collecta dicitur munus mistū, secundum Bar. in d. l. placet. igitur cessante causa cessat eius effectus. c. cū cessante. extra de appella. Facit pro hoc, quia istud munus collectae imponitur personae pro rebus, quia imponitur personae ratione patrimonij, secundum Bar. in d. l. placet. l. rescripto. §. fi. ff. de mu. & ho. & Bart. in l. si libertus. §. sola. ff. ad munic. & secundum illud patrimonij fieri debet, vt not. Bart. in l. j. C. de apo. pub. lib. x. Sic ergo ipsae mulieres & minores, qui tenent patrimonja ab ipsis, nō excusantur. Facit etiam, quia dicta collecta imponitur ciuibus, & incolis: vt d. l. rescripto. §. fina. & Barto. in d. l. placet. Sed mulieres, & pupilli dicuntur ciues, vt notatur per Bartol. in l. j. & in l. assumptio. §. filij. & l. fina. §. Item rescripserunt. ff. ad munic. & l. ciues. C. de inco. igitur, & c. † Item mulieres ad collectas tenentur in loco viri, vt sentit Barto. in d. l. placet. & est tex. in l. j. C. de mune. & in quo lo. lib. x. cum ibi not. in glo. Et sic si dictus vaticanus redimatur, & pro ea collecta imponatur, ad eam mulieres tenentur. Facit etiam pro hoc, quia ista collecta pro cōmuni vtilitate omnium imponitur, quia concernit defensionē, & statū totius principatus: & sic omnes cōtribuere tenentur, argumēto. l. ij. §. aequissimū. ff. ad leg. Rhod. de iac. & quod ibi not. & l. j. C. vt nemi. lic. in emp. cū ibi not. per gl. & pro hoc l. ij. & iij. C. ex qui. mu. vel praest. & per Gul. de Cug. vbi supra, & c. si quis baro. j. & sic nullus debet se ab ea excusare. in authen. de man. prin. §. publicorū. l. neminē. & l. iubemus. C. de fac. san. ecc. Facit etiam q. ad istam collectā omnes ciues & incolae tenentur: vt l. omnes. & l. in fraudē. C. de anno. & trib. Nā ista collecta imponitur pro annona militū stipēdiatorum, vt ibi not. in 94 rub. † Facit etiam pro hoc, quia etiam cleri non tenentur accedere ad bellum: sed si collecta pro ea imponatur, in ea cōtribuere tenentur, secundum Barto. in l. nullus. C.

de cur. pub. lib. xij. per illum tex. Et illud sequitur Lud. in l. si vero § de viro. ff. sol. ma. in liij. fallen. vers. xxij. & Andr. de Sicil. in repetitio. rubricæ de reb. eccles. non ali. & Gul. de Cug. in dicto tractatu. Et pro hoc etiam facit gloss. in l. qui immunitatem. C. de muneribus patri. lib. x. vbi dicit quod mulieres non subeunt corporalia, sed patrimonialia. & ibi dicit Gambarius doctor Gallicus, not. istam gloss. quod in muneribus mistis mulier excusatur ab hoc, quod est personale, puta in quantum tangit laborem personæ, non autem in quantum tangit præstationem realem. Quid de domesticis, & familiaribus domini regis. Dic quod omnes in his contribuere tenentur, & nullam super his habent excusationem. Et pro hoc allego text. in l. j. C. de excu. mu. iuncta gloss. in l. negotiantes. in verbo, deseruiunt. circa finem. lib. x. & in l. nullus. C. de decur. lib. x. iuncta glo. & l. curialis. la. vltima. & l. curiales. qui se. eo. titu. Et in hoc facit quod dicit Gulielmus vbi supra § sed quæro an nobiles. l. prima & secunda. de priuile. do. Angel. l. actores. C. de exac. tribu. Ab alijs autem muneribus bene excusantur, vt colligitur per totum illum titulum. Et sic concludo in hoc dubitabili passu. Et pro hac parte fuit iudicatum in facto Bernardi de villagrassa, Gulielmi de agrimontello, & aliorum priuilegiatorum Ceruariæ, qui se excusabant quod non tenebantur soluere in redemptione exercitus facta pro guerra Castellæ per vniuersitatem Villæ Ceruariæ, ex eo quia erant priuilegiati quod non tenebantur facere hostem, vel caualcatam, nec redemptionem earum, nec aliam seruitutem, vt alijs ordines hospitalis, vel militiae templi: & fuit determinatum quod non obstante eorum priuilegio tenebantur contribuere in eorum redemptione, ex eo quia dominus rex, dum concessit illud priuilegium contra se concessisse non videtur. argumento cap. petitio. de iureiurand. secundum Gulielmum Prapositioni in suis apostillationibus. Ego vero pro hac sententia & determinatione allego textum in l. prima vt nemini lic. ab empt. public. specierum se excusare. cum ibi not. in gloss. & l. prima & secunda. & per totum illum titulum. C. ex quibus mu. vel præsta. liceat se excusa. libro decimo. cum ibi not. Et est ratio, necessitas guerra. Sed contra dictam senten-

tiam facit, quia superius nominati erant priuilegiati expressè quod non tenerentur ad dictam redemptionem, & sic dictum priuilegium tribuit eis immunitatem quod ad dictam redemptionem non teneantur: tale enim priuilegium valet. ff. nequid in lo. publi. l. prima § si quis à principe. Item quia dominus rex potest aliquem vel aliquos à muneribus excusare, seu eximere: vt ff. de vac. mu. l. sunt munera. C. de prof. & medic. l. medicos. de anno. & tribu. l. fina. argumento. de mu. patri. l. tertia. Præterea casus est C. de re milita. l. semel. Item tantum potest dominus rex in suo regno, quantum lex. in authenti. de consul. § si. sed lex potest: ergo & c. ff. de excu. tut. l. Item Vlpianus. in princ. & hoc tenet Bar. in l. hi qui. ff. de iure immu. Sed his non obstantibus tene bene fuisse iudicatum, & quod dominus rex tale priuilegium concedere non potest: & si concedit, non valet. Text. iuncta glo. si. in l. nemo iudex. C. de decur. lib. x. Item quia licet constet de voluntate domini regis, tamen cum ita dat priuilegium, quod potest cadere in periculum, vel subuersione Reipublice, non valet concessio. ff. de seruitu. l. interdum. § qui tutelam. pro empto. l. qui fundum. § qui tutelam. Item quia istud esset contra ius gentium impetratum: vt ff. de iusti. & iur. l. veluti. Et circa talia dominus rex dispensare non potest, illa tollendo, argumento institut. de iure natu. gentium & ciui. § penulti. & de legiti. agna. tu. § finali. Et istam partem tenet Gambarius doctor Gallicus in dicta. l. prima. C. de quibus mu. vel præsta. libro decimo. ¶ Quid igitur est dicendum? Tu vero pro concordantia dictorum iurium sic distingue, Aut ipsi priuilegiati habent priuilegium de non soluendis muneribus simpliciter, aut habent priuilegium mentionem expressè faciens quod non teneantur ad hostem, vel caualcatam, nec redemptionem earum, nec ad aliam seruitutem. Primo casu dico quod dictum priuilegium non prodest priuilegiato ad munus publicum autoritate & vtilitate, nec ad personale, Item nec etiam ad realia ordinaria, sed solum ad extraordinaria. Ita dicunt Dynus & Bartolus in l. spadonem § qui accepit. ff. de excusatio. tutorum. & idem Bartolus in l. hi qui. ff. de iure immuni. & in l. omnes. C. de anno. & trib. lib.

lib. x. & Ang. Aret. instit. de excu. tut. in princip. Et cum ire ad hostem, & caualcatam sit munus personale, vt superius dixi, & etiam dicatur munus ordinarium illud, quod imponit à principe: vt tenet Bar. in d. l. hi qui. merito dictum priuilegium ad hoc non se extendit: & sic ipsi priuilegiati non excusantur à dicto munere, nec ab eius redemptione. Secundo casu subdistingue: quia aut imminet magna necessitas, aut parua. Primo casu dico quod dicti priuilegiati non excusantur, nec dictum priuilegium in hoc casu eis tribuit immunitatem. Et ita intelligo iura pro hac parte allegata. Quibus adde Ludo. in l. si vero § de viro. ff. sol. mat. in liij. fallentia. vers. xxij. & xxv. & est ratio, quia istud priuilegium esset publicæ vtilitati contrarium: & omne priuilegium, quantumcunque generale, alicui ad vtilitatem priuatam concessum, nunquam includit illud, quod esset derogatorium publicæ vtilitati. Et pro hoc lib. v. vbi Bal. hoc dicit. C. de sacrosanc. eccle. l. iubeamus. C. de nau. non excu. lib. xj. d. l. j. C. vt nemi. lic. in emp. Specu. l. nullus. C. de cursu pub. lib. xij. c. non minus. de immu. eccl. Et ad hoc accedat quæ not. Dyn. in l. si ex toto. ff. de lega. j. cuius verba refert Petrus Anto. in addi. in titul. de cen. § nunc dicendum. quæ incipit, per hanc legem. & hoc sequitur Ludouic. in dicto. § de viro. in decima fallentia. vers. iij. & Bald. in prælu. feud. § expedita. Et pro hoc vide Hostien. in c. peruenit. de immuni. eccl. Secundo casu dico quod dominus rex potest eximere aliquos à muneribus non soluendis. & talis immunitas in hoc casu eis excusationem tribuit. Et ita intelligo iura pro hac parte allegata. ¶ Sed quid si dominus rex eximit aliquem à muneribus, postea conciuus voluit quod detrahatur pars illius conciuus priuilegiati, & exempti, vt de parte sua alijs non teneantur: dominus rex vult habere totam collectam pro ipsis muneribus, de quibus conciuus fuit exemptus, indictam, quaritur an possit. Et videtur quod totam possit habere ab alijs, per l. ab omnibus. in princip. de lega. j. de duo. re. l. fin. Ego vero super hac q. sic distinguo, Aut illi ciues erant obligati ad certam collectam, aut ad incertam: si ad certam, puto quod pro exempto detrahatur pars illius, aut tãto minus dent alijs conciuus: primò quia quando rex ali-

cui ita tribuit immunitatem, non debet hoc facere cum detrimento aliorum, vt alijs partem illius soluant, argumento. ff. nequid in loco pub. l. ij. § merito. C. de eman. liber. l. nec auus. Suum enim ius dominus rex concedit, non autem aliorum minuit de fructu. Alexand. l. secunda. Item quia dominus rex dando alicui, videtur de suo, non ius alienum dare. C. ad Tertullia. l. si qua mulier. argumento. ff. de legatis. j. l. si domus. § fina. de statu. & ima. l. fina. Pro hoc. ff. de iure dot. l. vir ab ea. & de fideiuf. l. Titius. secundo responso. cum ibi not. & ff. de admini. tut. l. si plures. secundo responso. cum primo. Si autem non erant obligati ad certam collectam, sed prout dominus rex indicare voluerit, subdistingue, Aut remissio facta est ante indictmentem collectæ: & habent soluere alijs totum: quod iste non præstat: nam cum rex maiore potuisset indicare collectam, quæ sit pars istius: & tota collecta non facit alijs iniuriam, si vno releuato alios oneret: cum eo non releuato in plus grauari eos potuisset: sic loquitur. l. eos ab omnibus. ff. de leg. j. in prin. Et pro hoc. ff. de fideiuf. l. si stipulatus. § j. Item cum rex aliquem à collectis eximit, & simpliciter postea collectam indicit, videtur indicare illis, qui non erant exempti, non autem exemptis, argumento. ff. de vulga. & pupil. l. coheredi. § qui. & C. de silentia. l. tertia. circa princip. C. sine censu. vel reliq. l. fina. cum ibi nota. Et pro hac parte videtur casus bene inductus. C. de exact. tribu. l. actores. libro decimo. in fin. & facit bene. ff. de fideiuf. l. si Titius. in princip. Si autem iam esset indicta collecta, dico quod alijs non tenentur præstare partem exempti. Nam aut simpliciter collecta indicta dominus rex concessit alicui immunitatem, & non extendit se ad collectam iam indictam, argumento. ff. de excusa. tuto. l. tutor petitus. in princip. argumento. C. de legibus. l. leges, & constitutiones. argument. ad municipal. l. incola. Aut expressè concessit immunitatem & à presentia collecta, & à futuris: & tunc de suo videtur liberalitatem exercuisse, non de alieno, vt alijs non habeant soluere, nisi partem suam, sicut si non fuisset isti data immunitas, argumento. ff. de lega. j. l. si fundum sub conditione. § si libertum. secundum Gambarium doctorem Gallicum in l. vacuatis. C. de decur. libro x. ¶ Sed quæro, quid

quid si ciuitas facit exemptum aliquē con-
ciuem a muneribus, an valet talis exem-
ptio. Dic quod si dicta immunitas respicit
interesse fiscale, q̄ dicta immunitas valet re-
spectu ciuitatis concedētis, & in eius præ-
iudicium, non autē in præiudiciū fiscali: unde
fiscus exiget ab isto exempto, sicut ab alijs:
sed quod exemptus soluerit, recuperabit a
ciuitate, qui sibi concesserit immunitatē, ar-
gumento. C. de pac. l. pacto. Et pro hoc. ff.
cōmunia præd. l. venditor si cōstat. de pact.
l. inter. & de relig. l. Neratius. & gl. & idem
98 Gamba. in d. l. vacuantes. † Quæro an dñs
rex possit indicere collectas subditis suis in
hoc principatu pro soluendis stipendiatis
eorū stipendia, & etiā pro alijs expēsis ne-
cessarijs guerræ: Et dico q̄ sic: quia tribu-
tarij debent dare quinquagesimā frumen-
ti, & quadragesimam hordei, & vicesimam
vini, & lardi: vt C. de succe. & argumēto. l.
modios. lib. x. Et pro hoc facit, quia Impe-
rator recipit indictionem, quæ dicitur spa-
tium quindecim annorum, in quibus sunt
tria quinquennia, seu tria lustra, & in fine
primi anni percipit Imperator per vniuer-
sum orbē a subditis æs, vt fiant inde arma
militibus: & in fine secūdi quinquennij ar-
gentū, vt exinde habeant stipendia milites:
& in fine tertij quinquennij aurū, quali pro
thesauro, vt cum necessitas occurreret pro
Republica, expēderetur, vt not. in corpo-
re, vt præpo. nomē Impera. circa prin. coll.
v. & not. in rub. C. de iud. Et vltra prædicta
Imperator quādoq̄ indicit superindictum
aliquod soluēdū a prouincialibus: vt C. de
superindic. l. vna. lib. x. Et hoc quādoq̄ pro-
pter fertilitatē, quāq̄ propter necessitatē pu-
blicam, fortē famis, vel guerræ, vt ibi not. in
rubrica, & vt nemi. lic. in emp. l. vna. libr. x.
C. de fac. sanc. eccl. l. placet. Et istud munus
superindictum est extraordinariū, vt no. C.
de superindic. in rub. de indictio. l. j. lib. x. li-
cet contrarium notetur in d. l. placet. Et sic
apparet q̄ de anno. & trib. & superindicto,
quod percipit Imperator, per vniuersum
orbem a subditis suis, debet satisfacere mi-
litibus, & eis stipendia soluere. & facit de
ver. sig. l. agri. §. j. & quod not. C. de fac. san.
eccl. l. nemi. Sic ergo reges fœderati im-
perio, vel quali fœderati, qui superiorē non
recognoscunt, ipsi quāq̄ guerram habent,
vel eam sperant, possunt extra ordinē colle-
ctas indicere vniuerso populo suo, vt exia

de soluant stipendia militibus in exercitu,
vel alibi cōstituti pro tuitione Reipublicæ
vt quāq̄ sit: vt C. de offi. præfec. præto. Afri.
l. ij. §. iubemus. & quia non cogitur quis
proprijs stipendijs militare. Debent enim
milites armari, & aliā Reipublica: vt C. lo-
ca. & conduc. l. milites. in fi. & de re mili. l.
99 milites. in prin. lib. xij. † Attamen nō pos-
sum perpendere q̄ illi reges habeant in re-
gno suo in subditis per guerrā aliquod tri-
butū, vel munus ordinariū, vt Imperator Ro-
manus habet in annoua, frumēto, hordeo,
& lardo. Itē nec in ære, argēto, & auro per
singula lustra, licet Imperator habeat illa, vt
statim dictū est: nō tñ debet dici idē in illis
regibus: quia de hoc nō est lex: ergo erube-
scēdum est sine lege loqui. l. illā. C. de colla.
Itē cum modi in rebus sunt, certi deniq̄ nō
debent fines excedi, vt not. ff. de ver. ob. l. si
ita quis promiserit. §. ea. l. sed extra ordinem
possunt ipsi reges collectas indicere subdi-
tis pro defensionē regni, etiā ipsis inuitis. Ipsi
enim sunt obligati ad illud de iure gētū, iu-
xta illud, qd̄ dicit Cato, Pugna pro patria:
vt ff. de iusti. & iur. l. j. in fi. & l. seq. & j. c. si
quis baro. Est enim ignauia deserere mœ-
nia ciuitatis, & quærere excusationes: vt C.
de decu. l. quādā ignauia. Ad ea autē quis
tenet naturaliter: vt notatur eo. ti. l. in filijs.
& impiū est propria deserere: vt no. C. si cu-
rialis relic. ciuita. l. vna. & vilē terram quis
propria pōt deserere, vt not. C. de muni. &
100 orig. l. fi. li. x. † Collectæ autē debent fieri
pro viribus patrimonij, & non alio modo.
argu. C. de immu. ne. cōced. l. fi. lib. x. & de
oper. publ. l. oēs. & ff. de vac. & excus. mu.
l. ij. §. fi. In contrariū q̄ dñs rex nō possit in-
dicere collectas subditis suis, facit cōstitu-
tio regis Iac. c. ij. in curia Gerūdæ. c. Itē con-
cedimus. & in curia. j. Barchinonæ regis Pe-
tri secūdi. c. x. vbi habetur q̄ de cetero sit ga-
bella salis. & in curia Gerūdæ regis Iac. se-
cūdi. c. Itē statuim⁹ q̄ capitulū. Et facit pro
hoc ij. curia Barchinonæ regis Iac. c. x. & in
curia Ilerdæ. c. li. nec pōt ponere bouaticū
nec monedaticū: vt i curia tertia Barchino-
næ regis Petri. ij. c. Itē quæ nos. cū c. seq. &
sunt reuocata lenda, passagia, mēsuratica,
& pōdera: vt in constitutione regis Petri. j.
in j. curia Barchinonæ. c. Itē atorgam. & in
curia quarta Barchinonæ regis Iac. secūdi
c. Item quæ clergues. & in curia Gerūdæ
eiusdem regis Iac. c. Item statuimus quod
capitulū.

capitulū. nec peti possunt cœnæ, albergæ,
nec acapita, vt in curia Barchinonæ regis
Petri secūdi. c. stabili. Nec possunt im-
poni barræ, pedagia, vel alia noua vecti-
gialia: vt in constitutione regis Petri tertij. in
curia Montessoni. c. statuimus, & ordina-
mus. Et pro his facit titulus. C. no. vecti. Si
igitur gabella salis bonaticum, monedati-
cum, leuda, passagia, mensuratica, ponde-
ra, barræ, pedagia, cœnæ, albergæ, acapi-
ta, & alia noua vectigalia per ipsas consti-
tutiones sunt sublata: merito ipsi subditi a
domino rege nullatenus possunt collecti-
101 zari, neq̄ aliquod munus eis indici. † Nā
vectigal est nomen generale, & accipitur
pro omni eo, quod hico pro aliqua re præ-
statur, secundum Bart. in l. Imperatores. ff.
de publi. Et istud vectigal triplici de causa
leuatur. Primò propter sterilitatē patriæ:
vt C. no. vecti. l. j. Secundò propter repara-
tionem itinerū, & pontium: vt C. de diuer.
præf. ij. Tertio pro expullione faciēda
latrocinantium, & depradantium: vt C. de
limi. & iti. cust. l. j. cum ibi not. Quid igitur
est dicendum: Ego verò salua determi-
natione alterius cuiuslibet melius me in his
sentientis, sic dicerem distinguendo. Aut
domin⁹ rex vult imponere vectigal, aut in-
dicere collectam voluntariē, aut necessita-
te regni urgente, vt puta propter guerram,
& defensionem regni. Primò casu credo
quod vectigal instituere aut collectam in-
dicere nō potest. l. totiens. §. fi. ff. de polli. &
argumento not. per Gul. de Cug. in tracta.
de numeribus. quem posuit in l. neminem.
C. de fac. san. ecc. in illa q. Sed quæro, confu-
les, & c. ibi: si autē vellent voluntariē. Et pro
hac decisione vide Petr. Iac. in libel. titu. de
102 condi. ex mori. vbi sic inquit: † Illi enim re-
ges cum nec ius, nec nomen habent Impe-
ratoris, & veniunt ex successione in regno
quali in patrimonio suo, & redditus suos ha-
bent, & largas obuentiones, & separatas,
ipsi non possunt, nec debent aliquod vecti-
gal instituere: nec collectas indicere pro im-
bursando, nec pro filia maritanda, nec pro
alia quacuncq̄ causa, quacuncq̄ fuerit illa,
nisi pro defensione regni sui, vt est dictum,
vel nisi propter euidentem vtilitatem Rei-
publicæ, vel nisi de cōsensu populi, vel nisi
prout fuerit hactenus consuetum, vel legi-
timē præscriptum. Petr. Iacob. vbi suprā,
& ita loquuntur constitutiones superius

allegata. Sed quod dicit ipse Petr. Iaco. de
filia maritanda, non habet locum in regno
Aragonæ, vbi de consuetudine dictum re-
gnum tenetur soluere maritacionem filia
domini regis. Secūdo casu principali sub-
distingue, Aut sunt bona, & emolumenta
regia, aut Reipublicæ, vt sunt iura genera-
litatū, quæ ad hoc sunt destimata, aut non.
Primo casu dico quod nō potest indici col-
lecta, aut vectigal imponi a domino rege,
nisi primitus bonis, & emolumentis re-
gij, aut dictis iuribus generalitatum con-
sumptis. In authen. vt iud. sine quoquo suf.
§. illud. & not. in simili gloss. in l. j. §. quod si
nemo. ff. quod cuiusque vni. & Cy. & Ia-
cob. Butrig. in l. neminem. C. de sacrosanct.
eccles. iura enim generalitatum immediatē
sunt talibus necessitatibus deputata. de præ-
di. curia. l. ij. libro decimo. circa mediū.
& ideo de eis primò fiet erogatio, argumen-
to. C. de erog. mi. an. l. fi. lib. xij. ff. de test. mi.
l. si certarum. §. j. Et ita dicit Gambarius do-
ctor Gallicus C. de qui. mu. vel præsta. ne-
mi. lic. l. j. libro decimo. in fi. Nō tamen in-
telligo quod dominus rex totum suum pa-
trimoniū, vel eius redditus, vel quod totum
generale consumatur, argumento eorum,
quæ leguntur in pupillo. ff. vbi pup. edu. l.
tertia. & in authentic. vt determi. sit numer.
cler. §. primo. Et ita tenet Gulielmus de Cu-
gno vbi suprā, in quæstio. illa. Sed quæro,
in casu quo collecta, & c. Et istud volūt di-
cere Cyn. & Petr. Iaco. vbi suprā. Secūdo
casu quando redditus regni, & iura genera-
litatum sunt consumpta, etiam subdistingue:
quia aut dominus rex procedit per
conuocationem hostium in vim dicti vfa-
tici, princeps namque. & tunc dic quod
non potest indicere collectam, aut vectigal
imponere: quia qui in vno grauatur, in
alio releuatur vt l. eum qui. ff. de iureiu-
rando. non enim duplici onere grauari de-
bent, scilicet in eundo, & in collecta. Pro
hoc ff. de legatis secundo. l. Titia. §. qui in
vita l. priuata. C. de excusati. mune. lib. de-
cimo. ff. de dot. prælegat. l. penultima. Aut
non procedit per viam conuocationum
hostium in vim dicti vfatitici, sed indicit col-
lectam, aut imponit vectigal pro neces-
sitatibus guerræ, vt puta pro soluendo
stipendia militibus tam equitibus, quàm
peditibus, quos mittit in frontierijs, siue
limitibus, aut confinibus, vel alijs locis pro
defensione

defensione patriæ, & utilitate Reipublicæ: & tunc crederem quod potest indicere collectam, & imponere vectigal. Et ita intelligo l. j. C. de superind. & l. placet. in princ. de excu. mu. lib. x. & not. per Petr. Jac. vbi supra. Et pro hoc allego tex. in c. j. in feud. quæ sunt rega. Et istud vult dicere Guliel. de Cug. vbi supra. in illa quest. iuxta quod quæro, an iurisdictionem habentes, & c. ibi: quare dic quod illud illud ca. loquitur de regali expeditione munerum tangente commodum & honorem totius Imperij, putat propter defensionem eiusdem. Et pro hoc c. barones. & c. si quis baro. j. Crederem tamen quod si tanta esset necessitas, quod damnum irreparabile sequeretur, nisi collecta imponeretur, quod ultra conuocationem hostiũ fiendam in vim dicti processus in dicto casu posset indici collecta, & imponi vectigal: nam propter necessitatem ultra munus ordinarium quãdoq; indicitur munus extraordinarium: vt d. l. j. C. de superind. & dixi supra. Et pro hoc facit l. curiales. vltima. C. de decu. ead. l. Petr. ibi: nisi publica necessitas exegerit. Et pro hoc facit, quia clericus non potest regulariter collectizari, vt xj. q. j. si tributum. l. omnes. C. de episco. & cler. xj. q. j. nouarum. cum sibi similibus. sed si indicitur propter publicam utilitatem, & eminentem necessitatem, vel damnum irreparabile, quod Reipublicæ euenire posset: vel quia sit timor magnæ submisionis, quod possunt collectizari, secundum Gul. vbi supra. Et allegat. l. iubemus. & l. nemine. C. de sac. san. ec. & c. peruenit. de immuni. ecclesi. Et ita etiam tenet Pet. de Anchar. in c. non minus. de immur. eccle. & Bar. in l. nullus. C. de cur. pu. li. xij. in hoc enim casu priuilegium, quod habet ecclesia, cessare debet. C. de priuileg. scholar. l. ij. in ista ratione fundatur l. de pupillo. § si quis riuos. ff. de oper. no. nun. Et pro hoc. l. si quis à liberis. § Item rescripserunt. de lib. agnosc. Ista enim necessitas æquiparatur comparationi frumenti: vt l. j. C. vt nemini lic. in empt. Spec. ergo cessare debet priuilegium. Et ita tenet dictus Gambarius doctor Gallicus in l. si diuina. C. de exac. trib. li. x. & in l. j. C. de quib. mun. vel presta. nõ tamen clerici soluẽtes sibi præiudicant. Tex. est no. in l. libertus. § error. ff. ad muni. Plus dico, q; si soluentes soluerint cõtra suam immunitatẽ, non tenentur tamen in futurum.

Tex. est cum glos. in l. ij. & iij. C. de his, qui spon. mu. sub. secundum Ange. in l. placet. C. de sac. san. eccle. Et istud sequitur dictus Gambarius in d. l. ij. Et pro præmissis etiam facit, quia quod licitum non est, necessitas licitum facit: vt in regula, quod nõ est. Et quia quãdoq; permittitur iniustum vt maior iniustitia euitetur. vt ff. de pœnis. l. prænantis. & l. ad bestias. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus. Et pro hoc facit, quia in casu necessitatis diuites possunt compelli ad mutuandum ciuitati. Ita tenet Gulielmus vbi supra. Adde Ang. in d. l. placet. vbi dicit quod necessitas non habet legem: & sic propter necessitatem repentinam clerici exiguntur. Et pro hoc vide Nic. in repeti. d. c. non minus. circa finem. ibi, versicul. aut necessitas. vel utilitas concernit de directo & principaliter utilitatẽ ecclesiasticam, & laicorum, vt putat quia praua societas, & c. & propter necessitatem rumpitur priuilegiũ. Et pro hoc facit, venditur datium publicano, ita quod possit ab omnibus exigere, non obstante aliquo priuilegio, post contingit vt propter guerram superuenientem oporteat fulcire exercitũ victualium: certe de talibus rebus, quæ necessariõ ducuntur ad exercitum, non exigitur vectigal. Non obstant illa verba, non obstante aliquo priuilegio, quia intelligi debent nõ obstante aliquo priuilegio scilicet competenti, non de nouo contingenti. Et intelligitur de priuilegio in corpore iuris clauso: vt in auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi. Ita dicit Ioã. de Imo. in l. licitatio. ff. de publi. § res. & ibi Lud. & ita consuluit Bar. vt refert Bal. ita dicunt Canonistæ in c. cum accessissent. de consi. Et pro hoc etiã facit quod not. Bal. in l. diuus. ff. de peti. hare. dicens per illum tex. constitutionem municipalem generaliter prohibentem sub pœna q; nullus auderet in consilio proponere de imponendo onus solutionis collectæ, non extendi ad casum, quo quis proponat propter necessitatem publicam imminẽtem. Et pro præmissis faciunt omnia iura supra per me allegata in illa quæst. quid si fiat redemptio. in distinctione, quam ibi posui. Cessante tamen dicta necessitate, tunc vendicant locum omnia iura per me superius allegata. & quod not. latius ipse Nicol. in d. c. non minus. & Gambarius in d. l. si diuina: Et quod clerici non tenentur ad collectas, nec ad equos

equos propter guerram, nisi à domino reges feudum tenerent: nam tunc credo quod tenerentur: quoniam quilibet vasallus facit fidelitatem domino, iuraturq; eum iuuare, si periclitantem eum, vel terram suam viderit: vt in feu. de noua for. sid. circa finem. Et ideo cum episcopus iurauerit, debet ipsum iuramentum seruare, etiam fortius, quam laicus, argumento supra de iudic. l. ij. & est casus in feu. hinc fin. lex. in fi. Et ita dicit idẽ Gambarius in d. l. si diuina. Et intellige q; quando dominus rex indicit dictam collectam, vel imponit vectigal, si dominus rex habet plures prouincias, omnibus dicta collecta indici debet, & non à singulis ciuitatibus, nisi magna necessitas immineret propter promptum periculum: tunc bene posset etiam vnã particularem personã exigere, & maxime si esset magnus vsurarius: ideo ex rebus ecclesiæ papa inconsulto potest exigere in necessitate. l. de pupillo. § si quas ruinas. ff. de operis noui nuntia. Ita dicit Cyn. in l. neminem. C. de sacrosanc. eccle. sed vnũ not. quod post illud quod exegerit ab vno, tantum debet resarcire ei, imponendo toti ciuitati, & toti suo dominio collectas, argumento l. ij. ff. ad legem Rhod. de iac. Facit ad hoc secundum Bal. in l. si pēdentes. § si quid cloacarij. ff. de vsufru. & l. j. & totus titulus C. de ero. mili. anno. li. xij. vnde exprimitur quia principes debeant necessaria accipere pro suo victu, secundum Cato. in d. l. neminem. Sed in contrarium facit q; magis proximus plus soluere teneatur, quia tuitio magis ipsum concernit, quia proximior est, & facilius lædi potest: vt argumento. ff. quemadmo. serui. l. si locus. in prin. Sed dico quod hoc non obstat: quia proximior prouincia plus grauatur in damnis sibi ab hostibus occasione dictæ guerræ illatis, & plus læditur quam remota. Et pro hoc l. modios. in fi. C. de suscep. & sic si plus grauatur in dictis danis, releuetur q; non tantumdem soluat quantum alia prouincię soluunt. C. de excu. mu. l. priuata. Nec obstant constitutiones superius allegata, quia loquuntur tantum de vectigalibus, & alijs muneribus, & non de collectis. Si autem sub nomine munerum veniret collecta, loquuntur in alijs casibus, q; quãdo fit pro utilitate & necessitate reipublicæ, vt in eis videri potest. Et in hoc casu cessant omnia priuilegia, vt latius superius

rius deduxi. Vel dic q; indicere extraordinariam collationem ad felicissimam regalis muneris expeditionem, est regalia principis: vt in l. j. C. de superind. & in l. placet. de excu. mu. & in c. j. quæ sunt rega. & ibi Bal. & in l. non solum. C. de bo. quæ liber. glo. in d. c. non minus. & G. de Cug. vbi supra. & regaliæ non veniunt in generalibus verbis cõstitutionis, vt latius scripsi in meis additionibus pacis & treugæ. in addition. xliij. Et sic dictæ constitutiones habent locum regulariter in alijs casibus, & limitantur quãdo collecta indicitur pro hoc casu. Et pro hac mea distinctione vide Archi. in c. quia cognouimus. x. q. iij. vbi late de hoc Not. tamen q; quando rex mandat fieri dictam conuocationem in vim dicti processus vsatici, princeps nanq; q; dominus rex debet dare illud tempus intra quod homines adstricti ad dictum vsaticum se possint munire, & necessaria procurare: vt in l. j. C. de iudic. lib. x. & l. j. de mag. mili. aliàs non ligarentur aliqua pœna, quasi præceptum esset impossibile cum commodè fieri non posset, argumento. ff. quæ sent. sine app. rescin. l. si. cõ l. nepos. de verb. sig. Et pro hoc. ff. ex qui. cau. ma. l. ab hostibus. § sed q; cõ seq. & l. in eadem. § j. Remoto ergo illo tempore impossibili intra tempus possibile esse debent, argumento ff. loca. l. insulam. § j. argumen. de cano. larg. tit. l. fin. & est lex in feu. de prohi. feu. ali. per Fred. § firmiter. secundum Gambarium in dicta l. j. de indicio. Et pro complemento materiæ dicti vsatici, princeps nanq; ac huius capituli, volo inferere hinc quasdam allegationes factas per Iacobum de Calicio egregium patronum huius ciuitatis, ac in iuribus patriæ peritissimum consultum per honorãdos consiliarios huius ciuitatis, super questione, de qua superius aliquid dixi: & sunt huiusmodi seriei. Primõ si lo principat de Cathalunya conuocat en Virtut del vsatge, princeps nanq; per lo senyor rei don Alfonso vuy regnat per raho de la cominatio ques aferma esser feta per lo rey de Castella, de entrar en los regnes de Arago e de Valentia e damnificar aquelles tengut exir fere lo dit principat ajudar aldit señor rey per defendrà la persona del dit senyor e los dits regnes. Ad primum punctum veniendo dicit aliàs reperisse fuisse scriptum in vsatic. Barchinonæ, princeps nanq; sequentia. Itẽ

etiam dicitur q̄ habet locum demū in Cathaloniam, non autē si in regno Valentia, vel alibi extra Cathaloniam contingeret alter de tribus casibus hic positus. Et attribuuntur hæc Iac. de Faro olim egregio iurisperito, & militi, & vicecācellario domini regis Petri vltimi, hæc q̄ dudum scripsit Iac. Calbeti legum doctor Ilerde, confirmādo prædicta, cuius allegationes j. in secūdo dubio de verbo ad verbum inseram. Et dictus Iacob. Callicij sequendo dicta dicti Iac. Calbeti allegat vltra per eum allegata quæ sequuntur: quia notoriū est q̄ Cathaloniam regitur suis vsaticis Barchinonæ, & constitutionibus Cathaloniam, & regnum Aragonum, & regnum Valentia reguntur suis foris: quia ita fuerunt vnita, & post vnionem ita fuerunt conseruata in suis iuribus, & dispositionibus specialibus, ita q̄ dispositiones domini regis vtriusq̄ principatus & regnorum intra se tantum obseruātur in eis, & non extra fines eorum: & sic vsatici Barchinonæ, & constitutiones Cathaloniam, & eorum dispositiones non porriguntur extra Cathaloniam in regnis Aragonum, vel Valentia, nec econtra. Et pro hoc in ratio. ne c. vt animarum. de consti. lib. vj. ver. sta tuto episcopi. & quod ibi scripsit Ioā. An. in Nouella, iuncta gl. xvj. q. j. tēporis qualitas. super verbo venire secūdo. iuncta gl. in c. j. ne se. vacan. aliquid Inn. super verbo vnio. ad finem. & quod scribit G. de Cug. Bar. & Rapha. Ful. in l. si conuenerit. §. sinu da. ff. de pig. actio. quia illustrissimus rex Aragonū facta Cathaloniam non trahit, nec tractat in Aragonia: vt in c. Item q̄ omnes causæ, quæ sint in Cathaloniam, seu de comitatu Barchinonæ in curia Barchinonæ domini regis Petri secundi, iuncto c. Item volumus, & concedimus q̄ deinceps &c. eadem curia. et licet ibi dicat, scribamur nos, tamen in Cathaloniam debet etiam scribi & iudicari vt comes, vifa vnione comitat⁹ Barchinonæ, & regni Aragonum: vt l. si quando. C. de appella. & quod ibi scribit G. de Cug. & Bal. in l. etiam. C. de iure dot. referēdo Richardum Malumbrā dicentem quod secundum loci extensionem extenduntur leges. Et quod ponit Antonius de Butrio in repertorio iuris ciuili, super verbo Forus. versu, habens iurisdictionem in duobus regnis, si prouincia sunt diuersæ: sed si sub vno regno, et rege regunt, facta vnus

possunt expediri in vno, & facta alterius, in alio. Si autem sint sub diuersis regnis, & sunt diuersa, licet sub vno rege, facta vnus expediri in vno, & facta alterius regni non possunt in alio expediri. Dicit Butrigarius ff. de offic. præsidis. l. præses. quæ est tertia in ordine. Anto. de Butri. vbi supra. Et hoc extraxit Anto. de Butri. de dicta l. præses. cum ibi not. per glo. & Butri. ibi in glo. quæ incipit, quantum ad. ibi: morem maiorum. Ego verò addo Inno. in c. nouit. de offic. leg. & Iac. Rebuffi in l. j. C. de metropoli. lib. xj. & Ang. in l. extra territorij. ff. de iur. om. iudic. in tertia fallentia. Et si est totum vnum regimen, sufficit quod sit in vna parte integra, vt possit exercere iurisdictionem in totum. Sed si essent duo, habet locum hæc distinctio Iaco. Butrig. Et etiam Bart. ibi sic inquit, dicitur hic quod habetur pro priuata persona, quando est extra suam prouinciam, contra l. ij. C. de offic. procon. Solutio. Quantum ad iurisdictionem contentiosam habetur pro priuata, vt hinc, non quantum ad voluntariam, vt in contrario. Oppono ad hanc solutionem de l. si. supra de offi. præfect. vrbis. Solutio. Etiam in contentiosa licet sit extra prouinciam, potest iudicare: vt in contrario: non tamen habet exercitium iurisdictionis contentiosæ: vt hinc: et allegatur per Vaschones, & malē: quia licet sit extra prouinciam, habet iurisdictionem, non tamen eius exercitium. Bar. vbi supra. Et pro præmissis facit secundū exemplum positū per glo. & Bar. in l. extra territorium. ff. de iur. om. iudic. ibi: quandoque vult dicere in suos, & de re sui territorij, vult tamen dicere extra territorium, & non potest, vt hinc, Bar. vbi supra. Secundō posat que en virtut del vsatge, princeps nanq̄. Io principat de Cathalunya per la dita raho co es per la cominatio feta per lodit rey de Castella &c. no era tēgut exir fora lodit principat, si per via de conuocatio de hostis, e per altres remeys al senyor rey pertanyents porie tres lodit senyor los Cathalants poblats en lo principat de Cathalunya fore lo dit principat. Ad secundum punctum veniendo est sciendum q̄ Iacob. Calbeti legum doctor Ilerde de super simili p̄cto super hoc capitulo, super verbo Vasallis suis, & etiam alijs hominibus suis naturalibus, &c. scripsit sub hac forma. Sed contra oppositum videtur,

videtur, quia contra rationem videtur, vt prouinciales a suis negotijs cum ipsorum incommodo grandi euocari, argumento legis, si quis ex consignatoribus. ff. quemadmodum testa. aperit. ¶ quia ideo principiantur vectigalia, tallia, & collectæ, & alia iura regalia, vt ex eis teneat milites, & pedites, cū quibus collatores, & prouincias valeat defendere, in corpore. vt iudic. sine quoquo sus. §. oportet. versu. si. ij. coll. p hoc, quia princeps sic debet tenere parata liminia, quod cum fuerit inimicorum commotio, non debet conuocare remotum auxilium: vt C. de offi. præf. Afri. l. prima. §. pro limitaneis verò. in. ij. col. sic & in proposito. Tum quia iudicare exercitum subditis, est quedam species imperij, seu iurisdictionis. Quod patet, quia præses indicit exercitum subditis suæ prouincie, extraneis non, sed requirit in subsidiū iustitiæ: vt l. si quis in hoc C. de epi. & cle. & C. de his qui latro. vel alii. cri. reos occul. l. fin. Ergo sicut aliam speciem iurisdictionis non posset explicare extra Cathaloniam, ergo nec hanc: vt l. extra territorium. Pro hoc facit quod Alberic. dicit q̄ rex Angliæ existens extra Vaschoniam, non est eorum rex quantum ad actum, vel iurisdictionis exercitium extra Vaschoniam explicandum: vt notatur in l. præses. ij. ff. de offi. præsi. in textu, & glof. bene facit, Tum quia prouincia Cathaloniam, & Aragonie, & Valentia reguntur sub eodem principe, diuerso tamen iure, & debent diuerso iure censerit: vt dicit glo. alibi de ciuitate Romana, & Constantinopolitana. C. de metropo. l. j. libr. xj. quia tenetur per aliquos doctores quod si moueatur guerra principi, q̄ non debet vocare subditos remotos a loco guerra, nec aliquid ab eis pro hoc exigere, præsertim quando sine remotis se defendere potest, argumento in authē. de ecclesiast. tit. in fi. & C. de offi. mag. mili. l. fi. & melius in l. j. C. de Iusti. Cod. cōfir. vbi tenetur per aliquos doctores modernos, et tetigit Cyn. in l. neminem C. de fac. sanct. eccle. Pro hoc videtur, sicut subditi tenentur defendere dominum, sic & procurator datus ad agendū tenetur defendere dominum: tamen procura. non tenetur defendere, nec extra prouinciam abire pro defendendo. l. sed & hæ. §. non solum. ff. de procura. Pro hac opinio ne glo. ibi posita vltra text. facit in q. aduocati. Et no. hic argumen. pro aduocato. Facit

& lex, Meua. §. vxor. ff. de annu. lega. in fi. 106 quæ concludit q̄ libertis, quibus relicta sunt alimenta in certa parte, si abinde recesserunt, non tenentur sequi hæredem in longinquis proficiscentem, eo præsertim si legata non sufficerent: sic & in proposito posset concludi. Facit quod ibi no. per Dyn. in simili quæstioe. Facit pro hoc l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arbi. vbi non tenentur comparere litigatores in loco, vbi eis non esset facile eis venire: sic & hinc. Pro hoc potest induci l. ij. C. a qui. mu. nemi. lic. se excu. l. ij. cum dicat per loca, quibus iter arripimus. quasi dicat, illi, qui sunt in locis, per quæ transit exercitus, non possunt se excusare: ergo illi, qui sunt remoti ab illis locis, non tenentur, vt in proposito. Potest etiam allegari quod ciuitas Barchinonæ nunquam fecit exercitum extra Cathaloniam: licet similes casus acciderunt, & aliquando fuerunt requisiti, & contradictum: & sic tale ius regium, seu principis sit &c. conuenienter potest longaua venustate præscribi, seu tolli, vt l. licitatio. §. earum. ff. de publi. quia priuilegio potuit obtineri: ergo & tempore: vt l. si. C. noua vecti. Potest etiā allegari quod vbi ciuitas teneretur facere exercitum regium extra Cathaloniam contra hostes, non magis teneretur, quam alia ciuitates, & loca, barones, & milites Cathaloniam. vt l. nullus. C. de cursu publico libr. xij. Et sic cum commune sit omnium periculum, par debet fieri contributio: vt l. j. & ij. §. j. ff. ad leg. Rhod. de factu. Si ergo partium periculum vitando conuocaret rex ciuitatem Barchinonæ cæteris gratificando, non esset iusta conuocatio, & ideo forte non adstringeretur, per dictas leges. Et tangit Cynus in dicta l. neminem. Et ad vsatic. princeps. potest euadi, quia loquitur in certis casibus, quorum nullus est de præsentī. Item quia non dicit quod teneantur eum iuuare extra comitatum Barchinonæ, cum tunc erat: & ideo credendum est sensisse de comitatu Barchinonæ, & non extra, per dicta iura. Ad l. quod nisi. §. experientia. ff. de operis liber, quæ videtur contra ciuitatem concludere, potest responderi, & cum veritate, & multum notabiliter, quod subditus de prouincia compellitur venire Romam, vbi patronus habet domiciliū, nec videtur grauari. Non enim extra prouinciam suam exire videtur, cum testator esset de prouincia,

& de loco, vbi patronus habet domiciliū: vt l. ij. C. de munici. & origina. & l. ciues. in prin. C. de inco. lib. xj. & l. assumptio. in fin. ff. ad muni. Ad iura etiam, per que videtur concludi quod vasallus domino suo tenetur facere hostem, & propē, & remotē, vt in corpore de pa. iura. fir. §. fin. & de prohibi. feu. al. per Fre. §. firmiter. Potest dici q̄ lo. quentur in subdito ratione feudi, cuius officium precipue consistit in seruiendo propter feudum domino cum armis: & ideo si līa & debiles non sunt capaces feudorum: vt probatur in corpore, qui feud. da. poss. §. hoc autem. Item quia non tenetur seruire nisi quantum feudum sufficiat: vt in dictis iuribus patet. Ex quo innuit q̄ alias suis sumptibus exercitum sibi in remotis facere non tenentur, etiam si alias sit sub eius iurisdictione, & districtu. Et per istum modum dicta iura facerent potius per ciuitatē quod eo casu vbi ciuitates tenerentur facere exercitum domino regi extra Cathaloniam, q̄ fieret sumptibus principis. Et pro hoc faceret bene. ff. de ope. lib. l. operæ etiā secundum intellectū depositū in gl. l. suo videtur. eo. ti. Ecce allegationes do. Ia. Calbeti, quas dicit Iaco. Callicij vt dixit, correxit: quia eorū copia fuerat multum vitiosa. Et idē Ia. Callicij scribēdo super vsaticis, sup vsatic. qui fallierit hostes. posuit istam materiam sub hac forma. Quæro secundo quis teneatur facere hostes &c. vide ibi, et supra in hoc capitulo, vbi sequendo eum aliquibus per me additis, de hoc latius scripsi infra, in oppositio. Et adde ad illa secundum

107 Iac. Callicij quod ciuitas Barchinonē in Cathaloniam modo prædicto habet facere hostem, & caualcatam domino regi, vt in priuilegio, recognouerunt proceres. c. Irē concedimus sequē. Sed an teneatur facere exercitum, siue hostem, & caualcatam domino regi extra Cathaloniam in Aragonia, vel in Valentia, dicit Iac. Callicij non tetigit in dicto vsati. qui fallierit hostes. sed simpliciter locutus est: quia dicit, q̄ hanc materiam intendebat explicare in vsatico, alium nanq̄. ad finem. quia est materia propria ad finem ipsius vsatici. Et quod teneantur facere hostem, & caualcatam extra Cathaloniam, allegatur pro domino rege tex. in dicto vsa. alium nanq̄. &c. ad finem. ibi mandarent hostes, cum quibus irēt ad de-

struendum Hispaniam. Et etiam allegatur huiusmodi c. Allegatur etiā d. c. Item que nos, nels officials nostres &c. ibi: saluis &c. & ibi: & saluis etiam omnibus hominibus &c. vnā cum pluribus præconizationibus dudum nunc factis pro parte regia in principatu Cathaloniam de conuocandis hostibus extra Cathaloniam. Allegatur etiam vsaticus, hoc quod iuris est sanctorum. & l. comperit. C. de præscript. trigin. vel quadragin. anno. & no. per Bar. in l. in filijs. C. de decurio. libr. x. Quid enim sit de iustitia pura in ista questione. Et dicit Ia. Callicij dicit quod est sciendum quod dominus Andreas de Isernia doctor regni Siciliæ in c. j. in quib. cau. feu. amit. disputat hanc q. sub forma sequenti. Sed vbi præstabit seruitium vasallus nunquid extra baroniam, comitatum vel regnum. papa Honorius in regno Siciliæ declarauit feudatarios ponere collectam vasallis pro defensione Regni notabili, vel rebellionē graui, non simulata, non procurata, non momentanea, sed manēte. Non autem declarauit quod nō debeat seruitium facere, nisi pro defensione regni: quamuis tacite videatur intelligi quod si non subueniret ei vasallus, non poterit ipse seruire. Videtur tacite per hoc dicere q̄ tūc seruiat, quando subuenitur ei: quando non subuenitur, sibi non seruiat, argument. quod dicitur de tacita remissione resultante ex verbis ff. de pact. l. qui in futurum. de eo, quod cer. lo. l. fi. in fine. Sed determinatur ex forma fidelitatis, quam iurat vasallus iuuare dominū tenere id, quod iuste habet, & illud recuperare, si iniuste, sed vel fortuito perdat: non dicit quod iuuet eum noua acquirere. Sed & si iuste postea rem acquirat, ad eam tenendam, vel recuperandam debet iuuare. supra de no. for. fideli. c. est & alia. faceret tūc guerram iustam dominus: & ideo teneretur vasallus iuuare j. hīc finit lex Fred. c. j. & dicto c. est & alia. circa finē ver. & si sciuerō. vbi non sit adiectus locus vbi seruire debet: sic enim est forma priuilegiorum quod seruiat inde domino secundum vsum & consuetudinem regni, intelligi videtur de loco, vbi domicilium habet stipulator, vt videtur dicere glo. C. de solu. l. vsuras. in fi. gl. ff. de operis lib. l. operæ. generalis interpretatio est quando habet guerram. ¶ Quid ergo si habet guerram extra regnum, non pro regno, sed vt acquirat

aliam

aliam prouinciam extra regnum, an iniungat seruitiū baronibus. Non videtur: quia non fuit de hoc cogitatum. Vnde iniquum est quod ad id trahatur. ff. de tran. l. qui cū tutoribus §. j. & §. fi. & l. cum Aquiliana: & dicto c. est & alia. Hoc est verum, si longē extra regnum vellet eos mittere, vel ducere parum extra, videtur tolerabile, argumentum. ff. de operis lib. l. quod nisi. de annu. leg. l. Meua. in fine. Abusi sunt ergo reges regni Siciliæ præcipiendo baronibus ire in Romaniam. Sed quia excefferunt excessi sunt. ff. de depo. l. Lucius. vna de causis depositionis Frederici Imperatoris in decretali, ad apostolicā. est, quod homines regni seruiliter tractauit. Licet enim si acquiratur regi regnum alicuius, vt Siciliæ, iuste aliqua prouincia debeat iuuare vasallum quia dicit capitulum est & alia. rem aliquam, quā habes, vel habebis, habere intelligitur largē. ff. de ver. sig. l. habere videtur. restringi ad locum domicilij regis, qui est, vbi larē fouet, vbi diuina frequentius audit, vel vbi pro maiori parte temporis moratur, forū, seu curiam tenēdo, dies festos agēdo: ideo totum regnum, quātum ad hoc, erit sibi domicilium: quia dicit pro defensione regni, vel rerum domini: vt dicto c. est & alia. & pluribus locis potest quis esse instructus. Hac dicuntur, per ea, quæ no. extra de maiori. & obe. c. omnes principes. C. vbi sena, vel clarif. l. ij. ff. ad muni. l. eius qui §. j. & l. si quis instructus. non tenetur dominum sequi & vagari per orbem in potestate promissoris est an debeat. & vbi, si exprimat, locus non est in suo arbitrio. ff. de eo, quod cer. lo. l. ij. nec stipulatoris si non expressit, & ideo legis autoritate mandatur de loco

109 sui domicilij: vt in l. operæ. ¶ Sed in bello iusto debet dominum iuuare vasallus pluries, vt dictum est, maximē. f. in quib. cau. feu. amit. in prin. si habeat iustum bellum. Extra regnum an iuuabit, & seruiet. videtur q̄ sic pro regni vel hominū regni defensione, vt colligitur. xxij. q. ij. dñs. vbi dominus gentem vel ciuitatem, quæ emendare neglexit iniuste facta, per bellū petit: & si consuetudo ad illam gentem, vel ciuitatem necesse habet dici egredi regnū suum: multo fortius si inimicus regis veniret in offensionem suam iniuste, & rex pro sua defensione iusta vellet pugnare extra regnum: quia sequetur barones, cum delibe-

rato cōsilio rex pro meliori habeat nō expectare eum in domo sua: cūm autoritas sustinendi bellum sit in principe. xxij. q. j. quid culpatur. Erit ergo autoritas in loco, quia si de toto, & de parte, seu circumstantijs belli, argument. ff. de pactis. l. iuris gentium. §. adeo. qui iubet iudicare, adijcit locū vbi. ff. de iudic. l. si locus. in iudicio autem bellum & certamen. C. de præscrip. trigin. ann. l. fi. in principio. de plus peti. l. j. in athen. de his, qui ingre. ad app. §. si verō. Credi oportet ex parte iuste bellandi, argumento de ven. inspi. l. j. in prin. & parendum est ei in his, quæ ad bellum pertinent. ff. de remili. l. ij. §. in bello. Sed Scipio traiecit bellū in Africā, noluit pugnare in Italia, dicit Seneca j. de ira, penult. charta. sic Agath. de rex siracus in Carthaginem, sic Metellus in Hispaniam: nec alias regiones petebat recedēs de obsidione Trebie, nec alios obsidebat mōtes, vt subito ad Trebiam reflecteret, narrat maximus Valerius, & ponit hoc inter astutias, & stratagemata præliorum. Non putant boni duces bellare in domo propria, sed potius inuadere hostem in sua, vt animos hostium contemnat prius, quia in primis finibus arcendus est hostis, dicit Seneca dicto pri. libro de ira. secunda charta. principum exempla sequēda sunt. ff. ad Trebel. l. apud Iulianum. §. Antistia. Totum hoc est ad regis, & regni defensionem, dummodo fiat deliberate, & consiliarie. circa quæ dic vt diximus j. hīc fi. lex. in prin. Andre. de Isernia vbi supra. & vide Iacob. de Aluarotis in d. c. j. Et Anto. de

110 But. in c. olim. de resti. spo. sic inquit. ¶ Ad vltimum quæro, an, & qui teneantur ire ad bellum? Dic quod vasalli, & subditi, & maxime vasalli, qui tenentur adesse domino, præstando ei auxilium, & consilium, ne ledatur. xxij. q. v. de forma: non tamen milites vocati ire tenentur cum armis in eorum seruitio pro eis aduocare, vel consilia seruitia facere, nisi ex speciali pacto ad hoc sint obligati, cum non teneantur ad muneris personalia cum sumptu, vel sine sumptu nisi ex pacto. quod dic vt not. de immuni. eccle. capi. nō minus. vel nisi in casibus, qui ponuntur in vsibus feudorum, vel nisi consuetudine, vel alio iure speciali secundum Innocen. Hostien. dicit tenendum quod habetur j. de feud. capitu. j. in summa. eod. titu. §. quid sit fidelitas. vbi plenissime habe-

tur de hoc. Anto. de Butrio ubi supra, dicit etiam idem Iaco. Callicij quod quidam doctor Tholosanus vocatus Girardus de Oceo: sed ego dico quod erat Gulielmus de Cugno, quem superius commemoravi examinando materiam munerum, in l. neminem. vt ibi refert Bald. C. de sacrosan. eccle. quarit sub hac forma, iuxta quod quero, nunquid oēs vadant in guerram. Arguit suis quod oēs vadant in guerram. Arguit pro & contra. & finaliter concludit quod sic. Quid igitur dicendum est? In tanto anfractu doctorum Iaco. Callicij dicit salua meliori deliberatione, & saluo eo quod scripturus erat in vfatice, princeps nanque.

111 quod ¶ Ciuitas Barchinonæ, & aliæ ciuitates regie, & loca regia extra Cathaloniam in Valentia vel in Aragonia non tenentur facere hostes, ex quo nunquam fecerunt hostes extra Cathaloniam, licet requisiti fuerint de hoc, ex quo contradictionem fecerunt. Et hoc probant, vt dicit, allegata per eum super primo dubio, & allegationes domini Iacob. Calbeti hic insertæ, & allegata tam per dominum Andream de Iferniam, & per do. Antonium de Butrio in hoc quod remittunt consuetudini vel pacto, vel iuri speciali, de quibus ad præsens sibi non constat: ideo affirmatur pro parte ciuitatis Barchinonæ quod nunquam fecerunt hostem extra Cathaloniam domino regi. Nec obstant allegata pro parte regia, & primo vfatice, alium nanque, ad finem, quoniam loquitur in magnatibus, & militibus tantum, & eorum familia, referendo ad proximum versu. & ibi: distribuerent parias, quas haberent in magnatibus, & eorum familia, versu cu. finalem, & ibi: mandarent hostes cum quibus irent ad destruendam Hispaniam. prout ad proxima fienda est relatio in legibus: vt l. si idem cum eodem. §. si vna. ff. de iur. om. iudi. cum ibi not. per gloss. & Bar. & in l. cum filio. §. si. ff. de leg. j. & in l. plures ff. de reb. dub. & per Antonium de Butrio in capit. inter alios. de senten. excommuni. & per Baldum in l. prima C. de liber. præte. vel exhære. et per Baldum in l. prima C. de legit. hære. Et iste intellectus est verus in baronibus, & militibus indistincte in Cathaloniam, & extra Cathaloniam, per dictum vfatice, alium nanque. & per capitulum. Item quod si barones vel milites Cathalonie fuerint nobiscum in exercitu, si

ue hoste, vel cum aliquo loco nostri prouideamus eis in expensis & emendas faciamus eisdem, iuxta vfatice. Barchinonæ: saluis tamen specialibus conuenientijs & pactationibus, quæ essent inter nos & alios quos eorumdem in prima curia Barchinonæ domini regis Petri secundi. Et istud est tenendum, & seruandum in Cathaloniam in militibus & baronibus, sequendo dictum Andream de Iferniam, reprobata glossa, & Innocent. in capitulo non minus. de immunitatibus ecclesiarum. & in capitulo sicut de iureiurando. Alius intellectus est dicti vfatice, alium nanque, versus finalis ibi: & ibi mandarent hostes, cum quibus irent ad destruendam Hispaniam: referatur non ad proxima tantum, sed ad alia. Et signanter ibi: vt nobiles, & ignobiles venirent prandere &c. & sic quod referatur ad ignobiles, seu pedites, quod tunc dominus rex haberet eis facere conductum, & dare solidatas, & facere emendas, si vellet trahere hostes ciuitatum, & locorum regalium Cathalonie extra principatum Cathalonie, iuxta principium ipsius vfatice. quod prædictus doctor Tholosanus. Ideo verius dictus Gulielmus de Cugno super materia munerum plene super hoc scripsit sub hac forma: iuxta quod quero, an ire ad guerram sit munus minutum: hoc est querere, ¶ an subiecti expensis proprijs habeant dominum sequi in guerra? Et arguit pro & contra, finaliter dat quinque decisiones. Prima est, quod intra triginta dies sibi prouideant de expensis: postea eis prouideat dominus vt videtur casus j. de re militari l. tam collatores. §. quibus. versu. si verò etiam necessitas. Secunda via est, quia aut consueverunt ire expensis proprijs semper predecessores eorum: & tunc idem habeant facere successores: alia autem non. Nam ex quo sciuerunt res suas sic esse obligatas ad illud seruitium, imputetur eis quia receperunt, argument. C. de sponsalib. l. finali. de episcop. au. l. si legibus iuncta. l. vna C. de auro coro. de metallis. l. secunda. Tertia via est, quia aut sunt diuites, aut pauperes. Primo casu habent sequi dominum expensis suis. Secundo non. sic. §. primo. hic finit lex. vir bonus. ff. de annuis legatis. l. Mauiæ. §. fina. Et secundum hoc possunt intelligi iura pro & contra allegata.

Quarta

Quarta via est, quia aut princeps hoc dixit expresse, s. quod irent expensis proprijs: & tunc facere habent. quod probo sic: quia

113 ¶ quod homovadat, est munus personale, quia persona afficitur: sed ubi cum proprio sumptu, tangit patrimonium, & sic in parte est patrimoniale: vt ff. de mune. & hono. l. fin. §. mista. iuncta l. quod principis. de aqua plu. arc. item per legem inducitur quod munus personale quis subeat cum sumptu. ff. de mu. & hono. l. honor. ij. responso. ergo & per principem, qui est lex animata: vt in aut. de cõsu. §. pen. Si autem Rex non diceret, tunc expensis ipsius Regis, sic. ff. si ser. ven. l. & si forte. §. etiam l. qui mil. pos. vel non. l. cura. à contrario sensu. Et pro hoc §. si. de allo. alle. & §. si. de l. Mauiæ. & videtur casus in feu.

114 de capi. Cora. §. simpliciter. Tu dicis quod aut subiecti sunt pauperes: & tunc indistincte habet eos alimere: Aut diuites: & tunc si vult eos ducere extra prouinciam, habet eis prouidere de alimētis. Ratio est, ne grauentur duplici onere, scilicet in eundo, & in expensas sibi faciēdo. Pro hoc ff. de procur. l. sed hæ. §. j. Aut intra prouinciā: & tunc ipsimet habent sibi ipsis prouidere: pro quo ff. mandati. l. idem. §. idem Labeo. ver. sed si ad. ff. de adm. tut. l. à. tutoribus. in fi. iuxta l. j. §. j. versu. item si seruus. de tute. & ra. dist. Doctor igitur Tholosanus ideo verius dictus Gul. de Cugno. clarè tenet istud secundum intellectum, vt videtis. Et sic est clarè ostensum quod vfatice, alium nanque, non fundat intentionem regiam, saltem nisi solueret omnes expensas civitatū, villarum, & locorum regionū Cathalonie ducendo extra Cathaloniam. Nec obstat huiusmodi capitulum quoniam loquitur in baronibus, & militibus feudatarijs: & est clarum quod ipsi tenent sequi dominum regem extra Cathaloniam in exercitu, dando eis dominus Rex conductum, & solidatas, & faciendo eis emendas, per dictum vfatice, alium nanque. & per dictum c. item quod si barones vel milites. in curia Barchinonæ domini regis Petri secundi. & quod ibi dicitur: & etiam alijs hominibus suis naturalibus est hodie sublatum per c. itē quod nos, vel officiales nostri. primæ curiæ Barchinonæ domini regis Iacob. secundi. Nec etiam obstat c. itē quod nos, vel officiales nostri. dictæ primæ curiæ domini regis Iacob. secundi, ibi: saluis in nobis. & ibi: & saluis. quoniam habent locum in Cathaloniam, & non extra Cathaloniam, vt est supra

in isto, & in primo dubio scriptum. Nec obstant præconizationes factæ in Cathaloniam pro parte domini regis de convocandis hostibus extra cathaloniam: quoniam ex illis non adquisita fuit possessio vel proprietas domini regi in habendo exercitus extra Cathaloniam, nisi vigore earum præconizationum hostes per ciuitates & loca regia extra Cathaloniam fuerunt factæ, vel per ipsas constitutiones & loca regia non seruauerunt præconizationes, & contradixerunt, dominus rex, & sui officiales præconizationes ipsas faciendo non possederunt nisi labia sua: vt dicit Inno. in c. olim. lo. final. de restit. spol. & not. per Bal. in c. j. de cõsue. rec. feud. in feu. circa fi.

115 ibi: ¶ circa ergo feudum iurisdictionis quæro vtrum adquiratur quali possessio per processum factum contra penitus contumaces? Et dicendum est quod non. Dicit enim Inno. quod ex hoc iudex non possidet nisi labia sua, vt ipse notat de restit. spol. c. olim. Oportet ergo, quod aliqua executio sit facta, puta per capturam pignorum, vel descriptionem bonorum, & huiusmodi. Et est ratio, quia iurisdictionis requirit extremum, in quo aliquid realiter agat, & non abusiue. Bald. ubi supra. Ant. in d. c. olim. lo. fin. in j. & ij. questionibus supra. plenissime declarando ipsum Innocentium. Non obstant vfatice Barchinonæ. hoc quod iuris est sanctorum. nec lex, comperit. C. de præscriptio. triginta vel quadraginta annorum. nec nota. per Bartol. in l. in filijs. C. de decurio. libr. decimo. Quoniam ire in hostem extra principatum Cathalonie non est ius potestatis, seu domini Regis, nec iura subiectionis domini Regis in hominibus ciuitatum, & locorum regionum: vt apparet per scripta per me hic in isto dubio, & in primo, supra. & sic concluderent tantum prædicta de hoste quod esset potestas Cathalonie seu domini Rex intra principatum Cathalonie, iuxta superius per me scripta. & in vfatice, qui fallerit hostes. iuxta etiam capitulum. cum non liceat. extra de præscriptio. cum ibi not. per glo. & doctores, & per Henr. Boich, in dicto capitulo, cum non liceat. & in capitulo. si diligenti. de præscriptionibus. Quid plura: etiam si essent iura subiectionis, constat ista iura esse contradicte domino Regi per ciuitatem Barchinonam, vt narrat Iaco. Calbeti centum anni sunt elapsi, et amplius:

K 4

& per consequens possessio fuit interuersa domino Regi, supposito q̄ ea aliquādo habuerit ante ducendi hostes extra principatum Cathaloniam, iuxta not. per Cyn. in d. l. comperit. & iuxta not. per glōf. & Bal. in l. neq̄ vsufructu. C. de vsufu. qui singularis tex. est vnā cum sua glōf. ad casum nostrū. Et iste punctus est per dictum Iacobū plenissime examinatus. De aq̄est dupte se poden formar los duptes seguenta. Primerament si los feudataris conuocaps, per la dita raho per lo dit senyor rey fora lo principat de Cathalunya son tenguts seruir a quell per los iurs feus fora lo dit principat. Istum punctum dicitur Iaco. dixit proposuerat examinare in vsat. qui solidus est de seniore. & ipsum tetigit ipsum mouendo & partim allegando, sed non examinauit plenissime, nec vltius scripsit super vsaticis, saluo quod scripsit Iaco. de monte iud. in vsati. omnes homines. & ipse Callicius ¹¹⁶ dicit sic: ¶ aut feudum est datū per dominum Regem feudatario nobili, vel militi, aut alicui alij personae cum speciali conuenientia & pactio de seruiendo domino Regi eorum proprijs expensis in Cathaloniam, vel extra Cathaloniam: & tunc illa specialis conuenientia & pactio est seruanda per cap. item quod si barones vel milites, &c. ad finem. in prima curia Barchinonae dñi Regis Petri secundi. ibi: saluis tamen specialibus. & in vsa. qui solidus est de seniore. ibi: secundum conuenientiam. Aut non est statutum certum seruitium pro feudo, sed simpliciter est datum in feudo: & tunc debet fieri seruitium secundum posse: vt in vsatico, qui solidus. ibi: secundum posse, & hoc est secundum valorē feudi: ita quod si feudum est modicum, dominus Rex debet sibi facere omnes expensas: si pingue feudum, vasallus tenetur seruire domino Regi suis expensis. Si feudum est mediocre, dominus Rex debet dare medietatem, vel partem expensarum, ita quod arbitrio boni viri praedicta expediant: vt in hoc c. & loquitur iste textus de seruitio praestando extra Cathaloniam. Et ita etiam concludit Io. de Blanco, in §. praedicta. in statu. de actio. & quia ista sunt arbitraria, & non clara, dominus Rex Petrus secundus disposuit in sua prima curia Barchinonae. c. item volumus quod declaretur, & ordinetur, ac determinetur ad aequalitatem, quid pro feu-

do, vbi non est statutum certum seruitium, fieri debeat. Et quod istud non fuit declaratum, ordinatum, seu determinatum per ipsum dominum Regem, nec successores suos. Sed aliqui iurisperiti antiqui Cathalonie super ipso capitulo scribunt sub hac forma. Sed vidi declaratum in quadam sententia, quae fuit lata in quadam causa, quae vertebatur inter regē de Minorissa dñm Castri de Sa galtrini ex vna parte, & Berengariū. de Spil lis Castellatum dicti castri ex altera: & fuerunt iudices dictae causae Gul. de Auinione miles, & Arnaldus Clerici, qui sententiarunt quod ex quo non erat seruitium constitutum in conuenientijs, quod dictus castellanus debeat defendere homines dicti castri, & se ipsum & omnes res ipsius castri, & secundum valorem ipsius feudi ipsius castri: quod intelligatur sano modo, & bona fide. Sed quia haec fuerunt dicta generaliter, & obscure, postea Berengarius de vico iudex assignatus per eundem Raymundū in dicta causa declarauit dictum seruitium, & dixit quod pro decem sextarijs bladi in exercitu vna bestia daretur per dictum castellanum dicto Raymundo, & pro viginti duae, & sic fieret secundum magis & minus, cum hoc sit consuetudo, vt dixit, Cathaloniam antiqua, pro ut haec vidi in eadem sententia contineri. Et est dicendum quod vnum sextarium bladi facit octo quarterias bladi. Alij iurisperiti Cathaloniam plura de feudis scribentes sic scripserunt. Consuetudo & obseruantia Cathaloniam est quod miles integer non fiat pro aliquo feudo, nisi reditus feudi ascendat ad quingentos solidos: & hoc quando certum seruitium non sit de feudo, tertia pars intelligitur seruitium &c. dñs Andre. de Iser. in c. j. in ¹¹⁷ quib. cau. feu. amit. in feudis. ¶ dicit quod quod feudum est datum simpliciter, vt vasallus seruiat, intelligitur id seruitium exprimi, quod secundum morem, & naturam feudi consuetum est, vel in similibus fieri solet, per c. j. in fine. cum sua gl. de capi. qui cur. ven. in feu. & dicit quod pro quibuslibet viginti vnciatibus valoris anni seruiat de vno milite in regno Siciliae, vt scripsit etiam de inuest. de re. ali. fac. cap. primo. Et pro hoc etiam gloss. in l. excepto. C. loca. & Cy. etiam ibi. Postea idē Andre. de Iser. scribendo in cap. primo. de capit. Cora. §. similiter in ostendit. iuxta litteram dicit quod haec adiutoria sunt in Lombardia de quolibet modio terrae feudalis

lis duodecim denarij, in Theutonica terra est tertia pars fructuum eius anni, quo fit hostis: tamen dicit quod hodie est medietas vbiq̄, tam in Italia, quam Alemania, siue vadat, siue mittat alium acceptabilem domino. in constit. imperialem §. firmiter. de prohi. feu. alie. per Ered. Gul. de Cug. in l. in quibus. ff. de legi. in quaestione si. sic inquit. Quaro, an illud sit de iure, quod quis teneat sequi dominum: Dic aut est dñs respectu feudi: et tunc dico quod sic: vt in consue. feud. hic si. lex Fred. & incip. consue. reg. c. dño guerram. quae fuit prima cau. benefic. amit. c. si praesidis. Sed an proprijs expensis, videtur quod sic, in feu. de prohi. feud. alie. per Frede. §. pen. ff. de oper. liber. l. suo victu. quod tamen puto verum, si sit anno tantum in fructibus quantum in expensis. in feu. si de feud. def. mili. contro. fue. c. licet vasallus. §. inde quaesitum, in quibusdam tamen locis seruatur quod habent sequi vsq̄ ad triginta dies. quod potest probari lege, quae hoc dicit. C. de re mili. l. tam collatores. §. si vero. etiam Gul. de Cug. vbi supra. Bar. in l. Meua. §. vxorem. de annu. leg. sic inquit. Quarto Dyn. inducit hanc finem, quod fideles imperij non tenentur sequi imperatorem, si fructus feudi ad impensas itineris non sufficiunt: vt hic in fine. & pro hoc quod not. x. coll. de pa. te. c. fi. Bar. vbi supra. Quid igitur est in casu nostro dicendum? Breuiter non est recedendum ab obseruantia Cathaloniam scripta per dictum Berengarium de vico, & alios iurisperitos, quod pro decem sextarijs detur vnus miles, & homo armatus equitudo integer: quia decem sextaria sunt octingenta quarteria: & sic communiter valent ultra ducetos solidos monetae Barchinonae de terno: et sic de viginti sextarijs duo milites integri, et sic de alijs secundum magis & minus: si feudum non sit valoris decem sextariorum bladi, sed minoris valoris, tertia pars fructuum feudi habeat dari pro seruitio. Et ita obseruantia Cathaloniam est obseruanda: nec est recurrendum ad alias obseruantias aliarum terrarum, ex quo in Cathaloniam est propria obseruantia: vt in c. sopitae. de censu. & c. dilecto. de offi. archi. cum ibi not. per Innoc. Ant. de But. & Henr. Boich. & pro hoc l. circa. C. loc. et in vsa. Barchinonae. vnaque ¹¹⁹ quod gens. in prin. ¶ Aut in concessione feudi, aut alias inter dominum & vasallum pro feudo est statutum certum seruitium, puta pro

anno vnum par calcariorum. vel decem floreni, vel vnus miles, & sic de similibus: & tunc vasallus non tenetur facere aliud seruitium dño feudi, nisi conuentum & expressatum in conuenientia: vt in ca. qui cur. ven. Et hoc probat ibi text. & glo. j. ibi hoc fixum tenet in princ. quae est singularis ad casum nostrum. Et pro hoc etiam c. itē quod si barones. in fine. in curia Barchinonae domini regis Petri secundi, & in vsat. qui solidus est de seniore. Et licet de iure Romano vasalli etiam per preconizationem generalem admoniti per dominum Regem de iuuando eum in hostes, in casibus praedictis, in quibus seruitium est certum, vel incertum, de iuuando personaliter, vel de persona armigera habili, & acceptabili, perdere debeat feuda, vt in c. fi. de pa. tenen. in feud. cum ibi not. per Bal. tamen de iure Cathalonico, scilicet per vsat. Barchinonae, qui fallerit hostes, &c. non perdit feudum, sed aliter fienda est emenda dño Regi, vt ibi. Et hic est finis huius dubij. Sed quo ad hoc quod dicit Ia. Callicij hic, in fine, quod propter fallentiam hostium, non perditur feudum de iure Cathalonico: credo ego eum non bene dicere: nam per vsa. princeps namque punitur ille, qui fallit hostes in amissione in perpetuum eius, quod tenet pro dño rege. Nec obstat dictus vsa. qui fallerit. quia non loquitur de hoste fallita dño regi, sed de illa hoste fallita per feudatarium alio seniori suo: in illo casu tamen, quo dñs habet hostem in vasallis suis, secundum ea, quae superius scripsi, & dicam infra, in illa quod quae sit differentia inter hostem & caluacatam. Nam dicitur in dicto vsatico, qui fallerit hostes, vel caluacatas seniori suo. Sed appellatione senioris intelligitur de dño ratione feudi. Ita exponit Bal. qui. mo. feu. amit. & Iac. Callicij in vsati. placitum. ij. & sic secundum hoc poena dicti vsa. princeps namque haberet locum in hoste fallita dño rege, & poena vsa. qui fallerit. in hoste fallita per vasallum suo dño. Sed istud mihi non placet: quia poena d. c. de pa. te. corrigeretur, quae loquitur in hoste fallita dño: & legum correctio est vitanda. expedit enim iura iuribus concordare. capitulum cum expedit. de electio. libr. vj. & l. j. C. de inofficio. don. Dicit ergo quod etiam in casu dicti vsa. qui fallerit: quod vltra emendam fiendam dño ratione hostis fallitae, tenetur vasallus poena amissionis feudi:

feudi: vt in dicto c. de pa. tenen. §. domino.
 120 ¶ Nam per poenā statuti non est recessum
 à poena iuris communis, vt tenet Bar. in l. j.
 ff. vi bo. rap. & allegat tex. de actio. & obli.
 l. quoties. Ad hoc ergo, vt recedatur à pro-
 uisione iuris cōmunis, nominatim debet fie-
 ri mentio etiam in poenis statutarijs, secun-
 dum Bal. in l. cunctos populos. C. de sum.
 tri. & in l. & si feuerior. C. de infami. & in l.
 data opera. C. qui accu. non pos. & in feud.
 quali. feud. ali. §. porrò. & Io. And. in addi.
 Spec. tit. de poe. tem. liti. in fi. Cogita, quia
 fortè melius esset dictū, prout superius di-
 xi, vt opinio Iaco. Callicij sustineatur pro-
 pter eius autoritatē, q̄ dictus vsat. qui fal-
 lierit. habeat locum in feudatario nō regio.
 & vsa. princeps nāq̄. in illo vasallo, qui te-
 net feudū pro domino rege. Segonamēt si
 los poblats en lo principat de Catalunya
 no feudataris ans aloers conuocats per la
 dita raho son teuguts seguir lo dit senior
 Rey foro lo dit principat. Ad istud pun-
 ctum veniendo, aut distingue: quæris ¶ de
 121 baronibus, & militib⁹ allodialibus: & tūc
 tales tenentur sequi dominū regem in hostē
 extra principatū Cathalonie, dādo tamē
 dominus Rex eis sumptus, & faciēdo eis
 expensas, seu conductū, & faciēdo emen-
 das, iuxta vsat. alium nāq̄. & huiusmodi.
 c. & per c. item q̄. si barones. in prima curia
 Barchinonæ dñi Regis Petri secundi. Si
 quæris de alijs hominibus allodialibus ci-
 uitatum, villarū, & locorum regionum: &
 tunc dico q̄ nō tenentur facere hostem dño
 regi extra principatū Cathalonie, sicut nec
 alijs homines villarū, & locorum regionum,
 prout ipse Iac. scripsit supra in pximo du-
 bio per extensum: & ad ibi scripta se remit-
 tit. Et pro hoc c. si aliqui allodiarij, tā mili-
 tes, quā rustici. supra. quod cap. probat
 q̄ allodiarij alijs sunt milites, alijs pedites, p-
 ut distinxi secundum domi. Iacob. Callicij
 in dictis allegationibus. Tercament po-
 fat que fossen tenguts per via de cōuocatio
 de hosts anar feruir lo dit senior fore lo
 principat de Catalunya, si aquells, qui cō-
 uocats seran, poden escusar limateys si tot
 lo principat de Catalunya noy es appellat
 affermant que los restats qui noy hiriē sien
 tenguts a cōtributio en les despeses les q̄ls
 serien fetes p̄ ells en lo exercici de les hosts
 come no sia digna cosa q̄ los vngs del prin-
 cipat de Catalunya sostenguessen lo car-

rech psonal e lo dā de lus patrimonis e los
 altres romanguessen franchs com la causa
 sia equal tocant cascu co es deffensio de la
 cosa publica. Ad istum punctum dicitur
 q̄ nō: quia in Cathalonia quælibet ciuitas,
 villa, vel locus, vt corpus, seu corpora sin-
 gularia tenentur dño regi facere hostē in Ca-
 thalonia: & supposito q̄ etiam tenerentur
 extra Cathaloniam, quælibet ciuitas, villa vel
 locus, tenerentur insolidū, vt singulares te-
 nent corpora singularia dño regi ad facien-
 dum sibi hostē insolidum: vt in vsatico, qui
 solidus, & in vsati. qui fallierit hostes, cum
 ibi scriptis cum similibus. Pro hoc ego alle-
 go Cyn. in l. neminem. C. de sac. sanc. eccle.
 122 circa fi. ¶ Et quādo sunt plures insolidum
 vt singulares, velut corpora singularia di-
 uersis obligationibus obligati, factū vnus
 non prodest, nec nocet alteri: vt ff. de pact.
 l. idē si ex duobus, quod not. Bal. C. de pac.
 l. creditores. in penul. oppo. ibi vterius op-
 pon. & videtur q̄ non noceat partis petitio
 seu perceptio, vt d. l. idem. Solutio. Ibi non
 erāt cōrei debēdi insolidū: sed quilibet erat
 debitor respectu sui peculij: vnde obliga-
 tio eorum disseparata est: & ideo factum
 vnus nō extēditur ad aliud. Bal. vbi supra.
 Item quia licet onus iniunctum vniuersitati
 vt corpori, non minuatur, si vnus de vniuer-
 sitate eximatur, & sic onus iniunctum prin-
 cipatū Cathalonie, seu cuiuslibet ciuitati, q̄
 villæ, & loco dicti principatus de hostefiē-
 da domino regi, non minuit, licet vnus lo-
 cus non vadat, quo ad alios. Pro hoc text.
 in l. ab omnib⁹. ff. de leg. j. & quod ibi scri-
 bunt Bart. Bal. & Gamfrecus de Salyaco.
 secus si vna persona de vna ciuitate, villa,
 vel loco principatus Cathalonie non va-
 dat, quia exempta fuit per priuilegium re-
 gium ab hoste regio: quia omnes de illa ci-
 uitate, villa, & loco tenentur domino Re-
 gi ad hostem, non in solidum quilibet, sed
 omnes simul vt singulares: & sic dominus
 Rex haberet diminuere portionē illi⁹, quē
 enfranguit de hoste. Ita tenet Speculat.
 titulo. de censi. §. secundo. versicul. quid si
 vniuersitas alicuius loci. & Ioann. Andræ.
 in Nouella, in capitulo peruenit. de immu-
 nita. eccle. latissimē. & Ioannes de Imol. in
 clemen. fi. de censi. in questione penultima.
 Et istam distinctionem facit Ioann. de Li-
 niano in capitul. accedens. de præscriptio.
 sic inquit. Circa quod attende quando
 certa

certa summa est soluēda à corpore vt cor-
 pus, si aliquis singularis priuilegiatur, nihi-
 lo minus corpus tenebitur ad totum quod
 remanet totum corpus. ff. de reb. dub. l. fi.
 & l. si creditores. C. de exac. trib. Aliquādo
 venit summa soluēda per singulares: &
 tūc si vnus priuilegiatur, grauatur solū
 remittēs. Io. de Linyla, vbi supra. et de hoc
 latius scripsi supra, in hoc c. & in c. si aliqui
 allodiarij. Sequitur ergo, quod ciuitas, vil-
 la, vel locus in Cathalonia, quæ fecisset ho-
 stem domino Regi intus Cathaloniam, fe-
 cit quod debuit, & ab obligatione hostis,
 qua stricta erat domino Regi, se libera-
 uit, & alia ciuitas, vel villa, quæ nō fecit ho-
 stem, incidit in poenas vsatici, qui fallierit
 hostes, & habet facere emendā domino re-
 gi, nec implementum, vel non implemen-
 tum hostis huius ciuitatis, vel villæ nō pro-
 dest, nec nocet alteri ciuitati, vel villæ, vt pa-
 tet ex iam dictis, & per iam dicta allegata
 desuper. Quartamēt la hon fossen tēguts
 exir fore lo dit principat de Catalunya
 per la dita raho si serien tenguts exir a lurs
 propres despeses del princep conuocant
 aquelles. Istum punctum examinaui su-
 pra super secundo dubio principali, & ibi
 idem Iacob. Callicij deduxit allegationes
 domini Iacobi Calbeti, & vnus doctoris
 Tholosani, ideo verius ipsius Gul. de Cu-
 122 gno, vt prædixi, qui concludunt quod do-
 minus Rex teneretur ad expensas, si, & vbi
 per viam hostis vellet trahere Cathalanos
 extra Cathaloniam. Et in hoc ibi residet
 idem Iacobus Callicij, & ad ibidem scri-
 pta se remittit, licet plures ciuitates, villa,
 & loca regia Cathalonie fecerunt per viā
 iuuaminis, non per viam conuocationum
 hostium succursum magnum illustribus
 regibus Aragonū de pecunijs & galeis ar-
 matis, vt etiam dicit idem Iacobus vidit fie-
 ri in Ciuitate Valentie pro passagio Sar-
 dinie tunc, vt dicebatur, fiendo per illu-
 stem Regem Ioannem bonæ memoriæ
 per omnes ciuitates, villas, & loca regia Ca-
 thalonie, & ipse Iacob. interuenit vt nun-
 tius, prout refert ciuitatis vici, quæ fecit etiā
 certum succursum ei de domino Regi pro
 dicto passagio. Sed illa gratiosē petebantur
 per dominum regem iam dictū, & gratiosē
 sibi offerebantur, non per viam indictionis
 hostis, nec per redemptionem hostis, sed
 per viā petitionis iuuaminis, & succursus

gratiosi. Quintament si la ciutat de Bar-
 chinona & altres lochs maritims cōprats
 per lo Rey de Castella ab gran armada per
 mar dampnificar aquelles sou tenguts ab
 despeses o menys despeses del senyor Rey
 exir fora lo principat de Catalunya ele-
 xar lur propria terra sens defensio, laqual
 defensio nos pot fer en lur propria terra si
 euana a la cōuocatio feta per lo senior rey
 maior tenēt com sian auifats per letra del se-
 nior Rey de la dita cominatio. Dicitur
 quod prouidētia regia debuit, & debet ef-
 fe talis, vt fines prouincie Aragonum ser-
 uentur, & defendantur, ne daretur hostibus
 licentia incurrendi, aut deuaftandi loca ma-
 ritima Cathalonie possessa per vasallos re-
 gios: vt l. secunda. §. in Sardinia. in fine. C.
 de officio præfecti. præto. Afri. Et pro hoc
 etiam l. mediterranea ciuitates. C. de anno.
 & trib. libro decimo. cum sua gloss. & l. se-
 cunda. C. de priui. do. August. li. vndecimo.
 123 cum sua gloss. ¶ Et quia de iure primo lo-
 co patria propria defendenda, & saluanda
 est l. aduocati. C. de aduoca. diuer. iudi. & l.
 veluti. ff. de iusti. & iur. & l. postliminium.
 §. filius. ff. de capt. & postlimi. reuer. & quia
 necessitas patrie ciuitatis Barchinonæ exi-
 git vt habitatores Barchinonæ defendant
 ciuitatem Barchinonæ. Pro hoc l. in filijs.
 C. de decur. cum ibi nota. per Andre. de Ba-
 rulo. & pro hoc tex. in capitul. peruenit. de
 immuni. eccle. quia nullus excusatur à de-
 fensione proprie ciuitatis, vbi timor est cō-
 munis, & subitus & improuifus, vt ibi di-
 cit Innocen. Hostien. & Ioann. Andre. in
 nouella. pro hoc faciūt allegata desuper, su-
 per secundo dubio, per Iaco. Calbeti. Et
 hæc dicto Iacobo Callicij videntur de iu-
 stitia procedere, salua deliberatiōe amplio-
 ri. Et ad prædicta tu adde quod dicit Gam-
 barius in l. nemo possessore. C. de anno. &
 trib. libr. x. in gl. super verbo expensis. vbi
 124 cōcludit ¶ q̄ vna prouincia nō debet por-
 tare onus alteri⁹ prouincie. Quod limitat,
 nisi illa prouincia tenuis, & inops esset, vt
 sibi prouideri nō possit: quia tūc subsidium
 debet habere ab alijs prouincijs, cum vna
 prouincia aliam iuuare debeat. C. de offic.
 præfecti. Afric. l. ij. §. postquam. & ff. de cu-
 ra. da. ab his. Hoc probant duæ leges. ff.
 de poenis. l. aut damnus. §. est poena. & C.
 not. vectigalia institui non pos. secundum
 dictū Gamba. Pro præmissis vide Ang. in
 l. hi

I. hi. ff. de postu. vbi dicit q̄ in eo quod respicit statū. Reipublice magis filius obedire tenetur patriā, quam patri. Allegat I. j. §. si ea. ff. de ven. in poss. mit. & vide eum in I. j. §. ius gentium. ff. de iusti. & iur. & Bart. in d. §. filius. & adde Gambarium in I. habes. C. qui morbo. lib. x. vbi concludit q̄ in pari necessitate prius succurrendū est patriā, quam patri: quanto ergo fortius, quam alij prouincię. Et pro hoc facit illud, quod scribitur à Catone, Pugna pro patria. C. de a. boli. l. fallaciter. cum ibi not. quado autem vasallus de iure communi feudali teneatur sequi dominum in guerra territorij, vide Iac. Alua. in c. j. quib. mod. feud. amit. Et pro cōplemento materię ego volui hic inferere quandam literā missam aduocatis Ceruarie per dñm Berengariū Viues antiquum aduocatum huius vr̄bis, ac in iuribus patrię valde expertum, quæ est tenoris sequentis. Honorabiles domini, quia, vt vestrarum literarū tenore percepi, intentum meum scire cupitis super duobus, an videlicet locus fuerit propter ingressum nouissimè factū in Rossillionis partibus per inclytū Iac. de Montepiano, vsat. princeps nanq̄. Et an vbi locus fuerit, si ab huiusmodi exercitu aduocati valeant excusari. Volēs vestrīs precibus super his & alijs annuere, licet meo cōsilio minime egeatis, vestrę prudentię significo meā fore super primo dubio intentionem, q̄, saluo melius sentientium cōsilio, dicto vsatico locus nō fuerit dicto casu, triplici ratiōe. Prima, quia certum est q̄ si locus fuit eidem, hoc habuit esse propter tertium eius caput, quod est, vel audierit quemlibet Regem vel principem contra se venire ad bellādum. Quod autem ipsi tertio capiti locus non fuerit, patet: quia dictus Iac. nō est Rex: quia dict⁹ noster Rex mediante iustitia sibi Regnum abstulit, & etiam nomen Regis, vt est noto 125 r̄itū. Nec est princeps: T̄ q̄a princeps dicit̄, vel est quasi prim⁹, vel primū capiēs, vel primū caput in ordine dignitatis: sic dict⁹, q̄a primus capiat dignitatē, ita q̄ nullus eū in dignitate præcedat. Et inde propriē dictū est principium, vt hæc habentur in Catholicon, qui potest in hoc casu allegari, argu. ff. de solu. l. si pater. quia & papa ex vi vocabulorum argumētatur. dicit etenim quod cum clerici dicantur à clericos, quod est fors, id est, hæreditas, dignum est q̄ ad hæredi-

tem dñi constituatur, & vocentur. extra de præben. c. cum secundum. Sic & christina dicit̄ à Christo, sicut & Christiani, vt extra de sacra vnc. c. j. sic etiam & monacho iuxta eius verbi etymologiā onus imponitur: vt c. placuit. j. q. ij. & c. si cupis. xvj. q. j. Pro hoc etiam q̄ non sic nec dici, vel intelligi possit, vel debeat princeps, facit satis bene lex princeps. ff. de legi. ibi enim dicitur q̄ princeps legib⁹ solutus est: ergo habet intelligi de eo, qui non recognoscit superiorem, quia cæteri inferiores legibus ligantur, & legibus soluti nō sunt: & talis est dictus Iacobus: subest enim legibus Franciæ Regis, intra cuius districtū & imperium domesticat⁹ est: vt l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip. & l. j. C. de sum. trini. in princ. Ad quod facit, quia dict⁹ dñs noster Rex, quando in literis suis, vel alijs scripturis facit de dicto Iacobo mentionē, nō attribuit sibi aliquā speciem dignitatis: quia nō superillustrē, nec illustrē, quę principalibus viris debentur, iuxta ea, quæ leguntur, & 126 not. in auth. vt ab illustr. coll. v. T̄ sed vocat illū, seu nominat inclytum, id est, valde nobilem: quia hoc verbū ipsum significat, & importat in Catholicō, ex quo licet arguere in proposito, vt est dictū. Quæ tamen nobilitas non est aliqua species dignitatis, vt ex allegatis patet. secūda, quia dictus vsat. loquitur in principe, qui ad bellandum venit: ergo debet intelligi de principe, qui bellum indicere potest. Constat autē q̄ habens superiorē, qualis est dictus inclytus Iacobus, bellum indicere nō potest. Dicit enim Inno. in c. olim. de resti. spol. q̄ is, qui principē super se habet, eius autoritate, & non aliās bellum indicere potest. Nō ergo potest verē dici q̄ dictus Iacobus ad bellandum venerit: ideo inter eos debet, & potest intitulari, qui de iure dicuntur latrunculi, vel prædones: vt l. hostes. ff. de re mili. Tertia ratio, quia si bene verba, mens, ratio, & effectus dicti vsatici attendatur, quæ verba debent attendi propter rationē, effectum, & mentē. vt l. scire. ff. de legi. quia & cessante ratione, debet cessare & lex: vt c. cum cessante. extra de app. vsaticus ipse loquitur in casu, in quo tāta imineret necessitas, quod succursus omnīū militū & peditum occurrat necessarius: quod non fuit in proposito: cum dictus Iacobus intrauerit dictas partes cū adeo modica militū & peditū comitū,

tua, q̄ ad resistendū eis, vel ad expellendū eos sufficere debēt in limitibus dictarum partiū populati. Practica enim officialium regionū, qui potius intēdebant ad exactiōnem pecuniarum, q̄ ad habēdas personas, effectus & finis negotij notorie, & ad oculum ostendit q̄ non erat necessitas, qui dat 127 decisioni ipsius negotij fundamentū. T̄ Su per secūdo verò dubio videtur mihi dicendum q̄ aduocati, dato q̄ dictus vsat. regulariter locutus fuit, in exercitiū ire nō tenentur. Excusant etenim per l. a personalibus huiusmodi muneribus: vt l. sancimus. C. de aduo. diuer. iud. Nō obstat. l. aduocati. eo. tit. iūcta. l. si. de pala. sacra. largi. lib. xj. quia & si aduocati circa regimē Reipublice videntur militare, & re vera militant, vt d. l. si. non ecōtra in bello. Igitur sicut per milites gubernatur Reipublica bellorum tēpore, ita & per aduocatos tempore pacis: vt in proce. insti. in prin. Et eadē ratione nō obstat dictus vsat. quo cauetur q̄ oēs tam milites, q̄ pedites, &c. Præterea, ipse vsatic. & eius generalitas debent ciuilit̄ intelligi, vt aduocati, qui non sunt ad bellādū idonei, quicq̄ ex causa priuilegiati sunt, vt est dictū per priuilegiū in corpore iuris redactū, nō intelligeretur subgeneralitate. argumento. l. vt gradatim. §. & si lege. ff. de mune. & ho. dictū enim vsaticum potest suppleri, & debet, secūdū Inn. in c. ij. ad quod faciunt not. per eum in c. causam, quæ inter. non em̄ est verisimile quod in specie statuerint, quod ibi generaliter cauetur aduocatis in p̄tis ad bellādū & priuilegiatis, argumento. l. obligatione. ff. de pig. iūcta. l. seruare. in prin. C. de inof. testa. plus generalitas debet intelligi iudicari, & distingui ex qualitate personarū, argumento. l. in fundo. ff. de rei v̄di. l. sed & si susceperit. ff. de iudi. l. plenum. §. j. de vsu. & aut. habita. & l. filiusfamil. de dona. Pramissa vera videtur, & de iure procedere, saluo cōsilio melius sentientis. Scripta die. xvij. Iunij. Berengarius Viues, vestrū, & cuiuslibet vestrū mādatis & seruitijs semp̄ pr̄optus. Et ad corroboratio 128 nē istius opiniōis tu adde q̄ ire ad guerrā est munus personale, secūdū Bar. C. de fan. eccl. placet. sed à munere personali aduocati excusantur: vt est tex. iuncta gl. in l. medicos. C. de profes. & medi. li. x. Igitur, &c. Et ad primā quæstionem quæsitā an dictus vsat. habebat locū contra dictū Iac. vl

tra prædicta allegata, & scripta per dictum Berengarium Viues bene & notabiliter, tu adde q̄ dictū tertū caput ipsius vsatici non habet locū, nisi ille, qui venit contra regem Aragonū ad bellādū, sit rex, vel princeps. Et q̄ dictus Iac. nō erat rex, patet: quia rex dicitur à regēdo: vt in c. clericos. ver. rex. xxj. dist. & xxij. q. iij. c. duo. quia populos & singulas gētes regunt: vt l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. & ibi not. & adde Arch. xxij. q. v. c. regum. & vide gl. in cle. j. de baptif. & ibi Nic. super verbo Regum. sed dictus Iaco. non regebat, quia regnum fuerat sibi sublatum. Igitur, &c. Et quis dicatur princeps, iam dixi superius in expositiōe literæ, vbi declarauī q̄ ille dicitur princeps, qui superiorē non recognoscit, per iura, & vsatic. ibi allegat. Sed vt dixi, iste Iacobus superiorē recognoscebat, & consequēter nō habebatur pro principe. Sed contra hoc facit declaratio superius inserta, quæ incipit, declaramus, &c. vbi habetur q̄ dictus vsa. habet locū vbicunq̄ princeps audierit gentes extraneas, in quibus licet capitaneū vel caput familiæ haberent, qui scilicet capitaneus, rex, vel princeps, non fuerit, &c. Sed ego intelligo istā declarationē in illo capitaneo, aut capite familiæ, qui tanq̄ capitaneus alicuius regis superiorē non recognoscentis, & qui bellū indicere potest, & noīe illi⁹ intrauerit huiusmodi principatū: quia de tali loquitur dictus vsat. vt sentiunt eius verba ibi: ad bellādū, &c. Nā si bellū indicare nō potest, tunc nō dicitur propriē debellare: quia illicitū est bellū ex parte illius, secūdū Sali. in d. l. ab hostibus. C. de cap. & postli. reuer. Si autē superiorē recognoscat, vt recognoscebat dictus Iaco. prout dicit dictus Berengarius, vel est quidā capitaneus creatus per aliquā societate gētium armorū, sicut vidi de quodā capitaneo vocato Almudarra castellano, qui ducebat sub se quosdam armigeros equestres & pedites numero quingentos, vel circa, & ad eorū petitionē discurrebat huiusmodi principatū, bona capiēdo, & depredādo: tunc dico q̄ dicta interpretatio locū non habet: quia isti tales dicuntur latrunculi, & sunt puniendi. Et in isto casu intelligo dictam literam ipsius Berengarij Viues, argumento no. per Sali. vbi supra, ibi: quid de his societatibus gentiū armorū, qui ad sui petitionē discurrunt territorij ciuitatum: dico q̄ isti

tales sunt latrones, & veniunt puniendi, &c. licet aliqui antiqui sapientes scripserint super dicto vsatico, princeps namq. q. etiā in isto casu Cathalarij tenentur sequi dominum regem, per l. si quis in hoc genus. C. de epi. & cle. & l. ij. C. de recep. Et dicunt q. in spectante dicti vsati, qui concernit terre conseruationem, q. locum habet: quia sequeretur vnum absurdum, q. si alia multitudine hominum damnificaret terram, q. rex cum exercitibus non posset illis resistere: & sic q. illi possent ad libitum damnificare: & ita lex esset imposita verbis, & non rebus vt C. de vsu. l. fi. C. communia de lega. l. ij. in fi. Et dicunt q. accidit de facto anno millesimo tercentesimo sexagesimo primo, q. bene viginti millia hominum & equitum & peditum venerunt in comitatum Rosilionis, vt dicebatur, erant Teutonici, Italici, Francigenae, & de multis nationibus. Tandem dominus rex vigore dicti vsatici congregauit Cathalanos & ille gentes antequam Cathalani fuissent congregati, fugerunt: sed illi veniebant cum capitaneo regis Francorum, & nomine illius regis intrarunt. Et sic facit pro eo quod superius dixi. Contra alios vero, qui non veniunt sub nomine regis, secundum ea, quae superius dixi, potest procedi per viam processus soni emissi: & si personas capiunt sine citatione, potest procedi ipso facto in vim processus pacis, & treuga, & cum tota pace potest contra eos insurgi, cum sint ipsa constitutione a pacibus & treugis eiecti. Et cum istis duobus processibus possunt gentes principatus conuocari, & terra defendi. Potest etiam principatus per viam succursus iuuare dominum regem, secundum scripta per dominum Iacob. Callicij, vbi supra: & sic tene quod superius dixi. Opinio vero dictorum antiquorum saluari potest, si tanta erat necessitas huius principatus, & potentia ipsorum armigerorum q. eis aliter resisti non posset, neq. terra defendi, quam per conuocationem totius principatus in vim dicti vsatici: quia tunc in tanta necessitate locus erit dictae conuocationi, vt occurratur periculis captiuorum, & euitentur incendia, depraedationes, & multa damna: ideo verius subuersione status, & occupationem praedicti principatus: na. in hoc casu priuilegium non prodest: vt l. j. C. de qui. mu. vel praesta. lib. xj. & vt nemi. lic. in empt. l. j. quia si ab illis,

quae de iure procedunt, necessitas facit recedere, vt ff. de offic. consu. l. j. C. de operis lib. l. j. fortius ab illis, quae sunt contra ius commune, sicut esset hic, si in tali necessitate conuocari principatus non posset, argumento. ff. de re mili. l. eius militis. §. j. Tunc enim debet cessare priuilegium, cum imminet Reipublicae necessitas, vel periculum, argumento. C. de priuileg. schol. l. ij. in fi. C. ad legem iul. ma. l. nullum. C. de nauis. non ex. cu. l. j. in fi. Et pro praemissis ad de l. cum nauarcorum. C. de nauis. lib. xj. ¶ vbi patet, legem dicentem ordinationem superioris non licere inferiori transgredi, non extenditur ad casum, quo imminet necessitas ad conseruandam Reipublicae necessitatem: quia tunc licita est transgressio. vide ibi Barto. Nec etiam immunitas valeret, per quam principatus priuilegiaretur, q. etiam tempore existente necessitatis ad praedicta non teneretur, non obstante quacumq. lege: nam licet de voluntate Imperatoris constet, tamen cum ita dat priuilegium, quod potest cadere in periculum, vel subuersione Reipublicae, non valet concessio. ff. de fur. l. interdu. §. qui tutelam. pro emp. l. qui fundum. §. qui tutelam. Item quia istud est contra ius gentium impetratum: vt ff. de iusti. & iure. l. veluti. & circa talia Imperator dispensare non potest, illa tollendo, argumento instit. de iure na. gen. & ciui. §. penult. & de legit. ag. tute. §. h. Item quia pro executione dicti processus ipsemet dominus rex ad exercitum proficiscitur. Ad hoc l. ij. C. de qui. mu. vel praesta. l. neminem. C. de sacrosanc. eccle. & sic ex quo ipsemet vadit, qui est super omnes priuilegiatus, argumento. C. de priuileg. do. Aug. l. absit. In presentia enim domini regis cessare debent omnia priuilegia. Et ita tenet Gambarius in dicto titulo. de qui. mu. vel praesta. & vide ibi Barto. Et sic credo q. quoties imminet talis extrema necessitas, q. opinio istorum antiquorum haberet locum. Quo vero ad tertiam rationem factam per dictum Berengarium Viues q. dictus vsa. non habet locum, nisi quando est tanta necessitas q. succursus omnium de principatu est necessarius, dico q. istud est contra deliberationem consilij regij scriptam per archiepiscopum superius per me recitatam. Tu vero dicas pro concordia, quia si illa pars vicina, vbi gentes extraneae habent ingressum, sufficit ad resistendum: non

non est opus conuocare hostes remotas in vim dicti vsati. & ita intelligo dictum Berengarium Viues: & pro hoc d. l. ij. C. de offic. praefect. prato. §. limitationis verò. & etiam pro hoc facit pragmatica regis Martini data Cesaraugustae die xvij. Maij, anno Milles. ccc. xviij. ibi: ab tota la sua pauo ab aquella part, &c. & in alia pragmatica ipsius regis Martini data Cesaraugustae die xv. Aprilis, anno praedicto, ibi: si verò aliqua pars. Et pro hoc, inquam, facit dictum Nicol. in c. non minus. de immuni. eccl. circa finem. ibi: dicerem enim sic, quod aut necessitas, vel utilitas imminens concernit necessitatem ecclesiarum a remotis, &c. Si autem non sufficit, tunc est locus procedimento dicti vsati. & ita loquitur delibatio dicti consilij. Et pro ista parte faciunt iura superius in dicta questione Archiepiscopi scopi per me allegata. ¶ Quae differrentia sit inter hostem, & caualcatam. Iaco. de Monteuid. in vsat. aguayt. in versu. filius militis. circa fi. ducit in effectu q. differentia est inter haec duo, quia hostis dicitur quando dominus ducit vasallum plus q. per vnam diem, q. per diuersos terminos: & caualcata dicitur, secundum eum, quando dominus ducit vasallum cum per vnam diem, & per vnum terminum. Ecce verba praedicti Iaco. de Monteuid. de capite suo procedentia absq. aliqua allegatione iuris, sed Iaco. Callicio in dicto vsa. qui fallierit. dicit q. hostis dicitur adiutorium, quod faciunt, & facere debent vasalli, & subditi Cathaloniae eorum dn̄s cum hoste persequentibus, seu euntibus cum ipso domino rege hostem generaliter indicente: vt in cap. j. §. firmiter. de prohib. feu. ali. per Fred. in feu. & in vsat. alium namq. circa fi. & in c. Item consuet. notoria Cathaloniae, &c. j. & in c. Itē quod si barones. in j. curia Barcinonae dn̄i regis Petri secūdi. & ibi, si bene inspicias, hoc colligitur expresse. & videmus plures conuenientias in Cathalonía, per quas castellani, & subcastellani castrorum, & alij vasalli, sunt obligati ad faciendum eorum domino, quando dominus rex indicit hostem, vnum hominem equitatem armatum, vel vnam bestiam hosti, vel similia seruitia. Et recte de hac hoste loquitur dictus vsaticus, qui fallierit. & in vsatic. agnayt. vt probant allegata desuper. ¶ Caualcata verò dicitur quando dominus rex non indicit genera-

liter hoste per ipsum, vel quando alij domini inferiores a domino rege, ac principe Cathaloniae, vt puta barones, vel milites, vel etiam officiales dn̄i regis non indicit generaliter hoste per ipsum dominum regem, nec sub nomine hostis, sed alias per viam iuuenis eis fiendi in aliqua eorum guerra, vel in aliquali executione iustitiae petunt iuuenim ab eorum vasallis, & subditis indicendo ipsis, quod volunt ire contra talem hostem, vel tale castrum per viam guerrae vel executionis iustitiae, vel facere caualcatam, & non hostem, ex quo dn̄s rex particulariter, vel alius inferior eam indicit. Pro praedictis facit vsa. commune & conuenientia. & vsat. Christiani. circa finem. & text. in §. Item q. nullus vicarius caualcatam, &c. in consti. domini nostri Iesu Christi. la. ij. alias secundum Callicium. in §. in primis. in pa. & treu. & in c. Itē est consuetudo notoria Cathaloniae. j. & in c. dn̄o guerra. circa prin. hic fi. lex Fre. de inde inci. consue. reg. in feu. Et de ista caualcata loquitur tex. dicti vsati. & in vsa. aguayt. Haec sunt verba dicti Iaco. Callicij in dicto vsatic. qui fallierit. Tu dicis q. quod hostis generalis dicitur conuocatio, & congregatio gentium totius principatus utilium ad bellandum, secundum ea, quae dixi supra in expositione literae: quae conuocatio fit in vim vsatici, princeps namq. soni emissi, & pacis & treuga. & ista congregatio dicitur exercitus. Nam exercitus est collectio totius militiae, secundum gl. in l. ij. ff. de his, qui no. infamia. vide ibi Bart. & in l. j. §. exercitus. ff. ne quid in lo. pub. dicit tamen Ioa. de Pla. in l. veteranis. C. de his, qui non exple. stip. lib. x. & Bar. in d. l. ij. Exercitus autem nomen ab exercitatione trahit: vt est text. in l. j. §. miles. in fin. ff. de testa. milit. Et pro ista generali conuocatione exercitus & hostium facit dictus vsa. princeps namque. ibi: omnes homines. & etiā huiusmodi cap. Et pro hoc faciunt pragmatica inserta in meis additio. pacis & treuga. lv. additione. vbi habetur, quod tota pax huius principatus conuocatur, &c. Et sic intelligo verbum hostis, assumi in hoc principatu, quantum ad generalem hostem. Aliqua verò sunt castra in Cathalonía, vt vidi in pluribus instrumentis, quae habent in eorum hominibus hostem, & caualcatam: & de ista hoste credo quod loquitur Iacob. Callicij. Caualcata verò magis pro-

prie loquendo ego accipio quando dominus, qui habet guerram cum aliquo, accedit pro depradando, & occupando bona inimici, & vasallorum suorum, & ducit homines suos ad illum accessum: & dicitur vulgariter correguda. Nam ille accessus, siue correguda, dicitur caualcada: quia accedunt ad illa homines equester & pedester. Et quod ita assumatur & intelligatur, probatur per not. per Bal. & Salice. in l. ab hostibus. C. de cap. & postli. reuer. & Ioan. de Ana. in c. excommunicamus. §. Catholici. in verbo, quando vna bergata fecerit caualcata, &c. ¶ Et sic proprie caualcata est correguda, quam facit dominus contra inimicum guerram cum eo habentē. Vfus enim loquēdi in his debet attendi. l. Labeo ff. de supellect. lega. & l. cum delanionis. §. afinam. ff. de fun. instruc. & l. auunculus. ff. de verb. sig. Et pro pramissis vide Old. in consilij. & Ioan. And. & Nico. in c. non minus. extra de immuni. eccle. vbi dicunt quid sit caualcata, & dicit quod est expeditio. nam exponendo verbum expeditio, ibi positum, dicit, id est, caualcata, vel missio nuntiorum: & secundum hoc hostis, vel exercitus dicitur quando caput guerrae est cum ipsa hoste vel exercitu: caualcata, quando armigeri sunt missi. Nec obstant iura allegata per dictum Iac. Callicij: quia licet faciat mentionem de caualcata, attamen ipsa iura non declarant, quae est illa. Thomas Mieres in vsatic. qui fallierit. sic inquit: Hostis, exercitus, & caualcata sunt synonyma, & pro eodem sumuntur: sed vulgariter dicitur hostis, siue exercitus, quando indicitur cum solennitate vexillorum. Sed quando fit ex abrupto, sicut saepe fit pro sono emissio flagrante crimine, vel pro alia executione iustitiae, vel necessitate guerrae: ita quod ipsa die, vel die sequenti ad ciuitatem reditur, tunc vulgariter dicitur caualcata. Et hoc est, quod voluit dicere Iac. de Monteuid. ex suo capite, quia non potuit aliud allegare nisi vulgarem notorietatem. Et vbiq; legi quicquid iuris esse de Hoste, idem & de caualcata: & sic ista differentia magis est in facto, quam in iure: quia totum est exercitus, quod est nomen generale comprehendens hostem, & caualcatam. Mieres vbi supra, vide etiam eum in constitutio. regis Alfonsi quarti edita in curia Barchinonae capit. confirmante

lohants, &c. Sed istud quod dicit Mieres, mihi non placet. & sic tene quod superius scripsi. ¶ Quero, aliquis detinetur captus ab hostibus, an si ille, ad quem pertinet eius successio, eum non redimat, efficiatur indignus: Et dico quod sic, secundum Bald. in authen. si captiui. C. de episco. & cleric. & si iste talis non habet unde eum redimat, possunt vendi bona ipsius redimendi, vt ibi dicit Bal. Sed quero, frater redemit fratrem, vult repetere, an potest: In parentibus est expeditum quod non, nisi forte fuissent protestati: vt C. de capti. & postlimi. reuer. l. liber. in fratre est magis dubitandum. Sed forte debet dici idem quod in alimentorum praestatione: vt C. de negot. gest. l. alimenta, secundum Baldum vbi supra. Tu super hoc vide Guliel. de Cugn. ff. de condit. indebi. l. frater a fratre. Barto. in l. satis. ff. de pecul. leg. & quod notatur in l. si cum filius. ff. de donationibus. & l. haeres. §. si filius. ff. famil. erciscun. & l. si filius. C. de negot. gestis. & Bald. & Ludouic. in authent. ex testamento. C. de colla. & Ludouic. in l. quamuis. ff. soluto matrimo. vbi dicit quod pium opus est captiuos ab hostibus redimere. & ibi vide late an res, quae possunt alienari pro redemptione captiuorum, habeat locum in captis ex maleficio. ¶ Quero, aliquis redemit alium, qui ab hostibus captus detinebatur, an postea redimens illi redempto maiorē talliam, quam pretium redemptionis sit, imponere possit: Et dico quod non: ideo redimens recepto pretio, quod dedit, tenetur restituere redemptum pristinae libertati, secundum Bal. in l. j. C. de episc. aud. Tu adde Salicet. in l. ab hostibus. C. de capti. & postli. reuer. vbi dicit quod si aliquis fuit redemptus ab hostibus, tenetur loco pignoris. quod pignus soluitur sex modis. Primo solutione, vel remissione: quod potest euenire expressim ei donando, vel tacite eum ad domum, vel sine alia conuentione remittendo. Item in confessione. Item seruendo per quinquennium. Item propter delictum redimentis. Item morte redempti, cum non transmittatur ad haeredes. l. si pater. ff. de capti. & postli. reuer. vbi de glo. in l. si sic. §. qui ab hostibus. ff. de leg. j. & gloss. in c. sacrorum. xij. q. ij. vbi dicit quod si priuatus dat aliquid pro redemptione alicuius, bene eam repetet. Not. istam glo. quod de fideicommissio potest filius redimi

dimi ab hostibus. Quero, fuit captus ab hostibus, & fuit a quodam redemptus, an ipse sit redimentis. vide Bar. late in l. in libel. lo. §. si quis seruum. ff. de ca. & postli. reuer. ¶ Quero, quid si nuntius meus in itinere fuit captus ab hostibus, an illum redimere teneatur: Spec. in ti. de iudi. ver. Illud. concludit quod si nuntius est captus in itinere, non tenetur eum dominus redimere, si ipse captata opera non requisitus accessit, vide super hoc Ioan. And. & Imo. in c. significante. de pign. Quero, aliquis, qui erat rebellis, fuit restitutus per principem, an dicta restitutio porrigatur ad bona iam in alterum translata, & alienata. Et breuiter dicas quod non quia restitutio principis non trahitur retro contra ius qualitum alteri: vt est gl. & hoc ibi determinat Bart. Bald. Ang. Raph. & Io. de Imol. in l. Gallus. §. & quid si tantum ff. de libe. & posthu. in verbo, emancipatus. Et hanc etiam sententiam voluerunt Bar. & Bald. in l. si. C. de sen. pas. & pro hoc est tex. in c. quis. de rescrip. lib. vj. & Bal. in feud. hic si. lex Freder. deinde incip. consue. reg. Ang. in proem. Authen. Sed quero, quid si est restitutus ad bona alienata, dic quod venditor tenetur restituere pretium emptori. Tex. in argument. & ibi Bald. & Ange. in l. senatus. ff. ad Sillan. Et licet armorum vsus sit interdictus, vt l. j. C. vt armo. vsus. attamen ex dicto vsati. princeps namq; & mēte ipsius per totum principatum Cathaloniae, & per omnem domini regis ditio nem est introducta generalis consuetudo quod tam milites, quam pedites cuiuscumq; status, praeminentiae, seu conditionis existant, arma quaecumq; impunē habere, & tenere in domibus possunt, ac portare extra & intra ciuitates, & villas, cum hoc fiat de consensu principis, qui notorie scit subiectos praedictis modis vti armis, & non prohibet: ideoque permittere videtur, vt innuitur in dicto vsat. argumento ad hoc ff. ad Mace. l. si tamen. Et pro hoc facit optime quod not. quae sit lon. consue. l. ij. in fine mag. gl. & in constit. ad honorem. §. Item villanos. ver. si vero. Et ita per dictum vsaticum, princeps namq; & per iura praemissa, ac vigore, seu praetextu iam dictae consuetudinis, quae optima est legum interpret. ff. de legi. l. si de interpretatione fuit, & est vbiq; intra principatum Cathaloniae: inconcuse obseruatum: & ita pluries fuit sententiatum

in audientia regia secundum Franciscum Roma. qui fuit vicedomini regis Petri, & potissime quia cum omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, quilibet est sub praesidio pacis & treugarum constitutus, vt in constitutio. pacis, in Christi nomine sit omnibus manifestum. §. villanos. cum similibus. Cum autē arma sub honorum mobilium nomine intelligantur, & consequenter absq; pacis & treugae violatione habentibus, & detinentibus ea in domibus suis, ipsis inuitis auferri, & inde abstrahi non possunt. Quinimo ingrediens domum, siue habitationem alicuius inuito domino, etiam si sit officialis, facit iniuriam: vt l. pleriq; ff. de in ius voc. intelligo, nisi in casibus a iure concessis, vt ibi not. Et praedicta generalis consuetudo etiam fortificatur: quia licet de iure Romano inscio principe priuatus arma deferre nequeat, vt C. vt armorum vsus inscio princip. l. vna libr. xj. Attamen principe permittente tacite vel expresse, vt hic, & in dicto vsat. bene potest, vt in dicta l. & eius rubrica, & a contrario sensu, quod est fortissimum argumentum in iure vt ff. de offi. eius, cui mand. est iurisdic. j. §. huius rei. praemaxime, quia in dicta l. vnica, non inhietur quin in domibus arma per priuatos teneri valeant, & haberi. Bene est verum quod inhietur cum moderatio tantum, in l. j. ff. ad legem Iul. de vi pub. vbi habetur quod lege Iulia de vi publica tenetur qui arma, tela domi suae, agroue in villa praeter vsum venationis, vel itineris, vel nauigationis coegerit, id est, habuerit. Vel dic coegerit, id est, congregauerit, scilicet ad malum vsum: quod de iure communi praesumitur, nisi probaretur quod ad vsum venationis, itineris, &c. De iure communi potest princeps deferre arma: vt in proem. institut. & ibi not. docto. super verbo Armis. Secus in priuato: vt in authent. de armis. §. final. colla. vj. & C. vt armo. vsus. l. j. ideo tenetur leg. Iulia. de vi publi. ff. ad legem Iul. de vi pub. l. j. ¶ sed fallit in casibus, vt cum quis itinerat: vt in feud. de cle. vio. pa. §. mercator. Item potest deferre, qui habet alias iurisdictionem, cum alias malefactores capere non posset. ff. de iur. omn. indic. l. secunda. C. de his, qui ad eccles. con. fu. l. seruus. Item etiam militibus est licitum deferre enses: vt not. C. de proximis sacri cubicu. l. fina. & in quibus causis, seu

in quibus casibus quis possit uti armis, no. ff. ad legem Iuliam de vi pub. l. secunda, tercia. & penulti. Sed hodie iure nostro de dicta generali consuetudine per dictum vfatium, introducta cessat mala presumptio: quia praesumitur potius teneri pro necessitate dicti succursus in casibus dicti vfatii. & pro exercitu executionis soni emissi, vel pacis, & treugae. Pro quo facit dicta constitutio regis Iacob. secundi, in prima curia Barchinonae, capitu. xx. Item quod nos vel officiales nostri non compellamus. Veruntamen si hodie aliquis prius congregaret arma superflua in eius domo sibi non necessaria nec congruentia, tunc si timeretur inde scandalum, posset prohiberi, ne scandala sequantur, argumento. l. acquisitum. ff. de usufructu. Unde collige fore de iure patriae consuetudinario licitum esse priuatis habere, & tenere arma in domo propria, dum modo non timeatur inde verisimiliter oriri scandala: & etiam licere ipsis armis uti pro portando causa defensionis, & ad usum venationis, & navigationis. Nec obstat in authentic. de armis. §. penult. colum. sexta. & §. si quis rusticus. in feudo. de pa. te. & eius viola. nam per dictam consuetudinem, quae generaliter in hac patria ab omnibus obseruatur, est omnibus iuribus, quae arma habere vel portare prohibent, derogatum: & per dictum vfatium, & tolerantiam principis, & de eius certa scientia ab antiquissimis temporibus est in hac patria obseruatum, & concessum nedum militibus, & rusticis, sed etiam omnibus clericis: quia abrogantur iura per contrariam consuetudinem. l. de quibus. ff. de legi. Et haec est ipsa veritas secundum Bertrandum de Seua, Iaco. Merquilles post eum Petr. de Ponte, Pet. Terreni, & communiter omnes, quibus adhærens. dominus Sperans in Deo Cardona dixit ipsam consuetudinem propter eius antiquitatem vicem legis obtinere. C. de testa. l. vlti. & hoc maxime ex certa tolerantia principis, qui permittit guerras inter milites, & etiam bandositates inter ciues, villanos, & rusticos, licet sint contra ius diuinum, & humanum, ut sic strenuos habeat bellatores per exercitum armorum, ob quod omnes homines, tam milites, quam pedites, permittuntur in eorum domibus habere & tenere arma, cuiusuis

generis sint. Ad quod facit dictus vfatius. princeps namque. & vfatius. si quis alicui iactauerit lanceam, vel sagittam. Per quos datur intelligi quod cuique licet portare arma, etiam extra domum eundo ad villam, agrum, vel per viam publicam, & in possessionibus, & agriculturis: quia si dicta permissio non esset, nec dicta iactatio fieret: quia cessante causa cessat effectus. de iureiuran. c. & si Christus. & de appel. c. cum cessante. ob quod videretur ipsum vfat. & etiam hoc cap. in nullum fore conditum: quod non est dicendum. Ea propter per ipsum Sperantem in Deo tunc viceregem Martini, & alios plures sapientes de curia fuit in audientia regia sepius conclusum quod arma nulli caperentur, nisi flagrante crimine. Et cum semel nobilis Gulielmus de Bellaria tunc vicarius Barchinonae, pergens per viam obuiaisset quibusdam rusticis armatis propter eorum bandositatem versus Lupricatum abstulit eis arma, quae deferebant non flagrante crimine: & quod peius est, accessit ad domos ipsorum, & vniuersa arma, quae in eis reperit, asportari fecit. Quare dictus dominus rex Martinus de consilio praedictorum attento quod ipse rex solutus est legibus, quibus secundum leges viuere velit, ut ff. de legi. l. princeps. & C. eo. l. digna vox. attento insuper, quia quod principi placuit, legis habet vigorem, ut instituit. de iure natu. gen. & ciui. §. sed quod principi. & ff. de constitu. prin. l. j. & attentis dicto vfatii. princeps namque. & vfat. si quis alicui homini iactauerit. & consuetudine generali, & conclusionem dictorum peritorum expresse approbando dictam consuetudinem, mandauit dicto vicario quatenus extemplo dicta arma restitueret dictis rusticis. Et asseruit in plena audientia esse quod si cessarent arma, & prohiberentur teneri, & deferri in hac patria, nequaquam homines bellicosos & strenuos haberemus: quos tamen in hac patria, quae est modica, necesse habemus: & haec necessitas facit dictam consuetudinem rationabilem: aliam fore vesania, ut dicitur in authentic. de armis. coll. sexta. Sicque dictum mandatum per dictum vicarium illico extitit adimpletum. Et ita exemplo ipsius regis iudicandum est de armis in hac patria, argument. extra de re iudica. cap. in causis. cum simil. & ad de qua continentur in sacramentali. c. j. & ix.

139 & ix. † Ego vero addendo praedictis, dico quod in hac materia armorum est reperire quatuor iura, quae diuerso tempore emanarunt. Primum fuit ius Digestorum, de quo habetur. ff. ad legem Iul. de vi pub. & hoc iure videtur statutum quod si quis vult portare arma extra ciuitatem eundo per itinera potest, aut vult portare per ciuitatem, aut in loco, ubi fit congregatio gentium, vel in foro iudicij: & non potest. l. secunda. §. primo. ff. ad legem Iul. de vi pub. l. & qui dolo. §. j. eodem titu. Secundum fuit ius Codicis, quo indistincte prohibita est delatio armorum, nisi principis licentia interueniat: ut C. ut armo. vsus in scio principi. in rubro & in nigro. Tertium est ius authenticorum, quo plus disponitur, scilicet ut non liceat etiam portare defendibilia: ut in §. penulti. in authen. de armis. Quartum est ius nouissimum, de quo loquitur §. si quis rusticus. de pa. te. in vlti. feud. & hoc iure statutum est quod itinerantibus licitum est deferre arma debito modo ad se defendendum a praedonibus, non autem ad nocendum alijs: & sic quo ad itinerantes concordat cum iure Digestorum, de quo in l. j. ff. de vi pub. Superuenit autem quintum ius consuetudinarium Cathalonicum, per quod permittitur indistincte arma tenere in domibus, & ea portare, quemadmodum superius fuit extensius commetatum. Et ista consuetudo, tanquam posterior iuribus supra allegatis, derogat ipsis iuribus, secundum Ange. in l. de quibus. ff. de legibus. & gloss. instituit. de offic. iudic. in princ. Nullum enim est ius merè positiuum, quin consuetudine mutari possit, secundum Baldum in feud. de prohib. feud. alie. per Frederic. §. prater ea. Et non modo hic est tolerantia principis, quae inducit consuetudinem generalem, iuxta not. in capitu. primo. de treug. & pace. & per Anto. de But. in c. fina. extra de consuetud. sed etiam expresse per ipsum dominum regem fuit confirmata ipsa consuetudo per mandatum factum causa cognita de restituendo dicta arma dictis rusticis eis a dicto vicario Barchinonae ablata, ut praefertur: quod mandatum ita solenniter emanatum habet vim legis, argumento. l. Imperialis. C. de legibus. Et pro permissione huius delationis armorum in vim dicti vfatii, princeps namque. & etiam praesentis. capitul. facit quod dicit

Baldus in commento rubricae C. qui admitt. ad bonorum possessionem: ubi dicit quod licitum est arma portare, vbiunque potestas ex causa legitima permitteret quod ciues portarent arma, puta propter partialitatem, vel propter guerram, quae esset in ciuitate, licet statutum fuerit iuratum ab eo, quod nullus portet arma. Et licet de iure prohibitum sit arma portare per quatuor iura per me superius allegata, atamen fallit in officialibus, qui arma portare possunt per not. text. in l. nam ad salutem. §. finali. ff. de offic. praefect. vigi. & ibi Bald. dicit idem in familia episcopi. Dicit tamen Hostien. in capitulo clericis. de vita & honore cleric. quod solet princeps permittere quem portare arma, sine tamen offensione alterius, ad inspiciendos agros, vel propter aliam iustam causam. Allegat. l. final. C. de proxi. sacro. scri. libro duodecimo. & ibi in dicta. l. finali dicit Nicol. de Neapoli, quod si quis vult ire foras ad videndum possessiones suas potest portare arma. & Andrae. de Iser. in capitulo primo. §. si quis. de pace tenenda, quod nobiles deposita administratione possunt portare enses, ad videndum agros suos. Idem dicas si quis portaret arma ligata, ut text. singul. in dicto §. si quis. Idem dicas si quis portaret gladium ad incidendum panem, vel ad pennarum moderationem, ut gloss. in authentic. de armis. §. prohibemus. in versu. promittimus. Idem dicas si quis portaret arma ad interficiendum bannitum, stante statuto quod bannitus possit impune occidi. Ita dicit Bald. in dicto capitulo primo. §. si quis. argumento capitul. sane. §. prater ea. de offic. & l. ij. ff. de iurisditio. omnium iudic. Idem in eiectione a pace & treuga, qui potest impune occidi, secundum not. per me in meis additionibus pacis & treugae, in additione vndecima. 142 † Idem dicas in clericis si transeunt per loca periculosa: quia tunc licitum est eis de defensionis causa arma portare, non ut percutiant, sed ad terrorem, secundum dominum Ant. in dicto cap. cleric. & ibi dicunt quod vbiunque agitur de periculo personae: licitum est clericis arma portare ad terrorem, non tamen ut percutiant. Et quod dixi superius quod de iure communi prohibitum est arma portare. Tu vero pondera, quia textus in dicto. §. si quis

rusticus prohibet rusticum portare arma, & de alijs nō facit mentionem: ergo sequitur q̄ non rustici possunt portare. stabitur enim illi iuri tanquā nouissimo: quia ex quo prohibet rusticis, ergo videtur concedere alijs. l. maritus. C. de procu. l. cūm p̄tor. ff. de iudic. c. nonne. de p̄sumpt. xxv. dist. c. qualis. Respōde, quia licet loquatur de rustico specialiter, non fecit hoc legislator seriose, & dispositiue: sed vt etiam prohiberet alijs. Et locutus est de rusticis specificē, quia rustici magis frequentare hoc soliti erant. Facit gl. in cle. j. de rescrip. & in c. ij. de confes. in vj. & in cle. j. de sup. neg. p̄lato. & in c. j. de rer. permu. eo. lib. l. ta le pactum. §. ff. de pact. Ad ea enim, quæ frequenter accidunt, iura adaptantur. ff. de legi. l. nam ad ea. & de testib. l. testium. §. fi. & quod ibi not. & de reg. iur. l. ea, quæ raro. & C. de ædific. priua. l. non in totum. & extrā de spon. impu. c. literas. in gl. penult. facit c. quoniam frequenter. vt lit. non con-

43 testa. ¶ Quæro, aliquis conduxit possessionem per certū tempus, locator petit pensionem, conductor dicit q̄ propter guerrā & incursum hostium non potuit colligere, an debeat fieri remissio pensionis. Bald. de pa. Constan. in verbo, vassalli. dicit q̄ aut superuenit guerra, & incursum hostiū post cōtractum locationis: & tunc remittitur pensio. Aut ante erat guerra: & tunc imputandum est ei. vnde non excusatur à solutione pensionis. Et istud idē dicit in l. si ea. C. loc. Et istud sequitur Lud. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de publi. Et hæc de materia guerræ tibi sufficiant. Et sit finis huius capituli. De materia guerræ inter homines de paratico, vide per Iacob. Callicij in tractatu de ea ab ipso composito, & commentato.

Qui homines vassallorum dicantur homines Principis, & qui non, & in quibus tenentur Principi ipsi, & illi.



Barones, vt sunt comites, vicecomites, valuafores, & consimiles, & etiam alij milites simplices, qui sunt vassalli principis huius terræ, habēt

homines quosdā sub se ratione feudorum, quæ tenent pro principe huius terræ. Et isti tales homines sunt homines ipsius principis tam iure fidelitatis, quā iure generalis iurisdictionis, quam ipse princeps habet in regno suo. Et ipsi barones vassalli nunquā possunt habere illos homines cōtra ipsum principē: sed ipse dominus princeps potest habere illos tales homines contra ipsos barones vassallos. Habent etiā ipsi barones vassalli alios homines ratione allodiorum ipsorū vassallorum: & isti homines tales non sunt homines principis, quia nō sunt in eius potestate. Ita quod iure fidelitatis, siue homagij sint ei astricti, tamen dicuntur esse in potestate ipsius principis ratione generalis iurisdictionis, quā habet in regno suo. Nā in omnibus hominibus regni sui habet imperiū. Omnia enim, quæ sunt in regno, sunt regis cōtra iurisdictionē. Vnde si quis baro in terra principis insurgit cōtra ipsum principem, & iste baro præcipit suis hominibus in virtute sacramēti, quod ab eis recepit, vt iuuēt eū cōtra principē, nō tenentur eū iuuare, cū sic grauiter delinquat ipse baro, quia crimē læsæ maiestatis cōmittit: vnde cū sic grauiter ipse baro delinquat, homines eius, quos etiā habet ratione sui allodij nō tenentur ipsum iuuare: nec præceptum dñi tunc ipsos excusat. Multo ergo tenentur minus ipsum iuuare homines, quos habet ratione feudorū, quæ pro ipso principe tenēt. Nam in grauioribus nec isti, nec illi debent domino obedire. Vinculum enim sacramenti ad hoc

hoc non ligat eos: quia turpium nulla est obligatio. Et hæc vera sunt, quando nulla ratione præcedente, & sine iuris fatica aliquis baro insurgit contra dominum suum. Si verò princeps iste iniuste daret damnum Baroni vassallo suo, auferendo ei feuda, seu allodia sine iuris fatica: tunc baro prius inuenta iuris fatica in ipso domino suo, potest iniungere hominibus sui allodij, vt ipsum adiuuent contra principem ipsum, si super hoc insurgendo contra eum vellet se defendere: & ipsi homines sui allodij tenentur ipsum dominum vassallum principis iuuare, sicut moris est Cathalonix.

S Y M M A R I V M.

- 1 Baronis nomine qui ueniant. Homines baronis qua ratione sint principis.
- 2 Rex in suo regno generalem habet iurisdictionem.
- 3 Regi fidelitas debetur ab omnibus regni hominibus.
- 4 Homo hominis mei an sit homo meus.
- 5 Homines baronis non tenentur homagium regi facere.
- 6 Imperium merum an ueniat iurisdictionis appellatione.
- 7 Principis sunt omnia, quæ sunt in regno, quod ad iurisdictionem attinet.
- 8 Baro contra principem insurgens committit crimen læsæ maiestatis.
- 9 Crimen læsæ maiestatis à quibus committi dicatur.
- 10 Stipulatio nulla est, quæ turpis est. Baronis homines quado ipsum contra principem iuuare tenentur.
- 11 Princeps sine causa vassallos seu bona capere nequit.
- 12 Singulorū personarū bona auferri possunt: ex iusta causa.
- 13 Rex uisitur hominibus baronis contra baronem.
- 14 Comitibus nomine quis ueniat.
- 15 Valuafor quis dicatur.
- 16 Simplex, & simpliciter, quid significant.
- 17 Negatiua uniuersalis omnem aufert potestatem.
- 18 Baronis subditi an ei potius obediant, quā regi.
- 19 Principi contra conscientiam non obediendum.
- 20 Fidelitas an sit regi ab omnibus præstanda.
- 21 Comites an habeant merum Imperium.
- 22 Rex in barones merum habet Imperium.
- 23 Vassallus dominum contra quos iuuare tenetur.

- 24 Barones regni an possint licite contra regem bellum mouere. 29.
- 25 Argumentum à uerisimili in statutis locum habere potest.
- 26 Argumentum à sensu contrario in statutis an ualeat.
- 27 Exorbitantia à iure communi non sunt extendenda.
- 28 Lex quæ ad duos sensus trahi potest, secundum mitiorem debet intelligi.
- 30 Baro quando licite possit resistere domino.
- 31 Vassallus an aliquando possit licite impugnare personam domini sui.
- 32 Vassallus quando dominum suum diffidare possit.
- 33 Rex an possit contra baronem producere homines baronis.
- 34 Indefinita quando non equipolleat uniuersali. 37.
- 35 Rex an super omnes homines sui regni habeat imperiū.
- 36 Hereticus est, qui principi non obtemperat.
- 38 Princeps solus de militibus & generosis personis cognoscit.
- 39 Legem condere rescribendo quis dicatur.
- 40 Familiares militum an gaudeant privilegijs ipsorum.
- 41 Filij forū patris sequuntur.



Barones. Diuide istud. c. in quatuor partes. In prima parte dicit qualiter barones, qui habent homines sub se ratione feudorum non possint illos habere contra dominum regem, sed dñs rex cōtra eos. In ij. parte dicit qualiter ipsi barones habent alios homines, qui nō sunt principis, nisi quantum ad generalem iurisdictionem. In iij. parte dicit qualiter hoies baronis insurgentis se contra principem non teneantur eum iuuare, si sine causa, vel iuris fatica se insurgit. In iiii. parte & vltima dicit quod cum causa & præcedente iuris fatica ipsius baronis insurgentis contra ipsum principem ipsi homines eundem baronem iuuare tenentur. Prima pars incipit ibi. barones. Secunda pars ibi. habent. Tertia pars ibi. vnde. Quarta pars ibi. si verò. Casus. Barones, qui habēt sub se feudatarios, non possunt illos habere contra principem, sed econtra princeps contra baronē eos habere potest. Alij verò homines, quos ipsi baronis habent ratione allodiorum vassallorum non sunt homines principis, nisi ratione generalis iurisdictionis, quam habet in regno suo. Nam in omnibus hominibus regni sui habet merum Imperium, & omnia quæ sunt in regno sunt in rege ratione ipsius generalis iurisdictionis: nec ipsi homines tenentur iuuare ipsum baronem insurgentem se contra principem, nisi ex iusta causa ipse baro contra principem insurgat, & data prius

prius fatica, atq; inuenta à dicto barone in ipso principe: quia tunc insurgente ipso barone possunt illum in defensionem iuuare. h. d. Collige notabilia. Not. primò qui dicantur barones. ¶ Nota secundo, quòd appellatione baronum veniunt comites, vice, comites, comitores, seu nobiles, & valuafores. Et ita tenet Iaco. Callicij in viridario militiæ, in ij. q. §. quæro circa primum punctum. Adde Gemi. in c. gradij. extra de sup. neg. praela. libr. vj. Not. ij. quòd homines, quos barones habent ratione feudorum, sunt principis tam ratione fidelitatis quam iure generalis iurisdictionis, quam habet in regno suo. ¶ No. iij. quòd dominus rex habet generalem iurisdictionem in regno suo. vide Specu. in titu. de feud. §. quoniam. versi. & not. Omnis enim iurisdictione, & districtus apud principem est, secundum Bal. de natu. feud. in vsib. feu. & per eum de alio. & per eum de pa. Const. & ab illo defluunt tanq; à mari fontes, secundum Bal. ibi. & Ang. in l. j. ff. de offic. eius, cui man. est iur. Non enim istam supremam iurisdictionem princeps donare potest. Bald. in l. cum urbem. §. cum urbem. ff. de offic. præfec. urb. ¶ No. quintò quòd omnes homines regni tenentur defidelitate domino regi: nam in omni sacramento quod præstatur inferiori principis, excipitur ipse princeps: de prohib. feud. alie. per Fred. §. illud. & in c. j. h. c. si. lex Frede. deinde incipit consuetudo regni. §. si. vide quæ scripsi supra. c. j. vbi tractavi materiam fidelitatis. Not. vj. quòd dominus rex potest habere ipsos homines dictorum baronum contra ipsum baronem, & non econtra ipse baro eos contra dominum regem. vide Iaco. Callicij in exgrauatorio curiarum. §. vij. versicu. xcvj. Not. vij. quòd barones ultra feudatarios habent alios homines ratione aliorum allodiorum ipsorum vasallorum. ¶ Nota viij. quòd homines hominis nostri non sunt nostri, nec etiam sunt regis: sed quauis non sint in potestate regis, ita quòd iure homagij sint regis, alitri tamen ipsi sunt in potestate regis iure generalis iurisdictionis, quam rex habet in regno suo. Nam verbum potestatis pluribus modis sumitur: quoniam in omnibus regni sui habet merum imperium: quia sicut omnia sunt Imperatoris quantum ad iurisdictionem, cum sit mundi dñs: sic omnia quæ sunt in regno, sunt regis

quantum ad iurisdictionem: vt hoc not. Io. de bla. de actio præiudicia. circa finem media colum. Et adde Specu. titu. de feud. §. quoniam. versicu. & not. cum versicu. sequen. vide infra cap. si aliquis habet. ¶ No. nonò quòd homines baronis non sunt adstricti facere homagium domino regi. Et est ratio: quia ipsi dicto baroni illud facere tenentur, & ipse baro illud facit domino regi: dum tamen ipse dominus rex iuret libertates & constitutiones: vt in cap. Item quòd nos vel successores nostri. in secunda curia Barchinonæ regis Iaco. secundi. Nota decimò quòd merum Imperium regni pertinet domino regi in omnibus locis Cathalonæ. concord. vsatic. ex magnatibus. & ibi Iacob. de Monteud. eo ipso quòd rex intelligatur rex, habet supremam potestatem, & iurisdictionem secundum Baldum in proce. Digesti veteris. ¶ An autem appellatione iurisdictionis veniat merum Imperium, regulariter quòd non, vt patet, & not. in l. Imperium. ff. de iurisdic. om. iudi. nisi omnimoda iurisdictione concederetur: quia tunc venit, & etiam missum, vt ibi tenet gloss. & Ludouic. in l. si duo. ff. de acquirenda hæredita. Bal. verò. de pa. Const. dicit quòd merum & missum Imperium dicitur iurisdictione. Nota tamen quòd princeps concedente omnimodam iurisdictionem, transit merum imperium. gloss. in c. j. de foro competen. in cle. super verbo, omnimodam. Anton. de Butri. in capit. per venerabilem. qui fil. sint legit. ¶ No. vndecimò, quòd omnia, quæ sunt in regno, sunt principis, quantum ad iurisdictionem. vide l. bene à Zenone. cum ibi not. per gloss. & doct. C. de quadri. præscrip. Pet. Iaco. in libel. titul. de iure libel. Nota duodecimò quòd homines baronum non tenentur iuuare baronem contra principem. Adde Iacob. Callicij in exgrauatorio curiarum. §. septimo, versiculo nonagesimo septimo. ¶ Nota decimotertio quòd si vasallus se insurgit contra principem committit crimen læsæ maiestatis: nã crimen læsæ maiestatis committitur, quando aliquid molitur contra principem, vt puta contra eum se rebellando. Vide gloss. institut. de hæredi. quæ ab intest. defensio. §. interdum. & ibi Angel. Areti. in extrauagan. quoniam nuper. & ibi Bartol. est text. in l. quisquis. C. ad legem Iul. maiestat. ibi vel cuiuslibet

bet. Crimen enim læsæ maiestatis per subditum committitur. Bald. in l. ij. C. de vind. lib. & in l. ij. C. de fal. mo. & intellige subditum etiam ratione domicilij: vt per eum in l. exequutor. C. de execu. rei iudi. ¶ Nã habens domiciliũ ita incidit in crimen læsæ maiestatis, sicut naturaliter subiectus, vt ibi. An autem committatur per non subditum. Bal. in l. omnes. §. j. C. de episc. & cleri. Tex. in l. omnes. de dela. & Andr. de Sicil. in c. testimonio. de testib. Nota. xiiij. quòd vasallus in grauioribus domino obtemperare non tenetur, argumento. l. seruus. ff. de actio. & obl. & gl. in l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. Not. xv. quòd vasallus magis est obligatus domino regi q; eius domino. in feu. h. c. fin. l. Fred. deinde incip. consuet. reg. §. fina. ¶ No. xvj. quòd stipulatio turpis, est nulla: quia turpium nulla est obligatio. l. iuregenium. §. si ob maleficium. & ibi gl. ff. de pact. & ibi glo. & Bart. in l. generaliter. ff. de verb. oblig. Not. xvij. quòd si princeps sine causa, atq; iuris fatica auferret feuda baroni, seu alodia, quòd inuenta iuris fatica in principe potest mandare ipse baro ipsis hominibus suis vt ipsum adiuuet contra ipsum principem: & ipsi homines dictum baronem dominum eorum iuuare tenentur in defendendo eum ab iniustitia principis: quia in hoc casu eis licitum est dominum eorum contra principem iuuare. De ista fatica vide in vsat. si quis dixerit se fatigatum. & quæ latius scribam in repetitio. vsat. simili modo. ¶ No. xvij. quòd res sine causa à vasallo per principem auferri non potest: ideo permittitur resisti, vt in c. Et est ratio, quia in Cathalonæ princeps habet iudicare per directum: vt in constitut. Ceruarie. c. in primis. Regis Petri tertij. & vsat. alium namq; videl. toties. ff. de pollici. §. penul. & ibi Bart. & l. si priuatus. ff. qui, & à qui. & Bart. in l. omnes. C. si contra ius vel vtili. publicã. Adde quòd Imperator de absoluta potestate potest tollere mihi ius meum. & alteri concedere, secundum Ang. in l. his. ff. quod quisq; iuris. alleg. Cy. in l. bene à Zenone. quod secus est in inferiore à principe, nisi causa suadente, vt ibi. Vide Ange. in l. si verberatum. §. si quis. ff. de rei vendi. & per eundem in l. venditor. §. si constat. ff. communia prædi. vbi dicit quòd ibi est casus quòd sicut princeps habet potestatem tollendi iura singularium personarum, allega. d. l. bene à

Zenone. ita per statutum & consuetudinem aliqua iusta causa suadente potest auferri singulari personæ. Casus est ibi, & in l. si pendentes. §. si cloacarij. ff. de vsufruc. C. de decurio. l. doctus. lib. xij. & ibi gloss. tenet Innoc. in c. ij. de consuetud. vbi addit quòd tunc est necessarius consensus priuati. Sed Ange. ibi hoc non credit. Et hoc idem videtur tenere Innoc. in c. in nostra. de iniur. & dam. da. vide Ange. in l. ij. C. de quadri. præscrip. Tu verò super hoc recurre ad no. per Iaco. Callicij in viridario militiæ. in ij. q. principali. §. quæro vtrum personis prædictis. vbi extensè tractauit hanc materiam, & dedit intellectum ad hanc consuetudinem quo ad contenta in hoc notabili. ¶ No. xix. & vltimò quòd regulariter dominus rex habet homines baronis contra ipsum baronem, vt h. c. in princ. fallit vt j. eod. §. si vero. Expone literam. Comites. Ille dicitur proprie comes qui habet comitatum. text. & ibi Bal. in feu. quis dica. dux, mar. & glo. in l. j. ff. de tut. & cura. da. ab his. Item comes est qui est de stirpe comitum licet non admittat comitatum. xxiij. q. j. si quis de comitissa. glo. in l. si. de arbit. Sed dicit q; iste talis abusiue, & improprie dicitur comes, quia sine comitatu non dicitur proprie comes, secundum Bal. vbi supra. Quis autem sit maior, comes, vel Marchio. Hosti. in summatu. de poenit. §. quibus confitendum. versi. cui marchio. vbi dicit quòd secundum consuetudinem prouinciarum alter est maior altero: & ibi q; marchio dicitur spectabilis, comes dicitur clarissimus. j. q. vj. c. anteriorum. ¶ vbi de hoc plenè. ¶ Et not. q; cum hoc nomen in singulari reperitur scriptum in vsaticis Barchinonæ, intelligitur & intelligi habet de comite Barchinonæ: vt in vsatico, cum dicitur in verbo, comes. & ibi Guliel. de Valleficha, & Iac. Callicij, & in vsatico, ij. & iij. ibi seq. etiã in vsaticis placitare. qm in singulari loquitur dicti vsatici, & ponitur dictum verbum in eis. Si autem poneretur verbum istud in plurali, intelligitur de ceteris comitibus Cathalonæ. Et ita est h. c. & in vsaticis omnes homines. lo. iij. & in vsaticis iudicium in curia datu. Et idem videtur dicendum quòd aliquando in vsaticis fit mentio de principe, & aliquando potest stare in singulari, quandoq; in plurali. Primo casu refertur ad comites Barchinonæ: secundò verò casu ad comites Cathalonæ. Et ita vsi fuerunt

runt vsatici Barchinonę verbo singulari de comite Barchinonę intelligendo, vt vsatici. & vsa. iudai. & vsa. omnes homines. Io j. & vsa. similiter & si senior. & vsat. seq. & vsa. & si à potestate. & vsat. omnes homines si à vicecomitibus. & vsa. camini. & vsa. seq. & vsa. Christiani. & vsa. princeps nanque. Et in plurali aliquando locuti fuerunt vsatici, intelligendo de alijs comitibus Barchinonę, vt in vsa. rocas nanq. & ibi aperte probatur q̄ intelligi habet de comitibus Barchinonę, cum in textu dicatur, sine licentia, & cōsilio principis, scilicet comitis Barchinonę, cum de alio non potuerit loqui, ciuilitate loquendo: sed in vsatico, strata. & in vsa. ex magnatibus. & in vsat. quia iustitiam. in fi. & in vsa. mulieres. & in vsat. hoc quod iuris est sanctorū. & in vsa. omnes homines postquā acuidauerint & c. in quibus vsaticis loquitur, & loqui, ac intelligi habent de omnibus comitibus Cathalonie.

15 Valuasores. † Quis autē dicatur valuasor, tex. est in d. c. j. quis dicatur dux, march. vide Io. Blanch. in summa feud. ti. de vasallis & eorū differentijs. §. & quidā vocant. & §. in nomine. vide textum, & ibi Iac. Callicij in vsa. & qui interfecerit. in quibus iuribus habetur q̄ valuasores vocantur, qui à baronibus, vel capitaneis, quod idē est, feudū habent, & aliquos milites sub se, & ibi Iac. Callicij dicit q̄ nobiles sunt comitores, & capitanei, seu valuasores magni. Consimiles: vt sunt vicecomites, & comitores, argumento dicti vsati. & qui interfecerit. Milites. Quis dicatur miles. l. j. §. milites. ff. de testamē. milit. Simpliciter. id est, puri milites.

16 † Nam dictio simpliciter exponitur, id est, pure: vt glof. in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de ver. obli. aliquando intelligitur sine distinctione: vt l. j. ff. de vulg. & pup. & in l. cōiri. ff. pro socio. in cle. sape. in verbo, simpliciter. de ver. sig. vide Bal. in l. j. in prin. C. de ædil. edic. & Imol. in d. §. si quis simpliciter. & ibi Ludo. Non enim dicitur ex simplicibus peruenire id, quod cum alio permiscetur, secundum Bal. quib. mod. feud. vide Bartol. in l. manifestissimi. sed quarebatur. C. de fur. & late Bald. in l. eam. quā. in lectura antiqua. C. de fideicommiss. Nunquam. Est dictio negatiua † & negatiuum vniuersale omnem potestatem aufert: vt legitur & not. per Ioan. And. & Zen. in cle. vlti. & de ara. & quali. in verbo, nullo mo

do. & in cle. j. de seq. poss. in verbo, nullatenus. & Archid. de elect. c. cum ex eo. in verbo, omnino. lib. vj. principis. Quis dicatur princeps, dixi supra cap. proximo. & adde hīc quę dixi supra eo. de principe in verbo, Comes. Regno. Vnde processerunt regna, Iacob. de Bellou. in authen. quomodo debet. Merum idem quod purum. Ange. de Pu. in l. v. ff. de diu. stip. Bald. in l. etiam. C. de obseq. à liber. præst. & Ang. de Are. in stit. de diu. stip. Regē. Quis dicatur Rex, vide glo. & Nico. in cle. j. de baptis. in verbo, regnum. Terra. id est, patria. l. iij. C. de natu. lib. & late Bart. in l. vrbs. ff. de verbo. signifi. Homines. subaudi tam feudatarios, quā allodiaris Non tenentur. scilicet ipsi homines. Laesa maiestatis committit. subaudi aduersus principem, cōtra quē insurgit: cum tale crimen aduersus principem committitur, vt dixi in notabilibus. Quos ipse habet ratione allodij. subaudi, nec etiam ratione feudorum, vt sequitur. Vinculum. id est, obligatio. Iniungente. id est, mandante. Homines sui allodij. subaudi. & etiā feudorum. Defendere. Nō ergo tenentur etiam iuuare ad offensionem, sed tātū ad defensionem, ne bona eorum domini per principem ipsis nō vocatis, nec contumacibus, ac incognitionaliter occupentur. Et ipsi homines sui allodij. subaudi & etiam feudorum. Sicut moris est. id est, consuetudinis: quia nulla est differentia inter morem & consuetudinem, secundum Ludo. in l. more. ff. de acquir. heredi. Exposito textu veniamus ad oppositiones.

18 † Oppo. primō, quod isti homines potius obedire teneantur baroni, quā domino Regi: vt j. c. proximo. §. non tamen negandum. Solu. quod hīc dicitur, est regulare, quando baro insurgit contra principem, nulla iusta causa precedente, neque data iuris fatiga. fallit in casu huius cap. §. si verō. & etiam fallit, quando Rex mandat dictis hominibus aliquid gratia alterius negotij, quā pro defensione patrię: quia tunc prius debent obedire baroni, quā domino regi, vt ibi. Sed contra istam secundam fallentiam oppo. quod etiam dicti homines obedire tenentur potius domino Regi in alijs negotijs, quā pro defensione patrię, quā etiam dicto baroni, vt puta quando proceditur in vim vsati. princeps nanque auctoritate & rogatu, moneta simili modo, camini, &

ni, & strata. & etiam in executione pacis & treugę, & soni emissi, & similia. Sol. ista secunda fallentia est vera regulariter in se: fallit in dictis casibus, quia sunt regalia principis, quę nunquā transeunt, neque veniunt in quibusuis concessionibus factis per dictum Regem de marchionatibus, ducibus, comitatibus, aut alijs baronibus, secundum scripta per me latius in additionibus pacis & treugę. in additione. xliij. & sic in præmissis, & alijs regalijs principis, vt est in casu constitutionis Regis Alfonso incipientis, les causes dels pubilles, & alijs regalijs principis dicti homines potius domino Regi, quā ipsi baroni obedire tenentur. † Sed si dominus Rex aliquid mandaret contra conscientiam, non est ei obediendum, secundum Bald. in authen. habita. C. ne fil. pro pat. vbi dicit quod prius est obediendum Deo, quā Casari. Vnde si Cesar mandat id, quod est contra conscientiam, non est ei obediendum, nec in pace, nec in bello. Dicit enim Innocen. in c. cum parati. de re iudi. quod parēdum est papę, nisi mandet aliquid contra deum. Oppo. secundō, quod omnes homines fidelitatem iurare tenentur domino Regi, vt in vsa. omnes homines. Sol. † Quod hīc dicitur, loquitur in hominibus ipsorum baronum ratione allodiorum, qui sunt inferiores militibus: ibi verō loquitur in alijs hominibus superioris gradus, vt puta vicecomitibus vsq; ad inferiores milites: & sic alijs, qui nō sunt milites, excluduntur à dicto vsat. cum in dicto vsa. sit dictio vsq; quę est inclusiva, vt dixi latius supra in c. vasall. si decesserit. in ij. q. Vel dic quod hīc loquitur in hominibus baronum, qui non tenentur iurare fidelitatem, nec homagium facere domino Regi, cum tantum dicto baroni homagium, & fidelitatem prestare tenentur. vsaticus verō loquitur in alijs, qui sunt homines principis, & in ciuitatibus, villis, & locis regis moram trahentes: quia illi tales dictam fidelitatem & homagium dicto domino Regi prestare tenent, vt ibi. Vel dic quod dictus vsaticus loquitur in feudatarijs, qui tenent feuda pro domino Rege. Nam in dicto vsatic. est verbum, eorum, cui subaudiendum est, scilicet principis, secundum Guliel. de Valle. & Iacob. Merquilles, & bene: licet Thomas Mieres aliter ibi dixerit minus bene: hīc verō de non feudata-

rijs domini Regis, sed sunt homines ipsius baronis. Vel dic quod istud capit. tantum loquitur de homagio, quod ipsi homines baronis domino Regi prestare non tenentur. dictus verō vsatic. loquitur in fidelitate: quoniam omnes homines huius principatus, etiam baronum, & ecclesiarum, tenentur de fidelitate domino Regi, vt hīc, etiā si fuerint prælati religiosi, vel alijs clerici habentes vel tenentes feuda, iurisdictiones, vel regalias dñi Regis: vt in c. intellecto. de iur. reur. & plus est facere, & iurare fidelitatem, quā facere solum homagium. in homagio solum verbo & manuali promissione promittitur fidelitas: in sacramento autem fidelitatis nō solum verbo se obligat ad fidelitatem, sed etiam sacramento. Et plus est sacra tangere, quā solas manus: & plus est iuratoriā promissionem facere, quā facere manualemente repromissionem: vt extra de senten. excom. cap. super eo. secundum Raymundum Ballistarij in dicto vsatico, omnes. vide quę scripsi de fidelitate. in cap. primo. supra. & de homagio supra, in cap. duplex. † Oppo. tertio, quod comites, qui veniunt appellatione baronum, vt dixi supra in secundo notabili, habeant merum imperium: vt in vsat. ex magnatibus. §. quia iurisdictionem. Solu. omnes illi, qui ab antiquo vsi fuerat possessione, vel quasi meri imperij, habent illud merum imperium hodie, & illud exercere possunt, cum eis illud per dominum Regem fuerit confirmatum: vt in constitutione Regis Petri secundi, in secunda curia Barchinonę. cap. item restituimus. cum capit. seq. & quod barones hodie habeant dictum merum imperium, colligitur in constitutione eiusdem Regis in curia Barchinonę. cap. item q̄ vicarij. nam licet de iure ciuili antiquo Reges dicantur habere imperium in omnibus locis regni sui, tamen hodie etiam pertinet baronibus in eorum baronibus: quia imperium est scissum, vt not. in rubri. C. de stud. lib. vrb. Ro. lib. vj. & in feu. de sta. contra lib. c. j. §. si verō dominus temporalis. & no. in c. pastoralis. de re iud. in cle. vide Iac. Rebuffi super dicta rubri. qui dicit q̄ dicta glo. est vera quo ad merum imperium & iurisdictionem in territorio, quę principes, reges, dominos, & comites ex concessione imperatoris vel ex consuetudine sibi quærere potuerunt. Pro hoc vide Bald. in l. j. C. de eman. lib. & Ange. in l.

hac iura. ff. de ser. vrba. prad. & Bart. in l. imperium. & in l. more. ff. de iurif. om. iudi.

22 Vel dicit quod dominus Rex habet in barones meru imperium, vt hic dicitur, quod non potest a se abdicare, licet illud transferat quo ad exercitiu: & sic loquitur dictus vsat. Ita tenent Spec. & Io. And. in addi. ti. de iur. om. iud. vide ibi Bald. in addi. vbi dicit quod princeps habet imperium liberu: & ita loquitur: sed alij inferiores habent imperium subnixum, quia sunt vocati in partem sollicitudinis, non in plenitudine potestatis. l. j. ff. de offic. eius, cui manda. est iurisd. & ita loquitur dictus vsat. & alia iura municipalia supra allegata. Et ista solutio plus mihi placet. Adde ad predicta gloss. in authent. de defen. ciui. s. audient. vbi dicit quod merum imperium fuit vsurpatum a pace constantia citra. † Oppo. quarto, qd vasallus teneatur iurare dominum suum contra omnes: vt in feud. hic fin. lex Fred. deinde incip. consuetu. reg. c. j. s. contra omnes. & j. c. si aliquis. s. item debet dominum suum iurare. Sol. Quod ibi dicitur, est regulare: fallit vt hic. De hoc latius scripsi supra. in c. duplex. in v. opposi. vbi dedi alias limitationes ad hoc. Oppo. quinto, quod etiam in casu dicti s. si vero. non sit licitum predictis hominibus eorum dominum iurare contra principem: quia in quacunque fidelitate prestita ipsi baroni dominus Rex videtur exceptus: vt in feud. de prohibi. feu. ali. per Lotha. s. fi. & de prohibi. feu. ali. per Frede. s. illud. & latius per Io. de Bla. instit. de actio. s. praedudiales. circa finem iij. col. & in Spec. titu. de feud. s. quoniam. vers. xv. & seq. & Ioan. Fab. instit. de pce. te. liti. Sol. Quod ibi dicitur, habet locu regulariter: fallit, quando dominus Rex sine causa saltem iusta, & nulla fatuca data per dominum Regem, sed incognitionaliter aufert feudum, aut rem, quod, seu qua ipse vasallus possidet, spoliando eum a dicto feudo, vel re, causa no cognita, vt hic. Vel dicit qd illud est de iure communi feudali: quod hic dicitur est de iure consuetudinario Cathalonico, vt dicitur in fine huius capituli, quod taquam posterius dicto iuri communi derogat, secundum Ang. in l. de qbus. ff. de legi. † Quero primo, vtru sit licitum dictis baronibus in casu huius. s. si vero acuydare, vel diffidare, aut guerragare serenissimum dominu Regem. Mili-

tes, & personae generosae in Cathalonia dicunt per hoc cap. & per vaticum cunctum malum. & per vatic. si quis dixerit se fatigatum. & per constitutionem, in Christi nomine notum sit cunctis. s. eodem modo. milites in pace & treuga, qd si dominus Rex, vel alius aufert castrum incognitionaliter nulla fatuca iuris data, neque contumacia in vasallum reperta, neque processo per directum secundum vaticu. alium nanque. & constituit. Ceruaria. cap. in primis vel nolit restituere castrum per potestatem in calibus, in quibus illud restituere adstrictus sit, vel teneat aliquid pro ipso milite: & miles sit paratus ius facere in posse sui iudicis, quod no recepta dicti iuris firma miles potest guerrificare dominum Regem, vel aliu dominum ratione feudi: & ita antiqui sapientes consuluerunt. Ego vero dubito multum in hoc: & quicquid sit seruatum seu consultum temporibus preteritis, semper tenerem cotrarium: quia dicta iura allegata, ex quibus asserunt fundare eorum opinionem, hoc non probant. Nam vsat. cunctum malum. non loquitur de principe, quia in generali sermone no venit persona loquentis: vt l. inquisitio. C. de solutio. cum ibi nota. per glo. & Cyn. & tenet Bal. hic finit lex Frede. deinde incip. cofue. reg. s. fina. quia qualibet res naturaliter appetit conseruationem sui esse: vt not. ff. de verb. significationib. l. liberorum. Non enim intelligitur, nec verisimile est, dominum Regem, & comitem Barchinonae condendo dictum vatic. legem ponere voluisse contra seipsum. ff. de pecu. lega. l. peculium. s. licut. ff. de fideicommiss. liber. l. Lucius. s. fin.

25 † Argumentum enim a verisimili habet locum in statutis. gloss. in l. tale pactum. s. fin. ff. de pact. Non enim per proprium statutum aliquis ligatur, secundum Bald. in l. digna vox. C. de legi. & in authen. quibuscunq. C. de fac. sanct. eccle. & in feud. de alio d. & probatur per d. l. digna vox. Item dictum vsat. directe non disponit quod permittatur vasallo dominum Regem posse acuydare, & guerrificare, dato quod dominus Rex ligaretur ex ipso vsa. ideo vt talis diffidatio & guerrificatio sint permittae, assumi oportet argumentum a cotrario sensu: sed argumentum a cotrario sensu non habet locum, quando resultat iuri communi cotrarius intellectus. C. de codi. infer. l. ij. glo. in c.

in c. vno. de eta. & quali. lib. vj. & in c. cum apostolica. extra de his, qua fi. a prael. secudum Ludo. in repeti. authen. similiter. C. ad leg. Falcid. vers. xix. circa specialitates vltima voluntatis, vel si resuleret absurditas aliqua, vt ibi: sed si tale argumentum assumeremus, resuleret cotrarius intellectus iuribus allegatis supra in xij. notabili. & etiam maxima absurditas qd vasallus posset dominum Regem diffidare, & guerrificare, cum teneatur sibi de fidelitate. † Igitur assumi non debet, nec argumentum a cotrario sensu in statutis assumitur, quando sine tali argumento aliquid operaretur, secundum Rapha. & Ioan. de Imo. in l. si cum dotem. ff. solu. matrimo. Et sic iste vsat. sine dicto argumento bene potest aliquid operari. igitur & c. Nec etiam dictus vsat. si quis dixerit se fatigatum. probat quod diffidatio permittatur vasallo contra dominum Regem: quia licet in principio dicti vatic. fuerit facta mentio de principe quo ad fatigationem iustitiae, attamen quando loquitur de diffidamento, aut acuydamento, de eo no loquitur, sed tantum de seniore suo, & sic ad principem no debet extendi: quia in odiosis non fit extensio. c. odia. de regul. iur. lib. vj. † Exorbitantia enim a iure communi non extenduntur, secundum Salice. in l. si quis. C. de inter. ma. Nec obstat si dicatur quod ad proximiora fienda est relatio. l. si seruus. s. fi. ff. de legat. j. & c. causam, de rescrip. quia quando in statuto est diuisio per versiculos posita in vno, non refertur ad superiora. gloss. in c. vt circa. de elect. lib. vj. in verbo coram. sed in dicto vsat. est diuisio per versiculos, vt ibi: aut opposuerit, & c. & ibi: aut dixerit, & c. & sic verbum diffidatum, vel acuydatum, ad principem non refertur. Et facit pro hoc quod dixi supra, de argumento a cotrario sensu. Nec etiam dicta constitutio in Christi nomine. s. eodem modo probat opinionem dictorum militum, & sapientiu: quia ibi non permittitur diffidatio, aut guerrificatio contra dominum Regem, sed innuit quod in fatucam domini Regis vel vicarij potest malu inferri hominibus regijs. Quod verbum Malum inferri, ciuilititer est intelligendum, scilicet pignorando, & marchando per via iustitiae. † Nam quando aliqua lex ad duos sensus potest trahi, semper debet assumi ille sensus, qui delictum excusat. argu. l. me-

ritu. ff. pro soc. Barto. in l. gerit. ff. de acqui. haered. in v. col. & Bal. in l. j. C. de fac. sanc. eccle. Verba enim dicuntur ciuilititer intelligi, quando cessat amara interpretatio: quia ciuilititer exponitur, id est, curialiter, & remota stricta seueritate, secundum Nico. in rubrica. de iudi. alleg. l. si cui. de serui. Nemo enim in causa sua propria potest sibi ius dicere, aut vindictam assumere. l. nullus. C. de iuda. cu ibi not. & in rubro, & in nigro. C. ne quis in cau. sua. Vindicta enim no est permittita de iure ciuili. Bartol. in l. furem. ff. de lica. nec valet consuetudo. quod aliquis ius sibi dicat. Inno. & Host. in c. postulasti. de fo. compe. nec resistendum est principi. argumeto l. prohibitum. C. de iureff. cum ibi nota. † Et sic patet qd dicti milites, & alij homines de paratico, non possunt, neque debent guerrificare dominum Regem, cum eis no permittatur, cum ipsa iura illud non probant, per ea, que dicta sunt. Et pro hoc facit tex. in authen. de app. & intra que temp. s. ad hoc sancimus ibi: vel quis tanta est autoritatis, vt nolentem principem possit ad conuocandos patres, caeterosq. proceres coarctare: cum ibi not. in gloss. debet ergo princeps cum supplicationibus induci, & alias vt alijs remedijs ciuilibus, & ordinarijs, cum multa alia remedia habeant ex quibus eorum ius saluum erit. Et hac partem sequitur Iaco. Callicij in viridario militie. in ij. q. s. quero vtrum personis predictis. & ibi dat intellectum ad huc s. si vero. & ibi vide. † Puto tamen, & ita istud dictum venit limitandum, qd si dominus Rex tyrannide & cum seueritate se haberet contra ipsum baronem, & casus esset irreparabilis, & nullum aliud remedium dicto baroni competeret, quam per resistentiam, qd eo tuc licitum esset baroni impune resistere domino Regi, & guerra sibi facere, defendendo, per ea, qua scribam in sequenti quaestione. Et ita potest saluari opinio antiquorum sapientum. Et pro hoc allego singulare dictum Innoc. in c. inquisitioni. de senten. excommu. vbi dicit non esse parendum papae, si ex mandato suo veniret aliquod malum futurum, vel timeretur scandalum. † Quero, vtrum baronibus, aut alijs vasallis sit licitum acuydare, seu guerrificare personas dominoru suorum, & quorum ipsi sunt vasalli seu feudatarij? Et Iac. Callicij in viridario militie in secunda q.

ciuilititer quali est

Venetie et ear. ten Venetj seu Veneti quos redit vocare Veneticos.

habenedictos de re pui, cu Rege maturus agendum. Item de dire in laerm. Item tentare gando. felix q. fuit aliena uila Caution.

putat quod sic, per text. vfat. si quis dixerit se fatigatum. & vfat. cunctum malum. sed isti vfat. hoc non probant, nisi per argumentum a contrario sensu, quod assumi non debet: vt dixi supra. Vterius allegat vfat. qui seniore suum despexit. qui etiam minus probat quod licitum sit eis acy dare dominum, cum talis vasallus, qui diffidat dominum, punitur in amissione feudi per ipsum vfat. & sic si licitum ei foret guerrificare dominum suum, poenam non meretur. l. Gracchus. C. de adulter. potest etiam allegari vfat. qui ira ductus. sed etiam dicitur vfat. istud non probat, cum non sit excusatus a poena. Demum allegatur a dicto Iaco. Callicij vfat. item constituerunt saepe dicti principes. & credo quod iste vfat. bene probat licitum esse dictis vasallis dictum diffidamentum, cum ibi sit casus rotundus de hoc. & potest etiam allegari vfa. omnes homines postquam acy dauerunt potestates. Sed in contrarium facit vfa. per bonum. vbi videtur casus quod non est licitum vasallo acy dare, vel diffidare dominum suum neque eum encalcare, requirere, vulnerare, aut capere: nunquid igitur bene dicat Iacob. Callicij: Et dico quod eius opinio indiget maiori examinatione. † Aut ergo vasallus diffidat dominum suum per iram, aut ex certa scientia, sine fatigatione de directo, aut cum fatigatione. Primo casu non est licitum vasallo diffidare dominum suum: ideo si ipsum per iram diffidauerit, priuatur feudo reuocabiliter: quia firmando sibi de iure & de honore cum iuramento emendo, recuperat feudum. Et ita loquitur dicitur vfat. qui ira ductus. & vfat. per bonum. Secundo casu etiam dico idem quod non est licitum eum diffidare: ideo si ex certa scientia eum diffidauerit, perdere debet feudum, & alia cuncta, quae pro ipso tenuerit irreuocabiliter. Et ita loquitur dicitur vfat. qui seniore. & vfat. si quis dixerit se fatigatum. & vfat. cunctum malum. Tertio vero casu, quando diffidauerit eum data fatica de directo domino suo, & eam ab ipso non acceptata, & non admitta: & tunc credo quod est licitum vasallo diffidare dominum suum: & in hoc casu loquitur vfa. Item constituerunt saepe dicti principes. & vfat. omnes homines. & ita intelligo opinionem Iac. Callicij in d. ij. q. quod verum credo quod sit licitum dictis vasallis guerrificare

dominos eorum in hoc tertio casu in bonis eorum tantum, non autem malum personis ipsorum dominorum inferre: vt est text. in d. vfa. per bonum. ibi: illud malum, quod in personam eius fecerit. Secus ergo est in bonis datis diffidamentis. Et ita intelligit Bertrandus de Seua, Iaco. de Callicio. & Iac. Merquilles dicitur vfat. & in isto tertio casu credo dicitur vasallum non amittere feudum: quia quod lege permittente fit, poenam non meretur, vt dixi supra. Et cum ista distinctione reduco ad concordiam dictos vfat. Quid autem sit de iure communi feudali, vide de tex. Bal. & Andre. de Iser. de mili. & vfa. qui contr. est. circa fi. † Quero, nunquid sit verum quod dominus Rex possit habere homines, quos barones habet ratione feudorum contra ipsos barones. Et videtur quod sic, vt hic, ver. sed ipse dominus. In contrarium facit vfa. qui solidus. ibi: & nullum contra eum. Nam verbum Nullum, est vniuersale, quod omnem potestatem tollit, vt dixi supra in expositione literae, in verbo Nunquam. Quid igitur est dicendum? Iac. de Faro in vfat. alium namque tenet vltimam partem, & dicit ita esse iudicatum in plena audientia domini Regis Petri. Ego vero credo primam partem fore veram: nam ista consuetudo est posterior dicto vfat. & consequenter ipsi vfat. derogat: vt est text. & ibi Ang. in l. de quibus. ff. de legi. & glo. insti. de offi. iudi. in princ. magis enim vasallus obligatus est domino Regi, quam eius domino: vt in feu. hic fi. lex Fred. deinde incip. consue. reg. §. fina. Praeterea in quacumque fidelitate praestita cuilibet domino semper dominus Rex videtur exceptus: vt in feu. de prohi. feu. ali. per Frede. §. illud. c. venientes. extra de iure iuran. & supra c. duplex. & quae ibi scripsi. Nam iste vasallus domino Regi tenetur primo de fidelitate, & sic illi primo obligatus est. supra c. si aliquis est homo. Et istud sequitur Thomas Mieres in d. vfa. qui solidus. & ibi vide Iac. Callicij, in secunda oppo. & hoc sequitur Spec. in tit. de feu. §. quoniam. versi. xv. quero. & ideo Ludo. in l. si quis in graui. §. si cum omnibus. ff. ad Silla. & idem Andr. de Sicil. in c. cum parati. de re iudic. † Nec obstat dictio Nullum: Nam licet regulariter sit vniuersalis, quia est indefinite prolata, tamen indefinite in casu odioso, vt est hic, non aequipollet vniuersali. l. j. §. sed si incertum. ff. de ven. in pos. mit. & ibi Barto. vide l. si

l. si pluribus. ff. de lega. ij. & latius Ange. in l. ij. ff. de lib. & posth. Verbum enim istud, quanquam sit indefinitum, moderationem recipit, vt non comprehendat dominum Regem, arg. ff. de mu. & hono. l. vt gradatim. & de seruit. l. si cui. & ibi omnino Ange. & de aedil. edic. l. quid. & C. de proximis sacri. l. vnicuique. & lxxj. distin. c. episcopi. & ibi Archi. item dictum verbum restringitur per specialem designationem, vt est in hoc c. arg. l. qui non militauerat. §. filijs. ff. de haere. institut. adde quae scripsi supra in c. duplex. Potest tamen saluari opinio dicti Iac. de Faro, nisi ipse baro bellum licite mouerit, vt puta quia Rex nimis esset crudelis ipsi baroni, et ipsis vasallis, ac tyrannide exerceat contra illum baronem, & nullum aliud remedium haberet quam per resistentiam: quia tunc cum ipse baro iuste praeretur contra Regem, potest ipse baro licite ipsi Regi resistere, & Rex debet priuari domino illius baronis, per not. in l. ij. §. dominorum. & quod ibi notat Barto. & Bald. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. secundum Lud. & Andre. vbi supra. limitantes dictum Spec. Quare, an indistincte dominus Rex in omnibus hominibus sui regni habeat imperium? Et dico quod sic: quia hic est verbum Omnibus, quod etiam est vniuersale, secundum Bald. in feud. de capi. qui cur. ven. & qui omne dicit, nil excludit a procuratore. C. mand. & l. Iulianus. & ibi Barto. ff. de lega. ij. In contrarium facit c. clerici. extra de iudi. & c. nullus. extra de foro compet. & authen. statuimus. C. de episc. & cleric. vbi habetur quod clerici non sunt de iurisdictione potestatis secularis: ideo nec clericus potest subijci per propriam iurisdictionem iudicis secularis. Glo. in c. si Imperator. xcvj. distin. Cardi. Flo. in repeti. c. perpendimus. de senten. excom. Lud. in l. si vero. §. de viro. ff. sol. mat. in sexta Fallen. & Andre. de Sici. in c. cum causa. de re iud. Principatus enim curiae Romanae fuit concessus a Deo: & sic videtur quod istud priuilegium non potest per papam vel consilium auferri. consi. Oldra. lxxj. Gemi. in proce. libr. vj. nec valet statutum in contrarium factum. c. ecclesiae sanctae Mariae. & c. quae in ecclesiarum. de constit. & authen. cassa. & irrita. C. de sacrosan. eccle. Quid igitur est dicendum? distingue, aut quare in regalijs, aut in alijs. Primo casu dico quod ipsi clerici

subiungunt in regalijs domino Regi, vt notat Iaco. de Monteud. in vfat. simili modo. & dixi supra in c. proximo. Et pro hoc facit in feud. de clerici. vio. pacis. §. si clericus. quod verum credo quo ad bona, non autem quo ad personas: quia illae nec ciuilitate, neque criminaliter sunt de foro & iurisdictione domini Regis per iura superius allegata. & ita intelligo Iac. de Monteud. & pro hoc facit quod dicit Bald. in d. §. si clericus. & in authen. statuimus. de hoc latius & melius scribam in repet. vfat. autoritate & rogatu. Secundo vero casu dico quod regulariter clericus est de iurisdictione domini Regis, vt dicitur iuribus. Nam nec lex ciuilis nec consuetudo potest facere quod clericus conueniatur de aliquo crimine coram iudice seculari secundum Nico. in c. clerici. extra de iudi. Nec obstat huiusmodi c. quia dictio omnis ibi posita restringitur ad illos quos clementia domini Regis vt in l. j. C. de sum. tri. non autem ad alios: sed clerici non reguntur per dominum Regem: igitur &c. Item quia licet dictio omnis sit vniuersalis, non intelligitur vt includat nisi tantum illa quae sunt proportionabilia materiae in qua profertur secundum gloss. ij. in fi. in c. dilecto. de senten. excom. lib. vj. vel dic quod istud quod hic dicitur est regulare. fallit in clericis praeterquam in regalijs quo ad bona vt dictum est. nam valet consuetudo, quod clerici quo ad bona temporalia trahantur ad forum principis praesertim pro patrimonio & alijs regalijs, vide Iaco. Callicij in Margarita fisci tertio dubio. versic. xxvij. adde Inno. & Bal. in c. praeterea. alias quidam de aposta. vbi Bal. dicit quod etiam lector & psalmista. & alij clerici constituti in minoribus ordinibus gaudet priuilegio clericali quo ad forum & immunitatem: nisi contradicat consuetudo, quae dat iurisdictionem secundum Inno. & istud quod dicit de consuetudine est menti tenendum. tenet ergo quod fit per potestatem contra eos, si hoc dicitur consuetudo, secundum Bal. adde quod consuetudo vetusta licet non valeat vt persona clericus per iudicem secularem puniatur, valet tamen quo ad bona, secundum Pet. Iac. in libel. ti. de condi. exl. omnimodo. Quare baro insurgit se de facto contra principem vel alias est ei inobediens: dominus Rex vult habere homines dicti baronis contra ipsum baronem: ipsi nolunt ipsi principi obedire,

sed potius dico baroni, an veniat puniendi? & dico quod sic: quia dictus baro committit crimen lesae maiestatis, ut hic in tex. & dixi supra in notabilibus. & sic ipsi homines tanquam conscij eiusdem sceleris, eodem crimine tenentur: ut l. quisquis. §. id quod de praedictis. C. ad legē lul. maiesta. † Praeterea qui non obedit principi, est haeticus. Ang. Are. ff. à qui. app. non licet. l. j. referēdo Barto. in l. hostes. ff. de cap. & postli. reuer. & alibi dicit Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideius. in versiculo, aduerte tamen, quia praedicta sunt vera, &c. qui dixit, Estote subditi principibus. & Qui non obedit principi, morte moriatur: quia peccat mortaliter. Et de hoc dicitur quod est glo. ordinaria in c. Adrianus. lxiij. dif. Melior est enim obedientia, quam victima. Iac. de bello visu in authen. de haere. & fal. §. si quis autem. quod autem contumacia abstulit, obedientia restituit. secundum Bal. per quos fiat inuesti. §. nulla. & pro hoc facit j. c. proximum. Pone quod aliqui milites, & personae generosae, ac de genere militari sunt populati, seu populatae in terra baronis, nunquid in casu huius cap. §. si vero. ipsi milites seu personae de genere militari ipsum baronem iuare teneantur. Ista quaestio reincident in illa quaestione saepius agitatam in hoc principatu, an barones habeant aliquam iurisdictionem in militibus, seu personis de genere militari, populatis intra eorum baroniam. quam quaestionem mouet Iacob. de Callicio in tractatu de prerogatiua militari. in q. sed nunc est videndum, si ordinationes. ver. contradico. cum sequenti. & in tractatu compedij de la seca. & in vfat. placitum mā. detur. in v. q. vbi indistincte tenet quod sunt de foro domini Regis gubernatoris, & suorum vicariorum tam in civili, quam in criminali. Gul. Praepositi in tractatu, quem de his compilauit, in j. q. quo ad crimina sequitur opinionem Iacobi de Callicio, scilicet quod sunt omnino de foro, & iurisdictione domini Regis, gubernatoris, & suorum vicariorum: in civilibus autem dicit quod quilibet iudex, vbi talis miles, seu generosus habitat, est competens iudex, & vendicat iurisdictionem in ea. Et sic dicit Iac. Callicij, & Gul. Praepositi. quo ad crimina sunt opinionis, quod sunt de foro domini Regis, gubernatoris, & suorum vicariorum. Quo vero ad civilia sunt in opi-

nionibus: nam dictus Iaco. Callicij tenet quod etiam sunt de foro domini Regis, gubernatoris, & vicariorum suorum, & non baronis. Gul. vero Praepositi. tenet oppositum, quod quilibet iudex, vbi ipse miles, seu generosus habitat, est illius competens iudex, & vendicat in eo iurisdictionem. Quae igitur istarum opinionum est verior? Et credo quod opinio Iaco. de Callicio: nam pro opinione ipsius quo ad crimina est casus in quadam litera missa per dominum Regem Alfonso vicarium Gerundae data Turoli xvj. die Martij anno à natiuitate domini. M. ccccxxvij. vbi sunt haec verba, Veniedo, & faciendo contra constitutiones Cathaloniae generales, & vsa. Barchinonae. quibus cauetur quod homines de paratico in criminalibus ex regalia nostra immediate sunt de foro et iurisdictione nostris submissi. Et quo ad civilitatem. est casus in constitutione Regis Petri in secunda curia Barchinonae. capitul. item quod si aliquis conqueratur, &c. Nec obstat responsio facta per dictum Gulielmum ad dictam constitutionem, videlicet quod vbi nobilis, aut miles non est populatus in iurisdictione alterius domini Rex est iudex. Vbi autem miles est generosus est populatus intra iurisdictionem alicuius domini in civilibus ille est iudex competens. Nam ista responsio est gloss. Aureliana ad ipsam constitutionem, quia destruit illius textum: ut in capitul. cupientes. de election. libro sexto. Non enim dicta constitutio distinctionem illam facit, vbi sint populati, sed indistincte loquitur: & sic indistincte debet intelligi: quoniam vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de publica. loquitur enim dicta constitutio generaliter, & sic generaliter debet intelligi. Quoties autem lex generaliter loquitur, generaliter intelligenda est. l. prima. §. generaliter. ff. de leg. praestand. indefinitè enim loquitur de barone, & milite, non diffiniendo vbi sit populatus: & sic comprehendit nedum populatos in locis Regijs, sed etiam intra iurisdictionem baronis. † Nam indefinita locutio aequipollet vniuersali. Dynus, & Ioann. Andra. in capitulo primo. de regulis iuris. Bartolus in l. si pluribus. ff. de legatis secundo. in l. qui aedificium. ff. de seruitutibus vrbano-
rum praediorum. **Geminianus in capitulo**
vt circa.

vt circa. de elect. libro vj. praeterea tempore regis Petri tertij fuit lata quaedam sententia per ipsum dominum regem absolutoria Iohannis de Olzinellis domicelli delati de crimine, vbi est clausula sequens: Attēdentes quod ad nos solum pertinet iudicare & cognoscere de personis generosis, & non ad alium quenquam, licet donationem, venditionem, vel alterius generis alienationem fecerimus quoadcunq; de aliquibus locis, et terris sub quacunq; forma vel expressione verborum, cum haec sint iura Regalium nostrarum, quae à nobis sunt inseparabilia, & regia corona affixa, & ab alijs quibuscunq; impraescriptibilia, quibus derogare non intendimus per aliqua verba, quomodolibet sint concepta, &c. Quae sententia lata fuit Barchinonae anno domini M. cccclxvij. mensis Martij. † Ex qua sententia habes quod cognoscere de ipsis militibus, & personis generosis, est regalia principis: & sic in civili, & criminali sunt de foro domini regis, quoniam ipsa sententia simpliciter loquitur, non faciendo distinctionem, quam dictus G. Praepositus minus bene fecit: deinde ista quaestio fuit tempore regis Martini in audientia regia inter quandam mulierem Valentianam pauperem & miserabilem personam, quae litigauit contra quendam populatum in ciuitate Balagarij, & fuit pro ista parte iudicatum. Et ita habui à libro Francisci Castellionis. Nec vnquam litera exequutoria dirigitur baroni, vel eius officialibus, sed tantum vicario, vel subuicario. Et ita fuit declaratum Dertusae ad relationem Bertrandi de pedibus tunc regis cancellarij. anno. M. ccccxxxiiij. xv. Iunij in causa Catharine villanoua. contra Bernardum Raymundi de Pontonibus. & in alia contra moss. sanesterra, & in alia deu cairet, & erat tempore illustrissimae reginae Mariae, & in litera exequutoria, quae data fuit Dertusae die & anno proxime dictis expedita ad instantiam dictae Catherinae contra dictum Bernardum de Pontonibus, & directa vicario & subuicario Gerundae est clausula sequens: Serie cum presenti mandamus vobis quatenus accedendo personaliter, si expedierit, ad locum de Monellis, qui esse dicitur Bernardi de Sanesterra militis situm intra vicariam Gerundae, vbi bona dictae Catherinae adiudicata, ut asseritur, existunt, vel aliunde intra dictam vicariam sententias

praelibatas, & vnquamque earum, attento quod personae, inter quas dicta extitit ducta causa sunt geuerosae, & de paratico, cognitio quarum in personis & bonis soli domino regi & suis officialibus pertinet, & à iurisdictione alterius personae totaliter sunt exemptae, exequamini, &c. Et sic ex his videtur quod isti generosi, & de paratico, sunt de iurisdictione domini regis, & suorum officialium etiam in civilibus, et exempti à foro dictorum Baronum. Et fundantur narrata in dicta litera in dicta constitutione, Item quod si aliquis. & ipsa litera est declaratoria dictae constitutionis: quae declaratio fieri potest per dominum regem, ut scripsi in meis additionibus pacis & treugae. in xlvj. additio. & praedicta sententia & litera exequutoria faciunt ius inter omnes, quia habent vim pragmaticam, ex quo non sunt contra constitutiones Cathaloniae, ideo pro eis. Et pro hoc facit quod dicit Ang. in l. Item veniunt. §. ceterum. ff. de peti. haere. vbi dicit quod si epistola mitteretur à superiore, vel esset lata sententia, seruari debet ut lex in territorio in omnibus similibus casibus. Et dicit se vidisse de facto Triuisij, vbi quaedam epistola fuit missa per Ducem Venetorum, quod ius fecit tanquam lex in illo loco. Et refert Andre. de Sici. in c. in causis. de re iud. se de facto vidisse: quidam dominus fecit rescriptum quod licet quis non soluerit debitum canonem, quod soluendo illum non cadat ab Emphyteusi: & emanauit inter certas personas sui territorij, & fuit obtentum se aduocante. Sed Angelus in l. prima in princip. ff. de ferijs. in gloss. ideo derogat. concludit ex illa gloss. pulchram regulam, † quod licet Imperator rescribendo, sententiando, vel epistolam transmittendo, intelligatur ius condere, ut l. prima. de constitut. princip. & in dicta l. prima. de fer. tamen inferior à principe, licet habeat potestatem legis condendae, non intelligitur legem condere. Et ponit exemplum in rege, & barone: ideo si sententia talium esset iuri communi contraria, posset rescindi, tanquam iniqua. Sed istud dictum non habet verum in rege Aragonum, qui maior est quocunq; alio in suo regno, & aequiparatur Imperatori, ut scripsi supra in capit. si aliquis. Sed contra istud dictum faciunt multae constitutiones disponentes quod dominus rex non potest facere legem in Cathaloniam sine curijs generali-

bus. Sed illud verum habet faciendo constitutiones generales: sed pragmaticas sanctiones facere potest, vt scripsi in dictis meis additionibus, in addit. supra recitata: dum tamen non sit contra dictas constitutiones, vt est in nostro casu. Et ideo dicit Andre. de Sici. vbi supra limitando dictum. s. ceterum. q. etiam inferior a principe intelligitur ius condere, si potestatem habet legis condendae, rescribendo, vel sententiando in casu iuri communi non contrario. Nec obstant constitutiones loquentes de non ingrediendo terras baronum, nisi post debitas requisitiones, &c. quia ipsae constitutiones intelliguntur quando agitur contra plebeios vasallos illius, in quos baro habet iurisdictionem, & non contra istos militares, quia in regalibus dominus rex habet totum Cathalonae principatum pro territorio: vt scripsi in meis additionibus liiij. et lv. limitatur enim dictae constitutiones per dictam constitutionem, Item q. si aliquis. Expediunt enim iura iuribus concordare. c. cum expediat. de elec. li. vj. l. j. C. de inoffic. do. Non enim est nouum, priores leges trahere ad posteriores. I. non est nouum. cum l. seq. ff. de legi. Nec etiam obstat vsa. similiter. quia loquitur in feudalibus, in quibus baro dominus feudi habet iurisdictionem, & sic executionem. Inn. & Io. And. in c. ceterum. de iudi. & scribam latius. j. c. si aliquis habet. Et hanc opinionem etiam sequitur Iac. de Monte iud. in vsa. ex magnatibus. super verbo, districtum. & Thomas Mieres in dicta constitutione, Item si aliquis Corroboratur etiam ista opinio per pragmaticam regis Petri tertij, quae est tenoris sequentis: Petrus dei gratia, &c. Dilecto consiliario, & algutzurio nostro G. Lucano militi, &c. Salutem &c. Cum super quaestione, seu causa &c. narratum. Propterea vobis mandamus vt ad terras, seu loca dictorum nobilium personaliter accedatis, & sententiam praedictam executioni mandetis. Data in Villa francha peniteñ. decimonono Octobris millesimo tercetelimo octogesimo quarto Regis caut. Est etiam alia litera executoria illustrissimi domini regis Iohannis lata contra dominum & baroniam de Erillo, cum qua fuit mandatum algutzurijs, virgarijs, & portarijs, vt accedendo personaliter ad loca baroniae executionem intra clausuras & extra faciant. Datu Barchinone xxx. Aprilis. M.

ccclxxxvij. Franciscus Cacofta. Ex praemissis igitur satis dicta constitutio fuit declarata, q. etiam q. dicti militares sint populi intra iurisdictionem baronis, attamen sunt de foro domini regis & suorum officialium, etiam in civilibus. Nam ita dominus rex & sui officiales consueti sunt vt, & exercere iurisdictionem in dictos militares. Et sic dicta constitutio a consuetudine interpretatur. Et pro hoc facit quod dicit Ange. q. lex interpretatur a consuetudine, vt dicit ipse in l. scripturae. s. si de interpretatione. ff. de legi. c. cum dilectus. extra de consuetu. Et pro hac opinione allego casum in declaratione facta per dominum regem Iacobum primum de priuilegio concessio Gasthoni vicecomiti Biarneñ. & domino Monte catheni, vbi est capitulum sequens. Eodem modo declaramus & dicimus de militibus, qui in terra Gasthoni suam mansionem maiorem habuerint, licet ibi aliquando commorentur, q. vos in iurisdictione vestra in quolibet casu vtamini contra eos, sicut contra alios milites aliunde potestis vti. Et dirigitur vicario Cathalonae, & alijs vicarijs: & est datu Ilerdae xvij. Calen. September. anno domini M. ccxlviij. Et per praedicta clarissime patet q. dicti milites & generosi in casu dicti. s. si vero, non tenentur iuuare dictum baronem contra dominum regem, etiam si sint populi intra eius iurisdictionem, cum in eis nullam habet iurisdictionem: vt satis extense supra probatum est. Quid aut sit de iure comiti, videlicet quis proprie sit iudex competens ipsorum militum, vide l. magisteria. C. de iurisd. om. iudi. l. alterius. ff. de accu. et ibi Bar. l. ij. C. de exhi. re. l. de militibus. ff. eod. ti. & in rubro, & in nigro. C. vbi sena. vel clarif. cum ibi notatis per gl. & in l. j. C. de re mi. libr. xij. & ibi Barto. Sed quid de familiaribus, & domesticis ipsius militis, vel personae generosae, an quo ad forum gaudeant priuilegio ipsius militis. Ia. de Callicio nihil de hoc dixit: sed G. Praprositi in dicto tractatu distinguit inter vxorem, & filios, aut aliam familiam: nam quo ad vxorem & filios dicit q. gaudent priuilegio ipsius militis: secus est in alia familia. Tu vero dic quod vxor gaudeat priuilegio viro concessio. magis proprie alleg. Bal. in l. oes. C. de epi. & cle. in rubrica C. de reb. cred. in ij. q. in l. fi. C. de edic. diui Adria. tollen. Lud. in singula. Dlxix. & per eum in l. j. s. si iurauerit.

iurauerit. ff. ad Sill. Et quod facit pro decisione huius quaestiones: nam si maritus miles aut generosus est de foro domini regis, gubernatoris, & vicariorum suorum, & exceptus a foro dicti baronis, & consequenter eius vxor: quoniam vxor sequitur forum viri. l. cum quaedam. & ibi Bar. ff. de iur. om. iudi. l. exigere. de iudi. l. ea, quae. ad munici. C. de inco. l. fi. li. x. de digni. l. mulieres. libr. xij. Et q. filij sequantur forum patris, est tex. in l. assumptio. s. filius. cum ibi not. per Bartolum. Nam filij gaudent priuilegio paterno. Cy. Fulgo. & Bald. in d. l. omnes. & Ludo. in l. j. ff. ad Silla. Et quo ad istos, vxorem, & filios, bene dixit Gulielmus Praprositi q. gaudeant priuilegio ipsius militis, & personae generosae, & eius forum sequantur. Sed quo ad aliam familiam q. non gaudeat priuilegio exemptionis ipsius domini, male dicit ipse G. nam q. diu ipsa familia est in familiaritate ipsius militis, & personae generosae, gaudet illius priuilegio. Ita dicit Bal. in authentica. C. ne fil. pro pa. et per eundem Bal. in l. j. & ij. C. de epi. & cler. & Gemini. in proce. vj. lib. & in propria materia vide Bal. in l. j. C. de vxor. mili. vbi dicit q. scuti ferri, & familiares militum gaudent eorum priuilegio, si sunt familiares necessarii secundum eorum dignitatem. Et sic concludenter dicas quod nedum vxor & filij gaudent priuilegio ipsius militis seu generosi, sed etiam alia familia, q. diu est in illius seruitio, reprobata quo ad hoc opinione ipsius Gulielmi Praprositi.

In quibus tenentur principi homines, quos habent barones, tam ratione alodiorum suorum, quam etiam alij eorum naturales.



I aliquis baro regis Aragonum, puta Comes Impuriarum, vel aliquis alius baro ipsius regis habet guerram contra aliquem vicinum suum, qui non sit de terra domini regis, scilicet contra Amalricum Narboneñ. Rex vero Aragonum, & Comes Barcinonae habet guerram contra Regem Castellae,

vel Saracenos volentes occupare, vel auferre regnum Valentiae, vel aliquam aliam terram suam, et dictus Comes Impuriarum praecipit hominibus suis vt iuuent eum contra dictum Amalricum Narboneñ. Rex autem praedictus praecipit praedictis hominibus dicti comitis vt iuuent eum contra Regem Castellae volentem subiugare terram suam, vel contra saracenos volentes hoc idem facere. Et quidam ipsorum hominum sunt homines de alodio Comitis praedicti, quidam vero de feudo, quod pro domino Rege Aragonum tenet ipse comes: omnes isti homines, tam de alodio, q. de feudo, q. etiam homines naturales dicti comitis, tenentur in tali casu Regi Aragonum obedire, & non comiti. Nam homines ipsi vocati ratione publicae utilitatis ad maius tribunale excusationem habent a maiori tribunali: quia publica utilitas praefertur da est priuata: & ita tenentur dicti homines obedire in tali casu regi, et non comiti. Nam rex vocat eos, ne regnum subiugeat, vel non amittat terram tale, & ita vocat eos propter bona patriae, siue propter publicum bonum regni, & ita praecipit dictis hominibus nomine patriae, videlicet regni sui, cuius administrationem gerit: & ita tenentur isti pugnando pro patria obedire tali praecipio Regis: & in tantum sunt ad hoc alligati, q. etiam defendendo patriam licitum est contra patrem venire, & ipsum interficere in hoc casu. Si pater venerit contra Regem. Vnde in isto casu, videlicet vt pro patria pugnetur, licitum est dictis hominibus venire contra praecipitum comitis domini ipsorum, potissime quia

quia ipse rex facit præceptū gratia publicæ vtilitatis: & publica vtilitas præferēda est priuata. Sed licet dictos homines duplici iure comes impuriarū alligatos teneat, de iure scilicet iurisdictionis, quam habet in eis, & iure homagij, non tamen obstat hoc q̄ duplici iure tenentur comiti: quoniam efficax ratio bene potest vincere duas minū efficaces rationes. Non tamē negandū est, quin potius teneantur obedire comiti impuriarū si rex vocaret eos gratia cuius negotij, quod nō tangeret publicant vtilitatē. Nec obstarēt etiam q̄ vocati sunt ad maius tribunal, nec etiā q̄ quis rex maior sit simpliciter comite, nō maior tamē est respectu dictorū hominū, imō comes est maior respectu ipsoꝝ: quia ipse Rex non habet dictos homines obligatos, nisi vnico iure, videlicet iure generalis iurisdictionis, quam habet in eis, nō iure homagij, vt dictum est.

S P M M A R I V M.

- 1 Barones regni bellum mouere possunt contra barones alienigenas.
- 2 Baronis subditi regem potius iuuabunt quam baronem.
- 3 Defensio regni respicit publicam vtilitatem.
- 4 Vtilitas publica priuata est præferenda.
- 5 Rex Reipublicæ caput dicitur. Filius potius patrie tenetur, quam patri.
- 6 Baro homines suos iure duplici tenet alligatos.
- 7 Rex in suo regno maior est comitibus.
- 8 Tribunal quid sit.
- 9 Rex non debet bona regni alienare.
- 10 Alia, & aliqua, dictiones quid significant.
- 11 Glossa non allegatur, quæ textui contrariatur.
- 12 Consuetudo tantum potest, quantum agit.
- 13 Barones regni non debent bellum mouere contra extraneos siue licentia regis.
- 14 Vtilitas publica quot modis dicatur.
- 15 Respublica, quæ, & quot modis dicatur.
- 16 Accusatio publica ad quos spectet, & ad quos non.
- 17 Priuilegijs collegio publicæ vtilitatis gratia concessis nō derogatur per constitutionem generalem.
- 18 Ecclesia quare ius suum potentiori cedere possit.

- 19 Manumissio quando fieri possit contra legis prohibitionem.
- 20 Merces corruptæ quando cum incorruptis mistæ uendi possint.



S aliquis baro. Diuide istud capi. in duas partes. In prima parte dicit q̄ quando dominus rex, & baro sui regni habent guerrā cum alijs, homines ipsius baronis potius dominum Regem, q̄ ipsum baronem iuuare tenentur. In secunda parte dicit qualiter ipsi homines vocati à domino rege gratia alterius negotij, quod non tangeret vtilitatem publicam, teneantur potius obedire ipsi baroni, quam domino regi. Prima pars incipit ibi: si quis. Secunda pars ibi: non tamen. Casus. Homines baronis guerrificantis cum aliquo, qui non sit de terra domini regis, potius obedire tenentur domino regi guerram habenti pro defensione sui regni, quam dicto baroni: sec⁹ si domin⁹ rex eos vocaret gratia alterius negotij, quam publicæ vtilitatis. Collige notabilia. ¶ Not. prim⁹ q̄ barones regni domini regis possunt habere guerram cum alio barone alterius regni. Vide Ia. Callicij in viridario militiæ, & quæ dicam j. in ij. q. No. secund⁹ q̄ dominus rex potest bellum indicere cōtra illos, qui veniunt ad occupandum terram suam. De hoc plenius dixi supra in c. si aliquis dominus. Not. tertio q̄ dominus rex, qui guerram habet pro defensione sui regni, potest mandare hominibus dicti baronis tam feudatarijs allodialibus, quam naturalibus, vt eum iuuent ad defendendum regnum suum. Vide supra c. si aliquis dominus. & quæ ibi scripsi, & adde supra c. si aliquis est homo. & sic hic est vnus casus, in quo homines baronis potius subsunt domino regi q̄ ipsi baroni. ¶ Not. quart⁹ q̄ si dominus rex & baro eodē tēpore cū alijs habent guerram, q̄ dicti homines potius dominum regē iuuare, et obedire tenentur, q̄ ipsum baronē. Concor. cū Spe. ti. de feu. §. quoniam. ver. xvj. De hoc dicā j. in j. & iij. oppo. vbi dabo tibi limitationē ad hoc, adde supra c. barones. ¶ Not. quinto q̄ vocatus pro defensione regni dicitur vocatus causa publicæ vtilitatis: quia tutio regni pertinet ad vtilitatem omnium, secundum G. de Cug. in tractatu munerū, in illa q. iuxta quod quero, an dominus rex potest mādare. Allegat. l. aduocati. C. de adu. diuer. iur. Not.

No. sext⁹ q̄ vocatus ratione publicæ vtilitatis dicitur vocatus ad maius tribunal respectu alterius vocationis. Adde si aliquis est citatus ad diuersa tribunalia, corā quo cōparere debet, Bal. in l. ij. §. j. ff. si quis cau. Bar. in l. ij. §. fi. ff. de custo. reo. Gemi. xvij. di. c. si episcopus. gl. Hosti. & late Andre. de Sici. in c. cum parati. de appel. Ang. in l. contra §. his. ff. de re iud. Et pro ista vocatione regia allego tex. in d. c. si episcopus. ibi: excepta vocatione regia. ¶ Not. septim⁹ q̄ publica vtilitas præferēda est priuata. Concor. C. de cadu. tollen. l. j. in fi. & l. vtilitas. C. de primip. lib. xij. text. & glo. in c. bonæ. lo j. de postul. Not. octau⁹ q̄ publica vtilitas dicitur, quando illud, quod fit, concernit bonum patriæ, aut publicum, vt hic, vel affert firam vtilitatem in publico. l. j. §. ius publicum. ff. de iusti. & iure. De hoc dicam j. in questionibus. Not. non⁹ ibi: cuius administrationis. ¶ q̄ dominus rex est caput Reipublicæ. Concor. l. j. C. de cadu. toll. §. fin. Not. decim⁹ q̄ homines baronis tenentur pugnare pro patria, iuxta dictum Cathonis, Pugna pro patria. & not. in l. fallaciter C. de aboli. No. vndecim⁹ q̄ si pater venerit contra dominum regem, & patriam, potest filius eum vel eam defendendo occidere patrem. Concord. l. minime. ff. de reli. & sum. fu. Cui autem prius obediendū est, aut patri, aut patriæ. Bar. in l. hostes §. filius. ff. de capt. & postli. reuer. & Gambarius in l. si ea cæcitate. C. qui morbo. li. x. Et an patriæ vel domino ratione feudi. Ange. in l. cum his. ff. de postu. dicit q̄ vasallus non tenetur iuuare dominum contra patriam: adde quæ latius scripsi supra ca. duplex. sed per hunc tex. vasallus prim⁹ tenetur pugnare pro patria, q̄ pro domino. ¶ Not. duodecim⁹ q̄ baro tenet homines suos alligatos duplici iure, scilicet iure iurisdictionis, quam in eis habet, & iure homagij. Concor. Spec. vbi supra. Not. decimotertio q̄ aliquando vna efficax ratio vincit duas minū efficaces. de hoc dicam j. in opposi. Not. decimoquarto q̄ si dominus rex vocaret homines baronum gratia alterius negotij, q̄ publicæ vtilitatis, q̄ ipsi homines prim⁹ ipsi baroni obedire tenentur. No. decimoquinto q̄ ad hoc q̄ ipsi homines alijs q̄ baroni prim⁹ obedire teneantur, requiruntur duo copulatiuē. Prim⁹ q̄ vocentur à principe. Secund⁹ ratione publicæ vtilitatis. De hoc latius scripsi

7 supra in c. barones. in oppositio. ¶ Not. decimosexto q̄ dominus rex maior est in regno suo quocunq̄ comite regni sui, quia non recognoscit superiorem: vt dixi supra in c. si aliquis dominus. vide Bal. in proce. feu. §. expedita. vbi dicit q̄ rex non pōt sibi facere parem. & adde eum de allod. Not. decimosseptim⁹ & vltim⁹ q̄ dominus rex habet obligatos homines baronis vnico iure. Expone literam. Si quis. De ista dictione, si quis, dixi supra in capi. si quis. Regis. Quis dicatur rex, dixi supra c. proximo. & etiam quis dicatur comes, ibi dixi. Empuritarum, Comitatus est, qui situs existit in prouincia Empuritana diœcesis Gerūdenlis. Aliquis baro. Hoc dicit ad differentiam comitis: quia appellatione baronum veniūt vicecomites, & valuañores, vt est text. supra c. proxi. Vicinum. Quis dicatur vicinus, Bal. in l. si vicinis. C. de nup. Ludo. in l. dies cautioni §. in eum. ff. de dam. infe. & in l. j. §. hoc autem. ff. ad Sill. et in l. si tertius. ff. de aqua plu. arc. vide l. iij. §. si tam vicinū ff. de dam. infec. & ibi Bar. Terra, id est, patria, vt dixi supra c. proximo, in expositione literæ. Amalricus. Iste erat vasallus regis Gallorum. Rex Aragonū, & comes Barchinonæ Rex Aragonū se habet scribere in chartis suis comes Barchinonæ, vt in curia Barchinonæ regis Petri secundī c. xxx. viij. Item volumus, & ideo videmus q̄ rex in certo territorio representat personam comitis, ducis, vel marchionis: vt patet in rege Ierusalem & Sicilia, quia habet etiam titulos comitatus secundum Petr. & Andream de Sicilia in capitu. volentes. de offi. legati. adde Bar. in l. si quando. C. de app. & in l. j. §. si quis in appellatione. ff. eod. vbi loquitur de rege representante personam comitis, aut ducis in aliquo territorio, vbi voluit q̄ propter regiam dignitatem non extinguitur titulus ducatus, aut comitatus. Occupare. Quando dicat occupare, Bal. in l. pluribus. ff. de procu. Ang. de Aret. in ff. de rer. diui. §. in sulā. gl. in c. in generali. de elec. li. vj. & ibi Gemi. & in c. sicut. de offi. ordi. eo. li. & in c. auaritia. de elec. eo. li. & late Paulus de Cast. in cōsilijs, cōf. cclxxv. Adde quæ dixi supra in ca. domino. & in c. si aliquis habet §. Item. Vt iuuent contra prædictum Amalrichum, subaudi cū quo guerrā habet. Homines naturales. Nō intel ligas q̄ ex hoc dicant naturales respectu generis,

neris, ita quod non essent de legitimo matrimonio: sed nominat illos naturales, ad differentiam feudatariorum, & allodialium, quasi velit dicere, quod ipsi, & eorum antecessores semper fuerunt de ipso barone, sed non tenent feuda, aut allodia pro eodem. vide supra in c. si aliquis dominus, ubi etiam fit mentio de ipsis hominibus naturalibus. ¶ Tribunal. De significatione huius verbi, vide Gemi. in c. j. de re iudi. l. vj. ubi dicit quod tribunal est magnorum iudicum, qui habent causas iudicare: & tale est iudicium Dei. Vide gl. & Nico. in cle. dudum. de sepul. in verbo Cathedra. & glo. in l. cum filius. in verbo tribunali ff. de leg. ij. ubi illud exponit, id est, apud iudicem pro tribunali cognoscentem. Administrationem gerit. Ex hoc habes quod dominus Rex solum habet administrationem regni sui. Hoc idem dicunt Ioan. Andre. & Andre. de Sici. in c. intellecto. de iure iur. ¶ ubi dicunt regem non posse alienare de bonis regalis. Bona enim sunt dignitatis regiae, & non propria ipsius regis, licet ipse habeat iurisdictionem & administrationem regni sui. Super hoc in Catalonia sunt plures pragmaticae. Et defendendo. Non ergo possit filius occidere patrem in alio regno degentem, contra quem dominus rex cum ipsis hominibus accederet debellando, & guerrificando: quia speciale est, quando pater venit ad patriam defendendam, & filius pro illius defensione illum occiderit: & sic cum sit odiosum, potius debet restringi, quam ampliari. c. odia. de re iur. lib. vj. Alligatos id est obligatos. Iure iurisdictionis, quam habet in eis. Pro hoc vide vsatic. ex magnatibus. Iure homagij. Tenentur ergo ipsi homines ipsius baronis facere sibi homagium, & non domino regi. Vide quae dixi supra in c. j. & ca. duplex. Oppo. Primo quod ipsi homines primo debeant iuuare dictum baronem, quam dominum regem: nam ipsi dupliciter sunt obligati ipsi baroni, ut dicitur hic in text. & supra c. proximo. Primo enim ratione iurisdictionis. Secundo ratione homagij. Regi autem tantum vno modo, ut puta ratione generalis iurisdictionis: ergo duo vincula debent vnu rumpere: ut in aut. itaq. C. communia. de succes. & in aut. de consan. & vter. fra. §. j. So. quod hic dicitur, habet locum quando dominus rex pugnat pro patria, & defensione totius regni, & coronae suae: quod

verò in oppositum dicitur, habet locum in utilitate priuata ipsius baronis. Et consequenter ista publica utilitas debet praeferrì priuatae ipsius baronis. Ad hoc C. de cadu. tol. l. vnica. cum simili. Et hoc secundum Specu. in ti. de feu. §. quonia. versicu. xvj. & Andre. de Sici. in c. cum parati. de re iudi. quod Ludo. in l. si quis in graui. §. si cum omnnes. ff. ad Silla. dicit fore intelligendum quod ipse rex pro toto regno pugnaret: secus si pro parte certa, aut alio negotio, quia tunc baro est praeferrendus ratione publicae obligationis. Ad hoc decidendum allegat glo. no. quae in simili mouet hanc q. xxij. q. v. c. de forma. Sed ego credo quod ista limitatio quo ad illud, quod dicit Ludo. quando ipse rex pugnaret pro parte certa regni, non habet locum in Catalonia: quia aut dominus rex pugnet pro toto regno, aut pro parte illius, semper, et indistincte ipsi homines potius dictum dominum regem quam ipsum baronem iuuare tenentur, ut probat iste text. ibi: volentes occupare, vel auferre regnum Valentiae, aut aliquam aliam terram suam. Sed ista verba potius faciunt pro dicto Ludo. quam contra. ¶ nam ibi est dictio Alia, quae similitudinem significat, ut dixi supra in c. vasallus. §. Item in verbo Alia. & sic secundum hoc debet, exponi verbum Alia terram, id est, aliud regnum, ut ipsa dictio Alia, capiatur proprie, & secundum eius naturam. Et hoc modo intelligendo dicta verba, verificatur limitatio ipsius Ludouici. Sed his non obstantibus tu tene quod superior dixi: nam hic in textu est dictio, Alia, quae verificatur in qualibet particula, ut est gl. in cle. j. de fo. cõpe. secundum Nico. Baptistã de sancto Petro in l. sicut de testa. mili. Gemi. in c. indemnitate. §. ceterum. de elec. lib. vj. & sic si dominus rex pugnet pro aliqua parte istius principatus, non vendicat locum limitatio dicti Ludouici, si omnes dicti principatus erant necessarii, secundum ea, quae scripsi supra in c. si aliquis dominus. Oppo. ij. quod duae rationes potentiores sunt, quae vna: ut in aut. de consang. & vter. frat. & Bal. in feud. an mu. vel aliter imperfect. Duplex enim funis difficile rumpitur, argumento c. j. de pa. & treu. So. quod hic dicitur, habet locum, quando vna ratio efficacior vincit duas minus efficaces, ut hic dicitur: alias secus, ut ibi. Oppo. tertio quod etiam dominus rex habet dictos homines

homines obligatos duplici iure, ut puta ratione fidelitatis, quae etiam ratione generalis iurisdictionis quam habet in regno suo, ut supra in cap. barones. & sic primo dicto domino regi obedire tenentur, quam dicto baroni: quia ista obligatio fortior est, quam illa dicti baronis, cum in quacumque fidelitate dominus rex videtur exceptus: ut dixi in dicto c. barones. So. Fateor contrarium, quando dominus rex vellet ipsos homines habere contra ipsum baronem, secundo ea, quae ibi scripsi, vel contra aliquem regem vel Saracenos volentes occupare regnum domini regis, vel aliam eius terram, ut hic, in principio. Secus verò quando dominus rex vellet eos habere gratia alterius negotij, quae publica utilitatis, & essent vocata dicto barone, quia tunc potius ipsi baroni obedire tenentur, quam domino regi, ut hic, circa finem. Oppo. quarto de c. si aliquis dominus. supra ubi dominus rex potest dictis hominibus mandare ut cum ipso vadant ad partes Saracenorum ad expugnandum eos. So. Intellige ista duo capitula secundum distinctionem, quam ibi feci in prima oppositione ipsius c. si aliquis dominus. Expeditis contrarijs, veniamus ad quaestiones. Et primo quero quid si dominus rex habet guerram cum aliquo minus potentiore ipso rege, an si homines ipsius regis sufficiant ad dictam guerram ducendam, sint vocandi alij homines ipsius baronis, ecclesiarum, vel ciuium, ita quod primo ipsi domino regi, quam ipsis, baroni, praelatis, aut ciuibus guerram habentibus opitulari teneantur. Et dico quod sic, argumento huius capituli quod indistincte loquitur, & sic indistincte debet intelligi. Nam ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de publ. lex enim generaliter loquens debet generaliter intelligi: ut l. §. generaliter. ff. de leg. praest. & l. si verò. §. de viro. ff. solu. ma. cum ibi no. per Ludo. in contrarium quod dicti homines non debeant vocari nisi in subsidium, id est cum potentia hominum regiorum non sufficiunt ad defensionem, & iuuamen dicti domini regis, faciunt non in l. qui restituere. ff. de rei vendi. in gl. ibi: manus, nisi in subsidium. Et pro hoc facit l. ij. C. de offic. praefec. prae. l. j. §. limitatio. nes verò. Quid igitur est dicendum? Ego credo primam partem fore veram: & pro hoc allego declarationem factam per do-

minum regem super vsatico, princeps namque quae incipit, declaramus. quam inserui supra in c. si aliquis dominus. & quae ibi scripsi in q. archiepiscopi. Nec obstat dicta glossa. ¶ Quia ubi habemus textum in contrarium, non debet allegari glossa, secundum Ange. Are. instit. de actio. §. quadrupli. & est glo. in l. sed licet. ff. de offi. praes. Quaro, an licuit comiti Empuriarum diffidare seu acy- dare dictum Amalricum Narbonae, vel alij cui alteri baroni huius principatus alterum baronem alterius regis, & regni, & eum guaragare sine speciali permisso, & licentia fere nisi domini regis Aragonum, & comitis Barchinonae. Et videtur hic casus quod sic. Praeterea prorogatio potest fieri iurisdictionis de loco ad locum donec magistratus territorij, in quo fit prorogatio, prohibeat partes, & iudicem ne in suo territorio indicet, iuxta not. per Cynum & Baldum in l. si quis ex consensu. C. de episco. aud. & per Henri. Boych. in c. P. & G. de offic. deleg. & per Bart. in l. quaro. ff. de solu. & in l. j. ff. de iudi. & in l. si. ff. de iusti. & iure. me lius per Bart. & Ludo. in l. j. §. & post operis. ff. de operis no. nun. igitur consuetudo guerrae prorogetur quo ad eius exercitum inter comitatus, & principatus, quamdiu domini eorum Principatum tolerant. In contrarium videtur, quoniam occasione dictae guerrae gentes armorum possent intrare Principatum Cathaloniam, & scrutari secreta principatus Cathaloniam: quod est de iure prohibitum: ut l. mercatores C. de com. & merca. Praeterea iura patriae, quae permittunt guerram inter homines de paratico secundum scripta per Iaco. de Callicio in viridario militie, in j. q. solum dispo nunt de permissione guerrae seu eius tolerantia inter Cathalanos, & non inter Cathalanum, & subditum alterius regis: & ita necessario habet intelligi dicta dispositio. Tunc quia extra territorium: ut l. si. ff. de iur. om. iud. Tum quia de his, quae foris sunt, non pertinet ad principem disponere: ut in c. gaudemus. extra de diuor. cum ibi not. Et pro hoc vide Bart. & Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. trini. Praeterea verum est dicere quod ex consuetudine Principatus Cathaloniam guerra est & fuit tolerata in principatu Cathaloniam, & non inter baronem huius principatus, & alterum baronem alterius regni: & consuetudo non porrigitur ad

aliud territorium, secundum Angel. in l. ex eo. ff. de postu. † Consuetudo enim tantum habet de potentia, quantum habet de actu secundum Bal. in prelu. feu. §. consuetudo. Non enim consuetudo potest extendi, secundum Bar. in authent. qui rem. C. de sac. sanc. eccl. Ludo. in l. vectigalia. ff. de publ. & in l. j. §. si stipulanti. ff. de verbo. oblig. & Andr. de Sicil. in c. cum olim. & c. cum ex officij. de prescri. & in cle. ne Romani. de elect. Insuper ralis acrydans vel diffidans operam prestat quod gētes alienigenae in grediantur principatum Cathalonie, & ibi sint armata: ergo incidit in crimen laesa maiestatis, aut saltē legis Iulie de vi pub. vt l. j. ff. ad leg. Iuli. ma. cum ibi not. per glo. & Barto. & in l. ij. in fin. ff. ad legem Iul. de vi pub. Quid igitur nos dicemus: Iaco. in vi ridario militie, in ij. quas. refert quod hac quaestio fuit antiquitus in principatu Cathalonie multum reuoluta in negotio guerra, quod olim fuit agitatam inter illustrem regem Maioricarum ex vna parte, & vicecomitem de Ruperpebentine ex altera, & super vigore ipsius guerra formato per serenissimum dominum regem Aragonum contra ipsum regem Maioricarum per vfa. auctoritate & rogatu. & super ipso negotio guerra & meritis ipsius processus vfa. auctoritate & rogatu consuluerunt & allegarunt honorandi Bertrādu de Seua, Raynaldus Vinaderij leg. doc. & Iac. de Monte iurisperiti Cathalonie, ac ciues Barchinonae, & finaliter tenuerunt secundam partē formando aliquas rationes supra per me pro secūda parte allegatas. † Comemorantes q̄ nunq̄ fuit toleratum per principes Cathalonie q̄ extranei armigeri intrarent in principatū Cathalonie ad guerrificandum: & quod barones & milites Cathalonie istud abhorruerunt tanq̄ actum pestiferum, & damnatum, ac punitione dignum: ideo consuluerunt fore procedendum per serenissimum dominum regem Aragonum contra regem Maioricarum rigide: quia contrarium attentauerat: & ita fuit factum: & credo quod bene, per iura, & rationes pro secūda parte inducta & inductas. Et pro hoc Iaco. Callicij, videlicet quod hac non possint fieri sine licentia domini nostri regis, dicit quod bene facit l. milites. C. de offic. mag. mili. Nec obstant rationes in contrarium allegatae: & primō

prima: quoniam praedicta ponuntur exemplificatiue, vel narratiue in hoc cap. & non dispositiue, ita quod possit fieri. Et pro hoc ego allego quod vbi in lege ponitur aliquid causa narrationis ad iuris decisionem, non debet inferri. glos. in l. j. C. quādo non pe. par. secundum Ludou. in l. Caius. ff. soluto matrimonio. & in repeti. authentic. similiter. C. ad legem falcid. versicul. de cimō circa vltimas voluntates. Vel dic quod si ponantur dispositiue, quod ita possit fieri, intelliguntur quod praedicta fiebant de licentia, & permisso domini regis: aliās non esset licitum. Nec obstat secūda ratio, quoniam per prorogationem quae fit de loco ad locum, non fit res illicita, seu damnata à iure: sed in casu nostro fiet res damnata & prohibita à iure, per l. j. ff. ad legem Iuliam maiesta. & per l. tertiam. ff. ad leg. Iuli. de vi pub. & per l. milites. C. de offic. mag. mili. Item talis prorogatio potest à iudice territorij prohiberi, vt dicunt praedicti doctores in locis desuper allegatis: & sic dominus rex multo fortius possit prohibere immisionem armigerorum in principatu Cathalonie, per d. l. milites. Vel dic quod prorogatio non potest fieri de loco ad locum extra territorium, secundum Baldum in dicta l. ex consensu. Et istud sequitur Iacob. Callicij in loco praallegato. Et istud mihi placet per iura in secūda parte allegata per dictos antiquos sapientes, & per alia iura per me superius addita & allegata. Et hac putat Iacob. Callicij limitanda prout scripsit in Margarita hisci. in octauo dubio principali. ver. cvij. & ibi videas. Quæro iuxta. tex. quid si ille, qui habet guerram cum alio, non sit vicinus, an habeat locum dispositio huius cap. Et dico quod sic: nam hic subaudiendum est, maxime, quia idem est & si non est vicinus, argumento. in l. j. C. de nau. non excus. libro vndecimo. & gloss. in l. secūda eodem titulo. & quod not. in l. iubemus. in verbo ca pacem. C. de sacrosanct. ecclesi. † Quæro vltius iuxta textum quot modis dicatur publica vtilitas: Bart. & doct. in l. j. ff. solu. mar. dicit quod publica & priuata vtilitas potest quatuor modis capi. Quaedam est vtilitas publica, quae affert suam vtilitatem in communi, & in particulari: vt l. j. §. locus studij. ff. de iusti. & iure. quaedā affert suam vtilitatem in communi: sed nō in particula

ri, vt quod habet camera fiscalis: vt l. vtilitas. C. de priuile. fis. Tertio est vtilitas priuata principaliter, sed publica dicitur, quae respectu vniuersi publica est, vt quod mulieres sint dotatae: vt d. l. j. ff. solu. mar. Quarto etiam dicitur publica, quae est principaliter priuata, sed ideo dicitur publica, quia affert vtilitatem separatim, ita quod vni, & nō alteri: vt q̄ homines sint locupletes, quia Reipublicae interest: vt instit. de his, qui sunt sui. §. penul. vide Bar. & Bald. in l. fina. C. de sac. sanc. eccl. & Ange. Are. instit. de excu. tuto. & de rerum diu. Adde quintō, quod vtilitas publica dicitur, quando pugnatur pro patria, vt in hoc text. † Quæro quae dicatur Reipublica: vide Bal. de pac. tenen. & glo. in authent. de hare. quae ab intest. de §. j. & Iacob. de bellou. in proce. authent. vbi dicitur quod quatuor modis dicitur reipublica. Et ex hoc textu colliguntur quaedam specialitates Reipublicae. Prima patet: iura generaliter disponētia vassallum debere iuuare dominum suum guerrā habentem contra cunctos, non habere locum, quando dominus Rex habet guerram pro defensione regni: quia prius illum, quam dicitur baronē iuuare tenetur, vt hic. Secūda patet: iura generaliter loquentia filium non debere occidere patrem, ideo esse parricidam, si illum occiderit, non habere locum, quando filius occidit patrem venientē ad patriam delendam. Casus est hic, & in l. minime. ff. de reli. & sump. fu. Ego verō addo aliās specialitates, quas de iure hinc inde recollegi. Prima in l. potiores. C. de offic. rec. prouin. vbi patet iura dicentia senioribus honorificentiam esse praestandam, ita restringi, vt nō extendantur ad casum, quod de publica vtilitate tractatur: tunc enim honorem minor non seruat seniori. Ad idem de iniur. l. eum, qui nocentem. Secūda est in l. in prouinciali. in fi. §. fin. cum l. seq. ff. de operis no. nun. & l. mulieri. de popu. act. & l. vt gradatim. §. & si lege. de munerib. & hono. vbi patet, † legem dicentem popularis actionis, seu publicae accusationis institutionem cuiuslibet de populo cōpetere posse, ita restringi, vt non extendatur ad personā mulieris, vel alterius de populo, de quo verisimile esset quod nō diligēter, sed inutiliter Reipublicae negotium tractabit. Et ad hoc accedant quae notat Bal. in rubrica. C. qui accu. non pos. Tertia in casu. l. iube

mus nullam. C. de sac. sanct. eccl. & l. iubemus. C. de nau. non excu. libro xj. l. j. C. vt nemi. lic. in emp. specu. lib. x. l. nullus. C. de cur. pub. lib. xij. & cap. non minus. de immuni. ne. conce. vbi patet constitutionem priuilegiatiam quantumcunque generalem alicui, etiam pio loco, ad vtilitatem priuatā concessam, nunquam includere quod ex eius inclusione publica derogaret vtilitati. Et ad hoc accedant quae not. Dyn. in l. si ex toto. ff. de legatis j. cuius verba refert Ioan. And. in additio. Spec. in titu. de censu. §. nunc dicendum. quae incipit, per hanc legem. Quarta, in l. decurionibus. C. de silē. libro duodecimo. vbi secundū intellectum glo. j. patet † quod per quaecunque rescriptū, seu generales clausulas nō obstantiarum, seu etiam generalem constitutionem non censetur derogatum priuilegijs concessis alicui collegio gratia publice vtilitatis, & in casu. d. l. in priuilegio concesso vniuersitati, seu collegio decurionum. Constat enim ea priuilegia, quae decurionibus concedebantur, gratia publice vtilitatis eis fuisse concessa, & propter labores, quos patiebantur propter Reipublicae gubernationē: nō enim erāt alij decuriones, quam Reipublicae consiliarij, vt not. glo. de silentia. & in rubrica. C. de decurio. lib. x. & in l. sed & si ex dolo. & in l. nulli. ff. quod cuiusq̄ vni. & in l. pupillus. §. decuriones. de verbo. obliga. & ex hoc dicta l. commenda cordi, quam Bald. allegat in prima constitutio. C. §. quibus. & in l. non plures. C. de sac. sanc. eccl. Quinta in §. & haec verō iubemus. in authent. vt nulli. iud. & in authent. de manda. princij. §. si quis autem. Quae iura allegat glof. C. de preci. imper. offe. l. nec damnosa. quae est cauonizata xxv. q. ij. nec damnosa. vbi patet, legem dicentem crimē sacrilegij incurrere, qui principis rescripto non obsequitur: statim ita restringi, vt nō extendatur ad rescripta, quae in praeiudiciū publicae vtilitatis emanarunt: illi enim non aliter inferior tenetur parere, nisi emanet secundum rescriptum cōforme primo, vel nisi primū emanauerit proprio motu principis, nō ad alterius postulationem. Casus est singularis in l. j. C. de peti. bono. subla. libro decimo. Sexta in l. non omnes. §. fin. ff. de re mil. vbi patet, legem generaliter dicentē exuli per nullum, nisi per principem concedi posse remeatum, vt patet. ff. de

poē. l. relegati. & quod plene not. Bar. in l. is, qui reus. ff. de publi. iud. ita restringi, vt meatum concedere vellet ratione vtilitatis publicæ. ¶ Septima in c. ij. de feud. vbi patet legem dicentē generaliter sibi debitum perdere, cum potentioris sentiat patrociniū, in eundem celsionis actum titulo trāsfert, vt patet. C. ne lic. pot. l. j. & ij. & de alie. mu. iudi. c. ij. ita restringi, vt non extendatur ad casum, quo agitur de vtilitate publica: puta quia ecclesia videns rem suam a potentiori possideri, & per seipsam recuperare non posse, illam cedit potentiori, cuius patrociniū sequatur recuperatio. Hoc enim fieri potest, nec incidit ecclesia in poenam illius tituli. Et huius est ratio, publica vtilitas, quæ consistit in conseruatione ecclesiastici patrimonij. Octaua in l. si quis in graui s. hi quocq. ff. ad Silla. vbi patet legem generaliter prohibentem aliquibus casibus seruorum manumissionē, ita restringi, vt non extendatur ad casum, quo ipsa manumissio fieri queritur propter publicam vtilitatem. Nona in l. j. C. vt nemi. lic. in emp. spe. se excus. lib. x. vbi patet, legem generaliter dicentem ius contrahendi fore ab initio voluntarium, ita restringi vt non extendatur ad casum, quo ipsa Respublica vellet compellere suos ad emendum id, quod penes se est corruptibile, & absque spe conseruationis. Casus est singularis secundum vnam lecturam glo. Decima in l. j. C. de condi. in publi. horre. lib. x. vbi patet, legem generaliter prohibentem in venditione mercium mistarum corruptarum cum incorruptis, ideo ita admiscentem punientem: vt est casus secundum vnam lecturam glo. in l. facularij. in princi. de extraordi. crimi. ita restringi, vt non extendatur, cum queruntur vendi merces Reipublicæ, quoniam tunc licita est corrupti & incorrupti cōmissio: quod est menti tenendum. Undecima in l. nulli. & l. fortissimi. C. de eroga. mili. anno. lib. xij. vbi patet, legem generaliter dicentem, creditorem non perdere ius petendi debitum sibi, eò quod fuerit constitutus in mora illud recipiendi, ita restringi, vt non extendatur ad illum, qui est creditor Reipublicæ: quoniam si tempore debito recusat recipere, facultatem illud consequendi perdit. Duodecima in l. item si verberatum. versl. Item si forte. de rei vendi. & l. Lu-

cius. ff. de euc. Decimatertia in l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufu. Posset etiam vltimo probari ex omnibus his quæ not. Bald. in l. j. C. de hære. vel actio. ven. faciens quandam summulam eorum; quæ specialia sunt fauore publicæ vtilitatis, licet in infinitis deficiat. Possum ergo ei addere prædictas specialitates. adde etiam decimam quintam quod not. in l. j. C. de episco. audi. & l. j. §. cura. ff. de offic. præfecti. urb. & l. si. ad legem Iuli. de anno. & in cap. j. de emp. & vend.

Quod superior dominus non potest emere feudum, siue castellaniam inferiorem, quæ pro primo vasallo tenetur in eodem castro suo.



SI in aliquo castro fuerint post dominum superiorem duo castellani, vnus post alium: & primus castellanus tenuerit castrum pro domino superiori, faciendo ei homagium, & secundus castellanus fuerit ibi, vel tenuerit pro dicto primo castellano, faciendo ei homagium pro ipsa castellaniam, siue feudo: & iste inferior castellanus voluerit vendere domino superiori castellaniam, quam pro dicto primo castellano tenet: non potest ipse dominus superior de iure, vsu, & obseruantia, seu consuetudine Cathalonie emere ipsam inferiorem castellaniam: quod si faceret, sequeretur inde quidam circulus a iure, & obseruantia Cathalonie reprobatus: quoniam dictus primus castellanus tenetur domino prædicto superiori facere homagium propter ipsum castrum, siue feudum: & ipse dominus superior teneretur

teneretur facere homagium prædicto primo castellano, siue vasallo, propter id castrum, siue feudum: & ipse dominus superior esset feudatarius, siue vasallus sui feudatarij, siue vasalli in eodem castro, seu feudo: & ita idem esset potior seipso. Quod esset inconueniens: quia si vasallus faceret homagium ipsi domino superiori, ipse dominus superior esset potior suo vasallo: sed si ipse dominus superior faceret suo vasallo homagium ratione dictæ emptionis feudi, siue castellaniam inferioris, ipse vasallus esset potior domino superiori: quod est inconueniens. Et ideo dominus superior non potest, nec debet emere tale feudum, siue castellaniam inferiorem. Si verò ille vasallus secundus voluerit vendere feudum, quod tenet pro ipso primo vasallo, domino superiori per alodium Fracum, poterit hoc facere ipso primo vasallo, pro quo tenet ipse venditor, illud feudum concedente & firmante quod per alodium vendatur: sicut fecit rex Petrus pater Regis Iacobi, qui tenebat per sedem Barchinonæ leudas ciuitatis Barchinonæ in feudum, & pro ipso rege primo tenebat easdem leudas in feudum. Guliel. de Mediona, qui Gul. vendidit per Francum alodium Berengario episcopo Barchinonæ domino superiori ipsarum leudarum: quam venditionem rex Petrus, pro quo dictus Gul. tenebat, confirmauit cum publico instrumento.

S Y M M A R I V M.

- 1 Castellani plures in uno castro successiue esse possunt.
- 2 Homagium domino feudi præstatur pro feudo.
- 3 Castellanus secundus castellaniam domino superiori uen-

- dere non potest.
- 3 Emptor feudi domino immediato homagium facere tenetur.
- 4 Vasallus quando domino superiori feudum uendere possit.
- Si dictio, varijs capitur modis.
- 5 Post dictio extremitatem temporis importat.
- 6 Feudum Francum quod dicatur.
- 7 Vasallus an possit uendere feudum domino superiori.
- 8 Consuetudo specialis per legem generalem corrigitur.
- 9 Statutum quod omnes causæ compromittantur, qualiter intelligendum.
- 10 Verba statuti generalia ad que sint restringenda.
- 11 Castellani plures vnus post alium qualiter in castro esse possint.
- 12 Vasallus secundus an possit superiori domino feudum uendere sine consensu primi.
- Consensus quando actum præcedere debeat, & quando sequi.
- 13 Statutum quod minor non adeat hereditatem sine duorum consanguineorum consensu, qualiter intelligendum.
- 14 Vasallo ultimo feudum uendente, an sufficiat consensus domini superioris.



SI in aliquo. Diuide istud capi. in duas partes. In prima parte dicit quod si sunt in vno castro duo castellani, vnus post alium, quod secundus castellanus non potest vendere domino superiori castellaniam. In secunda parte dicit, qualiter de consensu primi castellani potest ipse secundus castellanus vendere castellaniam domino superiori per alodium. Prima pars incipit ibi: si in aliquo. Secunda pars ibi: si verò. Casus. Datur regula, & exceptio a regula. Regula est, quod quoniam sunt duo castellani in vno castro, vnus post alium, quod secundus non potest vendere domino superiori castellaniam. Exceptio a regula est, nisi vasallus illam vendiderit ipsi domino superiori per alodium, de voluntate & consensu primi castellani. h. d. Collige notabilia. ¶ Nota. j. quod in vno castro possunt esse duo castellani, vnus post alium: ideo etiam tres, vel plures vt supra, in cap. si duo. Vide quæ ibi scripsi. Et etiam possunt esse in castro duo vel plures castellani pares, vt supra, in cap. si in aliquo castro. Et adde hinc quæ in dictis duobus capitulis dixi. Not. secundo quod primus castellanus facit homagium primo domino, & secundus castellanus primo castellano. ¶ Not. tertio quod pro feudo præstatur homagium domino illius. Concor.

c. post q̄. & c. domino vasalli. & c. duplex. supra, & in eis scripti. Not. iij. regulariter prohibitum esse secundo castellano vendere castellaniam domino superiori. Cōcor. Spec. tit. de feu. §. quoniam. vers. xxiij. quæritur. Not. v. q̄ circulus est de consuetudine Cathalonie reprobatus. Concor. etiam de iure ciuili in l. Claudius. iuncta gloss. ff. qui po. in pig. hab. † Not. vj. q̄ emptor feudi tenetur facere homagiū immediato domino. Concordantia sunt in capitulis superioris allegatis. No. vij. q̄ nullus potest esse vasallus sui feudatarij. No. viij. q̄ nullus potest esse potior seipso. Vide Io. Mon. in c. dudum. §. nos ergo. de præben. lib. vj. vbi ponit quomodo aliquis potest esse maior seipso. & Bald. in feu. in proce. §. expedita. No. ix. quod vasallus nō potest esse maior dño suo, cum esset inconueniens. † Not. x. & vltimò quod vasallus de voluntate sui domini immediati potest vendere feudum domino superiori per allodium. Exponere iteram. Si: Ista dictio facit conditionem, secundum Bar. in l. j. ff. de condi. & demon. & gloss. in c. videtur. extra de condi. appo. Quādoq̄ ponitur pro quia, secundum Bal. in l. si pater. C. quando prouo. nō est neces. An autem sit exceptiua. tex. & ibi Sali. in l. j. C. quando lic. ab emp. sed hīc pro conditione ponitur. † Post. Dictio ista extremū tempus significat, secundum Lud. in l. si ita. ff. de acquir. hær. & Bart. in l. ij. §. creditum. ff. si cer. pet. Referturq̄ etiam ista dictio ad actum immediatē sequentem, secundum Gem. in c. j. de resti. spo. lib. vj. Vel potest referri ad actum mediatum, & non immediatum, secundum eum in c. si post. de confessis. eo. lib. Est etiam ista dictio, Post. implicatiua, secundum Lud. in l. admonendi. ff. de iureiur. & ita sumitur hīc. Superior, id est, maiorem. Castellani, id est, vasalli: nam castellanus & vasallus idē sunt, vt dixi supra, in c. & si nondum. & c. si castellanus. Castellania, siue feudo. Ergo Castellania idem est quod feudum. Per allodium Francum. Bal. in proce. feu. §. alia diuisio. dicit † quod est feudum francum, sci licet à seruitijs, seu operis exhibendis: quia nullum præstatur seruitiū pro eo: sed non est francum à maleficijs. vide ibi eum, & in titulo. de cap. qui cur. vendi. vbi dicit quod feudum liberum & francum intelligitur, id est, liberum, cō indefinitē prolato, intel-

ligitur omni libertate, & ab omni seruitute absolutum. Et sic patet quod nullum onus potest imponi, nisi id, de quo in ipsa feudatione fuit expressum, secundum Bal. ibi, Pet. Iaco. in libel. titulo, de cau. ex qui. do. debet proprie. amit. vij. distinc. dicit quod feudum aliud est liberum, & indeterminatum, & aliud est conditionatum. Vide ibi. Sed ego credo quod vendendo illud feudum per frācum allodium ipsi domino superiori, quod vtile dominium ipsius feudi, quod primus & secundus vasallus habebant respectu ipsius dñi cōsolidatur cū domino directo, argumēto. ff. de vsufr. accrescen. l. j. §. inde Neracius. & §. si. quib. mod. vsufr. amit. l. si tibi. Et de ista cōsolidatiōe loquitur Pet. Iac. in libel. titul. de ea. condi. ex mori. pro feu. §. ex præ dictis satis apparet. Opp. j. q̄ vasallus potest vendere feudū superiori domino, vt j. c. si aliquis. §. Item nō potest vendere vasallus. Solu. Ibi non erat nisi vnicus vasallus, & sic ipse bene potest vendere suo domino feudū: quia dñs emendo dictū feudum non esset vasallus alterius sui vasalli: & sic ex ipsa emptione nullū sequitur inconueniens: hīc verò erant duo castellani, & secundus vendidit dño superiori: & sic secus est hīc, & secus est ibi. Vel si dicas q̄ essent duo castellani, sed quia ibi primus vasallus potest vendere domino superiori: secus q̄ secundus vendidit, quia tūc nō potest. Vel potes dicere quod ibi secundus vasallus vendidit primo vasallo suo dño immediato: quod potest. hīc verò vendidit superiori domino: & sic est secus. Tene quam volueris, quia qualibet sustineri potest. Nam si vna lex habet plures lecturas, qualibet potest esse vera, dum tamen probetur ratione legis: licet iureconsultus de vna tantū intellexerit, & dubitetur quæ sit illa, secundum Bart. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. † Oppo. ij. quod etiam vasallus potest vendere domino superiori dictā castellaniam: vt in constitutio. Ceruarie regis Petri tertij. c. Item ne super laudimio. §. adijciantes. vbi permittitur vasallo de feudo siue inter viuos, siue in vltima voluntate disponere in capacem. quæ constitutio generaliter loquitur, dum tamen capax sit emptor, & sic generaliter debet intelligi: vt l. j. §. generaliter. ff. de lega. præst. & l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio. cum ibi nota. Solut. Istud. c. corrigitur per dictam constitut

constitutionem: quia ibi dicit, non obstante aliquo vsu, seu consuetudine generali. † Et pro hoc, quia lex generalis corrigit consuetudines speciales. Bar. in l. si. C. de testa. Sed quia legum correctio est vitanda, vt l. j. C. de inoffi. testa. dicas ergo quod ibi est regulare. fallit in isto casu. Nec obstat dicta constitutio, quia dictum generalis legis restringitur per suam causam, & rationem, secundum Lud. in l. si is. ff. de acqui. possess. & generalitas arctatur, ne ius commune lædatur, si aliter potest habere iuris effectum, secundum Io. Mo. in c. in generali. de regu. iur. lib. vj. Item arctatur ne specialiter prohibita comprehendat, vt ibi. lex etiam si præcisè loquatur, attamen recipit rationabiles excusationes, secundum Bald. in l. filius. §. procurator. ff. de prociu. Et pro hoc facit q̄ lex posterior loquens in vna materia generaliter, & affirmatiue, nō extēditur ad vnum casum specialem, quem lex antiqua ponit prohibitiue, secundum Lud. in repe. authen. similiter. C. ad leg. fal. ver. xix. circa specialitates vltimæ voluntatis. & ita est hīc. Quid igitur dicem⁹ ad verba dictæ constitutionis ibi: non obstante? dic quod ipsa verba referuntur ad illas generales consuetudines, quæ indistinctè prohibebāt vasallum posse disponere de feudo: non autē ad particulares, quæ vasallo prohibitionem disponendi afferunt propter inconueniens, vt est hīc. Et pro hoc facit, quia in generali dispositione odiosa non cōprehenduntur, secundum Bal. in l. in ipsius. C. fami. ercif. & Barto. ff. quod quisq̄ iur. l. iij. §. si procurator. Bal. in l. j. ff. de his, qui sunt sui vel ali. & Ang. in l. si quis sub cōditione. ff. de condi. institu. Facit etiam pro hoc, † quia statutum generaliter loquens, quod omnes causæ debeant cōpromitti, restringitur ad compromissibiles, secundum Bal. in l. propter. de tuto. & cura. da. ab his. Et pro hoc, inquam, facit text. & ibi Bald. in l. omnes. C. sine cen. vel reli. & in l. legatorum. §. j. ff. de leg. ij. & in l. Lucius. §. Lucius. & ibi Bald. eodem titu. Verba enim generalia nō comprehendunt illicita. ff. de condi. indebi. l. si procurator. ad muni. l. Paulus. §. penult. de ritu nup. l. quanquam. Bal. in l. cum oportet. in prin. C. de ho. que lib. nec etiam includunt inhonestas. tex. & doc. in l. si filius à patre. de libe. & posthu. Item non includunt expressè prohibita. Tex. in l. testamento. ff.

de testa. mi. & Bald. in l. nam si miles. ff. de iniust. test. & late Ang. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordin. fa. & ita est hīc. Nec etiam comprehenduntur inhabilia, secundum Barto. in l. j. §. nuntiatio. ff. de no. ope. nun. † Verba enim generalia statuti sunt restringenda, vt non contineant absurditatem, secundum Lud. in l. si verò. §. de viro. ff. sol. matrimo. in xxxj. fallen. vers. vltimo. & vide xxxij. fallen. versic. iij. Absurdum autem esset, quod dominus superior faceret fidelitatem suo vasallo. Vide Iac. Callicij in exgrauatorio curiarum. §. vij. vers. cxcv. vbi refert Andream. de Iser. in c. j. quid sit inuesti. dicentem quod inconueniens esset quod rex faceret fidelitatem subdito suo: vt. ff. de operis lib. l. interdum. in fi. Generalitas verò dictorum verborum restringitur per hoc capit. quod de iure permissum est, secundum glo. Bar. & Bal. in l. non dubium. ff. de leg. j. pro hoc etiam facit quod dicit Lud. in l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimo. in x. fallent. versic. iij. & in xxij. & xxiiij. fallentijs. vbi generales clausulæ non obstantia non derogant his, quæ ibi dicuntur. Et pro hoc, quia non est nouum priores leges trahere ad posteriores, & econtra. l. non est nouum. cum seq. ff. de leg. gib. Vel dic q̄ istud ca. intelligitur secundum illud, intelligendo istud c. secundum solutiones, quas dedi supra proximè. Et ad hanc solutionē adde quæ scribam j. c. feloniam. in q. iuxta quod quero. † Quero, qualiter possint esse in castro duo castellani vnus post alium? Et dic q̄ quando ponitur in castro per primū vasallum subcastellanus de voluntate domini tacita vel expressa. Casus est in vsa. castellani. vide quæ dixi supra, in c. si duo. & j. c. cōsuetudo. §. Itē est. Quaro qualiter castellanus dicat ponere, vel submittere alios castellanos in castro? Iac. Callicij in dicto vsati. castellani. dicit q̄ text. ipsius vsat. potest intelligi dupliciter. Vno modo quod castellani ius sibi pertinens in castro conferat subtrusmissio castellano, id est subrogato: & ita submittens liberatur in totum à vasallagio. Et hoc dicit innuere ex text. ibi, dum dicit: alios castellanos. & nō dicit, subtruscastellanos. Sed iste intellectus mihi non placet: quia est contra text. huius c. quod sentit totū contrariū. Nā si primus vasallus in totū liberaret submittendo subtruscastellanum, non prohiberet

istud cap. domino superiori emere dictam
castellaniā: quia nō esset circulus, cum secū
dū ipsum intellectū nō esset dominus supe
rior vasallus sui vasalli. Secūdo modo pōt
intelligi, & melius, secūdū ipsum, & me,
q̄ iste castellanus subtus mittebat alios sub
tus castellanos, quos pro dominis tenebat,
concedendo ipsa castra in feudū ipsi sub
tus castellanis cum praeſtatione homagij,
& seruitij, & ipsi primis castellanis rema
nentibus vasallis priorū dominorū. Et pro
hoc est tex. hīc, & in c. si duo, vel tres supra
& vide alia iura per dictum Iaco. in d. vfa.
allegata. Et de materia istius c. vide ibi di
cta per eū: quia sufficit tibi remissio. ¶ Que
ro, ecce q̄ vasallus secundus vendidit do
mino superiori castellaniā, an cōsensus pri
mi vasalli debeat praeſcedere dictam vendi
tionem, vel eam sequi? Bar. in l. si quis. §. ius
sum. ff. de acqui. hær. & in l. si aut. de aqua
plu. arc. dicit q̄ sufficit cōsensus post inter
uenire: vt l. fin. C. ad Maced. cum simi. vbi
de hoc Bal. plenē ponit. fed Lud. in d. §. ius
sum. dicit secundū Inn. in c. cū consuetudi
nis. extra de consue. & ibi Anto. de Butri.
q̄ aut actus, qui geritur, pro eius forma re
quirit cōsensus, aliās est nullus: & tūc nisi
consensus praeſcedat, non potest subsequi.
Ad hoc allegat l. q̄ ergo cum fine. l. sequen
tis. ff. de his, qui no. infa. Ad secundum alle
gat c. auditis. extra de elec. & facit c. quod
sicut. eo. ti. & ita est hīc: quia hic consensus
est de forma: aliās venditio fieri non potest.
Aut actus est aliquis, seu de sui forma non
requirit cōsensus: & tūc potest subsequi.
extra de iure pat. c. cura. & in q. quam po
nit Bal. in l. j. C. qui admitti. in vltima char
ta. ¶ si statutum dicit q̄ contractus, seu hæ
reditatis aditio non possit fieri per minorē,
nisi cum consensu duorum consanguineo
rum, an si dictus consensus non interuene
rit à principio, possit ex postfacto interue
nire. Et per dictā theoricā, licet non alleget
Inno. decidit q̄ si in actu aditiois, seu cōtra
ctus, nō interueniat, tales actus erunt nulli,
nec poterit subsequi, secundū Lud. vbi su
pra vide Bal. in feu. de feu. sine cul. nō amit.
§. si quis miles. & Inn. & Io. An. in c. j. dere.
ecc. nō al. li. vj. & Ang. & Imola in d. l. sin
autē. Querit G. de valesicha in vfa. si quis
suū feudū, quod si Titius teneret castrū pro
rege in feudū, & Caius tenet quandam ca
stellaniā in feudum pro Titio, Sempronius

verò est subcastellanus, tenēdo in feudum
castellaniā pro Caio, Titius vult emere feu
dū, seu ius Caij, quæritur an possit: Et ipse
G. dicit q̄ sic, nisi seruitiū domini regis fiat
deterius: vt in vfa. si à vicecomitibus. cum
ibi no. per dictū G. in q. j. Et est ratio, quia
cessat circuitus, & incōueniēs in isto, quod
istud c. damnat: & sic cessante legis prohi
bitione, debet cessare ipsa lex: vt l. adigere.
§. quis. ff. de iure patro. Sed an in hoc casu
tali emptori per vasallum sit praeſtandum
sacramentum fidelitatis, & dare debeat po
testatem de castro: G. vbi supra dicit q̄ sic
de iure patriæ. & alleg. l. c. j. ¶ Querit vltē
rius idē G. in dicto vfa. quid si per vltimū
vasallum seu castellanū vendat feudū, nun
quid sufficit consensus domini superioris?
Et dicit q̄ non: ideo omnium castellanorū
post dominū, quoniam omnes habent par
tem foriscapij, seu laudimij: vt in c. iij. curie
Ceruariae. Vide que de hoc dixi j. c. cautū.
Et pro hoc facit l. j. & iij. §. j. ff. de libe. exhi.
& l. si. C. de autho. praeſtan. & l. Imperialē.
primo respōso. et Io. de Blanofco qui. cau.
feu. amit. §. Item si vasallus. fo. ix. & per eun
dem apud quem feu. §. fed pone. fo. xix. Sed
de consuetudine Cathalonie videretur se
cus, quod solum requiratur consensus, &
firma illius, pro quo immediatē tenetur feu
dum, quando in eodem fuerunt plures do
mini: vt in c. xlix. §. si. & c. lx. licet laudimij
diuidatur inter superiorem, & ceteros feu
datarios: vt in c. iij. curie Ceruariae. Adde
hīc quæſtionem, quam posui. j. c. fellonia
ibi: iuxta quod quero, ecce quod vasallus.

*Verum agnatus vasalli defuncti sine filio,
adita hæreditate feudali possit fieri homo
domini feudi: & intra quod tempus de
bet venire coram domino feudi ipse agna
tus, vel alius hæres vasalli defuncti.*



S aliquis vasallus nō
habens filios, sed ha
bens agnatū, deceſ
serit intestatus, &
ipse agnatus succel
serit ipsi vasallo ab
intestato, ipse agnatus, ex quo hæ

reditatem dicti vasalli sic defuncti
adiuit, factus est homo domini præ
dicti vasalli, & tenetur ei renouare
homagium, & facere fidelitatem.
Nā sicut omnibus creditoribus de
functi tenetur eo ipso, quo hæredi
tatem adiuit, ita tenetur domino feu
di iure homagij eo ipso, quo hære
ditatem adiuit, & fingitur eadē per
sona cum defuncto. Et iste agnatus
veniet ad dominum feudi, pro quo
feudum debet teneri, & dicat: Do
mine, ego sum hæres talis vasalli ve
stri defuncti, & feudū, quod quon
dam tenebat pro vobis, deuenit ad
me: ego volo vobis facere homa
gium, & fidelitatem renouare. Cer
tē si dominus recipit eum in homi
nem, & feudum ei decernit, si post
eā contingat quod veniat alius, qui
dicat se proximiorē, & in verita
te est proximior, & talis, qui possit
in feudū succedere: receptio, quam
fecit dominus de primo, non præiu
dicat postea venienti: quia sub con
ditione videtur ipse dominus illum
in hominem recepisse, & ius feudi
decreuisse, seu de feudo ipsum inue
stisse, si competebat ei, vel pertinere
debebat ad ipsum dictum feudum.
Si verò agnatus, vel etiam propin
quior defuncti vasalli cū testamēto,
vel sine testamēto: nō venerit intra
congruū tempus coram dño feudi
ad renouandū homagium: vel fideli
tatē: hoc est intra annum, & diē: sed
post illud tēpus venerit: si dño pla
uerit: amittet feudū. Si verò nō pla
uerit dño q̄ amittat feudū, nō amit
tet. Imò aget contra ipsum hæredē,
vt cognoscat eū dñm, ex quo vltra
annū: & diē: tenuerit feudum. Et

hæc est cōsuetudo generalis Catha
lonie: videlicet q̄ quicumque fuerit
hæres vasalli defuncti: siue ex testa
mēto, vel sine testamēto, debet ipse
hæres venire coram dño feudi in
tra annū, & diē, paratus renoua
re, siue præſtare homagiū, & fideli
tatem dño feudi: quod nisi fecerit,
amittet feudum, si domino placue
rit: vt dictū est. Si verò hæres dixe
rit se dimittere domino feudū, ita
quod per renūtiatiōē, siue per de
fertionē feudi velit euitare, ne do
mino feudi faciat homagiū. de iure
& consuetudine rationabili, nō po
test per talem desertionem se libe
rare: quia eadem persona fingitur
cū defuncto, ex quo hæreditatē adi
uit feudale, & eam tanto tēpore te
nuit: qm̄ sicut defunctus vasallus nō
poterat se in vita liberare ab homa
gio, deserendo feudū sine volūtate
dñi, ita & hæres, qualiscūq̄ fuerit,
nō poterit volēs dimittere feudū,
se liberare ab homagio, quin faciat
homagiū dño feudi: postq̄ adiuit
hæreditatem defuncti vasalli dñi i
psius feudi, & eam tenuerit tempo
re prætaxato. Ipse enim hæres tene
tur renouare fidelitatem, faciendo
homagiū dño feudi ex persona de
functi, quia fidelitatē promisit ipsi
dño ratiōe feudi illius, cū eadem
persona fingatur. Et licet dicatur,
vt supra q̄ tenetur renouare fideli
tatē domino, non tamē est promif
sio nouæ fidelitatis, sed antiqui ho
magij quædam renouatio.

S Y M M A R I V M.

- 1 Agnatus vasalli ab intestato defuncti succedit in feudo.
- 2 Successio in feudis apud Cathalanos locum habet.
- 3 Feudum ad agnatos per successionem transmittitur.

Agnatus

- 4 Agnatus adeundo feudalem hereditatem efficitur homo domini ipsius defuncti.
- 5 Agnatus qui feudalem hereditatem adiuit, creditoribus defuncti tenetur.
- 6 Heres hereditate adita fingitur cum defuncto eadē persona.
- 7 Receptio agnati per dominū facta non præiudicat proximiori postea uenienti.
- 8 Heres uasalli defuncti perdit feudum, nisi domino intra annum se obtulerit.
- 9 Heres qui feudalem adiuit hereditatem, non potest feudum deserere.
- 10 Renouatio homagij antiqui quæ dicatur.
- 11 Agnati qui in feudilibus.
- 12 Suus omnis agnatus est, non contra.
- 13 Successio in feudis, an similis sit successioibus alijs.
- 14 Eo ipso, hæc uerba quid significant.
- 15 Proximior est, quem nemo præcedit.
- 16 Legitimati an possint in feudo succedere.
- 17 Agnatus agnato succedens in feudo, an hereditate refuta possit feudum retinere.
- 18 Ascendentes iure communi in feudo non succedunt.
- 19 Gratificationem in feudis quando sit locus.
- 20 Successiones possunt disponi per consuetudines.
- 21 Filij primi matrimonij in feudis præferuntur filijs secundis.
- 22 Filius uasalli unius, hereditatem adiens feudalem, etiam in feudo succedit.
- 23 Fœmina cum masculis non admittitur in feudis.
- 24 Filia quando in feudo succedere possit.
- 25 Filie quando ad feuda admittantur.
- 26 Feuda quo ordine ad posteros perueniant.
- 27 Cognati in Cathalonia admittuntur ad feuda.
- 28 Vasallo succedere potest in feudo, qui et in bonis hereditarijs.
- 29 Heres uasalli an intra annum domino se offerre teneatur, etiam non requisitus.
- 30 Vasallus an possit domino feudum remittere.
- 31 Filia et agnato contententibus de beneficio, uter præferatur?
- 32 Agnati in defectum ascendentium et descendentium an succedant in feudo.
- 33 Heres quo t modo quis esse possit.
- 34 Vasallo mortuo quis succedat in feudo.
- 35 Extraneus in feudis non uenit nomine heredis.
- 36 Heres in feudis pro filio capitur.
- 37 Ascendens quo iure in feudo possit succedere.
- 38 Fœmina quo iure succedat in feudo.
- 39 Succedere qui potest in bonis, potest et in feudis.
- 40 Vasallus an in scio domino possit feudalem hereditatem aditam repudiare.
- 41 Filia à feudo agnatos excludit in Cathalonia.
- 42 Pupillus, feudatarius si interpellatur, et non tutor, an ipsi currat tempus.
- 43 Interpellatio pupillo facta absque tutore non constituit eum in mora.
- 44 Citatio pupillo facta nil operetur, nisi citetur et tutor.
- 45 Adultus in quibus sine curatore possit interpellari. 46.
- 47 Pupillus uel adultus an restituatur ob negligentiam tu-

toris, uel curatoris inuestituram non petentis.

48 Minor latus semper restituitur, nisi contrarium in iure exprimat.

49 Heres uasalli defuncti an in scriptis se domino offerre debeat.



S aliquis uasallus. Diuide istud cap. in quinque partes. In prima parte dicit qualiter uasallo decedenti ab intestato sine filijs agnatus ei succedens per aditionem hereditatis efficiatur homo domini, & renouare teneatur homagium, & facere fidelitatem. In secunda parte dicit qualiter si dominus receperit eum in hominē, & alius uenerit, qui se proximiorē afferat, dicta receptio non præiudicat proximiori. In tertia parte dicit qualiter ipsis agnato uel proximiori intra annū & diem nō uenientibus amittat feudum, si placet domino. In quarta parte dicit qualiter si non placet dño, ipse dominus possit agere contra ipsum hæredē ad recognoscendum eum dñm. In quinta parte & ultima dicit qualiter heres, qui adiuit hereditatem feudalem, non potest deserere, aut renuntiare feudū: ideo tenetur homagiū facere, & fidelitatem renouare. Prima pars incipit ibi: si aliquis. Secunda pars ibi: & si iste agnatus. Tertia pars ibi: si uero ille agnatus. Quarta pars ibi: si uero non placuerit. Quinta pars ibi: si uero hæres. Casus. Defuncto uasallo ab intestato sine filijs, agnatus succedens ei ab intestato per aditionē hereditatis illius efficitur homo dñi illius defuncti, & tenetur ei renouare homagiū, & facere fidelitatem: & si dñs receperit eum in hominem suum, & feudū ei decreuerit, si postea alius capax, qui se proximiorē dicat uenerit, talis receptio illi non præiudicat, cū tacite illum cum cōditione recepisse uideatur, si ad illum agnatum feudum pertinet. Et si ipse agnatus, uel proximior non uenerit intra annum & diem ad renouandum dictum homagium, & fidelitatem faciendum, post dictum tempus feudum amittitur, si placet domino: in autem sibi non placuerit, potest ipse dominus contra ipsum uasallum agere, ut cognoscat eum dominū: quia consuetudo Cathalonie est, quod hæres intra annum & diem uenire teneatur paratus renouare homagium, & fidelitatem: aliās amittet feudum: nec ipse hæres, qui adiuit hereditatem defuncti potest deserere aut renuntiare dictum feudum, cum eadem

- 1 eadem persona fingatur cum defuncto. Colige notabilia. ¶ Not. primò quod in feudo uasalli defuncti intestati succedit agnatus. successio enim feudi est successio ab intestato, secundum Bal. de cōtro. inter masc. & fœmi. & de succ. feud. ubi est text. & ibi Bal. quod in feudis ultima uoluntas uasalli nil ualet. Sed idem Baldus in c. j. an agn. uel fil. dicit quod in feudis succeditur iure successorio. De cuius tituli intellectu uide
- 2 Bal. de eo, qui sibi & hæred. suis. ¶ Ego uero dico quod in Cathalonia istud locum non habet: quia ex testamēto & ab intestato succeditur in feudis, & etiā inter uiuos: ut in constitutione Ceruarie regis Petri tertij. c. Item ne super laudimio. & adijcientes. & per ipsam constitutionem. & istud probatur in hoc ca. si uero ille. uide quæ de hoc dixi latius supra, in c. uasallus. Dicit tamē Spec. titu. de feu. & quoniam. ver. xxv. quod in successione feudi non potest certa regula tradi propter diuersas locorum cōsuetudines pacta, & cōuentiones, quæ in eis apponuntur. ¶ Not. ij. quod feudum est transmissibile per successione ad agnatum. Cōcor. in feu. an agna. uel fil. c. j. & in dicta constitutione Ceruarie. c. Itē ne super laudimio. & qui feud. dare pos. & hoc quoque. ubi est text. & ibi not. Bald. quod agnati in feudis succedunt usque in infinitum. & de prohib. feud. alie. per Lothar. c. j. & satis breue, & de feu. mar. ¶ No. iij. quod agnatus, qui adiuit hereditatem feudalem, efficitur homo domini defuncti. Concor. ad prædicta tria notabilia. Spe. ti. de feu. & quoniam. ver. xxvij. No. iij. quod uasallus qui per aditionē hereditatis feudalis efficitur homo domini, tenetur renouare homagium, & facere fidelitatem. Concor. supra. c. post q. & idē est. & c. dño defuncto. & quæ in utroque eorū scripti. ¶ Not. v. q. agnatus, qui adiuit hereditatem feudalem, tenetur creditoribus defuncti. uide quæ dicā de hoc j. in j. opp. Adeūdo enim hereditatem ipsam quasi cōtrahere uidetur cū creditoribus hereditarijs: ut est text. in l. apud iul. §. si. cū l. seq. ff. ex qui. cau. in posses. eatur. & tex. iū ctra gl. insti. de obl.
- 6 quæ ex quasi cōtractu nasc. & heres. ¶ Not. vj. q. ille, q. adiuit hereditatem, fingitur eadē persona cū defuncto. Cōcor. Spe. ubi supra. & tex. i. c. dño defuncto supra, in fi. & Bal. in feu. an mutus uel aliter imperfec. & in c. an agna. uel fil. Hoc tñ est uerū successione

iuris: quia in ueritate differunt, cū diuersæ sint persone, & diuersas animas habent: un de quādo agimus de effectu ligatē animā, uinculum unius nō ligat animam alterius: nisi culpa illius interuenerit, secūdū Gem. in ca. in appellationibus. de iura. cal. libr. vj. Not. vij. qualiter est siēda per istum agnatū oblatio domino defuncti uasalli, quoniam ipse uult succedere in feudo. ¶ Nota. viij. quod receptio agnati facta per dominum non præiudicat proximiori postea uenienti. Et est ratio: quia per cōstitutionem Ceruarie regis Petri tertij. & quod ipse proximior, dum tamē sit capax, est successor in feudo. Nota. ix. quod si agnatus prætendens succedere, uel alter proximior, non uenerit intra annum & diem coram domino ad renouandū homagiū, & faciendum fidelitatem, feudū amittunt, domino uolente: aliās secus. Concor. supra. c. domino defuncto. cū alijs concordantijs ibi allegatis. Not. x. quod lapsis anno & die, si dominus recusat amissionē feudi, potest cogere dictū heredē ut eum cognoscat in dñm: & sic secūdū hoc datur optio dicto dño habere rem feudalem, aut dictū hæredem in uasallū. Cōcor. supra dictū. c. dño. & quæ ibi dixi. ¶ Not. xj. q. ois hæres, siue ex testamēto, siue ab intestato de cōsuetudine Cathalonie tenetur uenire intra annū & diē corā dño paratus renouare homagiū, & fidelitatem præstare. Cōcordantias uide supra, in d. c. dño defuncto. Not. xij. ¶ q. hæres, qui adiuit hereditatem feudalem, nō potest feudū deserere, aut illud renuntiare dño. Concor. supra. c. post q. j. responsio. & quæ ibi in j. oppo. latius de hoc scripti. Not. xij. q. ad hoc q. hæres non possit deserere feudū dño, requiritur ultra aditionem q. illud tenuerit per annum & diem. uide quæ dixi in dicta. j. oppo. ¶ Not. xiiij. & ultimò, quod præstatio homagij, & fidelitatis, quæ fuit per hæredem dño uasalli defuncti, cuius est hæres, non est noua promissio, sed antiqui homagij renouatio. Expone literam.
- 11 Agnatum. ¶ Agnati dicuntur in materia feudali transuersales, per masculos nati, secundum Bal. an agna. uel filius. c. j. Omnis enim patruus est agnatus, ut ibi. De iure autem ciuili quis dicatur agnatus, uide instit. de agna. tut. in princ. ff. de suis & legit. hæred. l. ij. ff. de legit. agna. tute. l. sunt. Adde
- 12 Bal. an agna. uel fil. c. j. ubi dicit q. omnis suus

suus est agnatus, & non econuerso intestatus. De materia intestati, quo ad materiam feudalem, dixi latius supra. c. vassallus si decesserit. Successerit. Quomodo succedatur in feudo de iure communi feudali, vide in c. j. constit. feud. imp. §. si quis. vbi tex. & ibi Bald. dicunt quod vbi non superest descendens, succedit agnatus, puta patruus defuncti: nam prima causa est descendendum, deinde peruenitur ad transfusionales: sed in Marchionatu non est successio, secundum Bal. de suc. feu. §. hoc quoq. ¶ An autem successio feudi similis sit alijs successionibus. Specu. tit. de feu. §. quoniam. vers. xxv. sed tu dic de hoc secundum ea, quae scripsi in d. c. vassallus. Ab intestato. Subaudi, & cum testamento, vt infra declaratur. Admit. De hoc dixi supra, in c. post. q. Homo, id est, vassallus. Renouare. De materia renouationis scripsi supra, in c. domino defuncto. ¶ Eo ipso. Bald. in l. fi. C. de sac. san. eccles. exponit ista verba, id est, sine aliquo obstaculo, vel adminiculo. Gensel. in cle. j. de elec. Card. & Andr. de Sicilia exponunt illa verba, id est, absq. alia sententia. Similia verba ponuntur in c. q. sit. & in c. nullus. & in c. si religiosus. de elec. lib. vj. Hereditatem subaudi feudalem. Fingitur, id est, reputatur. Feudum subaudi quod fuit ipsius defuncti. Deuenit ad me. subaudi iure successorio. In hominem, id est, in vassallum: vt infra c. si aliquis habet. Decreuit. Aliqui libri habent, donauit: & idem sensus est. Postea. De significatione istius dictionis, vide in c. j. de constitut. lib. vj. glo. in c. cum Vintoniensis. de elec. tex. & glo. in l. ab hostibus. §. penul. ff. ex quib. cau. maio. Proximio rem. ¶ Proximior dicitur, quem nemo praecedat: vt not. gl. in authen. defuncto. C. ad Tertul. & glo. in feud. de suc. feud. §. hoc quoq. l. proximus. de verb. sig. proximus enim intelligitur per lineam, secundum Bal. in l. dudum. C. de contrah. emp. Qui possit in feudum succedere. Quis autem sit incapax, vel persona prohibita ad tenendum feudum, Bal. in feud. de ali. feu. Spe. tit. de feu. §. quoniam. vers. xxx. & ibi Io. And. in addi. Bald. in feud. de lege Corradi. §. similiter. & j. c. Ite. n. si quis habet. §. Item non potest. & tex. in c. j. §. naturalis. si de feu. def. mi. & in §. adoptiuus. & quae ibi dicit Bal. & in dicta constit. Ceruariae. Adde quae latius de hoc scripsi supra. c. si dñs. ¶ An autem legiti-

mati succedant. Bal. in d. §. naturalis. Quid de clericis, & monachis: text. & ibi Bal. de vaf. qui ar. belli. & si de feu. defun. mi. §. qui clericus. & de benef. foemi. & in l. quisquis. C. de epi. & cle. Conditione. subaudi quae racione inesse videtur. & in constitutiōe Ceruariae regis Petri tertij. c. Itē ne super laudimio. §. quodq. proximior. & in §. vbi verò vassallus. Ergo ultra annum. Ergo si tenuerit illud minus anno, non amittet. Requiritur ergo q. per totum annum & diem feudum tenuerit: quia dicitur Ultra, includit, secundum Bar. in l. si quis ita. ff. de dote praele. Et ea tanto tempore tenuit, vult ergo dicere q. si minus anno & die tenuerit, q. potest deserere feudum. ¶ Oppo. j. q. agnatus succedens agnato vassallo in feudum, & in eius hereditate, potest hereditatem repudiare, & feudum retinere, nec per retentionem feudi tenebitur creditoribus hereditarijs: vt in feu. an agna. vel fil. c. j. circa prin. Solue. Illud est de iure communi feudali: quod hic dicitur, est de iure consuetudinario Cathaloniarum, quod tanquam posterius iuri communi derogat: vt est text. & ibi Ang. in l. de quibus. ff. de legib. Vel dic q. hic non potest notari contrarium de ipso c. j. quia hic non dicitur q. retinendo feudum teneatur creditoribus hereditarijs: sed loquitur similitudinariē, vt sicut tenetur creditoribus hereditarijs per aditionem hereditatis, ita tenetur domino iure homagij. Vult ergo dicere iste tex. q. iste agnatus succedens non potest hereditatem feudalem retinere, & feudum repudiare. & tex. dicti capituli an agna. vel fil. dicit contrarium, scilicet q. vassallus potest hereditatem repudiare, & feudum retinere. Super quo vide ibi late Bal. & quae scripsi latissime supra, in c. post. q. in j. opposi. Oppo. ij. q. receptio, quam fecit dominus de ipso agnato primo venienti prauidet proximiori postea venienti: nam si sunt plures ab intestato succedentes, dominus ipsius feudi potest illud concedere, & gratificari vni ipsorum succedentium: & sic per receptionem, quam fecit dominus de ipso feudo ipsi agnato, ac donationem de feudo illi factam, videtur illi gratificasse: vt in vfa. si a vicecomitibus. & supra. c. vassallus si decesserit. & in constit. Ceruariae allegata. §. sic tamē q. si plures fuerint. Sol. Quod hic dicitur habet locum, quoniam agnatus non est in pari gradu cum illo proximio rem postea venienti: quia tunc proximior ipso vassallo defuncto succedere debet, vt hic,

hic, & in dicto. §. quodq. proximior. iura verò in contrarium allegata habent locum, quia tunc sunt pares in eodem gradu, vel linea: quia tunc locus est gratificationi, secundum ea, quae scripsi in dicto c. vassallus si decesserit. & sic secus est ibi, & secus est hic. Et vt ista materia successio in feudo tibi liqueat, sic distingue, Aut quaris de ascendentibus, aut de descendentibus, aut de collateralibus. Pri-
mo casu dicit q. de iure communi feudali ascendentes non succedunt in feudo, secundum Bal. in feu. constit. Imperia. circa fin. & de natu. feu. vbi sic inquit. Not. q. ascendens non succedit in feudo descendens. Et ratio est, virtus verborum expressorum, vel subintellectorum. Aut exprimitur haeres, vel racione subintelligitur haeres, aut ponitur pro filio, vel pro descendente. Ibi vide quis veniat appellatione haeredis. & text. j. c. si aliquis habet. §. item si quando. & quae ibi latius scribam de hoc. Et pro hoc est tex. vbi traditur forma succedendi in feud. ca. j. de grad. suc. Sed de iure Cathalonico credo q. si non sint descendentes, q. ascendentes succedant: vt colligitur in dicta constitutione Ceruariae. c. Item ne super laudimio regis Petri tertij. Et si plures essent ascendentes, esset locus gratificationi, vt ibi, & latius scripsi in dicto c. vassallus si decesserit. Secundo casu principali subdistingue, quia aut sunt plures filij, aut vnicus filius tantum. Si autem sunt plures filij, etiam subdistingue, quia aut sunt plures filij masculi tantum, aut plures filiae tantum. ¶ Si autem sunt plures filij, dic q. de iure antiquissimo erat locus gratificationi, vt est tex. qui feu. da. pos. §. & quia vidimus. sed de iure communi hodierno omnes aequaliter succedunt, vt ibi, & in c. j. de suc. feu. nec per ultimam voluntatem potest mutari hic successio ordo vt ibi: nam etiam si inaequaliter sint instituti, tamen aequaliter succedunt in feudo: vt est text. & ibi Bald. qui feu. da. pos. §. hoc autē. Succeditur enim pro virili in feudis, secundum Bald. de eo, qui sibi & haere. Quod dictum venit limitandum, nisi vassallus culpam commiserit, per quam mereatur beneficium perdere: quia tunc descendentes non succedunt, sed agnati: vt est tex. & ibi Bal. in feu. si de feud. def. mi. §. si vassallus. & que fuer. pri. cau. benefi. amit. §. deniq. Adde etiam si vassallus feu. priue. Secundo venit limitandum, nisi pactum sit q. filij ex eodem matrimonio nati non suc-

cedant: vt est tex. & ibi Bal. si de fun. defun. mi. §. filij nati. & de i. na. ex ma. ad mor. Ter-
tio venit limitandum, nisi sit ducatus, marchionatus. & comitatus: quia tunc non succedunt omnes, secundum quod scripsi supra. c. vassallus si decesserit. quia in eis non est successio, secundum Bal. de suc. feud. §. hoc quoq. & ita, est de consuetudine in Cathaloniam. ¶ Iura enim consuetudinaria possunt disponere de successioibus, secundum Bal. si de feu. defun. mi. §. mulier. quod intellige vt ibi Bal. adde Spe. ti. de feu. §. quoniam. vers. xxv. & vers. xxvj. Quarto venit limitandum de iure Cathalonico, nisi pater disposuerit de feudo in alterum ex dictis filiis: quia tunc per eius dispositionem tantum inter viuos, quam in ultima voluntate potest mutare dictum successiois ordinem: vt est tex. in dicta constit. Ceruariae. §. adijcietes. Quinto venit limitandum, si concessum est feudum pro se & successoribus suis qualitercunq. quia tunc potest disponere de feudo, & mutare ordinem succedendi, secundum Bal. de prohi. feu. ali. per Fre. vbi not. q. de permisso domini quis potest testari de re ipsius. Quod dictum intellige secundum ea, quae scribam late j. c. si aliquis habet. §. item si quando Sexto venit limitandum nisi pater concesserit illud feudum vni ex dictis filiis de voluntate, vel ratificatione domini. Bald. qui feu. da. pos. §. hoc autē. & de prohi. feu. ali. per Fred. ¶ Item venit limitandum septimo, quia si mulier habens feudum decessit superstitibus filiis ex primo & secundo matrimonij, quia filij primi matrimonij succedunt: vt est tex. si de feu. defun. mi. §. mulier. Quod intellige vt ibi Bald. sed in Cathaloniam succedet ille ex filiis, cui dominus gratificabitur, nisi esset dignitas regia: quia tunc primogenitus succedet, vt praemissi. & sic per ipsum ius Cathalicum reuersum est ad ius antiquum, hoc est ad dispositionem dicti. §. & quia vidimus. res enim de facili reuertitur ad sui naturam. l. si vnus. §. quod in specie. ff. de pactis. et quod dicitur in sexta limitatione, dic quod de iure Cathalonico non requiritur voluntas vel ratificatio: quia sine eis pater potest disponere de feudo in vnum ex filiis: vt in dicta constitutione, item ne super laudimio. §. adijcietes. ¶ Si verò est vnicus filius, & hereditatem adierit feudalem, etiam succedit in feudo, secundum Bal. in c. j. an agna. vel fil. quia in

feudis sufficit descēlio per virilem sexum, ut ibi. quod est verum, si est superstes virilis sexus: sin autem, succedit foemineus sexus, ut supra in c. si defuncto. & c. nullus. & quae in vtroque eorum scripsi. Et si est filius, & nepos, succedit tantum filius, excluso nepote: ut est tex. j. c. feloniam. §. si vero auctore defuncto. vide quae ibi scripsi. Fallit quod dixi de filio, quando iste filius vivente patre vasallo dominum offendit. Textus & ibi Bald. in feud. de capi. qui cur. ven. §. quaesitum. & de prohi. feu. al. per Fred. §. insuper. Si autem sunt plures filiae, etiam subdistingue. Aut ipsae filiae sunt superstites cum masculis, aut sine eis. ²³ Si cum masculis, & dico quod filia non admittitur cum filio: quia natura feudi est quod masculus praefertur foeminae, ut est tex. de eo, qui sibi & haere. c. j. & c. j. §. quoniam episcopum, vel Abba. & de capit. qui cur. ven. §. similiter. & in c. j. de suc. feud. §. filia. Quod procedit etiam de iure Cathalonico, ut supra in c. si defuncto castellano. ibi: tantum filia superstes. De iure enim communi foemina omnino excluditur a feudi successione regulariter: ut in feu. quemadmo. feu. ad filiam pertineat. c. j. Ludo. in l. etiam. ff. fo. matri. & tex. & ibi Bald. in feu. de grad. suc. vbi bonus tex. de hac materia successio ²⁴ nis feudi. Fallit, nisi investitura fuerit facta in patrem, ut filij, & filiae succedant in feudo: tunc enim succedit filia demum masculis non relictis, ut in feu. de eo, qui sibi & haere. suis. c. j. Sed in Cathalonia etiam si investitura eo modo non fuerit facta, filia succedit, masculis non existentibus, ut dicto c. si defuncto. & c. nullus. Item si feudum est foemineum: ut in c. j. de benef. foemi. Item succedit filia aliquando, si ipsa per se est investita: ut in dicto §. filia. & ibi Bald. Sed, ut dixi, de iure Cathalonico etiam si feudum sit concessum simpliciter, non adiecto quod filij & filiae succedant, quod etiam masculis non relictis filia succedit, ut est tex. supra c. si defuncto. et c. nullus. & quae scripsi latius in vtroque eorum. & in dicta constitutione. Item ne sit per laudimio. Adde Bald. in dicto §. filia. vbi dicit quod si feudum est concessum ut filius & filia succedant, nec dictum fuit, masculis non extantibus, quod hoc intelligitur ²⁵ adiectum ex natura rei, de qua agitur. Si autem filiae sunt superstites cum masculis, qui masculi statim decesserunt vel sine masculis, etiam subdistingue, Aut feudum erat

concessum simpliciter, aut quod filij & filiae succederent. Si simpliciter, dic quod de iure communi feudali ipsae filiae non succedunt, secundum Bald. in dicto §. quoniam. ideo revertitur ad dominum. secus tamen de iure Cathalonico, per iura supra proxime allegata non superstitibus tamen masculis, ut dictum est. Sed si concessum fuit ut ipsae filiae succederent, tunc dico quod succedunt ex benignitate iuris, secundum glos. & Bald. in dicto §. filia. Si autem est unica filia tantum superstes, tunc dico quod ipsa succedit, etiam si simpliciter concedatur, iure tamen Cathalonico, ut in dicto c. si defuncto. & c. nullus.

²⁶ Tertio casu principali dico quod non extantibus ascendentibus, vel descendentibus succedunt fratres primogeniti, & filij fratrum, deinde agnati ulteriores: ut est tex. & ibi Bald. c. j. de grad. suc. in feu. vbi bonus text. de hac materia. et tex. consti. feud. Impera. §. si quis miles. & an in capita, vel in stirpes. Bald. in dicto c. j. & in c. j. de suc. feu. & qui feu. da. pos. §. hoc autem notandum. & de prohi. feud. al. per Frede. c. j. §. satis breue. circa finem. Sed istud an in capita, vel in stirpes, non habet locum in Cathalonia, cum non admittatur nisi vnicus agnatus, cui gratificabitur, secundum ea, quae scripsi supra in dicto c. ²⁷ vasallus si decesserit. Et etiam adde quod in Cathalonia non solum succedunt agnati, sed etiam cognati: ut colligitur in dicta constitutione. Item ne super laudimio. & sic in isto capitulo appellatione agnati venit etiam cognatus. Igitur agnati etiam in materia feudali dicuntur transuersales tam per masculos, quam per foeminas nati de iure Cathalonico, per ipsam constituit. Corrigitur ergo ex ipsa constituit. textus in feu. de grad. §. ad cognatos autem. vbi habetur quod cognati non succedunt in feudo.

²⁸ Omnis enim, qui vasallo succedere potest in bonis haereditariis, succedit in feudo dum tamen sit capax: ut in dicto §. quod proximus. vbi non distinguitur an sit agnatus vel cognatus: dum tamen sit proximus, & capax: & sic nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de publi. tamē no. quod quamdiu de ordine, seu de capite liberorum aliquis extat, nunquam veniunt transuersales, secundum Baldum an agna, vel fil. Et cum ista distinctione habes claram istam materiam, quam nullus practicus in hoc principatu ita extensē elucidavit. & adde

quae scripsi supra in dicto c. vasallus si decesserit. ²⁹ Oppo. tertio, quod vasallus non tenetur venire intra annum & diem ad renouandum homagium & fidelitatem, nisi postquam fuerit requisitus: nam ante annum & dies sibi non currunt: ut j. c. consuetudo. §. si. Sol. Fateor contrarium. & istud c. debet intelligi secundum illud, & per illud debet suppleri, intantum quod vasallo non currunt annum & dies de iure Cathalonico, nisi facta dicta requisitione. Non enim est nouum priores leges trahere ad posteriores: ut l. non est nouum. ff. de legi. Debet hinc, vbi dicitur quod debet venire coram domino feudi intra annum & diem, & c. subaudi post requisitionem factam a domino, ut iura iuribus concordentur. cap. cum expediat. de elect. libr. vj. ³⁰ Oppo. quarto quod vasallus possit deferere feudum domino: ut in c. j. de vas. qui contra constituit. Lothar. in feud. Solue ut dixi supra in c. postquam. in prima oppositione. Explicitis contrariis, veniamus ad quaestiones. Et primo quero, si contentio est inter dominum et agnatos defuncti, vtrum interim ante litem finitam agnati sint constituendi in possessionem. Tex. est quod sic, in c. j. si de feu. defun. mi. Et est ratio secundum Baldum ibi: quia magis fauetur agnatis, quam domino: quia dominus non negabat feudum, sed feudi qualitatem: & constitendo feudum, confitebatur vasallum possedisse tempore mortis, quia per talem investituram feudum constituitur: istam ergo possessionem dominus intercipere non potest: quia est quaedam continuatio naturalis inter vasallum & agnatos: & si dubitatur de statu vasalli, in dubio non debet priuari commodo possessionis. Quod dictum procedit, si ipse agnatus soluat laudimium domino, quod sibi pro ipsa renouatione, seu noua acquisitione pertinet: ut habetur in dicta constitutione, item ne super laudimio. §. si vero is, cui. alias autem si ipse agnatus non solueret dictum laudimium, dominus potest feudum realiter emperare pro ipso laudimio, ut habetur in dicta constitutione. §. intendimus. Et isto modo dictus agnatus priuabitur commodo possessionis feudi, quamdiu non soluet dictum laudimium: quia durante empara reali, dominus facit fructus suos, ut latissime scripsi in c. si dominus. in c. consuetudo. in fi. in capi. si castellanus. & in c. si

domino. In quarta oppositione. & in isto casu non procedit dictum Bald. ³¹ Sed quero, quid si est contentio inter filiam & agnatum de beneficio, quis eorum debeat esse in possessione? Dico quod filia: ut est text. si de feu. def. mi. §. inter filiam. & hodie ista quaestio non habet dubium, ex quo filia succedit in feudo, masculo non superstitite, excluso dicto agnato: ut in dicto c. si defuncto. & c. nullus. Quero, quid si agnatus contentiat inuestiri secundum, quis praefertur? Dic quod secundus. Casus est secundum Baldum in §. praterea. qui. mo. feud. amit. vbi etiam Bald. dicit quod si primogenitus concedat inuestiri secundo genitum, quod secundo genitus debet praeferi. An autem dominus possit facere gratiam de feudo filio in prauidicium agnatorum, vide text. si vasallus feudo pri. Quero quid si agnatis consentientibus dominus filium vasalli de feudo inuestiuit paterno, postea sine liberis decessit, pertinebit ne illud feudum ad agnatos, tanquam paternum? vide Bald. qui feu. da. pos. §. hoc autem. Quero, quid si feudum amittatur propter culpam, an reuertatur ad agnatos. Bald. qui. mo. feu. amit. §. similiter. & ibi quando delinquit studiosē, ut priuet ³² agnatos. Quero an agnati in defectum ascendentium, & descendentium indistincte sint omnino successuri? Et dico quod sic. Casus est hinc, & in dicta constituit. Item ne super laudimio. & in ca. j. an agn. vel fil. & de grad. succ. Tu vero distingue, aut feudum est concessum simpliciter, aut pro se & haereditibus suis. Primo casu succedit agnatus iure sanguinis: & ita loquuntur iura superius allegata. Secundo casu dico quod non succedit, nisi per haereditariam viam, secundum Bald. de eo, qui sibi & haere. suis. vbi sic inquit. Et not. quod Iaco. de bello. vi. videtur hinc concordare cum opi. Ia. Aurel. sic dicens quod si vasallus accepit feudum pro se & haereditibus suis: descendentes veniunt ex pacto propter haereditatem defuncti, & non veniunt nisi per haereditariam viam. Et ratio est quod ista dicuntur verba contractus. Vnde differentia, quae fit inter filios & agnatos. j. an agnati, vel fil. c. j. habet locum quando concessum est feudum simpliciter: secus si sub haereditario nomine, quia in eo non succeditur citra ius, & nomen heredis: ut in authen. de non ali. §. emphyteolium. secundum Iaco. de bello. ipse diceret verum,

si nomen hæredis haberet significare qualitatem successionis: sed in feudis significat qualitatem successoris. unde in his quæ hæreditario iure succedere possunt, concedi potest op. Iacob. sed in alijs hæredibus iure sanguinis quo ad successionem feudum non vocatur hæreditas, sed natura. Nec oportet quod tales successores habeant nomen & ius hæredis: ut ibi dicam, argumento ff. de operis lib. l. ut iuris iurandi. §. si liberi. ad hoc facit C. de priuile. eor. qui sacro pala. mi. l. j. lib. xij. ibi, dum dicit, ipso ordine sanguinis

33 peruenire. ¶ Quod autem hæres dicatur duobus modis, scilicet hæres hæreditatis, et hæres sanguinis, no. Inno. extra de iure patro. super rubr. vbi vide. Et not. quod iura sanguinis attribuuntur pro hæreditaria portione. Et iste est intellectus Bal. vbi supra. Sed ego credo quod ex quo in Cathalonia per ipsam constitutionem, Item ne super laudimio, vasallus potest disponere de feudo tam inter viuos, quam in vltima voluntate, & admittitur heres extraneus: & etiam admittuntur in successione feudi ascendentes: descendentes, agnati, & cognati, quod dicta distinctio posita per Baldum in dicto capitu. primo. de eo, qui sibi & hæredi. non habet locum. Tu vero pro eius intellectu

34 sic distingue. ¶ Aut vasallus decedit ab intestato, aut condito per eum testamento. Primo casu, hoc est si decepsit ab intestato, nullis sibi superstitibus ascendentibus, vel descendentibus: & tunc agnatus proximior sibi succedit ab intestato iure sanguinis, prout dicit Bald. dum tamen sit capax: ut in dicta constitutione. §. quodq; proximior. Secundo casu dic quod non modo agnatus, & etiam quilibet extraneus potest venire in feudo per hæreditariam viam, sed etiam inter viuos per contractum donationis, venditionis, permutationis, aut alterius alienationis, aut per vltimam voluntatem, per viam legati, aut alias: ut in dicta constitut. circa prin. & in §. adijcietes. seruata tamen forma dictæ constitutionis. Nam appellatione hæredis venit etiam legatarius: ut est tex. notabilis in l. in conuentionibus. ff. de verborum significationibus. & ita intelligo dictum Bald. & dictam constitutionem. Et quia multa iura feudalialia per ipsam constitutionem, Item ne super laudimio, corriguntur: ideo aliquantulum de eis subiiciam. Primo enim licet vltima voluntas

vasalli in feudo nil valeat, ut in cap. j. de suc. feud. attamen secus est per ipsam constitutionem. §. adijcietes. Item licet per dictum capitulum, si sunt plures filij, omnes æqualiter in feudo admittuntur, dato quod aliqui ex eis essent instituti, secundum quod not. Bald. qui feud. da. poss. §. hoc autem. attamen per ipsam constitutionem. §. sicut tamen. & per capitulum. vasallus si decepsit supra. & per vfat. si à vicecomitibus. corrigitur: quia in dicto casu est locus gratificationi, ut in dictis iuribus patriæ, præterquam in dignitatibus regalibus, secundum quod supra per dicto capitu. vasallus scripsi. ¶ Item in feudis appellatione hæredis non venit extraneus, secundum Baldum, si de feud. de. func. §. fin. sed per ipsam constitutionem venit etiam extraneus: cum in feudo etiam heres extraneus admittatur: ut colligitur in §. si vero is. in verbo, etiam extranea. nam vasallus potest disponere de eo in quolibet, dum tamen sit capax: ut in dicto. §. adijcietes. Item de iure communi feudali verbum sine hærede intelligitur, id est, sine mafculo, secundum Baldum de alie. feud. Hosti. in Summa. titu. de feud. §. quid hoc die. sed in Cathalonia etiam intelligitur de foemina, cum filia deficientibus filijs masculis in feudo admittatur: ut colligitur in dicta constitut. & supra in capitu. si defuncto castellano. & capitu. nullus. ¶ Item in feudis hæres accipitur pro filio, secundum Ludou. in l. etiam ff. solut. matrimo. Sed in Cathalonia etiam accipitur pro ascendente, & pro filia, & pro quacumq; etiam persona extranea: ut colligitur in dictis iuribus municipalibus. Item non dicitur mortuus cum hærede in materia feudali, extraneo hærede relicto, secundum Baldum de feudis. §. hoc autem. sed per dictam constitutionem est secus: quia etiam extraneus admittitur, ut prædixi. Item quando feudum conceditur pro se & hæredibus suis, intelligitur de suo corpore, secundum Bal. si de feu. defun. §. si. & j. capi. si aliquis habet. §. Item si quando. sed per ipsam constitutionem ista iura videntur correctæ. Et ita etiam tenet Iaco. Callicij in vfat. si quis suum feudum. §. quero quid si vasallus in vltima voluntate. Item corriguntur per ipsam constitutionem omnia illa iura regulariter prohibentia alienationem feudi, sicuti de prohi. feud. ali. per Lothar. c. j. & capitu. Imperialem. de prohi.

prohi. feu. alienan. per Frede. & quali. feu. ali. §. donare. & quod ibi dicit Bald. & alia consimilia iura: nam permittitur vasallo alienatio irrevocabiliter in capacem, & reuocabiliter in non capacem, secundum dictam constitutionem. Item, ut dixi superius in

37 hoc capit. in secunda oppositione, ¶ quod ascendens in feudo non succedit, sed per dictam constitutionem est secus. Item in feudis de iure communi non succedunt quoad transuersales nisi agnati: quod secus est per ipsam constitutionem: quia etiam succedit cognatus: ut dixi supra in dicta secunda oppositione. Item feudum non potest obligari pro restitutione dotis, secundum Baldum in feu. de contro. inuel. §. rursus. & Specul. titu. de pigno. §. j. in fin. & Hostien. in sum. de dot. promiss. §. in quibus. secus tamen est per dictam constitutionem, versic. excepta. Item feudum non potest constitui in dotem, ut in dicto. §. donare. ut ibi Bald. & in alijs pluribus iuribus: sed per dictam

38 constitutionem ibi. §. si autem. sic. ¶ Item foemina non succedit regulariter in feudo, secundum iura communia feudalialia supra in capitu. si defuncto castellano. & capitu. nullus allegata. sed secus est per dictum capitulum. & per dictam constitutionem si tantum superstes sit proximior, ut in dicto. §. quodq; proximior: & si plures fuerint, gratificabitur à domino, ut in §. sic tamen. Item de iure communi feudali si ecclesiæ, aut domui religiosæ, aut capellæ, vel clerico feudum fuerit alienatum, vel relicto, non valet: sed per ipsam constitutionem est secus, sed reuocabiliter: quia intra annum & diem debet alienari in capacem, secundum Iacob. Callicij in vfat. si quis suum feudum. Item in feudis est successio ab intestato, secundum Bald. in feud. de contro. inter ma. & foemi. & an agna. vel fil. cap. j. sed per ipsam constitutionem est secus: quia succeditur ex testamento, vel ab intestato: ideo etiam & ex contractu: ut in dicto. §. adijcietes. vbi vasallus potest disponere tam inter viuos, quam in vltima voluntate. Item de iure communi in feudis non est similis successio, sicut in ceteris successioneibus secundum Specul. titu. de feud. §. quoniam. xxv. & per alia iura supra per me allegata. secus tamen

39 est per ipsam constitutionem: ¶ nam quilibet, qui in bonis defuncti succedere possit, succedit etiam in feudum: ut in dicta consti-

tutione. §. quodq; proximior. Et istud etiam potest disponi per consuetudinem, secundum Spe. ibi, & dixi supra. In secunda oppositi. Omnia ista iura, quæ videntur correctæ per ipsam constitutionem, & iura patriæ recollecti: et sic ipsi constitutioni standum est: quia per ipsam constitutionem cautum est quod ipsa constitutio obseruetur, non obstante aliquo vsu, seu consuetudine generali, vel speciali in contrarium hactenus obseruata. Et pro hoc facit quod dicunt Salicet. in l. fi. C. de testa. & Cyn. in l. ij. q. ij. C. quæ sit lon. consue. & Ang. Aret. insti. de offic. iudi. in prin. vbi dicunt statutum vel lex particularis, quod, vel quæ sequuntur legem generalem, derogant legi generali, quia generi per speciẽ derogatur. Querit G. de Valle-

40 sicha in vfat. si quis suum feudum. ¶ an vasallus adita hæreditate feudali possit eam in scio domino repudiare? Et dicit quod si hæreditas consistit in feudo, ut comitatus de vas, & honor de Ceruillione, & honor de monte Catheno, tunc adita hæreditate non potest vasallus feudum repudiare domino inuito. Sed si tota hæreditas non esset feudalialia, sed in ea erant aliqua castra feudalialia, est secus: & fuit iudicatum in vicecomite derupebertino, qui tenebat aliqua castra feudalialia in feudo pro comite Empuriarum. Et ad prædicta dicit quod facit supra c. xxxvj. §. fi. & Spe. tit. de feu. §. ij. ver. xxvij. Et per hoc habes intellectum dicti. c. quod loquatur quando tota hæreditas non est feudalialia: quia tunc repudiatio locum habet. Et est magna limitatio ad istam materiam. Quero, quid si vasallus vult fraudare agnatos, quod erit remedium? Vide Bald. quæ fuit pri. cau. benefi. amit. §. denique. & ibi quando feudum peruenit ad agnatos ex alienatione, vel relicto vasalli. & si de feud. defunc. mi. §. Titius. & ibi Bald. & ibi intra quantum tempus agnatus teneatur reuocare alienationem: & quando filius præferatur agnatis: & an agnati præferantur domino. Bal. de suc. feu. §. hoc quoq;. Quero, an filia excludat agnatos de iure communi. Vide Bald. qui feud. da. poss. §. hoc autem.

41 ¶ Sed in Cathalonia regulariter ipsa eos excludit: ut supra c. si defuncto. & capi. nullus. Vide in dicto. §. hoc autem. quando agnati concedunt inuestire filios de feudo. Quid si agnati tacent per annum, an tacite videantur consensisse alienationi. Bal. de suc. feu.

§. hoc quoque. In alienatione enim feudi patris voluntas domini non preiudicat agnatis. Bal. de ali. feu. pater. & ibi quod agnati proximiores debent consentire. Sed istud, quod dicitur de alienatione, quo ad agnatos videtur correctum: quia vasallus sine eorum consensu potest disponere de feudo, per ipsam constitutionem, tanquam posteriori, & specialem. De collusionione domini cum vasallo in preiudicium agnatorum. Bald. quali. feu. ali. pot. §. porro. Quærit G. de Valesicha in vsa. omnes homines

42 à vicecomitibus. quid si pupillus feudatarius interpellatur, & non eius tutor, an curat sibi annus? Et dicit quod non. l. stipulatus. & l. si pupillus. ff. de verbo. obligatio. et in l. nulla. ff. de reg. iur. Hostien. in Sum. tit. de feu. §. quibus. ver. propter. Tu pro hoc allega Bar. in l. si ex legati. ff. de verb. oblig. vbi dicit quod pupillo non potest fieri denuntiatio, sed debet fieri eius tutori, nomine tutoris. Et ex ipso tex. cum l. seq. habes quod interpellatio habet fieri pupillo cum autoritate tutoris, vel ipsi tutori. Et adde Bal. & Imo-

43 lam in l. sed si stipulat. eo. ti. t. vbi interpellatio, quæ est actus extraiudicialis, soli pupillo facta absque tutore, illum in mora non constituit: ideo alibi per genitale proclama citantur propinqui, & affines pupilli, quæquam Bar. variaverit in l. j. §. sufficit. ff. de adm. tu. Et pro hoc facit quod dicit Bal. in d. l. si ex legati. quod vbi pupillus tutorem habet, non valet citatio facta de pupillo, nisi citet ipse tutor, vel pupillus cum presentia & autoritate tutoris: sed vbi tutorem non haberet, tunc bene videtur sufficere quod citetur ipse pupillus simpliciter, per no. per Bar. secundum eum in l. j. §. sufficit. ff. de adm. tuto. cuius Bar. opinio ita saluari potest, secundum Bald. & idem in effectu sequitur ibi Imol. quia, secundum eum, vbi tutorem habet, debet etiam tutor citari: sed si tutorem non habet, citabitur pupillus: non tamen secundum eum, per talem citationem constituetur in contumacia, nisi citentur etiam agnati, & amici pupilli, per tex. in l. hæc autem. §. j. ff. ex qui. cau. in poss. ea. Et ita dicit Bart. tenere ibidem. Idem tenet Spe. & Ioan. And. in addi. Spe. in titu. de primo & secundo decreto. §. restat. ver. sed pone pupillus. & ver. sequenti. ipsemet Imo. in l. contra pupillum. ff. de re iudi. reprehendit sententiam Bart. in d. l.

44 j. §. sufficit. tenens in effectu t. quod citatio

facta de pupillo tantum, nil operetur, nisi esset citatus tutor: per d. l. hæc autem. §. j. & ita dicit fuisse obtentum. Adde Bal. in l. si. C. si propter pub. pensi. vbi similiter concludit quod si pupillus tutorem habet, non sufficit pupillum citari, nisi intimetur citatio tutori: & si tutorem non habeat, debet peti illi tutorem dari, alias citatio non tenebit. allegat l. neque impubes. ff. de in ius vo. & quo ad citationem istud credo verius. Quid autem in adulto, si interpellatur, an requiratur autoritas curatoris? Et ut ista materia tibi liqueat, distingue, Aut venit interpellandus pupillus, aut adultus. Primo casu subdistingue: aut habet tutorem, aut non. Si habet tutorem, tunc debet interpellari cum autoritate tutoris, vel ipse tutor: vt est tex. & ibi glo. & Bart. in d. l. si ex legati. cum l. sequenti. Si autem non habet tutorem, tunc non valet interpellatio: ideo sunt citandi amici, vel propinqui, secundum Bartolum, Bald. & Imolam ibi. vel quod petatur à domino illi de curatore provideri, secundum Bartolum, in dicta l. si ex legati. & Bald. in dicta l. fin. C. si propter public. pensi. nec currit sibi tempus, nec eum in mora constituit: vt dicta l. sed & si stipulatur. Et facit quod dicit Ludou. in l. Imperatores. §. fina. de public. & vectiga. & allegat text. l. si tutores. de administr. tuto. & Specula. titulo loca. §. nunc aliqua. versiculo, decimo quarto quaeritur. Secundo casu principali dicunt Iacob. de Areti.

45 Barto. & alij t. solum adultum posse interpellari in his duntaxat rebus, quarum administrationem habet, vt in his, quæ seruando seruari non possunt: sed si esset adultus debitor in alijs rebus, puta in immobilibus, tunc non posset interpellari: cum illarum dominium in creditore transferri non possit sine decreto iudicis: vt l. non solum. C. de præd. minor. & quasi per totum titulum de quo vide Bartol. plenius in dicta l. si ex legati. Sed aduerte, quia si hoc verum esset, sequeretur quod etiam pupillus cum tutoris autoritate, vel adultus cum autoritate curatoris in talibus rebus, quæ seruando seruari possent, interpellari non possent, cum dicti minores dictas res non possunt cum autoritate administratoris alienare sine decreto iudicis: vt l. lex quæ tutores. cum similibus. C. de administra. tutorum. & tamen per

per tex. d. l. si ex legati. fatentur omnes indistincte posse minorem cum autoritate tutoris interpellari, cum non reperitur expressè prouisum quod in actu interpellationis requiratur decretum iudicis. Ideo Paul. de Castro in d. l. si ex legati. tenet contra Bart.

46 & alios, t. concludens solum adultum curatorem non habentem posse interpellari, quia dicitur habere administrationem bonorum. l. si curatorem habes. C. de integ. resti. quanquam immobilia, & quædam alia alienari non possint sine decreto, sicut similiter non potest tutor, nec curator: & tamen clarum est, ipsos habere administrationem bonorum. l. ab agnato. & l. si. ff. de cur. fur. & per totum. ff. de adm. tut. Si vero adultus curatorem habet, ideo interpellari non potest: quia sibi interdicta est administratio, sicut & pupillo. d. l. si curator. & l. iusiurandum, quod ex cõuentione. §. j. ff. de iure iur. Ego vero in iudicando non recedem ab opinione Bart. quia tutior est. Et si vasallus erit minor, cum agatur de re immobili amittenda, debet fieri interpellatio cum autoritate curatoris: alias annus sibi non curret. Iuxta quod quaero, quid si eius tutor, aut curator fuerit interpellatus,


47 iuxta c. cõsuetudo. §. si. j. t. & ipse tutor vel curator intra annum & diem non petierit nomine pupilli, vel adulti inuestitura à domino, vel non obtulerit renouare homagium, & fidelitatem, vt hic, vel mortuo dño inuestituram non petierit ab eius hærede, secundum no. in feu. quæ fuit prima cau. benefici. amit. primo respõso. & supra c. dño defuncto. an ipse pupillus vel adultus restituatur. Host. in Summa de feu. §. qui. mod. ver. sed nunquid Io. And. in addi. Specu. tit. de feu. §. quonia. ver. xxvij. Bald. in feu. de prohi. feu. ali. per Fred. §. præterea. & quo temp. mi. §. nisi. tenet quod restituatur: quia dicit Bal.

48 quod regula est t. quod semper minor restituatur, nisi contrarium reperiat in iure expressum. Habes igitur ex præmissis quod si interpellatio fit ipsi minori, non currit sibi tempus: ideo est illæsus ipso iure. Si autem fit ipsi tutori, vel curatori, currit, sed restituitur: quia interuentus, aut autoritas tutoris, vel curatoris restitutionem ipsi minori non tollit: vt l. minoribus. & quasi per totum illum titulum C. quando tutor vel curat. inter. Sed forte istud non habet locum, vbi pupillus esset in dolo, vel haberet tutorem, vel curatorem,

qui soluendo esset, secundum Cy. & Bal. in l. minor. C. in quib. cau. restituit. non est neces. vbi quaerunt, an minor restituatur aduersus moram. adde l. minor. ff. de integ. resti. Sed pone, si mortuo vasallo, eius filius non petita inuestitura decimo mense decesit relicto filio adulto, an ipse nepos habeat solum residuum anni, an integrum annum? Et videtur tempus patris sibi in suo anno non computandum: quia non venit ad feudum ex sua persona, sed à lege, quia filius: sic igitur hæc negligentia patris sibi non nocet, nec illius tempus sibi imputabitur, secundum Io. And. supra. vide Io. Bläch.

49 quib. mo. feu. adqui. §. sed pone. t. Quæro iuxta text. an ista oblatio debeat fieri in scriptis? Et dico quod non: quia est actus extraiudicialis, in quo non requiritur scriptura: vt ff. de ver. obli. l. qui Romæ. §. coheres. ff. de mino. l. antepenul. C. de neg. gest. l. si. debet tamen fieri sub testificatione aliarum personarum: vt in d. l. si. Tutius tamen esset quod fieret in scriptis, vt memoria commendetur, & facilius res probari possit: vt l. contrahitur. in fi. ff. de pignori. Quæro, qualiter dominus potest agere contra istum agnatum, vel proximorem succedentem in feudo vasalli defuncti, vt cognoscat eum in dominum: remitto me ad ea, quæ de his dixi supra, in c. domino defuncto.

Qualiter feloniam commissa domino per uasallum possit filio uasalli nocere, & qualiter non, quominus succedat filius in feudo.



Felonia domino feudi commissa à vasallo potest nocere filio ipsius vasalli, vel non potest: nã si feudum incipit ab ipso patre vasallo committente feloniam: vt puta quia ipsi vasallo res feudalis fuit data nouiter, vel ipse emit ipsam rem feudalem, & sic ab eo incœpit feudum: in tali casu feloniam suam nocebit filio suo: quia in tale feu-

dum, nō poterit succedere filius nisi ex persona patris sui. Vnde sicut pater propter feloniam, quam commisit ipse pater vasallus contra dominum suum repellitur à feudo: sic & filius suus repellitur. Si vero feudum non incipit à patre dicti filij sui: sed ab auo ipsius filij vasalli incepit feudum esse, tunc si auo viuente dictus filius vasalli delinquentis non fuerit conceptus: in hoc casu feloniam dicti vasalli nocebit filio: quia ex persona aui nihil potest vè dicare in hoc casu, cum inter ipsum filium & auum suum nulla fuerit linea consanguinitatis. Si autem auo viuente dictus filius vasalli feloniam committentis fuit conceptus: & postea vasallus pater dicti filij commisit feloniam contra dominum feudi viuente auo: tunc non nocebit filio ipsius vasalli feloniam, quam commisit ipse vasallus: quia ex persona patris feloniam committentis non vult filius admitti ad feudum, sed ex persona aui. Vnde in hoc casu perinde erit, ac si dicti filij pater delinquens non esset in medio. Si vero auo defuncto dictus vasallus commisit feloniam domino suo, in hoc casu eius feloniam obest filio ipsius vasalli delinquentis: quia tempore mortis aui dicti filij vasallus pater ipsius filij erat proximior, & capax: vnde ipse vasallus successit in feudum filio excluso, cum proximior sit in gradu. Et hoc verum est, si dictus vasallus pater dicti filij adiuu hæreditatem sui patris aui dicti filij vasalli: alia's si vasallus committens feloniam pater dicti filij repudiavit hæreditatem, vel non adiuu,

tunc posset filius predictus auo succedere, & ex persona aui habere feudum, non obstante feloniam commissa à patre suo: sed ex persona sui patris committentis feloniam non potest ipse filius succedere in feudum, cum ipse delinquens sit repellendus.

S V M M A R I V M.

- 1 Feudum paternum quod dicatur, & quod antiquum.
- 2 Feudum nouum quod sit.
- 3 Felonia per uasallum commissa quando filio noceat.
- 4 Vasallus feloniam committens à feudo eicitur.
- 5 Filius uasalli feloniam committentis feudo priuatur.
- 6 Filius uasalli quando non priuatur feudo ob delictum.
- 7 Felonia à patre commissa auo defuncto nocet filio.
- 8 Nepos quando auo succedere possit.
- 9 Filius uasalli feloniam committentis non succedit in feudo.
- 10 Felonia quid sit.
- 11 Nepotes an ueniant filij appellatione.
- 12 Nouum quando quid dicatur.
- 13 Aua an ueniat aui nomine, & an proauus.
- 14 Gradus quid, & qualiter computentur gradus.
- 15 Delictum patris an regulariter noceat filio.
- 16 Filius an feudum auitum uel paternum amittat ob delictum patris.
- 17 Filius auo uiuente conceptus, an priuatur feudo, patre feloniam committente.
- 18 Vasalli feloniam, an puniatur in hærede suo.
- 19 Actio iniuriarum ad uindictam tendens nec hæredibus datur, nec contra hæredes.
- 20 Agnati an succedat uasallo, cui dominus feloniam remisit.
- 21 Feudum an ueniat in confiscatione bonorum.
- 22 Feudum confiscatum an applicetur domino mediato, an immediato.
- 23 Feuda eorum, qui hæreticos receperunt dño applicantur.
- 24 Feudum confiscatum, an sit liberum ab obligationibus.
- 25 Delictum uasalli non nocet ipsius creditori.



Elonia. Diuide istud cap. in sex partes. Prima pars dicit, qualiter feloniam domini commissa à uasallo noceat filio, quando feudum incepit ab eo, qui commisit feloniam. In secunda parte dicit quando feudum incepit ab auo, qualiter feloniam commissa à uasallo nocebit nepoti non concepto uiuente auo. In tertia parte dicit, qualiter feloniam dñi non noceat nepoti concepto uiuente auo. In quarta parte dicit, qualiter feloniam dñi commissa auo defuncto noceat ipsi nepoti. In quinta parte dicit, qualiter si ipse uasallus committens feloniam adijt hæreditatem patris, succedat

succedat eidem: alias si repudiavit, succedat nepos ipse eius auo. In sexta parte & ultima dicit, qualiter ipse nepos ex persona aui potest habere feudum, non autem ex persona patris uasalli feloniam committentis. Prima pars incipit ibi: feloniam. Secunda pars ibi: si uero feudum. Tertia pars ibi: si autem. Quarta pars ibi: si uero auo. Quinta pars ibi: & hoc est uerum. Sexta pars ibi: & ex persona. Casus. Si feudum est paternum, id est, quod incipiat à patre, feloniam uasalli nocet filio, quasi ex persona sui patris succedit in eo: & sicut ipse pater repelleretur, sic eius filius: & idem si feudum sic auticum, id est, incipiat ab auo: & nepos non fuit conceptus uiuente auo: & idem si feloniam fuit commissa auo defuncto, & hæreditas ipsius defuncti ab eius filio uasallo adeatur: secus uero si ipse nepos fuit conceptus uiuente auo: quia feloniam commissa ab eius patre sibi non nocet: & idem si eius pater repudiavit hæreditatem aui, uel eam non adiuu: quia tunc ex persona aui, & non patris, succedit in feudo, non obstante feloniam commissa ab eius patre. h. d. Vel dic, & breuius, Delictum patris in materia feudali regulariter nocet filio. fallit quando feudum incepit ab auo, & nepos, uiuente eo fuit conceptus. Itē fallit, quando pater repudiavit, uel non adiuu hæreditatem feudalem: quia eius filius eam potest adire, & succedit in feudo, non obstante delicto patris. h. d. Collige notabilia. Nota primo, quod feudum paternum dicitur, quod fuit illius patris, qui fuit genitor illius agnationis cons, id est, ille, qui intendit succedere in feudo originem trahit ab illo uasallo, cui succedere uult. Text. & ibi bal. in feud. de grad. suc. & per eum in pro. feud. §. diuisio. & per eum de succes. feud. §. hoc quoq. circa fi. De feudo antiquo, uide Bald. in d. §. hoc quoq. ubi dicit quod feudum paternum dicitur proprie usque ad quartum gradum scilicet in quo continetur quinque personarum, quæ habent proprium nomen genitoris, scilicet pater, auus, proauus, abauus, atauus. Abinde uero supra proprie loquendo non appellat paternum, sed antiquum ut ibi est tex. secundum Bald. ibi. Dicit autem nouum feudum, uerbi gratia, fuerunt olim duo fratres Marcus, & Antonius, qui Antonius adquisiuit feudum, ex quo Antonio profluxerunt multe generationes. Marci est nouum, quia natura nunquam dicit nisi inter eos, quorum principium conexum est in uno sti-

pate feudali, secundum Bal. in d. §. hoc quoque. circa princ. De feudo nouo, paterno, aut antiquo, fit mentio in constit. Ceruarie regis Petri tertij. c. Itē ne super laudimio. §. & predicta. Vide Jac. Aluarotum in c. j. de ali. feu. pater. in ver. paterni. Nota secundum, quod feloniam dñi commissa per uasallum, à quo incepit feudum, nocet filio. De hoc dicitur j. in prima oppo. Not. tertio, quod quando feudum fuit adquisitum per patrem, filius succedit ex persona patris, & aliter in eo succedere nequit. Vide Io. de Bla. in Sñ. sua sub rubricella, an feloniam à patre commissa. no. si. quæ refert Bald. si uas. feu. priue. & alius dicto istud c. originem traxit. Nota quarto, quod uasallus per feloniam, quæ committit contra dñm repellitur à feudo: ut in feud. quib. mo. feu. amit. & quæ fuit prima cau. benef. amit. per totum. & per Pet. Jac. de ea. cōdi. ex mori. pro feu. ubi libell. & scripsi late supra in c. dño defuncto. Nota quinto, quod filius propter feloniam commissam à patre contra dñm priuatur feudo: tex. in feud. si de feu. defun. mi. §. si uasallus. & c. j. si uas. feud. priue. & quæ fuit pri. cau. benef. amit. §. denique. & Bal. qui. cau. feud. amit. & de phi. feu. ali. per Fred. §. insuper. ubi Bal. dicit quod feloniam uasalli uasallus ad hæredem. & Bal. qui. feu. da. pos. §. hoc autē. de hoc dicitur j. Not. sexto, quod si feudum incepit ab auo, & nepos non fuit conceptus auo uiuente, quod feloniam commissa ab eius patre non nocet nepoti: quia inter auum & nepotem nulla fuerunt iura consanguinitatis. ff. de iniust. testa. l. si quis filio exhæredato. ver. cæ. terum. & ff. unde cog. l. j. §. pximior. secundum Io. de Blanoscobis supra. ibi: aut feudum incepit ab auo. Nota septimo, quod licet regulariter propter delictum patris filius priuetur feudo, fallit quando feudum incepit ab auo, & nepos uiuente eo fuit conceptus: quia tunc feloniam commissa ab eius patre non nocet ipsi nepoti, ut hic. §. si autē auo. Et idē tenet Io. de Bla. loco per me supra allegato. ver. aut uiuente auo & c. all. in arg. l. diui fratres. & l. iura. ff. de iure pat. Et est ratio: quia delictum patris non nocet filijs ante delictum natis, ut l. ij. §. filijs. C. de libe. & eorū lib. Et idem, si sunt concepti, ut hic: quia isti pro natis habentur: ut l. qui in utero. ff. de sta. ho. Nota octauo, quod feloniam uasalli commissa auo defuncto per patrem uasallum nocet eius filio. Et est ratio: quia tempore aui ipse pater uasallus erat pximior, & capax, & sic præcedit

cedit nepotem, instit. de hered. quali. & dif. §. sui. Et idem tenet Ioā. de Bla. in dicta rubricella ibi: aut viuentē auo. Nota nonō, quōd in successione feudi prima causa est filij, quā nepotis. c. j. de suc. feu. & de gra. di. suc. cap. j. quod est verum, si hereditatē patris adiuit. † Not. decimō, quōd si pater repudiavit hereditatem eius patris, vel eā nō adiuit, quōd tunc nepos potest eius auo succedere, & habere feudum, non obstante feloniam commissa ab eius patre. Et sic hīc habes aliam limitationē ad regulam, quā dedi suprā in sexto notabili, quōd feloniam vasalli commissa per patrē nocet filio: quia fallit, quando pater repudiavit, vel non adiuit hereditatem patris. Aliam dedi suprā in dicto notabili. Not. vndecimō, & vltimō 9 † quōd filius non potest succedere in feudum ex persona eius patris committentis feloniam cōtra dominum. Delictum enim ipsius vasalli nocet filio, iuxta illud verbū, Maiorū tuorū exempla tibi pręiudicant. l. si cohortalis. C. de cohort. lib. xij. per Bart. & Bald. si vas. feu. priue. & iterum: Patres comederunt uvas acerbas, & dentes filiorū obstupescunt. vide Bald. de prohi. feu. ali. 10 per Frede. & Allidīs. Expone literam. † Felonia. id est, culpa. Et pro hac expositione facit in feud. de feud. sine cul. non amit. & si de feu. defun. mi. §. si vasallus. Vel feloniam, id est, delictum. Et pro hoc in feu. si vas. feud. priue. cap. j. Vel feloniam, id est, offensio. Et pro hoc in feud. de prohi. feu. ali. per Fred. §. insuper. Et secundum istas expositiones dicas: Culpa, delictum, aut offensio, quæ committitur per vasallum aduersus dñm. Vel feloniam, id est, ira domini. nam vulgare dicit comes felo. id est, ira. & dicit feloniam dñi. id est, ira domini commissa à vasallo, id est, quia vasallus commisit culpā, aut delictum aduersus eū, seu offensionem fecit, propter quam, seu quod dñs iratus fuit. idē dicas quando vasallus fecit alienationē feudi in casu non permisso sine consensu domini, propter quem cōtractū dominus iratus fuit. nā feloniam non modō permittitur per delictum, sed etiam per contractum, secundum Baldum in cap. j. si vas. feu. priue. vbi de hoc latius per eum. vide Iaco. Aluaro. tum in c. non est consuetudo. de alie. feud. pat. vbi ponit differentiam inter feloniam & infidelitatem. & vide eum in cap. j. qualiter do. proprie. feud. in verbo feloniam. vbi

illud exponit, id est, culpa commissa per delictum. & in cap. domino. si de feud. fue. cōtrouer. exponit feloniam, id est, culpa proueniēs ex delicto. & ibi dat alias expositiones. Filio. † An appellatione filij cōprehendantur nepotes? Bal. qui feu. da. pos. §. hoc autem. Ludo. in l. etiam. ff. solu. matrimo. & Barto. in l. liberorum. ff. de verbo. signi. Puta. De ista dictione glo. & Nico. in cap. prout. de dolo & contu. & glof. in cap. parochianos. de deci. Data. subaudi in feudū. Nouiter. Quid dicatur nouum. gl. in cap. in generali. de elect. lib. vj. in verbo, de nouo. & ibi Gemi. qui dicit † quōd illud dicitur nouum, quod nunquam fuit. Et istud feudum dicitur nouum respectu agnatorum, & paternū respectu descendentiū, secundum ea, quæ scripsi in primo notabili dando exemplum de Marco & Antonio, secundum Bal. in dicto §. hoc quoq. Re- 13 pellitur. id est, priuatur. Auo. † Appellatione auī continetur auia: vt not. Bart. in l. Galus. §. instituens. ff. de liber. & posthu. & ibi Ang. contra Barto. Et an veniat proauus, Bart. in l. ij. §. affinitates. ff. de postu. Incepit. subaudi, quia auus illud adquisiuit. Obest. id est, nocet pximior. quis dicatur proximior dixi suprā. c. proximo. Capax. id est, quia capere potest feudum, quia nō 14 reperitur inhabilis in gradu. † Quis dicatur gradus, Bart. in l. si auia. C. de suc. edict. dicit quōd gradus est ad similitudinem scalarum: vt l. iurifconsultus. §. gradus. ff. de gradi. & cōputatur gradus in materia feudali, secundum ius ciuile, includendo recipientem, seu primam personam in numero graduū: sic vnus nō est numerus, sed principium numeri, & includitur in numero, secundum Bal. qui feu. da. pos. §. hoc autē. in fine. Et qualiter de iure ciuili computatur gradus, Barto. & Bal. in d. l. si auia. Ille enim, qui vult inuenire gradū, debet inuenire stīpitē, secundum Bal. in feu. de natu. feu. Et sic secundum ius ciuile verū dicit hīc, patrē proximiorē esse eius patri, quā nepos. Et hoc est verū, scilicet quod feloniam vasalli nocet filio: vel quod ipse vasallus succedit ei patri, ipsius vasalli filio excluso. Dic quod de vtraq. copulatiue potest intelligi. Aliās. De verbo aliās. ff. de po. l. si hominē. in gloss. in verbo aliās. & l. aliās. ff. de iure dot. cū gl. l. qualitū. §. j. ff. de leg. j. Gemi. in c. indēni- 15 tatibus. de elec. lib. vj. † Oppon. primō, quod delictum

delictum patris regulariter non nocet filio: vt l. ij. C. de lib. & eorum lib. cum ibi not. in gl. & l. ij. C. de sena. & notatur per Cy. Bal. & Salic. in l. quisquis. C. ad leg. iul. maiesta. Sol. Quod hīc dicitur, habet locum de iure cōsuetudinario in materia feudali: quod verō dicitur in contrariū est de iure cōmuni, secundum Cy. in d. l. ij. vbi dicit, quid de iure cōmuni sit, pōt percipi ex his, quæ nō ff. de decur. l. ij. §. nullum. iuncto quod not. ad plenū. ff. de iure patro. l. diui fratres. & idē Bal. in feu. de prohi. feu. ali. per Fred. §. 16 insuper. vbi quærit, † an propter delictū patris filius amittat feudū autē, vel paternū. Et dicit quod ista quæstio potest intelligi duobus modis. Vno modo circumscripita consuetudine feudorum. Alio modo superposita in esse. Primo casu meritis nō perdit iura sua propter peccatū demeriti: vt ff. de cōtra tab. l. non tantum. §. si emancipatus. & ff. de iure patrona. l. diui fratres. nempe feudum est munus generis, nō donum patris: quæ verō nō à patre, sed à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuerentur, ea manere eis incolumia. hoc enim maiores eius eis dedisse dicit tex. ff. de interdi. & rele. l. ij. itē per delictum videtur pater extinctus & de medio sublatus: vt ff. de contra tabu. l. j. §. filium. ff. de bon. lib. l. quia. Et sic nepos iure immediato succedit auo. ff. de sena. l. emancipatum. §. si. Si verō tu loqueris secundum consuetudinē feudorum, delictū patris nocet filio: vt in c. j. si vas. feu. pri. Et motiuum cōsuetudinis est, vt vasalli magis metu abstineant à delicto. Nam naturale est magis metuere in filio, quā in se: vt ff. quod me. cau. l. isti quidē. §. fin. Tu verō, vt ista materia magis tibi liqueat, vide Bar. in l. ij. ff. de inter. & rele. & Bal. de suc. feu. §. hoc quoque. circa finem. & per eū si de feu. defunc. mi. §. si vasallus. & in d. c. si vasallus feu. pri. & conclusiue Bal. in d. §. si vasallus. dicit quod speciale est in feudo quod delictū patris nocet filio, sicut in crimine læsæ maiestatis, & hærelis. De hoc scripsi suprā in capit. habito. 17 † Oppo. secundo, quod etiā si filius sit conceptus ante feloniam cōmissam ab eius patre, viuentē auo, quod à feudo repellatur: vt in d. §. si vasallus. & in c. j. si vas. feu. priue. quæ capitula generaliter loquuntur, & sic generaliter intelligi debent. ff. de leg. præst. l. j. §. generaliter. & l. si verō. §. de viro. ff. sol. ma. cū ibi not. per Lud. Non enim distinguunt, an

cōceptus sit ante feloniam, vel post: & sic nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de publi. & vbi lex nō dicit, nec nos dicere debemus. Bal. si de feu. defun. mi. §. & si vasallus. sunt quæ ibi dictiones negatiuæ, vtputa neq. & nullatenus: & sicut vniuersalis affirmatiua omnia affirmando includit, ita dicitio vniuersalis negatiua omnia negando excludit: vt not. per Io. Andr. in c. j. de reg. iur. lib. vj. vide Ioā. And. & Zen. de æta. & qual. c. vt hi. in cle. in verbo, nullō modo. et de sequest. posses. in cle. in verbo, nullatenus. & per Archi. de elec. c. cum eo. lib. vj. in verbo Omnino. Illud est de iure cōsuetudinario Cathaloniam: quod tātq. posterius corrigit ius cōe feudale: vt est tex. & ibi Bart. & Ange. in l. de quibus. ff. de legi. Vel dic quod dicta iura debēt intelligi secundum l. ij. §. filijs. C. de li. & eorū lib. & l. qui in vtero. ff. de sta. ho. quia nō est nouū priores leges trahere ad posteriores: vt l. nō est nouum. ff. de legi. Vel dic vt per Cy. & Salic. in l. quisquis. C. ad leg. iur. 18 maie. † Quæro primō vasallus cōmissit feloniam cōtra dñm, sed dñs illam nō vindicauit, vtrū transmittat ad hæredes suū accusationē ingratitude. Glo. in c. j. §. porro. in feu. quæ fuit pri. cau. bene. amit. dicit quod nō. quod ibi Bal. dicit esse verū, si potuit vindicare, secus si mortis celeritate fuit impeditus, vel ignoratiua iusta, vt qui ignorauit delictū cōmissum à vasallo. Sed ipse Bal. §. insuper. de prohi. feu. ali. per Fred. sic inquit. Cōsidera tamē vnū, quod si nō est motū iudiciū ingratitude cōtra offensore, forte nō pōt moueri contra filium: si tñ pōt querelari, siluit: nā hæc poena ex delicto venit, arg. ff. so. ma. l. rei iudicata. §. hæredi. & ff. de iure fil. l. ei. qui delatorē. † Itē ista actio est quasi iniuriarū, quæ tēdit ad vindictā, & ideo nō dat hæredibus, nec cōtra hæredes, arg. ff. de colla. bo. l. cum emancipatus filius. & quod no. in l. si ille. C. de decu. li. x. Bal. qui. mod. feu. amit. Io. An. in addi. Spe. ti. de feu. vide Bar. Bal. Ang. & Ludo. in d. §. hæredi. Sed posito quod daret, quæro, vtrū filius innocēs offerendo dño cōpetentē satisfactionē possit euitare feudi priuationē: Bal. in d. §. insup. putat quod nō: quia patris demeritū pōderatur. Ex his enim apparet quod si dñs non est cōquestus, cum potuit cōqueri, quod filius ei nō pōt obijcere feloniam, per quam vasallus feudū perdidisset: quia iniuria, quæ trahit secum

secum exequutionem, etiam in heredem transit: vt eleganter not. ff. quod quisque iuris. l. iij. §. quod autem prætor. Et ideo si esset feloniam commissa alienando, vel esset feloniam alia, cum esset pactum appositum qd per eam vasallus caderet à feudo ipso iure tale pactum transiret in heredem, etiam quere-la præparata, secundum Bal. in d. §. in super.

20 ¶ Quæro, si vasallus habens feudum antiquum commisit feloniam, propter quam debet amittere feudum, & dominus ei remisit feloniam quam reseruauerat, an agnati eo mortuo succedant in feudum quasi antiquum? Bal. in d. §. dicit qd si vasallus est ipso facto priuatus per sententiam legis, tunc ista est noua concessio, & est feudum nouum. Nam dicit lex, qd si testamentum est factum, ruptum capitis diminutione, deinde testator confirmat primum testamentum, agitur ex confirmante, non ex confirmato: vt ff. de bo. pos. sec. tab. l. qui ex liberis. §. qui ex testamento. Si autem feudum non esset annihilatum, sed annihilandum, tunc superuenit noua virtus in præiacenti materia, & potentia materiam ei iungitur, & ab illa denominatur. Conclude ergo in vno verbo, qd exequutio veteris feudi non est nouum feudum: secus si esset addita noua forma, secundum Bal. vt supra. Quæro, quid si vasallus commisit feloniam ante inuestituram, tandem petit inuestiri, e contra aduersarius petit eum disuestiri: sed ipse dicit qd non potest disuestiri, quia non fuit inuestitus, & negat commisisse feloniam. quæritur, quid iuris? Bal. in d. §. in super. Quæro, quid si sunt plures domini in feudo, & vasallus commiserit feloniam contra vnum ex eis, qualiter puniatur. Tex. & ibi Bal. in feud. de vasal. qui contra constitit. Lotha. Iuxta quod quæro, ecce qd vasallus committit crimen læsæ maiestatis contra dominum Regem, & eius bona confiscantur dicto domino Regi propter illud crimen, an in ipsa confiscatione veniat feudum. Hanc questionem mouent Spec. in titu. de feu. §. j. ver. xl. Host. in c. in quibusdam. extra de pœn. & Albericus de Rosato in secunda parte statutorum. q. ccl. & cclj. vbi tenent qd sic. Sed contrariam partem tenet Bart. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infec. quam sequitur Oldr. in consil. consil. xvij. Bal. in l. j. c. de bo. lib. & in conclusionibus feu. in c. imperialem, de prohi. feud. alii. per Fred. & Ludo. in d. §. si de vectigalibus. vbi in vno casu nititur saluare dictum

Specu. Adde Imo. in l. quod dicitur. ff. de verb. obli. Quæ igitur istarum opinionum est verior. Tu distingue. Aut feudum tenetur pro domino Rege mediate vel immediate, aut pro alio. Primo casu est vera opinio Spec. & sequacium. Secundo casu est vera alia opinio contraria. ¶ Sed quæro, quando feudum tenetur mediate per dominum Regem, cui applicabitur, an ipsi domino Regi, vel vasallo immediato, pro quo vltimus vasallus feudum tenebat? Gul. de Valleficha in vfa. si quis feudum. pro & contra arguit. Tandem dicit qd veritas est, qd ius vltimi vasalli dictum crimen committentis debet domino Regi applicari, iure semper saluo alij vasallo, pro quo tenetur, sicut erat prius ante delictum perpetratum. Sed quia dominus Rex non potest esse dominus & vasallus, feudum vendi debet in tali casu, & dominus Rex de aestimatione iuris committentis dictum crimen habebit suum ius confiscationis. Et nihil boni allegat. Tu verò pro eius dicto allega Spe. & Hostien. in locis per me supra allegatis: quorum fuit dictum ipsius Gul. tacitis nominibus eorum. Et pro hoc dicto facit quod dicit Bal. quali. feu. olim. §. si verò. vbi dicit qd imperator, vel Rex, cuius erat baro, non debet sibi feudum appropriare: sed alteri baroni concedere, qui eadem munera debeat & functionem subire. Sed contra istud facit constitutio Regis Iacobi edita apud Terracanam. §. Item ne fiat receptaculum. vbi habetur qd feuda recipientium hereticos domino applicentur: sed ibi non distinxit de quo domino. Et sic appellatione domini, intelligitur de superiori in materia feudali, secundum Bal. de prohi. feu. alii. per Frede. Vel dicit qd si intelligeretur de domino immediato, qd ipse vasallus non habebat duos dominos, vnum mediatum, & alium immediatum, vt hic. Prius maverior. Ratio, quia iniuria fuit facta domino Regi priori domino, & sic eidem redire debet feudum, vt est tex. in §. illud. de prohi. feu. alii. per Frede. Si autem offensa esset facta immediato domino, tunc feudum est sibi aptum, vt habeat suam iniuriam vltionem, secundum Bal. ibi. ex his enim habes hic vnum casum, in quo quis vendere compellitur. Alios vide per Lud. in l. ij. ff. sol. mat. Adde ad prædicta quæ latius de eis dixi supra in c. si duo. Quid si sunt duo, aut tres vasalli, & peccat delinquendo aliter, quam in crimine læsæ maiestatis, aut alienando, cui ex dominis applica

applicabitur feudum? Vide quæ dixi latius supra, in c. si aliquis. & c. domino. Sed quid si dominus rex dictum vasallum ad bona restituit, an videatur restitutus ad dictum feudum. Vide quæ scripsi supra, in capi. si aliquis. in q. sed quæro pro complemento, & c. Quæro, ad quos vadit feudum propter feloniam amissum. Bal. si vas. feu. priue. c. j. & quæ fuit prima caus. benef. amit. §. denique. & si de feu. defun. mi. §. si vasallus. Quæro, tenendo feudum veniat in confiscatione, prout superius

24 tenui, ¶ nūquid post ipsam confiscationem ipsum feudum sit liberum, & qualiter ab obligationibus, in quibus dictum feudum antea tenebatur? Et dico qd sic: quia resolutio iure datoris, resolutio ius acceptoris: & sic resolutio iure ipsius feudatarii, resolutio ius creditoris: vt l. lex vectigalis. ff. de pign. cū ibi not. per gl. & Bar. in contrariū qd res cū sua causa & obligatione transit. l. alienatio. ff. de contrah. emp. Quid igitur dicendum est? Tu distingue, Aut quæris de iure communi, aut de iure Cathalonico. Primo casu sub distingue, Aut dicta obligatio facta fuit de voluntate & consensu domini, aut non. Primo casu dicit qd non resolutio ius creditoris: vt est tex. secundum Bal. ibi, in ver. si verò. de alie. feu. pater. Consensus enim domini sibi præiudicat. de aqua plu. arc. l. in diē. vfa. si quis suum feudum. tex. cum gl. in c. nuper. in verbo consentire. de dona. inter vi. & vxor. Bal. in l. dotalem. ff. sol. mat. Qui autem consentit, sua iura perdit. l. cūm quedam. C. de admittuto. & in feu. qui. mo. feu. amit. §. prætereā.

25 & ibi Bal. ¶ Non enim delictum vasalli potest præiudicium afferre creditori, cui de voluntate domini ius quaesitum est, argumento. ff. quemadmo. serui. amit. l. si partem. §. in. ff. de pac. l. si. pœnæ autem suos debent tenere auctores. l. sancimus. C. de pœ. Nullus verò siue culpa puniri debet, argumento. c. j. de feud. sine cul. nō amit. l. ij. C. q. accu. nō pos. Secundo casu dicit qd resolutio: vt in feu. de cōtro. inuesti. §. rursus. & qui. mo. feu. amit. §. si rursus. vbi Bal. dicit qd siue per casum, siue per culpam, resolutio ius acceptoris. Nam eo ipso qd ius feudatarii venit ad dominum directum, ius pignoris est extinctum: vt d. l. lex vectigalis. & argumento. de inuest. de re alii. fac. §. quidquid ergo. & d. §. sed rursus. Non enim ista facultas erat ab initio ex natura rei, id est, ipsius feudi: & scire debuit hoc creditor, qui cū eo contraxit. ff. de reg. iur.

l. qui cum alio. Secundo casu principali dicit quod non resolutio ius creditoris: quia vasallus potest obligare feudum sine consensu domini, dum tamen resoluatur laudimium: alius dominus potest feudum realiter emparrare, vt in constitutione regis Petri tertij, in curia Ceruarie. c. Itē ne super laudimio. §. si tamen. & §. in tēdimus. Consensus enim virtutis vocis id operatur, quod non resolutio, vt superius dixi: ita & consensus vocis mortuæ, id est, ipsius constitutionis: quia parem vim habent, argumento not. per Innocen. & Ioā. And. in c. si. de accu. in fi. potest etiam permitti per statum alienatio feudi, secundum Bal. qua. feu. olim alii. §. porrò. circa fi. & in c. j. de vasallo, qui contra constitit. Lothar. circa prin. Et ita est per ipsam constitutionem: quia vasallus potest disponere de feudo in capacem, vt ibi §. ad iudicantis. Et sic ex quo per legem patriæ permessa est vasallo obligatio feudi, per eius delictum non extinguitur. Quæro, an pro vna feloniam possint imponi plures pœnæ, & qualiter? Bald. de prohi. feu. alii. per Loth. in prin. Quæro an feloniam secundum vasalli noceat primo. Bald. de prohi. feu. alii. per Fred. §. in d. Quæro, nunquid si frater commisit feloniam, succedat in feudo. Bal. qui feud. da. §. hoc autem. Quæro, an si ciuitas committat feloniam, feudo priuetur. Bal. quibus mo. feu. amit. & ibi de feloniam commissa à prelato: & quid de papa, vide Bal. si vas. feu. priue. Quæro, an per osculum pacis remittatur feloniam. Bal. quibus mo. feu. amit. supra, domino defuncto. De feloniam commissa contra dominum, Bald. in l. si. C. de lib. cau. Quæro, an feloniam filij noceat patri. Ioan. And. in addi. Specu. titu. de feud. & text. & ibi Bald. de prohi. feu. alii. per Fred. Quæro, quid e contra, an dominus committat feloniam contra vasallum. c. j. §. contra omnes. in feu. hic si. lex Fred. deinde inci. consue. Quæro, an si dominus committat feloniam contra vasallum, amittat feudum proprietatem. in feu. si de feu. def. mi. §. domino. vbi Bal. & quando do. feu. proprie. vbi Bal. & per eum qui. mo. feu. amit. P. Iac. ex qui. cau. do. feu. proprie. Et quid si dominus committat crimen læsæ maiestatis, an proprietas confiscetur. Lud. in d. §. si de vectigalibus. Quæro, an praelatus solus potest remittere feloniam vasallo. Bal. in prælu. feu. §. alia. De feloniam contractus, Bald. si vas. feu. priue.

Quæ, & quanta sint iura, quæ dominus habet in homine suo.



S aliquis habet hominem, siue uasallum solidum, ipse dominus solidus sibi uendicat ratione homagij iurisdictionem in ipso suo homine solido: quia eo ipso quod ille uasallus & homo solidus alicuius domini, eo ipso est subiectus iurisdictioni illius domini solidi: & ipse dominus solidus est eius iudex, & omnia bona ipsius solidi uasalli, quæ non habet ab alio in feudum non solidum, sunt ipsi domino solido subiecta ratione iurisdictionis, quamuis illa bona non teneat ab ipso domino solido ratione feudi: quia postquam subiecit principaliter suam personam domino suo solido, constat quod omnia bona uideatur subiecisse. Non est tamen intelligendum quod propter hoc dominus illius habeat in ipsum suum hominem solidum mistum, uel merum imperium, sicut princeps terre, licet habeat in eum iurisdictionem, & in rebus suis: ut dictum est. Si uero dominus ipse non est dominus solidus ipsius uasalli, nec uasallus est eius solidus homo, in tali casu dominus in homine suo non solido non habet iurisdictionem, nisi quantum feudum, quod pro ipso tenet, se extendit: quoniam hæc est differentia inter hominem solidum, & hominem non solidum: quia homo solidus principaliter se adstringit domino ratione personæ: quamuis aliqua res, quæ uocatur feudum soli-

dum gratia renuntiationis interueniat. Unde ita principaliter in subieciendo personam suam ratione solidi feudi omnia bona sua subiecit domino suo: non dico ratione solidi feudi: quamuis hoc posset facere, sed ratione iurisdictionis. Sed homo non solidus non obligat personam suam ratione feudi non solidi: unde sola contemplatione feudi non solidi subiecit personam tantum, & fit ita subiectus iurisdictioni domini non solidi solum ratione ipsius feudi in quantum se extendit, ita ut quantum hoc facit generale in omnibus, tantum faciat hoc speciale in suo casu. Item non potest uasallus mouere actionem famosam contra dominum, nec ipsum uocare in ius sine uenia. Item accusare non potest dominum suum, nisi suam uel suorum iniuriam prosequatur. Item debet dominum iuuare contra inimicos suos. Et hoc uerum est, quando dominum ipsum tenetur iuuare contra omnes, exceptis aliquibus personis, scilicet patre excepto contra filium, nepote contra auum, & econuerso: quoniam dominus non potest præcipere homini suo, ut contra tales personas ipsum iuuet: quia hoc fieret contra bonos mores.

S Y M M A R I U M.

1. Uasallus legius idem est, quod homo solidus. Homo solidus domino suo homagium facere tenetur.
2. Homo solidus cum bonis suis domini iurisdictioni subditur.
3. Bona regulariter personam sequuntur.
4. Dominus in uasallum non habet merum aut mistum imperium.
5. Homo solidus quo differat à non solido.
6. Uasallum quis iudicet.
7. Dominus an cognoscat de uasallo in criminalibus.
8. Ordinarius quoties ad eundem.
9. Uasallus de quibus coram domino respondere teneatur.
10. Dominus non cognoscat de lite inter se & uasallum motam iudex

12. Iudex ordinarius quando de causis inter uasallos & dominos ortis cognoscat.
13. Dominus quando cognoscat de causis uasallorum.
14. Emphyteuticaria causa coram quo iudice terminetur.
15. Iudex in propria causa esse nequit, qui superiorem recognoscat.
16. Feudales quæstiones coram quibus tractentur iudicibus.
18. Princeps superiorem non recognoscens, de causa proprii feudi non cognoscat.
19. Imperator cognoscat de quæstione inter capitaneos, comites, duces, & similes orta.
20. Princeps beneficium à se collatum, sicut & legem à se conditam solus interpretatur.
21. Feudales quæstiones coram quo terminentur.
22. Feudalis quæstio inter uasallos coram quo disceptetur.
24. Uasallum si quis se neget, cuius erit cognitio.
25. Iurisdictionem suam esse nemo potest iudicare.
26. Pares curie de quibus causis cognoscere possunt.
27. Dominus si uasallum spoliauerit, coram ordinario conueniatur.
28. Extraneo contra uasallum rei uendicatione agente, quis erit iudex.
29. Dominus si contra uasallum agat rei uendicatione, quis cognoscat.
30. Emphyteute unius si plures sunt domini, quis iudicem assignabit.
31. Pares curie qui dicantur.
32. Uasallus, qui nondum fidelitatem iurauit, in parem eligi nequit.
33. Pares curie per quem eligantur iudices.
34. Pares curie si nulli sint, quis inter dominum & uasallum cognoscat.
35. Ordinarius inter dominum & uasallum cognoscat, deficientibus paribus.
36. Pares dati iudices an de eadem prouincia esse debeant.
37. Prouincia quid, & quot modis capiatur.
38. Iurisdiclio parium electorum an declinari possit.
39. Iudex ordinarius non declinatur, sed ei non suspectus adiungitur.
40. Pares curie an cognoscant, ubi quis se uasallum asserit, & dominus id negat.
41. Reconuentio super re feudali an locum habeat coram paribus curie.
42. Reuocatio quotuplex.
43. Remissio ad eundem iudicem quando fiat.
44. Uasalli an possint iurisdictionem in alium, quam dominum uel pares prorogare.
45. Iurisdiclio domini non reddit nullum ordinarij iudicium.
46. Pares curie in quo loco debeant iudicari pro tribunali sedere.
47. Iudices speciales locum sibi determinare possunt.
48. Comes Barchinone non potest suos subditos trahere extra principatum.
49. Dominus qualiter uasallo placitum mandet in suo.
50. Episcopatus dicitur forum omnium, qui in eo degunt.
51. Comes in comitatu suo omnimodam habet iurisdictionem.
52. Verbum ambiguum in oratione positum, declaratur per uerba uicina.
53. Suus, sua, suum, dominium quoddam importat.

54. Curie feudales quatuor sunt, & quæ.
55. Uasallus quid facere debeat, si dominus ei iustitiam denegauerit.
56. Dominus iustitiam uasallo denegans, feudi proprietatem amittet.
57. Dominus feudi eam fidelitatem debet uasallo, quam uasallus ipsi domino.
58. Præses subditum opprimens, capite plecti debet.
59. Iudex per dominum uasallo assignatus in quo loco de quæstione feudi debeat cognoscere.
60. Consuetudo non semper rationabilis exigitur, modo sit tolerabilis.
61. Dominus habens plura castra an uasallo placitum mandare possit in quod uoluerit.
62. Feudorum natura non pocas habet singularitates.
63. Dominus per potestatem cogitur de causa feudali cognoscere inter duos uasallos.
64. Uasallus quando die placiti dicatur ad sua reuerti non posse.
65. Iudex in arbitrarijs non tenetur sequi rigorem iuris.
66. Habitationis locus an ueniat hac locutione in suo.
67. Verbum ambiguum in oratione positum declaratur ex uicinitate alterius uerbi.
68. Significatio propria in usaticis capi debet.
69. Habitatio propria uenit hoc nomine ad sua.
70. Verba impropriantur quandoque ex actus qualitate.
71. Habitatio uasalli qualiter attendatur, si diuersis temporibus in locis diuersis habitet.
72. Conducti nomine quid ueniat.
73. Dominus an teneatur totum conductum dare uasallo pro die placiti.
74. Indefinita in iure uniuersali æquipollet.
75. Contrarietas seu repugnantia distinctione iuuatur.
76. Conductum non debetur uasallo, cui intra curtis ianuam mandatum est placitum.
77. Iura noua qualiter corrigant antiqua.
78. Comes Barchinonensis ubi habeat territorium.
79. Iura exorbitantia nunquid censentur repetita.
80. Pares curie qualiter eligendi.
81. Pares admissi in testes desinunt esse pares.
82. Clericus uasallus quos habeat iudices.



S aliquis habet. Diuide istud in quinque partes. In i. parte dicit qualiter dominus habet iurisdictionem in homine suo solido ratione homagij. In ii. parte dicit qualiter eo ipso quod aliquis est homo solidus alicuius domini, est subiectus eius iurisdictioni uel cum bonis suis, licet aliqua ex eis non teneat ab ipso domino. In iii. parte dicit quod dominus non habet merum & mistum imperium in ipso homine. In iiii. parte dicit quod in homine non solido dominus non habet iurisdictionem, nisi quatenus feudum, quod ab ipso tenet, se extendit. In v. parte, & ultima dat differentiam inter hominem solidum, & non solidum. Prima pars ibi: si aliquis habet.

Secunda pars ibi: quia eo ipso. Tertia pars ibi: non tamen ita. Quarta pars ibi: si verò. Quinta pars ibi: quoniam hæc est differentia. Casus. Homo solidus ratione homagij est subiectus iurisdictioni domini sui, vna cum bonis suis, licet illa nō teneat ab ipso domino suo, dum tamen non teneat illa ab alio in feudum: nō tamen ipse dominus habet in homine suo merū vel mistum imperium: in homine autem nō solido dñs non habet iurisdictionē, nisi quatenus feudum, quod pro ipso domino tenet, se extendit.

- 1 Collige notabilia. Not. j. quòd idē est dicere homo solidus, quòd vasallus ligius, quia idē sunt. Vide vsat. qui solidus. & ibi Iac. de Monteud. & Iaco. Callicij, & quæ scripsi supra, in c. duplex. Accipitur enim homo pro vasallo, vthic est text. Not. ij. q. homo solidus tenetur facere homagiū eius dño. vide quæ scripsi supra, in c. postq. & in d. c. duplex. † Nota. ij. q. homo solidus est subiectus iurisdictioni domini sui, vna cum bonis suis, quæ tñ non teneat ab alio in feudum, etiam si pro ipso dño nō teneatur. Et sic habes quòd dñs habet iurisdictionē in homine suo. Concor. Spe. titu. de feud. §. quoniam. vers. xvij. Not. iij. q. dominus est iudex ipsius hominis solidi sui. Not. v. q. eo ipso q. vasallus subiecit personam suam domino suo, videtur ipsa bona sibi subiecisse. † Et est ratio, quia sunt accessoria ad personam. authen. ingressi. C. de fac. san. eccl. Andr. de Sicil. in c. li diligenti. extra de prescrip. vbi dicit q. si persona est priuilegiata, ergo & bona: nec dicitur per hoc extendi priuilegium. alleg. c. accessorium. de reg. iur. & l. cum principalis. eo. ti. vide tex. in l. qui liberis. §. testamento. vbi est tex. quòd res veniunt cū capite. Ang. Are. insti. de lega. §. si quis. Henri. in c. in presentia. de proba. dicit q. sequuntur personam.
- 4 † Not. vj. q. dominus non habet in eius vasallo merum nec mistum imperium. Not. vij. q. princeps Cathalonix habet merum & mistum imperium in hoc principatu. Adde quæ de hoc latius scripsi supra, in c. barones. Nota. viij. quòd dñs non solidus nō habet in hoīe suo iurisdictionē, nisi quatenus se extendit feudū, quod ab eo tenet.
- 5 † Not. ix. differentiam inter hominem solidum, & non solidū. Aliam habes supra, in c. duplex. Vide quæ ibi scripsi. Nota. x. & vltimò, q. persona hominis nō solidi nō est

obligata dño suo nō solido: quod secus est in hoīe solido, vt in hoc c. circa prin. Expo ne literā. Si aliquis. Vide quæ dixi supra, in c. si aliquis est homo. Solidū, id est, ligium. Eo ipso. Ista verba exposui supra, in c. si aliquis vasallus. Postq. De hac dictione dixi supra, in c. postq. Mistum, & merum. De misto & mero imperio vide Bar. in l. imperium. ff. de iur. om. iud. & Petr. Iac. in libel. tit. de iurisdictione. libellus. † Oppo. j. q. dicitur dñs non sit iudex sui hoīs, siue vasalli: sed pares curiæ sint iudices inter eos: vt in consti. regis Petri tertij, in curia Barchinonæ. c. Itē quæ en tots los plets. & in consti. regis Iac. c. Itē ordinamus, curiæ tertie Barchinonæ. Tex. & ibi Bal. de cōtro. inter do. & vasallum. & de contro. apud pares. & de ali. feud. pater. §. si inter. & an apud iudi. vel curi. & de prohi. feu. ali. per Fre. §. preterea. Pro solutione huius oppositionis ponam j. largam distinctionē, & prædicta per quæstiones declarabo. Et primò. quæro, quæ est ista iurisdictionē, quæ habet dñs in vasallum per istud capitulū. Et pro elucidatione huius passus primò quero, † an dominus possit cognoscere de vasallo, siue feudatario, vel ascriptitio, & agricola, atque emphyteuta suis in causis criminalibus tendentibus ad punitionē corporalē: Et dic secundū Iac. Callicij in vsat. placitare. referendo Iaco. de Monteud. in vsa. omnes homines. q. non, sed hoc casu erit cognitio Potestatis, vel alterius baronis, & suorum officialium, etiam si crimen sit commissum in personā dñi per vasallum: vt in vsat. ex magnatibus. §. quia iustitiā de basatoribus, & c. quia dicitio solimmodo exclusiua ibi in textu posita excludit oēs magistratus & dños, nisi potestatis ab exercitio meri imperij, & causarum criminalium tendentium ad punitionem corporalē, iuxta not. per Bar. in l. j. ff. si quis ius dicit. non obtē. & per prædictā determinationē faciunt not. per Io. de Blanofco, in §. præiudiciales. insti. de actio. ibi: quia multas quæstiones vidimus circa homagiū, & c. & per Spe. in iij. parte Spec. tit. de feu. §. j. ver. xvij. quæritur quid iuris habeo in homine meo, & c. & in hoc ca. & est casus de hoc in c. pastoralis. §. nos quoq. ver. vnde Imperator. extra de re iud. in cle. Tu autem vltra allegata per ipsum Iac. adde Inno. & Io. And. & Nic. in c. ceterū. de iud. & Bal. in feu. apud quē vel quos. circa si. vbi Bal. dicit

dicit q. separatū est iudicium criminale à ciuili. † Nā quoties agitur alia via, q. ex lege feudorū, vel ad aliū effectum, q. simplicis feudi, ordinarius est adeundus, secundū Bal. de inueff. in ma. fac. in feu. & vide eum de lege Cora. §. si inter. vbi dicit q. si agitur ad aliam poenā, q. priuationis feudi, & alia lege, q. lege feudorum: talis cognitio non pertinet ad dñm, sed ad ordinarium loci. Et est ratio, quia nō pertinet ad naturā feudi, sed solū ipsius feudi cōstitutio, vel cōseruatio. Itē eius priuatio, quæ secundū cōstitutiones feudales descendit: de alijs enim poenis nō cognoscit dñs feudi, sed ordinarius: & ideo siue criminaliter ageretur, siue ciuilitèr ad vindictā actione iniuriarū, siue actione legis Aquiliæ, vel interdico quod vi aut clam, iudicis ordinarij esset cognitio secundū eum. Et est casus à cōtrario sensu in constitutione regis Petri secūdi, in curia secūda Barchinonæ, vbi dicitur q. in oibus causis feudalibus, & c. ergo à cōtrario sensu in causis nō feudalibus, sicut sunt criminales, nō cognoscit dñs. Quod argumētū habet locū in statutis, secundū Bal. in l. pro perandū. C. de iud. & in l. cōuenticulā. C. de epif. & cle. & Lud. in l. si cum dotem. ff. sol. ma. vide ibi bonā distinctionē pro hoc argumēto, per Io. de Imo. & Raph. fallit tñ in casu c. si minor. prout j. declarabo. Nec præmissis obstare videtur tex. in vsa. qui se sciēte. circa si. vbi videtur casus q. dñs vasalli hoc casu in causis criminalibus ibi enumeratus cognoscit. Quod intelligas q. vasallus iuxta illū tex. debet esse probatus & cōuictus de criminibus ibi contentis corā potestate, & non corā dño ipsius vasalli: cū solus princeps possit facere ipsum processum: vt colligitur in vsa. si quis in curia à seniore suo. Nec obst. vsa. placitare. vbi dñs mandat placitū vasallo. & sic corā eo debet conuinci: quia loquitur de comite, & alijs, qui habent merū imperiū, aliās corā potestate: vt vsa. per bonum. nisi senior haberet merū imperium. Et facit quòd not. Inn. & Io. An. in d. c. ceterū. vbi dicit, nisi dñs haberet iurisdictionē in feudatā. & quòd ipse not. in c. verū. in gl. extra de fo. cōpe. † Aut quæris de causis criminalibus tendentibus tñ ad amissionē honorum feudalium, seu quæ vasallus, seu ascriptitius possidet pro eius dño: & tñ in crimine basiliæ maioris nō cognoscet dñs vasalli, sed potestas: vt in

dico vsa. qui se sciēte. Iuncto vsa. si quis in curia. & hoc veriùs forsitan si principaliter agerēt vt vasallus veniret in persona cū bonis, quæ per dñm tenet, in manu dñi, iuxta formā ipsius vsa. qui se sciēte. nam forsitan si solū agerēt ex legibus feudorū ad amissionem feudi, seu rerū, quæ pro dño tenet, tñ hoc casu, & alijs similibus, dñs, seu curia paritū ipsius dñi de hmōi causis criminalibus ciuilitèr motis debet cognoscere: vt in ca. j. de vas. mī. qui contu. est. in feu. meliùs in c. imperialē. de phi. feu. ali. per Fre. §. preterea. vbi Bal. & per eundē Bal. apud quē, vel quos. & de inueff. in ma. fac. & de contro. feu. apud pares. & per Inn. Hosti. & Ioan. And. i. d. c. ceterū. de iud. in gl. mag. in ver. sin autē de iniurijs, nō in rebus feudalibus, & c. ibi: nō tangentem fidelitatē, & c. in casu verò vsatici, de alijs namq. baulijs. puto q. dñi, & perinde curiæ suæ erit cognitio: vt ibi euidentèr colligitur, & in casu ipsius vsa. oēs hoīes. ibi: de hoc q. ad fidē pertinebit. Pro prædictis facit dicitū Inn. in d. c. ceterum. ibi: nō tangentē fidelitatē. † Aut quæris de iniuria facta dño, vel eius basulo, vel alicui de familia ipsius dñi, aut de dāno eis dato: & tñ vasallus corā dño respondere tenet: vt est casus j. c. si minor. Quod intelligo verū, si agit dñs de iniuria in personā, vel in rebus feudalibus factā per vasallū: si autem agatur ad amissionē feudi, & in libello hoc cōtineat expressē, corā paribus curiæ agēdū est: vt no. Inn. & Io. An. in d. c. ceterum. & adde c. si in aliquo. j. Aut quæris in causis ciuilibus: & tñ si quæris de vasallis feudatarijs solidis, siue legijs: & tunc indubitāter dñs habet cognitionē de oibus causis ciuilibus ipsius vasalli: cū ipse dñs habeat oīmodā iurisdictionem ciuile super bonis ipsius vasalli feudatarij solidi, exceptis illis bonis, quæ vasallus ab alio tenet in feudū: vt est casus in hoc c. & iuxta not. per Io. de Bla. in §. præiudiciales. insti. de actio. & p. Spe. in iij. parte Spe. ti. de feu. §. j. ver. xvij. quærit. Si autē quæris de vasallis feudatarijs nō solidis, & in casu, in quo vasallus feudatarius cōfiteat rē esse feudatē: & tñ de oibus causis tagētibus feudū, vel mouēdis occasiōe feudi iter dñm & feudatariū, dñi ipsius vasalli feudatarij, ac feudi erit cognitio, seu paritū suæ curiæ: vt i. d. §. preterea. & ibi Bal. de prohi. feu. alie. per Fre. & per Inn. & Io. And. in d. c. ceterum. & est casus hic, ver. si

1 verò dñs. & in c. Itē q̄ nō pōt. † Si aut̄ queris de vasallis feudatarijs nō solidis, & i casu in quo vasallus feudatari⁹ diffiteat̄ rē feudālē, vel se esse feudatariū ipsius dñi: & tūc cominalis p̄sonā, vel p̄cipis, aut vicarij, seu iudicis ordinarij, erit hoc casu cognitio & nō dñi denegati, iuxta no. per gl. & Bal. in c. j. si. de prohi. feu. al. per Fre. & de inuef. in ma. fac. vbi Bal. & iuxta no. per Inn. & Io. And. in d. c. ceterū. & supra c. Itē q̄ nō pōt vasall⁹. circa fi. & in c. si alodiaris. iudex em̄ ordinari⁹ est subsidiari⁹ in q̄one feudi, sc̄dm Bal. an apud iud. v̄ cur. Quoties enim nō constat vasallū esse hominem solidū, dñs non potest sibi dicere ius, sed recurrendum est ad ordinariū: vt in hoc c. si

12 verò certū nō est. † Aut queris de alijs causis tā realibus, q̄ personalibus mouēdis inter dñm & vasallū consentē dñm, non tñ causa vel occasiōe fidelitatis, sed ex alijs causis: & tunc iudicis ordinarij vasalli impetiti erit cognitio, & nō domini iuxta no. per Inno. & Io. And. in d. c. ceterum. & Bal. in locis predictis, & potissimē in d. §. praterēa. vbi dicit q̄ si vasallus cōqueratur de domino, non de re feudali, vel eius occasione, vel econtra dominus de vasallo, stamus regulā generalī q̄ actor sequitur forū rei, & sic experiatur corā iudicē ipsius rei. fallit tamē in casu cōtēto supra, in c. si castellanus. vbi dominus cognoscit hoc casu. † Aut queris de vasallis rusticis, siue agricolis: & tūc dominus potest cognoscere de omnibus causis ciuilibus mouēdis inter dñm & vasallū, cum habeat in ipso omnimodā iurisdictionem ciuile: vt in §. si verò forsan. in authen. de quastore. coll. vj. & iuxta not. per Io. de Blanofco in d. §. praiudiciales. isti. de actio. & per Spe. vbi supra. ver. xvij. queritur. & in hoc c. & Bal. qua. iu. do. deb. vbi dicit q̄ dñs habet iurisdictionē in suis ministras, & agricolas. † Aut queris de emphyteuta: & dic q̄ de realibus, & etiā de p̄sionibus, & alijs causis, ratione, vel occasione rei emphyteuticariā mouēdis inter dñm & emphyteutam, dñi erit cognitio: de alijs verò causis realibus, vel personalibus mouēdis inter dñm & emphyteutam nō ratione vel occasiōe rei, emphyteuticariā erit cognitio iudicis ordinarij, & de iure vsat. vt vsa. oēs hoies. in fi. & iuxta no. p. gl. & Iac. de Monteiu. in vsa. de alijs. Et de hoc est casus in cōstitutiōe regis Iac. ij. in j. curia Barchinonē c. xxx. Itē q̄ aliquis hō non cōpellatur pla-

citare. & istud forsan, vt dixi de emphyteuta, p̄cedit de iure vsaticorū, & cōstitutionū & nō de iure cōi: vt in §. ad hoc qui alodiū in c. j. de pa. iura. fir. in feu. & Collectarius in c. ceterū. de iud. vbi dicit q̄ si q̄stio est inter dñm & emphyteutā de re ēphyteuticaria, q̄ dñs de ea cognoscere nō pōt. Idē tenet Petr⁹ Helias in tractatu de iure emphyteutico. Et oīa predicta intelligas, q̄ dñs non habet merū imperiū, vel iurisdictionē titulo infeudationis, vel alio iusto titulo acquisitū, seu acquisitā: quia tūc etiā domin⁹ iure ordinario i causis p̄dictis cognosceret, vbi v̄ p̄ tā q̄ dñs nō posset cognoscere, iuxta no. p. Inn. & Io. An. i d. c. ceterū. in gl. mag. in fi. q̄ tñ limitādū venit, nisi in cā propria, de qua nō cognoscet, nisi esset ip̄erator, vel rex, q̄ superiorē nō recognoscit, sc̄dm Bal. de inuef. in ma. fac. & i l. ij. C. de sen. que line

15 cer. quā. † Nā ille, q̄ superiorē recognoscit, nō ipse de cā p̄pria cognoscet, sed dabit iudicē in illo casu, sc̄dm Bal. vbi supra. & per eū de cap. q̄ cur. v̄. circa fi. Nō em̄ quis de cā p̄pria iudicare debet: vt in rubro & innigro. C. ne qs in cau. Nā istud speciale est in papa, & in p̄cipe: vt est gl. & ibi Nic. in c. cū venissent. de iu. & in c. j. de pba. & Bal. in l. si pater fa. ff. de hær. isti. Tñ etiā honestē faciūt, si cām aliq̄ cōmittunt, & ei se submittūt. no. Bal. in l. pximē. ff. de his, quæ in tes. delē. & vide gl. & doc. in c. nos si incōperēter. ij. q. vij. & C. de eden. l. p̄ curator. & ibi Cy. & C. de qua. p̄ ser. l. bene à Zenōe. & de ver. sig. c. ex pte. & ibi Inn. & Io. An. & de æq̄tate, & honestate deberēt eligi arbitri, xj. q. j. c. clericus. Vel debēt alteri cām delegare: vt ff. de iur. om. iud. l. si p̄tor. & p̄ pacē cōstitūte eligunt̄ arbitri, q̄n̄ p̄ncip̄s habet cām cū subdito, sc̄dm not. p. Bal. de pa. Cōstā. sup̄ verbo, q̄ nobis cōcessā nō sunt. Vide gl. sup̄ verbo, hostē. in authē. vt hi, qui ob. se hab. §. vt aut̄. coll. vj. & vide l. Gothicā l. ij. tit. iij. c. j. ru. q̄ p̄ncip̄ū & ep̄orū negotia nō p̄ se, sed p̄ subditos sunt agēda, vbi habet̄, q̄ si p̄ncip̄s vel ep̄s habebunt negotiū cū aliquib⁹, ipsi eligāt p̄orsus p̄sonas tales, q̄bus cōmittāt suanegotia cōmittēda: nec platus poterit punire de iuriā sibi illata, quæ tāgit tñ ipsū: secus si tāgat ecclēsiā, vel publicā vtilitatē. Qā dic latius vt not. gl. in c. Romana. de poen. l. vj. super verbo, punire. & gl. in c. & q̄ emēdat. xlv. dist. Et hāc distinctionē ponit Ia. Callicij in dicto vsatic. placitare: vbi refert scripta per Iac.

Iac. de Monteiu. in vsa. omnes: & ego dictis eorum aliqua addidi pro extēsiōe & elucidatione huius materiā, & eorū, quæ ab eis in dictis locis dicta fuere, & eorum dicta per plura iura ab eis nō allegata fundauī. Et quia predicta distinctio in multis deficit, & in aliquibus confusē, & obscurē loquitur, nam dicti Iacob. de Monteiu. et Iaco. Callicij non distinguunt, nec ego in eis, quæ ad eam addidi, non distinxī, quando dominus potest cognoscere, & quando pares curiā, sed insimul positum est q̄ dominus cognoscit, & curia parium: nec etiā in quibus casib⁹ cognoscit ordinari⁹. ideo pro pleniori examinatiōe huius passus que

16 ro, † quando potest cognoscere dominus, videlicet in quo casu de re feudali, quando non habet iurisdictionem infeudatam, vel merum imperiū, et in quo casu pares curiā, & in quo casu ordinari⁹. Tu super hoc latius distingue, quia aut est quæstio inter dominū & vasallum super inuestitura, vel amissione feudi: quia dicitur esse commissum, vel vtrum vasallus debeat ipsum habere, vel non, vel de violatione iuris feudifac̄ta vasallo per dominum, de qua vasallus cōqueritur: in omnibus istis casibus dic q̄ per pares curiā debet cognosci & determinari, & nō per ipsum dominū: vt est rex. in feu. de prohi. feu. al. per Fre. §. praterēa. lo vltimo. vbi Bal. & de contro. feud. apud pares curiā. c. j. & in constitu. regis Petri secundū, in curia secunda Bar. c. Item q̄ in omnibus causis. & in curia tertia Barchinonæ regis Iacobi secundū c. xvj. c. Item ordinamus. ver. & q̄ habeat assignare. Tu autē teneas indistinctē q̄ de omnibus causis & litibus, ex quibus de re feudali commodū, vel incommodum euenire potest domino, non ipse, sed pares iudicabunt: vt in dictis constitutionibus, vbi est dictio omnibus, quæ de sui natura est q̄ nil excludat: vt. C.

17 māda. l. à procuratore. cū vulgaribus. † Nā quādo est p̄iudicialis dño ex eo, q̄ ex sua sentētia imminet ei fauor vel p̄iudiciū, nō cognoscit ipse dñs, nec eius curia, sc̄licet cōplexiue, sed pares debēt eligi, in quibus sc̄licet cesset omnis suspiciō: & ipsi sic electi iudicabūt, sc̄cūdm Bal. in feu. an apud iud. vel cu. do. questio. et cōsequēter si immineret periculū euictionis, dñs nō iudicabit. habes ergo ex no. ibi per Bal. q̄ quotiescūque est p̄iudiciū dñi, ipse non iudicabit.

Facit ad hoc quod superius dixi, q̄ ali⁹, q̄ p̄ncip̄s, superiorē nō recognoscēs nō pōt cognoscere de causa p̄pria: Tideo nec etiā p̄ncip̄s, qui superiorē nō recognoscit, cognoscet de cā propria feudali, sed pares curiā, sc̄cūdm Bal. de prohi. feu. al. per Fre. §. praterēa. Nam illud, q̄ superius dixi, q̄ pōt cognoscere de cā propria, habet locū in alijs causis, q̄ feudalis. Et sic limitat̄ illa regula q̄ Imperator, vel p̄ncip̄s superiorē nō recognoscēs, pōt iudicare de causa propria. Et pro dicto Bal. est hodie casus in dicta consti. regis Petri. c. Itē q̄ in omnibus causis, vbi dicit quod de omnibus causis feudalis, quas nos cū baronibus & c. & ibi, vel ipsi nobiscū & c. quæ verba sunt

19 notāda ad hoc. † Aut queris si est q̄stio inter eos, qui propriē dicunt̄ capitanei, vt duces, comites, & similes: & tūc cognoscit Imperator: vt in feu. apud quē vel quos. c. j. Et est ratio: quia quilibet dicit se inuestitū ab Imperatore, et cōstabat esse vasallos de alio feudo: & sic nō est mirum si Imperator cognoscit inter eos, tanq̄ dominus: vt de prohi. feu. al. per Fred. c. j. §. j. sc̄cūdm Bal. in d. c. j. apud quem, vel quos. & est tex. & ibi Bal. in feu. de lege Cora. vbi dicit q̄ si quæstio est inter duos, quicūq̄ fuerint, de bñficio regali, corā rege decidi debet: alia verò causā corā paribus curiā. Et est rō, sc̄cūdm eū: quia de bñficijs p̄ncip̄is ad eū pertinet iudicare: & ipse est, qui pōt & habet determinare de eorum substantiā, & qualitate, &

20 quēadmodū beneficij sui esse malit. † Nam beneficiū p̄ncip̄is simile est legi ab eo cōditē, quā ipse sol⁹ habet interpretari. Aut queris, q̄n̄ est cōtentio inter alios vasallos: tunc aut cōstat vtrūq̄ esse vasallū eiusdē dñi, q̄ ipsi, & dñi cōsentent, quia est cōtētio de aliqua parte feudi, vel de aliquo feudo, sed nō de toto feudo alicuius, vel fortē est de finib⁹ feudi: tūc dñs est iudex: vt d. §. praterēa. de

21 prohi. feu. al. per Fre. † Aut cōstat vnū esse vasallū de feudo aliquo, de quo nō est quæstio, & quæstio est de alio feudo: tūc pares erūt indices: vt in feu. apud quē, vel quos. c. j. ij. rñso. & de lege Cora. ca. j. ij. rñso. Aut dubiū est quis eorū sit vasallus, & p̄tēdūt inuestiturā ab eodē dño tūc aut cōtētio est inter eos, quorū vterq̄ suū p̄priū feudū esse dicit: tūc iudex, vel arbiter cognoscit: vt de lege Cora. ca. ij. Aut inter eos, quorum vterq̄ dicit antiquum: tunc cognoscit dñs

cum curia: vt in c. j. de inuest. in maritū fac. & ibi Bal. latius. Aut cōtētio est inter eos, quorū alter dicit antiquū, alter nouum, & propriū: & tūc iure antiquo iudex ordinarius v̄ arbiter cognoscit: vt d. c. j. de inuest. in ma. in princ. Hodie verò pares curiæ, vt
 22 in feud. apud. iu. vel cur. c. j. ¶ Aut est cōtētio inter eos, qui producūt diuersos inuestitores: tūc iudex vel arbiter cognoscit: vt de l. lege Cora. c. ij. in prin. Aut est contentio inter vasallū, & aliū, qui nō est vasallus: & tūc iudex ordinarius rei cognoscit: vt de cōtro. inter vas. & alium de benef. c. j. Aut quæris inter duos vasallos, scilicet quis eorum potior sit in iure feudi: tunc dñs feudi, vel eius curia iudicare debet: vt in feud. de cōten. feu. c. si fuerit cōtētio. Aut est contentio inter dñm, & aliū: & tūc ordinarius cognoscet, secundū Nic. in d. c. ceterū. vbi videas amplam distinctionem ab eo positā, sed non ita amplissimā sicut ego posui. Sed quo ad cognitionē inter vasallos, vide Guiliel. de Valleli. in v̄fat. si quis suū feudum.
 23 ¶ Vbi querit, quid si est questio de feudo inter vasallos, cuius erit cognitio? Et dicit, & videtur q̄ nō sit dñi directi: quia dñs debet defendere vasallū, si sibi denūtiat: vt in feu. si ab aliquo fue. interp. c. vnico. Igitur si debet dñs vasallū defendere, non pōt esse iudex: i deo habet parē esse saltē eos componendo: vt in feu. de cōtro. inter vas. & aliū. c. j. Imo ignorāte dño agere vel cōueniri debet: vt in feu. an feud. amit. c. vasallus. Sed cōtrarium facit in feu. de prohi. feu. al. per Fred. §. præterea. & Hosti. in summa. tit. de feu. §. si. ver. si igitur. inter duos. Sed ipse Guiliel. dicit q̄ si quilibet vasallorū asserit feudū ad se pertinere, tunc dñi est cognitio: vt in feu. apud quē iud. questio feu. debeat terminari. c. j. & in v̄fa. placitare. & ibi glo. Si autē est questio inter duos vasallos, alter dicendo alio dñū, suū esse, & pro tali v̄dicare, & alter feudū, non est dñi cognitio, sed potius iudicis ordinarij, hoc est, vicarij: vt c. ceterū. extra de iud. c. si alodiarius. supra. & in hoc c. & vide Hosti. in lectura. ver. in realibus, & in feudalibus, & Inno. in c. verum, extra. de for. compet. & c. cum ecclesia, extra de cau. posses. & proprie. Guiliel. vbi supra. Sed mea distinctio plus mihi placet: quia extensius hanc materiam declarauī. Quæro vltorius pro clariori elucidatione
 24 huius materiæ, ¶ quid si dñs dicit aliquem

esse suū vasallum, ille autē negat, nunquid dñs potest de hoc cognoscere? Respondeo quod nō: quia esset in causa propria iudex: sed ordinarius iudex, vel arbiter inde cognoscet: vt de lege Cora. §. j. secundū Bal. in d. §. præterea. de prohi. feu. al. per Fre. & est tex. hīc. §. Itē si aliquis vasallus. ver. si verò certū. & de inuest. in mari. fac. vbi Bal. dicit q̄ hæc questio tanq̄ præiudicialis corā iudice ordinario est termināda. Et adde supra. c. si alodiarius. & vide que dixi supra, in c. vasallus. in q. quero, an dñs indistinctē. & adde hīc que ibi dixi. Sed quid si vasallus negat esse vasallū, & sic opponit iurisdictionē non cōpetere dño, nūquid dñs potest declarare se esse iudicē? Dic q̄ non, secundū Collectariū, & Nic. in d. c. ceterū.
 25 ¶ Nam qñ est questio de iurisdictione tanq̄ de iurisdictione, nemo iudicat suā esse iurisdictionē simpliciter, secundū Bal. in feu. an apud iud. vel curi. & si per eū aliquid declararet, nō teneret declaratio. Nā oīs actus, qui fit à iudice incōpetenti, videtur fieri sine ordine, secundū Bal. quo tē. mi. §. sancimus. Quæro si de possessiōe feudi, & nō de proprietate agitur, nec agitur feudali possessio, sed simplici possessio sine mētiōe feudi, vel enūtiatiue proferuntur verba feudi, tñ nō facit talis denūtiatio ad cām, & sic non oportet eā probari, iuxta doctrinā Inno. in c. ex parte Abbatis. de priuileg. verba enūtiatiua, quæ nō possunt prodesse, nō debent obesse: quia nō informant iudiciū: quis ergo
 26 de hoc spolio cognoscet? Dic q̄ pares curiæ: quia iuxta dictas cōstitutiones superius allegatas de oīb⁹ causis, & litigijs ex feudali, vel ei⁹ occasiōe vertētibus inter dñm & vasallū, ipsi sunt iudices & sic de ipsa spoliatiōe, quæ vertit inter dictos dñm & vasallū, cognoscēt. nā, vt dictū fuit, ibi est dictio oīb⁹, q̄ est in plurali, & sic collectiua, secundū Bar. i l. Moschis. ff. de iure sis. & in l. iij. ff. de sta. ho. & q̄ oē dicit, nil excludit. l. lul. ff. de le. iij. vbi Bal. & Bal. i l. oēs. C. sine cēl. vel reli. est em̄ dictio vniuersalis, scđm Bal. de capi. qui cur. ven. in cōtrariū facit, quia nō agit cōdictiōe ex lege feudorū, sed cōdictiōe ex l. si qs in tantā. ¶ & cōsequenter si dñs spoliavit vasallum, non corā paribus cōuenitur, sed corā iudice ordinario, secundū Bal. & Inno. in d. c. ceterū. & est tex. secundū eos in c. ex parte. de for. compe. Ita dicit Bal. in feu. de inuest. in ma. & per eum
 in d.

in d. §. præterea. de prohi. feu. al. per Frede. Tu autem dicas quod si istud possessoriū respicit administraculum petitoriū, vel q̄ dominus in casibus permisis, per vsaticos Barchinonæ, & consuetudines Cathalonix, quos enumerauī supra in c. j. apprehenderit potestatem de castro, vel etiā emparauerit feudū, in illis casibus, ex quib⁹ per ipsos vsaticos, & cōsuetudines, ac cōstitutiones Cathalonix permisa est empara realis, seu apprehensio ipsius feudi, seu illius occupatio: & tūc pertinet cognitio ad pares curiæ, secundū dictas cōstitutiones, & secundū Bal. de lege Cora. §. j. Si autē nullum prestat administraculum, nec agitur ex causa dictæ apprehensionis potestatis de dicto castro factæ, vel pro dicta empara reali ipsius feudi, aut alia occupatione modo predicto facta, sed agitur ad alia pœnam, quam priuationis feudi, & alia lege, quam lege feudorum: talis cognitio non pertinet ad dictos pares curiæ, sed ad ordinariū loci. Et est ratio, quia non pertinet ad naturā feudi, scilicet ipsius feudi cōstitutio, vel cōseruatio, item eius priuatio, quæ secundum cōstitutiones feudales descendit: de alijs enim pœnis non cognoscit iudex feudi, sed ordinarius loci: & ideo siue criminaliter ageretur, siue ciuilitur ad vindictam actione iniuriarum, siue actione legis Aquiliæ, vel interdico quod vi aut clam, iudicis ordinarij esset cognitio, secundū Bald. in d. §. si inter. & per eum, apud quem vel quos. & vide Innoc. & Ioan. And. in d. c. ceterū. & Hosti. in Sum. tit. de feu. §. vltimo. & ad de Henri. Boich. in c. j. de feu. & extēse per Anto. de But. & Nic. in d. c. ceterum. Nec obstat dicta dictio oīs. nam licet sit vniuersalis, non tamen intelligitur vt includat nisi tantum illa, quæ sunt proportionabilia materiæ, in qua profertur, secundū gl. iij. in fi. in c. dilecto. de sen. excō. li. vj. & ibi Gemi. Et sic agēdo alia lege, quam lege feudorū, & extra naturam feudi, dicta dictio nō esset proportionabilis materiæ dicti possessori: & cōsequenter nō includit cognitionem dicti possessori in dicto casu. & istud
 28 credo verius. ¶ Quæro, quid si extraneus agat directa rei vindicatione contra vasallum rem feudi petendo, nō vt feudum, nec contendēdo de re feudali quis cognoscet? De hac questione respōdeo, & dico secundū Bal. in dicto §. præterea. quod debeat

cognosci per iudicem ordinariū: quia quo ad iurisdictionē iudicis debet inspicere qualitas petitionis, non qualitas defensionis merita causæ tangentis: vt ff. de iurisd. om. iudic. l. cum quadam. §. finali. xj. questione prima. experiente. & cap. si clericus. de for. compet. cum sit generale. nec obstat eo. tit. c. ex parte. quia quod ibi dicitur q̄ questio proprietatis rei feudalis coram domino est tractanda, subaudi cum agitur inter duos vasallos de iure feudali, quis eorum sit potior in feudo: nec in dubium reuocatur, an res sit feudalis: porro si de iure possessionis agatur, id est, de iniuria quis ad quem venerit possidētem, quia nil commune habet proprietate cum possessione: vt ff. pro empt. l. secunda. §. separata. Iudex ordinarius, vel delegat⁹ eius causam audiat. Et ita intellexit Gofre. dictum §. præterea. & cap. verum. de foro competen. vt ipse notat ibidem in summa. Vel dic quod si reus excipiat, & dicat rem esse feudalem, & nominet dominum in iudicio, quod summam cognoscetur de ista exceptione. & si per summariam cognitionem appareat quod sit res feudalis, remittetur ista cognitio ad dominum feudi: quia est iudex ordinarius vasalli, argumento extra de foro compe. c. si clericus laicum. Sin autem nihil constiterit per summariam cognitionem, tunc in causa procedit ordinarius, vel iudex delegatus. Sed domi. Ioann. Blanch. in summa sua dicit quod in dicto capit. si clericus laicum. est speciale fauore ecclesiæ. Sed contra hoc oppo. de dictis cōstitutio. vbi habetur quod pares curiæ sunt iudices in causis feudalibus. Sed dic quod illa locum habent quando est contentio inter dominum & vasallum, & agitur ex legibus feudorū. Ideo dicunt ipsæ cōstitutiones in omnibus causis feudalibus: hīc verò est inter vasallum, & alium. Cōstitutiones enim sunt stricti iuris, vt dicit Bar. in l. cōstitutio. ff. ad municip. Ea enim quæ stricti iuris sunt, non recipiunt extensionem, secundū Bartol. in l. non quali. ff. rem pup. sal. fore. Præterea hīc non agitur ex legibus feudorum, nec secundum naturā feudi, sed cōdictiōe legum politiarum in titul. ff. & C. de rei vendi. igitur non dicitur causa feudalis: & sic dictæ cōstitutiones, quæ de causis feudalibus loquuntur, nō vendicant sibi locum. Nam nō est nostrum legē extendere: vt l. si verò.

29 si verò §. de viro. ff. solut. mat. r. Sed pone quòd dominus agit coram paribus còtra vasallum rei vendicatione, quia dicit eū cecidisse à feudo, vel officio iudicis: quia ab eo vt recognoscat se esse vasallū, ille alium nominat in iudicio tanq̄ dominū, nunquid nominatus de hoc cognoscat? Respondeo secundū Bal. vbi suprā, nequaq̄: quia ex hoc surgit quæstio inter ipsos dñs. vnde nominatus in iudicio dicitur reus. extrā vt lite non cōtest. qm̄ frequenter. C. vbi in rē actio. l. ij. C. vbi de cri. agi. opor. authē. qua in prouincia. & ff. de iudi. l. vēditor. Cōstat autem q̄ inter actorem, reum, & iudicē debet esse differētia personarum: vt ff. de iur. om. iudi. l. qui iurisdictioni. & ff. de iudi. l. siue à me. & de arbi. l. penul. & C. ne quis in sua causa. in rubro, & in nigro. & plenē per Inn. in c. ex parte. de verb. sig. Et sic habes quòd si vasallus conuentus à domino coram paribus nominat alium dominum in iudicio, & sic fateatur se illius nominati esse vasallum: nō ex hoc nominatus de hoc cognoscat, sed ordinarius ipsius nominati: quia aliās ipse esset iudex in causa propria: quod iura non patiūtur. Et etiā not. quòd in causa feudali habet locum nominatio in iudicio, vbi vasallus negat se esse vasallum illius, qui eum conuenit, & dicit quòd est vasallus alterius, quem nominauit. De ista nominatione vide Barto. in l. ij. C. vbi in rem act. & Anto. de Butr. & Nic. in c. quoniam frequenter. vt lit. non cōtest.

30 ¶ Quæro vterius, quid si sunt plures domini alicuius emphyteutæ, quis eorum assignabit iudicem? Guilielmus de Valle sicha in vsati. omnes homines. in lectura dicit quòd vltimus, argumento in priuilegio del recognouerunt proceres. ca. xxiiij. & capitu. xxix. & capitu. xxx. in prima curia Barchinonæ domini regis Iacobi. Et in pœnalibus etiā aliquando cognitio sui rustici pertinet ad dominum: vt habetur in forma sacramentalis. §. quicumque autem versic. & si dubium fuerit. & §. Item declarauit quòd domini per se. versic. si verò sonum emittens fuerit emphyteuta. Et quia hīc feci mentionem de paribus, pro complemento materiæ quæro primò qui dicuntur pares? Bald. si de inuestitura inter dominum & vasallum lis oriantur. dicit quòd

31 ibi est text. ¶ quòd illi dicuntur pares, videlicet qui tenent feuda ab eodem domino,

Sed hodie est expeditum in dicta constitutione. c. Item q̄ in omnibus causis. vbi habetur quòd illi dicuntur pares, qui habent consimilia feuda. & adde Bald. de contro. apud pares. Sed quæro, quid si dñs non habet nisi vnum parem, nūquid ille cum vno extraneo debebit interesse, vel iudicare? Dictæ constitutiones regis Petri, & regis Iacob. superius commemoratæ volunt dicere, seu innuere quòd non: quia loquuntur in plurali. & etiā text. in feud. quid sit inuestitu. Bald. ibi tenet contrarium, argumēto. C. de testa. l. cum antiquitas. & quod nota. in capitu. graue. de præben. in Nouella. Suppletio enim numeri sic debet fieri quòd ille, qui reperitur idoneus, non abijciatur, secundū eum. ¶ Quid si vasallus nō dum iurauerit fidelitatem domino, nunquid interim possit eligi pro pari? Dic q̄ non, si alter eorum, scilicet domini, & vasalli dissentiat: vt est text. & ibi Bald. de trouer. feud. apud par. & per Pet. Iac. in libel. ti. de cau. ex qui. do. proprie. feu. priue.

32 ¶ Sed quæro, per quē eliguntur dicti pares an per dñm, an per ipsum & vasallū? Dico q̄ de iure cōmuni dñs primò eligit vnum, vel quot voluerit, & totidē eligit vasallus, secundū Inn. Host. & Ioā. And. in c. ceterum. de iudi. & idē not. in §. præterea. c. Imperialem. de prohi. feu. ali. per Fred. Et idē Andr. de Iser. in c. j. de contro. feu. apud pares termi. & Alexā. de Imo. in consil. lxxxj. Sed in Cathalonia dominus feudi assignat istos pares in iudices: vt est text. in constitutu. regis Iac. secūdi, in tertia curia Barchinonæ. c. Itē ordinamus. versic. & quòd habeat assignare, & c. & in constitutione regis Petri, in secunda curia Barchinonæ. cap. Item quòd in omnibus causis. ibi: faciamus per pares curiæ, & c. & hoc iure vtūtur. Et hoc est verum, qm̄ vasallus non negat rem esse feudalem: si autem negauerit, tunc dñs & vasallus eligunt personā communē, si de ea se possunt cōcordare, qui eos dñi iudicet: vt est text. suprā, in c. si alodiarius. & ibi vide quid si eundem est, si de persona cōmuni non possunt se concordare. Et quòd domini sit dare iudicem, est gl. in vsa. de omnibus. in ver. partibus. vbi dicit quòd dñi est dare iudices, & vasallū cōsentire, nisi manifeste ei fuerint suspecti. Et p hoc vsa. de alijs nāq̄ ibi: sicut ille ei iudicare fecerit. & in vsat. omnes homines tam milites. ibi: sicut ipsi eis iudicare

indicare fecerit. Idem tenet Thomas Mieres in d. vsa. de alijs. vbi dicit q̄ debet dare suis expēlis. Et quòd dominus det iudicē, sentit Iaco. de Monte iud. in d. vsa. de omnibus. ibi: q̄ dominus, qui dat iudicem. Et ita reperit consultum per practicos antiquos. & adde ad id, quòd dicit Thomas Mieres, quòd dominus, qui dat iudicem, tenetur facere expensas iudici, & vasallo litiganti. Ita dicit ipsemet in vsa. bataya. vbi dicit q̄ doctores not. vt ibi glo. esse de hoc. & si in aliquo vicerit dominus, recuperabit tam illas quam suas à vasallo. Et ita dicit seruari secundū B. de Bordillijs. idem habet in priuilegio del recognouerunt. quando dominus dat iudicē emphyteutæ. Adde quæ not. per gl. & doc. in c. ex parte de accu. et facit ff. de oper. lib. l. suo victu. & de anu. leg. l. Maria. §. si. quia qui rem dare debet, ad locum suis sumptibus portare debet. ff. de leg. j. l. cum seruus. & de voto. c. magnæ, & qui tenetur facere aliquid, suis sumptibus facere debet. no. extrā de hære. c. vt commissi. lib. vj. & de cen. e. lib. c. j. Et cū ordinarius dat iudicem, debet facere suis expensis. c. inter cetera. de offi. ordi. Adde gl. extra de rescriptis. c. nonnulli. super versiculo, extrā duas. ibi: sed expēlis actoris. vide eundē Tho. super constitutu. in iij. curia Barchinonæ regis Iacob. c. Item ordinamus. & in vsa. placitare. & ita vidi teneri per aliquos Cathalonix iurisperitos dicentes ita esse seruandum de generali consuetudine. Sed contra præmissam determinationem quòd dominus dat iudicem, facit vsa. placitum. ibi: ex vtriusq̄ partis. & in vsa. de omnibus nāq̄. ibi: à iudicibus ex vtriusq̄ partibus electis. Sed dicit q̄ dictus vsa. placitum. non obstat, quia ibi non loquitur de iudice ex vtraq̄ parte dato, sed loquitur de iudicio ex vtraq̄ parte laudato, & approbato. Nec etiā vsati. de omnibus nāq̄. obstat, quia loquitur de placitis inter priuatos, non de placito inter dominum & vasallum. sed contra, quia etiā si in dictis iuribus fiat mentio q̄ dominus dat iudicem, non tamen denegant quin vasallus in datione iudicis consentire debeat, vt erat de iure cōmuni, per iura superius allegata. Oportet ergo intelligere dictas cōstitutiones, & alia iura, de quibus superius mentionem feci, q̄ in datione fienda per dominum vasallus cōcedatur, vt iura iuribus concordentur. c. cum expedit. de elec. lib.

vj. l. j. C. de inof. do. ne vnico verbo tot iura sint correcta. l. si quando. C. de inoffi. tes. sed illa iura non dicunt q̄ vasallus cōsentiat in datione iudicis: sed q̄ ipse assignet tot quot ipse dominus assignauerit. Ideo tu dic q̄ in dictis iuribus solum fit mētio de domino, & sic videtur denegatum. l. prætor. ff. de iudi. & si conditor illud voluisset, id dixisset. c. ad audientiam. de deci. & l. j. §. sin autem. C. de cadu. tol. Et hoc iure vtūtur. Et sic minime sunt mutāda, & c. l. minime. ff. de legibus. ¶ Quæro, quid si dominus nō habeat pares, quis cognoscere possit? Inn. in d. c. ceterum. de iudi. dicit q̄ debent cōuenire de alijs partibus, vel succedet ordinari: vt est glo. in c. j. §. penul. de prohi. feu. ali. per Fre. Iaco. Callicij in vsa. placitare. dicit q̄ hodie in Cathalonia dominus assignat iudicē vasallo in causa feudali, & vasallus eum recusat, si est sibi suspectus: & dominus habet sibi dare iudicem non suspectum, vel etiā pares curiæ, quando habet pares, si dederit iudicem etiā non suspectum, si vasallus se petat remitti ad iudiciū parium, aliās nō, iuxta no. per Inn. & Io. An. in Nouella in d. c. ceterum. Sed hoc quòd dicit, q̄ dñs assignat iudicē in defectū parium, dicit ex suo capite: quia nil allegat, neq̄ iure fundatur: & erubescēdū est sine lege loqui. l. illā. C. de colla. cū simi, sed in vsa. placitum. j. allegat plures vsaticos, qui nō videntur probare eius opinionē. ¶ Dicas ergo q̄ si dñs nō habeat pares, q̄ tunc ordinarius cognoscat, & erit iudex, secundū Nic. in d. c. ceterum. vide Hostiē. in sum. ti. de feu. §. si. & collectar. in d. c. ceterum. Hoc idem voluit dicere Bal. in feu. apud iu. vlt. cu. do. quæstio feu. vbi dicit q̄ si declinat iurisdictione parium propter aliquā suspensionē, tūc cognoscit ordinarius. Vult ergo dicere q̄ si oēs pares essent suspecti, q̄ ordinarius esset iudex: vnde in feudis ordinarius est iudex subsidiarius in defectū parium, secundū Bal. in d. tit. apud iudi. vel cur. & pro hoc facit. j. cap. si alodiarius. Et hanc opinionem credo esse veriore, quā tenet & sequitur Thomas Mieres in vsatico, placitare. licet contra semel fuerit pronūtiatum in audiētia Gubernatoris, in causa feudali, quæ erat inter honorabilem Ioannem de pauo, & Berengarium de palaciolo milites, & non bene, secundū prædicta, & secundū etiā Henri. Boich, & quos allegat in c. ex parte. de feu. in secūda dist.

dist. versic. aut si dominus non habet pares. Opinio verò Iaco. de Callicio est vera in illis casibus, in quibus dominus cognoscere potest, secundum distinctionem per me supra positam, & secundum ea, quae addidi distinctioni supra. Nam ubi quod ipse dominus cognoscere potest secundum ea, quae superius dixi, non ipse cognoscit, sed tenetur iudicem assignare: quia de causa propria cognoscere non potest, ut praedixi. Sed in casu isto, quo parium esset cognitio, si non habet pares, ordinarij est cognitio, per iura superius allegata. Casus enim iste fuit omissus à dictis constitutionibus, & sic relinquatur dispositioni iuris communis: ut l. commodissime. ff. de libe. & posthu. tex. & ibi Barto. in l. si extraneus. ff. de cōdi. ob cau. Bar. in l. maritus. C. de procu. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posthu. per Canonistas in 36 c. susceptum. de rescrip. ¶ Quæro, utrum pares debeant esse de eadē prouincia: Et dico quod sic, ne cogantur extra prouinciā vagari: ut de pa. tenen. c. si duos. §. si tres, vel plures. quia iniuriam est quod iudices, vel litigantes cogantur de patria exire: ut in authent. ut litig. circa principium. collatio. ix. & in auten. de questore. §. super hoc. & C. de decurio. l. curiales. nisi forte in eadem prouincia non reperiantur pares: quia tunc eligerentur de viciniori. argumento. ff. de dam. infec. l. iij. §. si tā vicinū. & ff. de tut. & cur. da. ab his. l. diuus Marcus, secundum Bald. de prohi. feu. ali. per Freder. §. praterea. Et qualiter intelligatur prouincia: Respondeo, 37 ¶ de iure prouincia multis modis accipitur. Nam singulae ciuitates faciunt suā prouinciā. glos. in l. fina. C. de praescrip. lon. tem. Bar. in extrauagati, quoniam nuper. super verbo Lombardiae. & omne territorium, vel districtus potest appellari prouincia. Hof. in c. non est. de spon. Bald. qui. mod. feud. amit. in prin. Cy. in d. l. si. dicit quod prouincia accipitur, secundum vulgi opinionem: sed ibi Salice. dicit quod accipitur secundum praesentem materiam. Bar. in l. si vno anno. ff. loca. vbi dicit quod verba intelliguntur secundum praesentem materiam. Ego verò in hac materia acciperem prouinciā pro vicaria. Nam causae vicariae & baiuliae intra eas debent tractari: ut in c. item quod causae vicariae curiae Barchinonae Regis Petri, & in c. itē ordinamus quod capitula, & c. in tertia curia Barchinonae Regis Iac. secūdi. & in c. pra-

tereā curiae Ceruariae Regis Petri tertij. nō tamen dictas constitutiones allego ad hunc finē, quod in ipsis constitutionibus includantur causae feudales, sic quod de necessitate intra eas debeant terminari, ut j. dicā. Sed adeo illas allego, quod si sint pares intra eandē vicariam, quod ipsi prius debent assignari de eadē vicaria, quam de alia: aliās si ibi non reperiretur pares, tunc debent eligi de alia vicaria viciniori, secundum Bald. vbi supra. & sic in ista materia appellatione prouinciae intelligitur de vicaria. ¶ Quæro, si pares sunt electi, utrum potest eorū iurisdictio declinari: Et videtur quod non: quia sunt iudices ordinarij, ut dicit Iaco. Callicij in vfat. placitum. lo primo. iudices verò dico singulares in causa feudi, non generales: ut not. de inuest. in ma. fac. capitu. j. In gloss. quae incipit: & istud. nō enim sunt sicut alij ordinarij, quia pro alijs ordinarijs praesumitur: sed isti licet sint ordinarij, cum nō habeant territorium, rediguntur ad instar aliorū delegatorum, qui nō possunt declarare se esse iudices, nisi constituto eis de iurisdictio. Nam iurisdictio est de fundamentis: ut extra de eo, qui fur. ordi. susce. cap. olim. & sic non constituto de potestate, sententia non valeret, secundum Baldum. de ali. feud. pater. §. si inter. 39 ¶ Enimvero iudex ordinarius non declinat, sed ei alius aggregatur, qui non sit suspectus: ut C. de iurisd. omnium iud. l. nemo. & C. de iudi. authen. si verò contigerit. quoniam ratione adiuncti purgatur suspicio fraudis: ut ff. de suspect. tut. l. si tutore aliquo. & ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. primo. in contrarium est tex. an apud iud. vel cur. domini quaestio feud. deb. cap. primo. in fin. vbi dicit textus quod nemini licet eorum iudicium declinare. Facit ad hoc capit. suspicionis. de offi. delega. Quid dicendum: Credo quod ex iusta causa possunt recusari. Nam de iure canonico ordinarij etiam recusari possunt: ut extra de foro competen. cap. licet. & cap. si quis contra clericum. Et in feudis ratione iuramenti, si discrepat ius ciuile à iure canonico, debet seruari ius canonicum, argumento cap. nouit. de iurdi. Et istam partem tenet Bald. in dicto c. j. an apud iud. vel cur. domini. & de prohi. feu. ali. per Freder. §. praterea. Et hoc vult dicere dicta constitutio, item quod in omnibus causis, in fine. vbi dicit quod eligantur accessores non suspecti. Innuit ergo

go quod istud iudicium sine suspitione procedat. Et istud voluit etiam dicere Iac. Callicij in vfat. placitare. & in vfat. placitum. ij. vbi dicit quod debet assignare iudices nō suspectos. Et etiam istud tenet ibi, dū quaerit, an iudices assignati possint recusari. Et idem tenet Iacob. de Monte iud. in vfat. similiter & si senior. & facit supra cap. si alodiarus. vbi dicit, quod si est questio inter dominum & alodiarium quod debent venire in posse de cominal. id est, non suspecti iudicis, ut ibi dixi in expositione literae, super ipso verbo. Nec obstat dictum c. j. & quod ibi dicit Iac. de Bellouū. qui tenet primam partem: quia ibi loquitur de incolorata recusatione, non de iusta, arg. ff. de minor. l. minor autem magistratus. & d. c. suspicionis. & facit de inuest. in ma. fac. c. j. §. fin. secundum Bal. vbi supra. Quid de domino, an potest recusari ut suspectus, si cognoscat inter duos vasallos: vide tex. & ibi gl. & Bal. in feu. de inuest. in ma. fac. in verbo, 40 examē declinare. ¶ Quæro, quidam dicit se esse vasallum alicuius, ut rem in feudum rectum habeat ab illo, petēs ab eo inuestituram: ille negat hunc suum esse vasallum, & ita non videtur in illius curia pares habere: nunquid in isto dubio cognoscunt pares: Respondeo secundum Bald. in d. §. praterea. quod sic, argumento. ff. de iudi. l. si quis ex aliena. & de contro. inter vas. & episcopum. c. ex eo. & C. de peti. haered. l. si putas. In contrarium facit glo. ordinaria, quae est de inuest. in ma. fac. Inno. dicit quod quando causa iurisditionis potest separari à causa principalis: tunc ratione dubij cognoscit ille, qui aliās cognitionem non haberet: sed vbi non potest separari, quia causa causae est causa non solum principalis, sed ipsius iurisditionis, tunc non potest cognoscere, ne in causa sua cognoscat, ut ipse notat de fo. compe. c. verum. secundum Bal. vbi 41 supra. ¶ Quæro, utrum coram paribus curiae habeat locū reconuētio super re feudali. Et videtur quod nō, quia pares habent iurisditionem singularē, & limitatam. Item praeter iuris ciuilis regulas. Item istae cōtro ueris pertinent ad diuersa capitula iurisditionis: ergo non habet locū ius accrescendi, arg. ff. de acqui. re. do. l. in agris. ff. de cōdi. & demon. l. mulieri & Titio. ff. de bon. pos. l. sed cū patrono. In cōtrarium est regula iuris: ut C. de sent. & interlo. om. iudi. au-

then. & consequenter. & habemus glo. ordi. no. in d. c. j. de cōtro. feu. apud pares termini. Non obstant iura contraria, quia in eis agitur de magno praedicio, puta de successione, vel obligatione: sed capitulum iurisditionis continet magnum praediciū, ideo continet fauorem: quia partes non coguntur adire diuersos iudices, arg. in l. j. ff. de qui. re. apud eundem iud. ea. Et not. quod omnis reconuētio auget exercitium iurisditionis, etiā intrā subsistendo: verbi gratia, si iudex, qui non potest cognoscere nisi à centum libris supra, per reconuētionē cognoscat de quinquaginta: ideo enim hic augetur iurisdictio: quia per hoc acquirit vnum gradum iurisditionis, quē prius non habebat. Nam & si Rex Francorum vnum castrum acquireret paruum, quod 42 eius iurisdictio. ¶ Item nota quod duplex est reconuētio: quaedam praedicialis, & obstativa, in qua prius proceditur, quam in principali: ut no. ff. de inoffi. test. l. Papinianus. §. si filius. & C. de ord. cog. l. si. & arg. C. de adul. l. quoniam Alexandrum. Quaedam est reconuētio secundaria, & simplex, & compatibilis cum principali: & de istis loquitur dicta authen. & extra de rescript. c. dispendia. §. reus quoque. lib. vj. Ex praedictis apparet, quod licet reconuētio absorbeat originalem petitionē, & ipsam perimat, & extinguat, quod nō extinguit quantum ad iurisdictionē etiam delegatā: ut not. Inn. de restit. spol. c. ex cō questione. secundum Bald. in feu. de prohi. feu. ali. per Fre. §. praterea. & 43 vide eū in feud. de cōtro. apud pares. ¶ vbi dicit quod aut conuētio continet aliquid quod dependet à feudo: & tunc non est dubium quod ad eundē iudicē remitti debet: ut ff. de qui. re. ad eundē iud. ea. l. j. Aut continet aliquid omnino extraneū: & tunc nō fit remissio ad eundē iudicem ex illo tit. de quibus reb. ad eundē iudic. de cuius tituli intellectu ponit Inn. extra de constit. cum M. sed ex natura cōuentionis & reconuentionis: iure enim antiquo erat permissa tantum corā iudice partium, qui aliquā habebat iurisdictionem, sed non tantum ascensiuē, vel descensiuē. ut ff. de iu. om. iud. l. si idē cum eodē. §. sed mutua. sed de iure nouissimo est ampliatum: quoniam etiā coram delegato ad vnā causam habet locū: ut extra de rescript. c. dispendia. §. reus. lib. vj. secundum Bal. vbi supra.

vide Nico. in c. j. de mu. peti. vbi quærit, an corā iudice mercationū, & alijs artificibus, qui habent iurisdictionē in certis casibus, habeat locū reconuentio. Et ibi vide amplā distinctionē, quā referre nō curo: sufficit tibi remissio. ¶ Quæro, an vassalli possunt prorogare iurisdictionē in alium, quā in dñm, vel in pares: Glof. in d. §. præterea, sentit q̄ sic, vt ibi dicit Bald. per regulas cōes. Nam prorogare iurisdictionē est ius partium, nō iurisdictionis: quia est iurisdictionis voluntaria, & non cōtentiosa. Item ex quo partes sunt cōcordes, nullæ sunt partes superioris in obstādo, arg. ff. de re iud. l. si cōuenerit. & de cōtro. feu. apud pares termi. c. j. in cōtrarium videtur, quia quando iurisdictionis est reseruata alicui, tanq̄ superiori, inferior nō potest eā declinare, etiā prorogādo. Vnde dicimus q̄ si papa reseruat sibi iurisdictionē, velint, nolint partes, erūt sub papa: vt not. extrā de excess. præ. c. inter dilectos. Inno. & de cōsti. cū M. Ferrariē. & in c. tibi qui gratiā. de rescri. lib. vj. per Arch. quod verum est, secundū Bald. si superior est princeps: secus in inferiore a principe: nam tunc etiā eo inuito videtur q̄ possit prorogare: sicut est & in arbitros compromittere. Sed tutius est dicere, vt omnis cesset collusio, q̄ dño prohibente non possint, per tex. extrā de fo. cōpe. c. ex trāmissa. secundū Bald. vbi supra. Idē si ignorante, secundū eū, de inuest. in mari. fac. vbi eū vide. Sed eo sciēte, & tacēte, valet prorogatio, secundū eū. Sed ipse dicit quōd hæc distinctio videtur nulla: ¶ quia iurisdictionis, quam habet dñs, non reddit ordinarij nullū iudiciū, nisi obijciatur exceptio declinatoria: ergo opinio vera. Et postea dicit, dic vt dicā in d. §. præterea. vbi quærit, quid enim in domino ignorante. Videtur distinguendū, vtrum habeat iustā causam prohibitionis, vel non. Sed dicit q̄ verius est, secundū Bart. ff. de no. oper. nun. l. j. §. & post operis. q̄ nō possit prorogari, quia agit de eius præiudicio: & si iudex ex eius prorogatione incepit cognoscere ignorante dño, dominus poterit eis præcipere sub debito fidelitatis, ne amplius procedāt coram ipso: nā vt eleganter ait Io. Mo. illa regula, vbi cōceptū est iudiciū, ibi finiri debet, tunc habet locū, vbi nō sit præiudiciū alterius iurisdictionis, vt not. per eū in c. accusatus. de hæret. lib. vj. Quid autē de proro-

gatione, quam facit ep̄s, vel alia ecclesiastica persona in pares laicos, vide per eūdem Bald. de cōtro. inter do. vassal. & ep̄m. De prorogatione iurisdictionis de loco ad loco cum, dicā inferius. ¶ Quæro, in quo loco pares debēt facere curiā, siue sedem tribunali. Istā q̄ mouet Iac. Callicij in vsa. placitare. sub his verbis. quæro, in quo loco pares curiæ dñi mādare debent placitū vassallo ipsius dñi, seu in quo loco debēt cognoscere: Et dicit q̄ in loco, de quo actū est inter dñm & vassallū. Si autē nō est actū, tunc in loco cōpromissi, vel in alio loco honesto, tū vbi voluerit. Sed Bald. in d. §. præterea. dicit q̄ debet facere curiā, siue sedē, in loco more maiorū præfixo: vt ff. de iusti. & iur. l. pen. & si nō est præfixus, & determinatus locus, ipsum determinabūt, videlicet locū congruū, habilē, & honestum, partibus nō suspectū: vt ff. de arbi. l. diē proferre. §. si arbiter. adde Hof. in Sum. tit. de feu. 47 §. fi. vbi multa posuit de hoc. ¶ Quando enim iudices speciales determinatū nō habent locū, ipsi sibi ipsum possunt determinare: quæ loci determinatio est quædam interlocutoria, quam possunt mutare suo arbitrio, vbi tamē partibus innotescat: vt C. quō & quādo iud. l. si vt proponis. vide Inno. in c. cū cōtingat. de fo. cōpet. & adde Bald. latius vbi supra. Sed omnia ista veniūt limitāda & restringēda, secundū Iac. Callicij per vsa. placitare. videlicet q̄ ille locus sit intra iurisdictionē ipsius dñi, cū ibi dicat q̄ dominus, & vassallus debēt placitare vbicunq̄ dominus eis mādauerit intra suū comitatū & c. & ibi mādēt placitū sibi vbicunq̄ voluerit in suo, nisi dominus & vassallus progarēt iurisdictionē pariū in alio loco extrā comitatū, vel iurisdictionē domini, vt infra dicā. Habes ergo ex tex. dicti vassalli, q̄ loquit de comite Barchinonē, cū loquat in singulari iuxta ea, quæ superius dixi, ¶ q̄ comes Barchinonæ nō pōt trahere suos Cathalanos extra principatū Cathalonie, cū dictus vassali placitare. dicat q̄ debēt placitare, vbicunq̄ dictus comes mādauerit intra suū comitatū: nā dictio intra, est inclusiua: vt l. is, cuius. §. ex senatus. ff. ad leg. iul. de adul. & l. pater. §. sexaginta. eo. ti. & c. licet. de proba. & cōsequēter extra dictum comitatū Barchinonē illos trahere nō pōt. Et pro hoc hodie est casus in consuet. Regis Alfonſi incipiētis, les causes dels pubils.

pubils. & hoc est hodie regulare. fallit in regalijs vsa. simili modo, autoritate & rogatu, camini, & strata, & similibus. Et est ratio, quia in generalib⁹ verbis cōstitutionis nō veniunt regaliæ: vt dixi latissimē in meis additiōibus pacis & treugæ. in xliij. additione. Sed hoc quod dixi de ipso vssati co forte nō habet locū, nisi de causis feudilibus, quia textus sunt intelligēdi secundū materiam præiacentē, seu de qua loquitur, vt dixi superius. Quæro, dixi superius q̄ vassallus tenetur litigare vbicunq̄ dñs voluerit in suo, vt in d. vsa. placitare. in verbo, in suo. & in vssati. oēs homines. in verbo, in suo. ¶ qualiter ergo dñs videatur mandare placitū in suo ipsi vassallo. G. de Vallsicha in d. vsa. omnes. in dicto verbo, in suo. dicit, intellige directē, siue vtiliter. & not. in dicto vsa. placitare. in verbo, vbicunq̄. & dicit q̄ ex his fuit determinata quædam quæstio per dñm Infantē Petrū, quæ erat inter Thomā de sancto Clemēte, & Berengariū de Alugia, qui Berengarius assignauerat diē in villa Ceruarie dñi regis, in qua habebat quædam domū dicto Thomā afferēte, q̄ nō tenebatur cōparere: quæ dict⁹ Berēg. senior debebat mādare in suo: & sic villa Ceruarie erat dñi Regis, & nō sua. Sed Berengarius senior assererat q̄ sufficiebat, ex quo domū in dicta villa habebat, vel p cōducto domū tenebat, & ita obtinuit. Et in hoc declinauit Iac. de Monteud. licet quidā contrariū teneat: quia verbū istud, in suo, debet intelligi intra suū, scilicet senioris districtum, sub quo miles, seu ciuis tenet aliquid in feudū. Et p hoc c. j. extrā de offi. ordi. Alij dicunt q̄ dñs pōt mādare vbicunq̄ in suo, dumta men vassallus nō mādēt extra comitatū, vel ep̄atū: ¶ quia ep̄atus est forus omnium, qui degūt in ep̄atu. Et licet dñs, seu senior, habeat diuersos comitatus: tñ nō est trahēdus vassall⁹ extra comitatū, vel extra ep̄atū, in quo suū domiciliū fouet, nisi ratioe feudi, quod habet, & nisi in principe, id est, in Rege: tñc tenēt firmare vassallus vbicunq̄ intra suū comitatū, nō tamē in regno Aragonum. Et prædicta vera tā in placitando, q̄ in firmamento fiendo, q̄ nō est trahēdus extra comitatū, siue ep̄atum: quia cōe forū omnium, qui manēt in ipso, extra comitatū, in quo vassallus morat, non teneretur vassallus, nisi sit vnus iurisdictionis, vel nisi habeat possessiones in ipso comitatu, quas tenet per

ipſos dños: vt C. vbi in rē act. l. fin. & C. vbi de cri. agi oportet. l. fi. vel nisi sit solidus, vel habeat maius beneficiū a dñis, arg. vsa. placitare verò debēt. Sed istud tenetur, quod dicitur in gl. extra comitatū nō tenēt placitare, seu directū firmare: ideo si illa die ad sua reuertī nō poterit, dñs vassallo cōductū præstare tenetur, vt vssati. placitare. Sed aliter hodie videtur esse prouisum, q̄ si vassallus extra feudū extrahat per eius seniorē, senior debet ei dare cos ops: vt in c. xvj. in tertia curia Barchi. & ibi habet qui debent esse iudices in isto firmamento directi, & in ista causa, quæ mouet inter dñm & vassallū. & facit c. fi. in prima curia Barchi. dñi regis Petri secūdi. & in possessorijs debet intelligi dictus vsa. oēs. arg. eorū, quæ not. p Inn. in c. ex parte. extrā de fo. cōp. in gl. si de feudo. & ibi Host. in lectura gl. autoritate literarū. & c. ceterū. extrā de iudi. & ibi vide not. per Inn. tā in gl. q̄ in addi. G. de Vallsicha vbi supra. Sed Iac. de Callicio in dictis vssatis dicit q̄ Iac. de Monteud. videt innuere, seu tenere, q̄ in loco, in quo ipse est dñs direct⁹, vel vtilis: sed in gl. dicti vsa. oēs. super dicto verbo, in suo, in eo quod adijcit q̄ in iurisdictione dñi vassallus habet directū firmare dño, videt innuere q̄ tantū in alodio dñi habeat ius firmare, & placitare: qm̄ in alodio habet dñs iurisdictionē ciuile, ex consuetudine generali Cathalonie: nō tamē forsan de iure cōi. & nō inutili dominio, siue pprietate, nisi in illo vtili dño, seu pprietate dñs vtilis, seu pprietarius haberet iurisdictionē etiā ciuile in feudatā, vel concessam a dño Rege, vel alio barone, vel milite: qm̄ ibi tñc posset assignare iudicē in curia sua, iuxta vsa. placitare. ibi: intra curtis sue ianuā. Et istā opinionē ibi sequit Iaco. Callicij, sed in dicto vssati. placitare. dicit q̄ tunc dñs videt mādare placitū in suo, quando illud mandat vassallo suo in suo directo, vel vtili dño: vt l. Quintus Mutius. §. argēto. secundū Iac. de Monteud. in d. vsa. oēs. Sed dicta gl. in dicto vsa. determinat, vt dixi superius, q̄ dñs tñc pōt mādare placitū vassallo suo in iurisdictione sua. Hoc dicit probari in prin. dicti vsa. oēs. nā comes mādāt placitū intra suū comitatū, & sic intra suā iurisdictionē, ¶ cū comes intra suū comitatū habeat omnē iurisdictionē criminalem, & ciuile: vt colligit in vssati. ex magnatibus. & etiā probatur q̄ dominus intra ia-

nuam curiæ suæ mandat vasallo suo placitum, vt in dicto vsat. placitare. & sic in iurisdictione sua, cū dñs intra ianuā curiæ suæ habeat iurisdictionē. Et hāc sequitur Iaco. Callicij, vbi supra, adijciēs q̄ dñs habet iurisdictionē ordinariā suo casu in vasallo suo, & sic illā iurisdictionē ordinariā debet exercere in territorio suo allodiali, vbi, seu in quo habet iurisdictionē ciuilē, & etiā vbi sui maiores iudicare cōsueuerūt, salua honestate ipsorū maiorū: vt dixi superius. Nec obstat, vt dicit Ia. Callicij in dicto vsa. placitare. ratio in cōtrariū allegata: qm̄ verbū, in suo, sibi adiectū debet intelligi secundum subiectā materiā: vt l. vno anno. ff. loca. Cum igit̄ hic adijciatur in suo, & tractetur de iurisdictione exercenda, debet intelligi, i. in suo territorio allodiali, & nō in vtili dñio, vbi nō pōt exercere iurisdictionē, nisi dñs ex infeudatiōe, vel alia acquisitione haberet iurisdictionē in illo vtili dñio. Adde tu pro fortificanda ista opinione, q̄ istud verbū, in suo, intelligatur secundum verba 52 precedētia, intra curtis suę ianuā. † Nā verbū ambigū in oratione positū declaratur ex vicinitate alterius verbi, secundum Lud. in l. si verò. §. de viro. ff. so. ma. in xliij. fallen. ver. xij. Ecce opiniones gl. Iac. de Mōte. iud. G. de Vallesi. & Iac. de Callicio in locis præallegatis: ex quibus videtur q̄ Iaco. de Mōte. iud. tenet q̄ vasallus tenet firmare, & placitare in loco, in quo dñs est directus, vel vtilis. G. de Vallesic. refert plures opiniones. gl. & Iac. de Callicio tenet opinionē cōtrariā, videlicet q̄ firmare de directo, & placitare tenet in loco, in quo habet iurisdictionem. Quæ istarū opinionū sit verior? Et certē, salua meliori determinatiōe, dico q̄ de rigore iuris cōis feudalis opinio gl. & Iac. de Callicio procederet, secundum Host. in Sum. tit. de feu. §. si. ver. in quo loco. vbi dicit q̄ vocabit vasallū, vbi cūq; curia elegerit intra territorium dñi, cuius est feudū. nā tātūm extēditur eius iurisdictione, siue forus. Et sic istud verbū, vbi cūq;, restringit̄, secundum eū, intra territorium dñi, vbi habet iurisdictionē: qm̄ is locus videt̄ eligendus, in quo ius siue incōmodo litigatiū red di pōt, vbi cūq; prætor salua maiestate imperij, & saluo q̄ more maiorū, id est, non extra territorium iudicet. vide ibi eū latē. sed secundum vsaticos Cathalonix crederē opinionē Iac. de Mōte. iud. esse veriorē, secundum

dum quam fuit iudicatū: vt refert ipse G. de Vallesi. † Nam dictio suus, sua, suū, denotat dominium, vt tenet Ang. Are. insti. de iure nat. §. sed naturalia. & Bald. in l. ij. circa prin. de ori. iur. licet Benedictus de Plum. bino in l. is, qui. ff. de manumif. de ista distinctione posuerit amplā distinctionem, qualiter verificetur, & sic qualitercunque sit dominus, potest vbi cūq; iurisdictionem in suo exercere. Et ideo antiqui in dictis vsaticis posuerūt huiusmodi apostillā, de hominibus villarum, & de militibus, & tēplarijs, qui habēt castra, & assignant hominibus castrorū diem in villis regijs, & in domibus suis, quas habēt ibidem, nūquid possint? Certē dñs infans Petrus determinauit quæstionē, quæ fuit inter Thomam de sancto Clemēte, & Berēgariū de Vlugia: motus ex dicto verbo, in suo: & intellexit illud siue vtiliter, siue directō fuerit dñs. Pro hoc C. de thesau. l. j. super verbo, nā in suis. & insti. de rer. diu. §. thesaurus. & not. per Io. And. extra de fo. cōp. c. cum cōtingat. in Nouella. Et istud sequitur Bertrandus de Ceua, qui apostillauit dictos vsaticos, & etiā Thomas Mieres. Ego verò sic dicerē, cōcordādo dictas opiniones, sequēdo tex. dicti vsatici, placitare. si bene intelligatur, q̄ aut senior voluerit q̄ eius vasallus placitet cū eo intra curtis suę ianuā, id est, in loco, in quo habet iurisdictionē: & tunc tenetur placitare intra illā curiā, siue iurisdictionē. † Nam quatuor sunt curiæ feudales: & est vna curia dñi, vt dicit Bal. an apud iudi. vel cur. in fi. Et de ista curia, vel curia, habetur in tex. & ibi Bal. de capi. qui curiā vend. Aliās curiā. in feu. De nomine curiæ vide latē Iaco. Callicij in exgrauatorio curiarū, in ij. dubio. vbi habetur quot modis dicatur curia. Et istud p̄batur in tex. dicti vsa. versicu. & vnusquisque placitet. vsque ad versu. si autē. Et ita intelligo dictum Iac. Callicij. Aut dñs noluerit q̄ intra suę curtis ianuā, id est, intra iurisdictionē suā placitet: & tunc habet placitare. vbi cūq; voluerit in suo, id est, in loco, in quo habet directum, vel vtile dominium. Et istud probatur ibi in text. ver. si autē. & in hoc casu est vera opinio Iacobi de Monte. iud. & sequacium. Et ita intelligo dictas opiniones. Et istud credo verius. Et cū ista distinctione concordant dictæ opiniones, cū expediat iura iuribus concordare. c. cum expediat.

diat. de elect. lib. vj. & l. j. C. de inoffi. dona. Stat igitur in hoc ista distinctio, aut voluerit dominus, aut noluerit: vt ibi habetur in tex. dicti vsatici. aliās nisi ita dictus vsat. intelligeretur, profectō verbum, in suo, corrigeret verba precedētia, intra suę curtis ianuam. quod nō est dicendū: quia nō est verisimile q̄ eadem lex seipsam corrigit, secundum Bal. in l. si duo. C. per quas personas. Verba enim subtiliūs sunt intelligenda, secundum Bal. de feud. gard. † Quæro, quid si dñs non vult facere iustitiā vasallo sup̄ feudo, nec vult cōsentire q̄ pares suę curiæ cognoscāt de ipso feudo. Host. vbi supra tenet q̄ si dñs nō vult facere iustitiā, q̄ tunc succedit ordinarius: quia ipse est subsidiarius iudex, vt dixi supra. Sed dñs Iaco. de Callicio dicit quod videtur vasallū suū affligere: & sic vasallus pōt recurrere, & vti remedio vsati. similiter si senior. Et facit ad hoc, secundum eum, tex. in §. si verò forsan. in authen. de questore. §. si verò. in authen. vt differ. iudi. & in c. j. si inter do. & vas. lis oria. in feud. & in c. j. de mi. & vas. cum ibi not. per Iac. de Bellou. sed glo. & Bal. que fuit prima cau. benefi. amit. §. porrò. dicunt 56 † q̄ si dñs nō facit iustitiā vasallo de feudo, perdit proprietatē. idē dicit si dñs non vult cogere pares. Ita dicit gl. in feu. quid sit inuest. §. si autem dñs. sed Bal. dicit ibi, q̄ illa gl. nō dicit verū, quia nondū de feudo constat, argu. ff. de testa. mil. l. diuus. sed cōstito de feudo per probationes, adhuc est multū dubitandū, vtrū propter istā solam negligentiam dñs veniat proprietate priuandus. Nam secundū hoc vasallo nō adiudicabitur feudū, sed proprietas. quod est cōtra illam literā. Quæ istarū opinionū sit verior, si teneamus opinionē glo. & Bal. in d. §. porrò. potest corroborari alijs rationibus: nam si vasallus non facit iustitiā dñs, perdit feudum: vt ibi dicit gl. & Bal. ita ecōtra dicamus in dñs, quia eandē fidelitatē debet dominus vasallo, quā vasallus dñs: vt supra c. licet. & Spec. in tit. de feu. post prin. & in c. de forma. xxij. q. vlt. ad paria enim iudicantur: vt in vsa. per bonū. Dominus enim priuatur proprietate feudū eisdē casibus, quibus & vasallus feudo priuaretur: vt in feuti. de for. fide. §. vicē suo fidelis. Et ibi hoc tenet Iac. de Bellou. & Bald. qui dicit q̄ in quibuscūq; vasallus fidelis debet esse dñs, in eisdē dñs debet esse fidelis, & debet fidē

vasallo: alioquin dñs iudicabitur malē fides. Item vasallus poterit eū diffidare, quia debet perdere proprietatem feudū. Et dicit ibi Bal. q̄ ipse §. factū, non ius cōtinet. vide Iac. Callicij in dicto vsa. per bonū. Si teneamus alias opiniones, facit pro eis, quod dicit Bal. in authen. statuimus. C. de episc. o. & cle. q̄ officialis, qui denegat iurisdictionē, non ex hoc illa priuari debeat: sed illud habet locum in alijs causis, q̄ feudalibus: quia in feudis strictē agitur, ex quo tractatur de fide. Tu verò dicas q̄ si dñs denegat facere iustitiā vasallo, vel nō dat iudicem, vasallus opprimere videtur: vt est text. & ibi hoc not. Bal. in l. ij. §. post originē. ff. de ori. iur. indignatur enim ille, cui non fit iustitia, vt ibi §. & cū placuisset. Idem tenet Ant. de But. in c. licet. de fo. cōp. & in c. ex parte. B. sed dicit q̄ ter debet requiri, & tunc ex causa ipsius oppressiōis potest adiri superior. Ita not. Bar. in extrauag. ad reprimendū. in verbo, denūtiationes. quod sequitur Hēri. in c. ex tenore. de fo. cōp. adde Bal. de mili. & vas. qui cōtu. est. vbi dicit q̄ qui nō pōt effectu iustitiā consequi ab inferiore, adeat superiorē, etiā per simplicē querelā, etiam si iam coeperit iudiciū cū inferiore: hīc enim cessat lex, vbi coeptum. ff. de iudi. Sed quid dicemus, an per hoc perdat feudū? Ego credo q̄ nō, sed tantū iurisdictionē, & venit puniendus dñs, secundum Bal. in dicta 58 authen. statuimus. & est tex. † q̄ p̄ses, qui opprimat suū subditum, quē debet ab oppressione releuare, debet p̄na capitali puniri: vt dicitur in authen. vt disse. iudi. §. si tamen contigerit. colla. nona. Et pro hoc vide vsat. similiter & si senior. & quæ ibi not. per Iac. de Mōte. iud. & Gul. de Vallesi. sic. vbi idē G. dicit, q̄ quādo dñs est negligens in dando, siue assignando vasallo iudicem cōpetentem, & non suspectū, q̄ eo tunc in casu negligentie trāsfertur cognitio & iurisdictione in comitē Barchinonæ. vt principem Cathalonix Alleg. dictū vsat. & c. licet. de fo. cōpet. & c. ex tenore, cum ibi not. per glo. & c. ceterum. glo. parati. ver. si negligēs. extra de iudi. Ideo si dñs denegaret iudicē suo vasallo assignare, de iure priuaretur feudo: vt no. per Iac. titu. qualiter do. priua. proprie. c. ij. Gu. vbi supra. refert G. Præpositi, quod in audientia regia presentibus Dominico Brestone, Benedicto de Ponte, Petro de regadello, Berengario Vi.

ues, Iaco. Bena, & pluribus alijs quod comes Impuriarum affligebat Neiriols, quia subiecerat foro comitis nolens assignare iudicem, & locum non suspectum in quadam causa, quam habebat cum nobili Rogerio de monte Catheno dictus Noriols, tanquam afflictus accessit ad curiam, & demonstrauit quandam protestationem & requisitionem factam dicto domino comiti de assignando sibi iudicem: cui dictus comes nullam fecerat responsionem: fuit concordatum per omnes quod dictus Nerioles tanquam afflictus poterat ad dominum Regem habere recursum: & dominus Rex non solum erat iudex afflictionis, ideo de causa, in qua dictus Nerioles dicebat se afflictum, dictus Rex ex sui regalia extra vicariam poterat cognoscere. Ad hoc notabiliter faciunt dicta Innocen. in capit. significantibus. de offic. delega. cum concor. Hanc quaestionem dicit se vidisse de facto in quadam causa comitis Pallarieni. & nobilis Petr. de Ballera in curia Montefoni ultimo celebrata per dominum Regem Petrum tertium. Gulielm. de Vallesicha vica. & quia dictus nobilis Ioann. non probauit afflictionem succubuit: & erat praetextu cuiusdam feudi. Et ipse Gulielm. praepositus dicit se fuisse aduocatum comitis, & ulterius dicit quod tunc censetur afflictus si non vult directum, vel excondimentum recipere: & si vasallus non vult domino directum facere, dominus Rex tenetur dominum defendere: vt in constitutio. notum sit cunctis. & item sub hac pace statuimus, quod si aliquis nobilis. Ex praemissis ergo patet quod si dominus fuerit requisitus, vt daret sibi iudicem, vel faceret iustitiam, & dominus obmutescit, sic quod nullam faciat responsionem, quod tunc dicitur affligere. Sed ego dubito quod vna requisitio sufficiat: quia quando inferior requirit extraiudicialiter superiorem ad effectum constituti eum in mora, requiritur quod ter requiratur. c. j. & ibi Hof. de sup. neg. praes. Ita dicit Ant. de But. vbi supra. & Nic. in cle. j. de har. in verbo, requisierint. Et est tutior via ista. An autem dominus Rex praetextu paupertatis, miserabilitatis, vel viduitatis possit euocare causas feudales vel emphyteuticas vertentes inter dominos & vasallos, vel emphyteutas, de quibus ipsi domini possint cognoscere, vidi de mense Septembri anno domini Mil. lxxx. in audien-

tia domini locum tenentis in ciuitate Barchinone in facto de moss. montboy. Villa Aqualate, & den artiguo dictae ville declarari quod non: nam nisi in duobus casibus, puta ratione oppressionis, vel quando denegatur rem esse feudalem, vel emphyteuticam dominus rex non habet iurisdictionem, nec cognitionem de causis vertentibus inter dominum & vasallum, aut emphyteuta, proceditur secundum leges feudales, & consuetudines Cathaloniae tribuentes iurisdictionem dominis directis. Sed quaero, quid si propter negligentiam ipsius domini non administrantis iustitiam fuit superior aditus: & postea iudex negligens velit iustitiam administrare, an possit vasallo inuito. Inno. in c. ex tenore. de rescrip. quod non. Et idem tenent Bar. & Ludo. in l. ait praetor. §. Celsus. ff. de dam. infect. sed Ange. ibi contra. vide ibi Ioan. de Imol. illos concordando.

59 Quaero, in quo loco debet cognoscere iudex per dominum vasallo assignatus super quaestione feudi in illis casibus, in quibus dominus potest dare iudicem, secundum me, prout superius dixi, quicquid dicat Iacob. Callicij in d. vfa. placitare. ista quaestio non distat ab illa supra posita, vbi, & in quo loco pares debent cognoscere. Dicit enim Iacob. Callicij quod debeat iudicare in iurisdictione domini, & non extra iurisdictionem, cum iste iudex assignatus per dominum in causa, quam habet cum vasallo, sit iudex delegatus: & sic dicit, intra iurisdictionem domini cognoscere debet: vt not. ff. de offi. praefect. vrb. l. fi. & l. iij. ff. de offi. praes. cum ibi not. per gl. & doc. Certum quicquid ipse dicat, tu dicas quod in quocumque loco, in quo dominus habeat directum, aut utile dominium, iudicare potest. Ideo dico fortius quod de consuetudine generali dominus delegat causam alicui iurisperito in aliqua ciuitate vel loco, & ille iurisperitus de causa mota ratione feudi cognoscit in domo sua in ciuitate, aut loco, vbi cumque voluerit. Et ad hoc facit text. dicti vfa. placitare. in fi. vbi cumque voluerit. Sed videtur quod ibi loquitur vbi cumque intra suum comitatum, tamen prima seruatur de consuetudine, vt praedixi: & ita fuit seruatum in facto debita lona den auerco e den sanctimēt in Montefono, vbi adierant dominus Bresto vica. Petrus ca calin, Benedictus de Ponte, Gulielm. Montfo relator, Michael de sancto Ioanne, Petr. Passhafij, Pontius Iochs, & Gul

Gulielmus. Praepositi anno M. ccc. lxxxix. licet Iac. de Monellis fuerit in contraria opinione. Facit ad hoc, quia partis consensus facere potest, vt in alieno territorio iudicet, nisi iudex prohibeat: vt tenet Bar. in l. ius pluribus. in fi. ff. de iusti. & i. idem Cyn. & Bal. in l. ex consensu. C. de epi. aud. Bar. in l. j. ff. de iudi. & Ber. & Inn. in c. nouit. de offic. delega. Et super hoc vide duas pragmaticas regis Martini, per quas fuit concessum habentibus iurisdictiones impignoratas, quod possint in Gerunda vt iurisdictione sua intra domos suas, & certo modo, & vna ipsarum fuit data Dertusa vigesima die Ianuarij, anno a natiuitate domini M. ccc. lxxxij. Et sic facit quod sit necessarius consensus iudicis territorij. Et istud tenet Lud. in singularibus suis, in litera iudex. & ita vidi multoties practitari in Barchinona: & sic minime sunt mutanda, quae certam habuerunt interpretationem. l. minime. ff. de legib. Et facit pro ista consuetudine, quod dicit Iac. Callicij in vfa. magnates. quod in causis feudalibus multum attendit consuetudo: nec in consuetudine semper exigimus quod sit rationalis, sed quod sit tolerabilis, & vni approbata, secundum Bal. de feud. gard. Facit etiam pro hoc quod causae feudales deciduntur consuetudine: vt de feud. cog. c. j. vbi Bal. & dubium feudi relinquit interpretationi consuetudinibus, secundum Bal. in feud. quid sit in ues. §. praeterea. & in praelu. feu. §. iij. Nec obstat dictum ipsius Iac. de Callicio, & quae allegantur per eum: quia illud verum est de iure communi: secus est de iure consuetudinario, vt in nostro casu. Nam per consuetudinem potest detrahi iuri communi quo ad cognitionem, secundum Bal. de prohib. feud. alie. per Fre. §. praeterea. ij. Et de ista prorogatione de loco ad locum vide Iac. Callicij in dicto vfa. placitare. vbi dicit quod in Cathaloniam seruatur opinio Cyn. Et istud credo verius, quicquid Iac. de Rauen. & sui sequaces tenuerint in contrarium, per ea, quae superius dixi. Et pro ista consuetudine facit quod dicit Ant. de Bu. in c. p. & G. de offi. del. vbi dicit quod iudex vnius loci inuitis suis subditis potest cognoscere inter eos in territorio alieno, consentiente tamen iudice illius territorij. vide ibi latius Andrae. Siculum. & est practica de isto consensu quod iudex territorij dat territorij illi iudici, vt inter suos subditos cognoscere possit. Quaero, quid si dominus ha-

bet duo castra in suo, vnum in vicaria Ausoma, & aliud in vicaria Gerunda, an poterit mandare placitum vasallo vicaria Ausoma in vicaria Gerunda in suo, vel e contra? Et breuiter Iac. Callicij in dicto vfa. placitare putat quod sic, per text. dicti vfat. ibi: intra suum comitatum & c. & ibi: intra curtis suae Ianuam, & c. & ibi: in suo, & c. Et istud etiam procedit de iure communi feudali, vt tenet Collectarius in ca. caeterum. de iudi. & Ange. in l. extra territorium. ff. de iur. omnium iudicum. vbi dicit quod si praeses duarum prouinciarum abest ab vna, & adest in alia, nam in eadem potest expedire negotia vtriusque prouinciae. Et ita refert tenere Innocen. in capit. nouit. de offic. lega. Et ista est vna de illis quatuor fallentibus, quas Angel. posuit in dicta lege. Nec dicitur vfat. corrigitur per dictas constitutiones superius allegatas de non extrahendis causis extra vicariam vel baiuliam: quoniam dictae constitutiones tantum loquuntur de causis, quae habent ventilari in vicarijs, vel baiulij regis, vt ex mente ipsarum constitutionum, & ex verbis earum colligitur euidenter, & non de causis inter dominum & vasallum tractandis & ducendis, quae multas habent specialitates ex natura earum: quoniam propria natura feudorum multas habet singularitates a consuetudine intro ductas, secundum Bal. in praelu. feu. §. prima diuisio. Et istam partem tenet Iac. Callicij, & bene, in vfa. omnes homines in xij. q. & in vfa. placitare. circa finem. hoc tamen venit limitandum, quod dominus non potest trahere vasallum extra principatum Cathaloniam. Et de hoc allego text. in auth. vt omnes obe. iudic. §. haec considerantes. & praes. & seq. coll. v. Et ita tenet Hostien. in summa de feudis. §. vlti. & sic fuit iudicatum Barchinonae in causa quae erat inter Bene. de Podio, & B. de Guardiola, & inter dominum regem, & G. de cardona, qui volebat eum trahere in Aragonia: nec etiam potest eum trahere ad firmandum. Et ita reperi in scriptis antiquis. & istam partem sequitur Thomas Mieres in dicto vfat. placitare. Quaerit Iacob. Callicij, quid si dominus non vult cognoscere inter duos vasallos quaestionem habentes de feudo? Et dicit quod est cogendus per potestatem, vt cognoscat, iuxta no. per glo. et Iacob. de bellou. in §. fina. de prohibi. feud. alie. per

Fre. Tu adde Hosti. in ti. de feudo, in sum. §. si. vbi dicit q̄ in subsidiū cognoscet ordinarius: q̄ credo verū, per ea, quę superius notauī in. q. q̄ si dñs nō vult facere iustitiā. &c. Quaro, dicit̄ in dicto vsatic. placitare. quid si vasallus, cui mandatū fuerit placitū, q̄ si ad sua reuertī nō poterūt, debēt illis dare cōductū. Qualiter ergo vasallus nō posset reuertī ad sua ipsa die placitū? & secundū Iac. Callicij in dicto vsat. videt̄ q̄ tūc demū si per diē ipse oneraret̄ ad plus q̄ taxatū sit, per l. j. ff. si quis cautio. Breuiter ipse dicit

64 † q̄ tunc propriē dicit̄ vasallū nō posse reuertī ad sua die placitū, si habita ratiōe distātiā loci placitū, & tēporis, quo placitū tene ret̄ inter dñm, & vasallū: ipse vasallus in redeūdo ad sua, attēta eius qualitate, & cōditione ad itinerandum plus debito oneraretur: & istud totū putat arbitrio boni viri id est. iudicis ipsius causā relinquendū: vt l. cōtinuus. §. cū ita. ff. de ver. ob. vbi est. casus singularis ad hoc. Nec obstat dicta. l. j. ff. si quis cautio, quoniā ibi tantū habebat venire ad iudiciū per congruentes diatas, & illa diata ad veniendum ad iudiciū datę tantūm erant limitata, & non illa die, qua habebat indicialiter cōparere: cū ab ipsa limitatio ne excluderetur dies cōparitiōis, vt ibi est tex. expressus: hīc verō computatur tēpus ad veniendum, & cōparendū in iudicio, & ad redeundū ad sua: & sic ad arbitriū iudicis est hoc statutū, vt dicto. §. cū ita. & maxime cū dicta. l. j. ff. si quis cautio. loquatur in terra, in qua erant milliaria æqualiter mensurata, & limitata. in ista verō terra milliaria nō sunt statuta, nec etiā leucae sunt mensurata, seu statuta, aut limitata, & in alijs magna, & in alijs parua: & sic in casu presentis quæstionis sit ad arbitrium iudicis recurrēdum, iuxta no. per practicam in d. §. cum ita. Quod satis placet Bar. in d. l. j. & istud mihi placet: nā multa sunt, quę remittuntur arbitrio boni viri, vt no. Bal. qui. cau. feu. amit. & Lud. in l. si constante. solu. ma. † Et not. q̄ in istis arbitrarijs iudex non obligatur sequi iuris rigorē, etiā scriptum: ideo est in eius facultate sequi equitatē, etiā nō scriptam, secundū Anto. de Butri. in c. j. de cōsti. post Bar. in l. j. C. de sac. san. ecclie. Sed quero, quę via attenderetur ad considerandas diatas istius vasalli, terrena, aut marina, puta per mare est breuior, per terram longior: Quidā dicunt q̄ attēderetur

via frequētiōr. Hoc tenet Bar. in d. l. j. Hosti. & doc. dicit̄ q̄ attendetur terrena, quę dicitur frequētiōr, maxime tēpore hyemali, quo est nauigatio periculosa. l. ciuitas. C. de offi. re. prouin. Petr. de Anch. in c. olim. de excep. limitat hoc, quādo mensura et dinumeratio milliaria sit per terminū eundi & redeundi, vt in hoc casu: secus si fieret ob aliam causam. † Et ponit exemplū, statuto cauetur q̄ illi dicunt̄ vicini, qui distant per vnū milliare, vel q̄ potestas nō possit eligi de terra, quę sit prope viginti milliaria, quia mensuratio tunc non fiet per terram, si iter nō sit rectū, sed sit per rectitudinē loci: & si nō pōt fieri per terrā, fiet per aquā, & aerem. tex. est in extrauaganti Clemēus quarti, quę incipit, ad consequendū. quam ita dicit se reperisse no. Bart. in l. non solū. §. annus. ff. de excu. tu. sequitur Imo. in dicto c. olim. allegans Barto. in dicta. l. j. sequitur Bal. & Ang. ibi. Idem Bal. in dicta. l. nō solū. & Bar. in l. in itinere. ff. de verbo. signi.

66 † Quaro, quæ continentur sub isto verbo in suo, in dicto vsatic. placitare posito: & secundū Iacobum de Callicio ibi videtur quod contineatur locus habitationis vasalli, & in quibus ipse vasallus est directio vel vtiliter tantūm dominus: vt l. Quintus Mutius. ff. de auro, et argen. leg. & l. seruos autem suos. ff. de leg. iij. & l. j. §. habitare. ff. de his, qui deie. vel effud. & iuxta not. per gloss. in l. vnica C. de thesau. libro decimo. In contrarium videtur sub isto verbo, Ad sua, contineri loca etiam, in quibus vasallus ex conducto, & gratis habitat: vt l. dies cautioni. §. prætor ait. versi. verecundē. & versi. cu. ad domum. ff. de damno infect. & l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniur. & l. nec in ea. ff. de adul. Quid dicendum: certē videtur, secundū dictum Iacobum Callicij, quod prima pars de veritate iuris procedit quoniā istud verbum Ad sua, est propria significatio, quia tantūm directum, vel vtile dominium comprahendit, vt iura pro prima parte allegata. Et secundū istam determinationem verificatur opinio, quam superius posui, super verbo in suo,

67 & que ibi dixi, secundū Ludouic. † quod verbum dubium in oratione positum declaratur ex vicinitate alterius verbi. Quando enim verba sunt dubia, recurritur ad æquipollentia, secundū Baldum de duobus fratribus. à capitu. inuestitu. impropria

pria enim significatio ipsius verbi suus, sua, suum, est quod contineantur conducta, vel gratis concessa, vt iuribus pro secūda parte allegatis, & secundū Benedictū de Plūbino in l. is, qui. ff. de manu. vbi dicit q̄ etiā pōt verificari in sola detētatione, qñ sumus in materia, in qua vterq̄ potest admitti ratione proprii interesse. Alleg. l. ij. in prin. cōiuncto. §. in hac. ff. vi bon. rap. & sic dicit q̄ pōt intelligi Bar. in dicta. l. Quintus. & Io. And. in c. quoniā frequenter. ad fi. † Sed in vsaticis propria verbi significatio est assu-menda, & impropria relinquenda. l. nō aliter. ff. de leg. iij. & de excep. l. j. §. fin. & §. qui nauē. & sic verbū Ad sua, tantūm cōtineat directum, vel vtile dñium. Et licet hac pars posset defendi de rigore iuris: tamē dictus Iac. Callicij secūda partē credit esse equo-rem & veriorē, & in practica fore tenēdā,

69 † in tantūm q̄ sub isto verbo Ad sua, contineatur habitatio propria, vel conducta, vel gratis vasallo concessa, in qua idem vasallus cōmuniter tenet vxorē suam, & bona sua, aut fouet suū domiciliū iuxta vulgarem & cōmunem vsū loquendi huius terræ, in qua dicitur communiter, Talis relinquit sua, quādo recedit à propria, vel cōducta, vel gratis concessa habitatione, & dimittit vxorē, & familiā, & domiciliū suum: & sic propter istud suū vulgare, & cōmunem vsū loquendi huius patriæ in hoc vsu. est recedendū à dicta propria significatiōe. l. cū de lanionis §. asina. ff. de fun. instr. Et p hoc vide Bar. in l. pleriq̄ ff. de in ius voc. vbi dicit q̄ domus cōducta dicit̄ domus sua. Dicunt etiā practici antiqui q̄ etiā intelligitur de illis locis, in quibus quis habet redditus, vel possessiōes aliquas, vbi interdū quis cōsuevit morari, dū tamen non sint nimis exigue. Sed istud q̄ practici antiqui dicunt nō credo esse verū: nā nō sufficit etiam q̄ aliquis habeat domū, vt ibi possit conueniri, nisi illā habitet: vt ibi dicit Bar. in l. nec in ea lege. ff. de adul. & cōsequēter teneo, & sequor opinionē Iaco. de Callicio tanquā veriorē. Et pro eius dicto tu adde q̄ verbum ambiguū debet recipi: quod est verisimile, secundū Bal. de pa. iura. fir. §. conuenticulas: & sic verisimiliter debet accipi secundū quod dicitur Callicius exposuit, & intellexit, iuxta vsū, & consuetudinē loquendi: quoniā in expōitiōe vocabulorū debet attendi vsus & cōsuetudo, secundū Bal. de

capit. Cora. dicit enim Lud. q̄ in verbo ambiguo id credendū est sensisse statuētes qd̄ cōsuetudo obtinet: vt ipse dicit in l. post do-tem. ff. so. ma. & non mirū si istud verbum 70 impropriatur in hoc casu. † Nam aliquoties ex qualitate actus, impropriantur verba contra propriā significatiōē, secundū Lud. in l. insulā. §. vsuras. ff. so. mat. Verba enim possunt sumi propriē, & impropriē, secundū Bar. in l. j. C. de vsufu. l. ij. ff. de offi. procō. nec est incōueniēs, aut cōtinet repugnantia q̄ istud verbū Suus, hīc diuersimodē accipiatur: nā, vt dictū fuit, in hac q̄ accipitur impropriē, in alia verō propriē. & verbū semel positū pōt diuersa determinare: vt not. Bar. in l. ff. de ceta. vide in l. cū filio ff. de lega. iij. vbi verba diuersimodē 71 intelliguntur. † Quaro, quid si vasallus habet duas domos, & in vtraq̄ habitet per interualla tēporis, qualiter attendatur locus habitationis? Et certē dico q̄ habitatio intelligitur de viciniori, & proximiori, argumento l. iij. §. si tā vicinū. ff. de dāno infect. et l. si tertio. ff. de aqua plu. arcē. et in vtroq̄ loco vide Bar. & Lud. & ea, quę not. per Lud. ff. so. ma. l. si verō. §. de viro. in xliij. fal. lē. per totū. Et quis locus dicat̄ vicinus ibi, & est gl. in c. felicis. de poenis. li. vj. vbi dicit stari arbitrio iudicis, quæ loca dicantur viciniora. † Quero, quid cōtineatur sub isto verbo Cōductū, appositū in dicto vsaticor? Et dico q̄ istud verbū Conductū, exponitur in vulgari, id est, cos obs. Ita fuit expōitum in cōstitū. regis Iaco. ij. in iij. curia Bar chinonæ. c. xviij. Itē ordinamus de cōsilio. vide vsatic. aliū nanq̄. vbi est istud verbum Conductum, quod verbū Iac. de Monteiu. dicit esse equiuocum: nā vno modo accipitur in ti. loca. ff. & C. alio modo in c. accedēs. ij. ver. & licet literas nō habuerit de cōductu: sed hīc accipit̄ cos obs, secundū expōitiōē dictæ constitutionis: & cos obs, est vulgare Cathalonix, & accipitur pro ci-barijs: & sic dominus tenet illa die dare vasallo & familiæ suæ, ac animalibus suis cibaria necessaria, secundū eius conditionem. Et hoc tenent Iacob. de Monteiu da. & Iacob. de Calli. in dicto vsatic. placitare. Nam cos obs, nil aliud vult dicere, nisi dare quod habet necessarium cū complemēto, secundū eius cōditionē ad vitā sustētationē. † Quærit Iac. de Callicio ibi, an dñs teneat dare vasallo pro illa die placitū totū condu

conductū, vel tantū illud, quod plus ipse vasallus expenderit, q̄ esset expensurus domi suæ: Et videtur q̄ totū, cū dictus vsat, nec etiā cōstitutio, sic ordinamus. Superiūs alleg. non distinguant: & sic nec nos distinguamus: vt l. de pretio, ff. de publi. In cōtrarium videtur q̄ tantū veniat illud sibi prestandū, quod esset expensurus, deducto eo quod domi suæ expēderet: vt l. si. §. hoc tantū modo. C. de ero. mil. anno. li. xij. & in l. ex parte. ff. fami. erciscum. Quid dicendū? Breuiter Iacob. Callicij vbi supra dicit q̄ posset probabiliter distinguī, q̄ aut vasallus est talis homo, qui viuit ex questu & labore proprio cōiter: & totū integritē cōductū veniat vasallo per dñm prestandū. Aut est talis homo, qui nō consueuit viuere ex questu suo proprio: & tūc tantū veniat sibi prestandū quod domi suæ propriae esset illa die placiti expēsurus, argumēto. l. sed si hereditas. §. j. ff. ad exhibē. Sed ista distinctio mihi nō placet, nec est de mente dicti vsatici, nec etiā dictæ cōstitutionis: nec videtur iure probari. Nā vsaticus iste loquit̄ indefinitē & indefinita æquipollet vniuersali. Dyn. & Io. And. in regula. j. de reg. iu. li. vj. Bar. eo. ti. l. j. tex. & gl. Dyn. & Bar. in l. plurib.⁷⁴ de leg. ij. † Regulariter enim in iure indefinita vniuersali æquipollet. gl. secundū Nico. in verbo, q̄uis. in cle. si dignitatē. de preben. & potissimē in statutis secundū Bart. in l. qui ædificiū. ff. de serui. vrb. præd. Gem. in c. vt circa. de elec. lib. vj. Loquuntur enim dicti vsaticus, & cōstitutio, generaliter, & sic generaliter intelligi debēt. l. j. §. generaliter. ff. de leg. præst. Lud. in l. si verō. §. de viro. ff. so. ma. Præterea dictum verbum Conductū, appositum in dicto vsa. de proprio significato accipitur & verificatur pro logerio siue mercede: & ita accipitur in titu. ff. et C. loca. vt dixi superiūs secundū G. & illud logerium integritē soluit, & præstat sine deductōe eius quod domi esset expensurus, nisi esset consuetudo in contrarium, secundū Bar. in l. si nō sortē. §. libertus. ff. de cōdi. inde. Et ista est veritas, videri meo, quicquid dixerit Iac. Callicij in dicto vsa. Sed quæro, in dicto vsat. dicitur q̄ si vasallus illa die placiti non potest reuerti ad suā, quod dominus tenetur dare vasallo suum conductum. Sed oppo. de dicta cōstitut. item ordinamus, vbi dicitur quod tenetur dare eos obs, secundū vsaticos, si

extrahat ipsum vasallum extra feudum. Solut. Si text. dicti vsatici subtiliūs intelligatur, nulla est oppositio. † Nam contrarietas debet iuari per diuisiones, & distinctiones, secundū Barto. C. de no. Cod. compos. quibus. & vide eum in extrauaganti ad reprimendum. in verbo Non obstātibus. vbi dicit quod leges debent concordari per aliquam distinctionem, vel saluari per aliquam limitationem. Dicas ergo intelligendo text. dicti vsatic. prout superiūs intellexi pro concordantia opinionum Iacob. de Monteuda. & Iacob. de Callicio, quod tunc demum dominus teneatur dare suum conductum vasallo, quando placitum est sibi mandatum in suo, & sic extra feudum, intelligendo verbum In suo, de directo vel vtili dominio, prout superiūs intellexi, in quo dominus nullam habet iurisdictionem feudalem, nisi aliās esset sibi infeudata, vt superiūs dixi. Et ita loquitur dictus vsatic. in versicu. si autem. vbi fit mentio de conducto. Et ita loquitur dicta cōstitutio in eo quod dicit, quod si extrahit vasallum extra feudum, tenetur sibi dare eos obs: ergo à contrario sensu, quod argumētum habet locum in legibus & statutis, vt supra dixi si non extrahat eum extra feudum, non tenetur sibi dare. † Si autem placitum est mandatum vasallo intra curtis suæ ianuam in qua habet iurisdictionem, & sic intra feudum, in cuius territorio extenditur eius iurisdictione, siue forus, secundū Hostien. in dicto. §. fin. versicu. in quo loco. & tunc non tenetur dare suum conductum. Et ita intelligo dictum vsaticum, in versicu. similiter debet. vbi in illo casu, quo mandatum est placitum intra curtis suæ ianuam, nil dictum fuit de conducto: & sic dicta cōstitutio debet intelligi secundū dictum vsatic. Nam illa se refert ad vsaticos ibi, vbi dicit secundū vsaticos Barchinonæ. Et dicit Lud. in l. ex diuerso. §. si ignorantia. ff. so. mati. q̄ ea videntur contineri in scriptura, quæ se refert, quæ cōtinentur in illa, ad quā fit relatio: ipsa enim cōstitutio, quæ interpretatur dictum vsat. quantum ad dictum verbum Conductum, trahitur ad dictum vsatic. Nam lex interpretata trahitur ad interpretantem cum sua qualitate, secundū Baldum in l. ea, quæ. C. de condition. inde. nec in aliquo videtur dictus vsaticus immutatus per dictam cōstitutionē illum sic

sic intelligēdo, & cū dicta cōstitutione cōcordando: † qm̄ noua iura disponētia super materia legis antiquæ nō mutant antiquā legē, nisi in casu expresso secundū Gem. in c. cōstitutio. de elec. li. vj. Noua enim lex nō tollit præcedēte, nisi quatenus contrariet, & cōtrarietas per distinctiones, diuisiones, aut limitationes iuari nō possit, vt dixi superi: quia nulla lex corrigit, nisi vbi hoc expressē inueniat, in aut. de nō ali. aut perm. §. vltimo. & ibi gl. in verbo, nisi tm̄. coll. ij. Dicit em̄ gl. in c. cōstitutionē. in prin. de regular. super verbo Prorogam. lib. vj. & ibi Ioan. And. q̄ à iure veteri nō receditur, ideo regulariter iuri antiquo standū est, nisi inquantū reperiatur recessus per nouā cōstitut. Nec prædicto intellectui obstare videtur q̄ clausula in fine posita ad oēs casus, & maxime ad proximos refertur, secundū quod not. Bar. in l. si idē. §. si vna actio ff. de iur. om. iu. & Dyn. in §. si. in auth. vt lic. ma. & autæ. coll. viij. & Bar. in l. j. C. de lib. præ. & ex hæ. & Lud. in l. Caius. ff. sol. matr. & Gem. in c. j. de postu. lib. vj. nam illud verū nō habet, qm̄ est dare rationē, quare magis ad vnū, quā ad aliud referat: vt est gl. in c. statutū. de rescrip. li. vj. in verbo, locis. et ibi Gem. & similis gl. est in c. j. de postu. præ. & in c. vt circa. de elec. eo. lib. in verbo Corā. Vel dic q̄ tūc refertur ad omnia, cū cōmodē & salua rōne recti sermonis referri debet. Lud. in l. æstimatedis. ff. so. mat. Vel dic, & verū, q̄ qm̄ in statutis est diuisio per versiculos, posita in vno nō referunt ad superiora. Ista est glo. in d. c. vt circa. in dicto verbo Corā. & ita est in hoc vsa. Nam in dicto vsatic. est diuisio p̄ versiculos, videlicet ibi: similiter. et ibi: si autē. et sic ver. si autē. nō referit ad dictū ver. similiter. que dictio si autē est aduersatiua, vt not. Bart. in l. j. ff. si quis ius. di. Sed contra prædicta facit q̄ ea, quæ in præfationibus dicuntur, in subsequētibus repetita vident: vt est tex. & ibi gl. & Bar. in l. j. C. de diuer. rescrip. & in l. si quis ita. §. Chrysogonus. ff. de ver. obli. sed in prin. dicti vsa. dicit q̄ si comes mandauerit placitū vicecomitibus, comitoribus, & valuasoribus intra suū comitatū, si illa die ad sua reuerti non poterint, debet dare illis conductū. Et sic ista in subsequenti ver. similiter, repetita videtur, ex quo ibi de conducto nil videtur statutū. Duplex est solutio. Prima est, quia dictus vsaticus in princip. lo-

quitur de comite Barchinonæ cū loquitur in singulari, vt superiūs dictum est: et sic comitatus ibi intelligitur de principatu Cathalonix: & ideo intellige dictum vsa. secundū dictam cōstitutionē, videlicet q̄ nisi mandaret vasallo placitū extra feudū, & ad sua illa die reuerti nō possit, nō teneatur sibi dare suū conductū, vt iura iuribus cōcordentur. Nā in comite Barchinonæ nō habet locū illa diuisio, aut distinctio vsat. quā superiūs feci, q̄ placitū mandet intra curtis suæ ianuam, vbi habet iurisdictionē, vel in suo, in quo habet directū, aut vtile dñium: † quia comes Barchinonæ in hoc habet totū Cathalonix Principatū pro territorio, ex quo in eo habet generalē iurisdictionē, & imperiū, vt supra c. barones. & vbicunque voluerit, dum tū sit intra illū, potest mandare placitū suis vasallis feudatarijs: quia dictio Vbicunq̄, intelligit, id est, in quocunq̄ loco, nec in angulo sui comitatus potest restringi, sed in omni loco suæ iurisd. potest ius reddere. Ideo qm̄ quæris de loco, vbi quæstio agitari debeat, potius inspiciat iudex, & territorium, q̄ locus, in quo quis degit, secundū Hosti. vbi supra. & cōsequenter si comes Barchinonæ mandat placitū suis vasallis in quocunq̄ loco sui principatus, put potest: vt dixi, dū tū extrahat eos extra feudum, & ad sua reuerti nō possint, teneat dare suū conductū. Si autē mandat placitū intra feudū, & sic intra curtis suæ ianuā, tunc secus. Et ita oia iura concordantur, nec fit aliqua repetitio. Vel dic q̄ dictus vsa. est exorbitans à iure cōmuni, cū actor teneat sequi forū rei: vt l. ij. C. de iur. om. iud. & in l. fin. C. vbi in re actio. & in c. si clericus laicū. de foro cōpe. Itē est exorbitans à cōstitutionibus Cathalonix, per quas cautum est q̄ causæ vicariæ intra vicariam, & causæ baiulix intra baiuliam terminari debeant: sed per dictū vsat. derogatum est dictæ regulæ quod actor debeat sequi forum rei, vel quod non extrahat eum extra vicariam, & baiuliam: quia, vt superiūs dixi, dominus potest extrahere suos vasallos extra eorum domiciliū, & forum, atque vicariam, & baiuliam, & mandare eis placitum, vbicunque voluerit, dum tamen comes Barchinonæ mandet eis dictum placitum intra eius comitatum, & alij domini mandent illud intra curtis suæ ianuā, aut in suo: & consequenter dictus vsatic. tanquā exorbitans

S V M M A R I V M.

ea, quæ in eius præfatione dicuntur, non videtur repetita in sequenti versic. similiter.

79 Tcū iura exorbitantia non repetantur, nec repetita videantur in sequentibus. Ita dicit Bar. in l. prætor. §. erit. ff. vi bo. rap. Tene quam volueris solutionem, quia vtracq; est iuridica, & de mente dicti vsatici, & ipsius constitutionis, ac procedit de iure cōmuni. Quæro, quis debeat eligere istos pares curiæ: De iure communi feudali habes tex. in c. j. de cōtro. apud pares curiæ. & ibi 80 Bal. Host. in dicto. §. si. vers. pares. dicit q̄ pares debent ita eligi: si consentiant in eis eligendis: si enim dissentiant, tunc dominus primò eliget quos voluerit, postea vasallus: sed in Cathalonia per dictam constitutionem, Item ordinamus. aliter dispositū est: quia dicti pares assignantur per dominum feudi: & sic recessum est à dispositione iuris communis feudalis quo ad electionem fiendam per dominum & vasallum: quia in Cathalonia ipsi pares à domino assignantur, nec vasallus in ipsis eligendis habet participium, dum tamen dominus non assignet pares suspectos, quia possent recusari: vt dixi superius in questionibus. Et pro summa 81 rio istorum parium curiæ, t̄ no. q̄ pares admittuntur ad testes, & postea non sunt pares: vt est tex. & ibi Bal. in feu. an. remo. tes. Secundò no. q̄ si inter dominum & vasallū cōtētio est de inuestitura, illi, qui pares fuerunt tempore inuestituræ, non remouentur postea à testimonio, licet deserint esse pares. Tex. & Bal. vbi supra. Tertio not. q̄ si est quæstio inter nouum inuestitū, & agnatos, corā paribus debet terminari. Text. & ibi Bald. in feu. an. apud iud. vel cu. Quarto no. quando pares debēt interesse inuestituræ. in feu. de no. feu. §. idcirco. Quinto no. q̄ pares coguntur testificari. ibi §. notandū, 82 vbi Bal. t̄ Sexto & vltimò no. q̄ si clericus est vasallus, an pares sint iudices. Bal. de cōtro. feu. apud pares. & de contro. inter do. & vas. Cetera de istis paribus collige superius, vbi latè de eis dixi. De materia huius c. dic vt no. in libel. Io. de Bla. de actio. præiu. in x. col. circa mediū. vsq; ad fi. tituli. & melius in vlt. colum. circa mediū, & que no. in Speu. titu. de feu. §. j. vers. xv. & ver. xvij. per totum. & ibi dicitur, quòd ipse dominus solidus est iudex eius &c. & adde quæ ibi nota. in dicto libello Ioannis de Blanoso.

- 1 Vasallus dominum accusare nequit, nec contra eum testificari.
- 2 Potest, dictio quando necessitatem importet.



NTem accusare. De materia huius. §. no. glo. & ibi lac. de Monteiud. in vsa. qui se sciente. tex. & ibi Bal. de consue. rec. feu. §. simili. vbi dicit t̄ quòd vasallus non potest dominum accusare, vel contra eum testimonium ferre in causa ciuili, vel criminali: & si contrā fecerit, feudum amittit. Et quòd dicit de testimonio, vide Bal. in l. libertorum. C. de testib. Et quòd dicit, q̄ si testimonium protulit, feudum amittit: intellige sponte: secus si coactus, secundum Bal. in dicto. §. similiter. Et hoc intellige causa cognita, vt ibi Bal. Et pro hoc §. vide Spe. tit. de feu. §. quoniam. versic. xvij. t̄ Adde quòd h̄c est verbum Non potest. & quando dictio Potest, ponitur negatiue, importat necessitatem: secus si affirmatiue. glo. in c. j. de regu. iur. libr. vj. Barto. in l. Gallus. ff. de libe. & posthu. & Glo. in cle. attendentes. de sta. regu. & in c. proposuit. de appel.



NTem debet dominum. De materia huius. §. scripsi latè supra in c. si duo. et melius in c. duplex. in quinta opposi. & dic vt ibi, & in c. si verò. in vij. notabili. & in quinta oppo. & in c. si aliquis est homo. per totum. & in c. vasallus, siue castellanus. Et an teneatur vasallus iuuare dominum ad guerrā iustā, vel iniustā, dixi ibi. & Iaco. de Callicio in vsa. magnates. & in feu. h̄c si. lex. Fred. de inde incip. consue. reg. vbi Bald. An autē iste vasallus sit; requirendus ad istud iuuamen præstandum: Bal. de pa. iura. fir. §. firmissime. & scripsi in dicto c. si aliquis est homo. Et an si vasallus scit domino periculum imminere, debeat illi auxilium impertiri. Bal. si de feu. defunc. mi. §. licet.



NTem vasallus debet vitam domini sui præferre vitæ suæ propriæ: quoniam si dominus debet facere duellum, putā quia aliquis vult probare per duellum contra ipsum dominū quòd

quòd commiserit crimen læsæ maiestatis, vel aliquod aliud, certè prædictus dominus potest præcipere homini, siue vasallo suo, vt pro ipso subeat duellum: cum homo suus debeat domini sui vitam præferre vitæ propriæ. Item homo, siue vasallus debet præstare domino suo indigentia alimenta: quia aliàs nisi faceret in tali casu videretur ipsum velle necare. Item vasallus non potest vendere feudum domino suo irrequisito. requisito verò domino, si dominus noluerit emere feudum, poterit vasallus alteri vendere suæ conditionis, vel melioris conditionis: quia si vasallus venditor est miles, debet vendere militi suæ conditionis, non burgenfi, nec etiam militi inferioris gradus, siue conditionis: quòd si faceret, dominus non teneatur burgensem, vel militem inferioris conditionis recipere in hominē. Et ita dominus potest feudum occupare, si vasallus hoc faceret: vel si nollet dominus occupare, posset ipse dominus eligere ipsum veditorem adhuc esse suum hominem: quia per talem subrogationem, scilicet vendendo burgenfi, vel tali sibi nō con simili, non videtur ab homagio liberatus. Quoniam oportet de consuetudine Cathalonix, & etiam de iure, quòd emptorem suæ conditionis subroget, vel melioris, non inferioris. Item feudataris non potest de iuris rigore inuito domino, & etiam volente ipso domino emere, alienare feudum. Ita quòd in homagio non possit substituere emptorem: quoniam ipse, qui emerit feudum, oportet quòd subrogetur in

homagium: quia res semper transit cum onere suo, scilicet faciendo homagium, renouando fidelitatem, firmando directum, quancunque requisitus à domino fuerit, & iuuare ipsum dominum cōtra inimicos, & alias operas domino faciendo, quas feudatarius tenetur dño suo facere. Item si vasallus veditor est solidus vasallus illius, pro quo tenetur illud feudū, quòd vendere vult, oportet quòd & emptor efficiatur solidus vasallus illius domini, pro quo tenetur illud feudum: aliàs non poterit vendere vasallo illi feudum, nisi domino placuerit. Et ita de consuetudine, quæ consonat æquitati, postquam dominus non vult emere feudum, ipse vasallus poterit vendere homini suæ conditionis, vel melioris, vt dictum est. Item si aliquis vasallus, vel feudatarius non vult seruitia præstare domino suo, vt tenetur: dominus ipse potest autoritate propria ab ipso vasallo suo, quem constat suum esse hominem, seruitium homagij in sua curia exigere: sicut pater potest illum, quem constat esse filium, autoritate propria corrigere. Si verò certum non est, illum feudatarium suum esse hominem illius, qui petit seruitia, & ille, à quo petitur, gerat se liberum, perinde est, ac si non esset suus. In quo casu dominus non potest sibi dicere ius, sed recurrēdum est ad iudicem ordinarium. Item quancunque contentio fuerit inter dominum & vasallum, seu feudatarium, verba & conuentiones, quæ in dando feudū sunt interpositæ, sunt recipiendæ, & attendendæ: & secundum illas con-

uentiones contentio est determi-
nanda.

S V M M A R I V M.

- 1 Duellum quid sit.
- 2 Duellum qua ratione prohibitum.
- 3 Duellum quando licitum.
- 4 Libellus raptamenti qualis.
- 5 Libellus raptamenti an per curiam debeat recipi.
- 6 Bellum quo iure introductum.
- 7 Citatio raptati qualiter debeat fieri.
- 8 Iuramentum per raptantem præstandum qualiter for-
metur.
- 9 Iuramentum raptati quibus fiat uerbis.
- 10 Raptatus damnum confitens, & emendare uolens an au-
diri debeat.
- 11 Raptamenti causa coram quo debeat tractari.
- 12 Delegare causas meri imperij qui possint.
- 13 Procurator an interuenire possit in causa raptam-
enti.
- 14 Patronus libertus ingratus per procuratorem accusare
potest.
- 15 Raptatus ob cõtumaciam proclamatus proditor, an pos-
sit moram purgare.
- 16 Mora non purgatur, executione facta ipso iure.
- 17 Raptans an cauere debeat priusquam citatorium man-
detur.
- 18 Libellus raptamenti an admitatur, si desunt pigno-
ra.
- 19 Comes & marchio quando præfidi equiparentur.
- 20 Fideiussores an dare possit, qui pignoribus caret.
- 21 Cautio nuda intelligitur cum obligatione bono-
rum.
- 22 Cautioni iuratoriæ quando non stetur.
- 23 Raptamentum super treugis fractis an statim debeat ad-
mitti.
- 24 Duellum per quos fieri possit.
- 25 Sexagenarius miles quando possit duellum detre-
tare.
- 26 Exceptio peremptoria usque ad sententiam opponi po-
test.
- 27 Duellum an locum habeat, ubi probationes habentur sus-
ficientes.
- 28 Verba statuti generalia quatenus sint restringen-
da.
- 29 Duellum ut concedatur, quæ necessariò requiran-
tur.
- 30 Raptatum defendere quis possit.
- 31 Raptatus contumaciter non comparens qualiter pu-
niatur.
- 32 Duellum non habet locum, nisi deficiente legati proba-
tione.
- 33 Raptati per quos possint sustineri.
- 34 Aduocati raptantis & raptati an peccent mortali-
ter.
- 35 Raptator an campionem dare possit pro se pugnatu-
rum.

- Campio quis dicatur.
- 37 Minor, contra datur raptamentum, an super eo ius firma-
re teneatur.
 - 38 Mulier duellum nec offerre, nec recipere potest.
Arma duelli quæ.
 - 39 Raptator & raptatus an in campo positi poenitere
possint.
Campus duelli quot diebus debeat teneri.
 - 40 Raptatus uictus qualiter puniendus.
 - 41 Creatura creaturam sibi similem interficiente, uirtutes
ealorum clamant ad Deum.
 - 42 Aggressor in duello uictus qualiter puniendus.
 - 43 Sumpus in duello factos quis soluere teneatur.
 - 44 Corpus mortui in duello qualiter debeat tractari.
Iura an ualeant, quæ duellum permittunt.
 - 45 Duellum est contra ius diuinum & canonicum.
 - 46 Consuetudo quæ dicatur iniusta.
 - 47 Ius diuinum per ciuile uel canonicum tolli nequit.
 - 48 Pugnantes in duello an peccent mortaliter.
 - 49 Iura duellum permittentia, qualiter sint accipien-
da.
 - 50 Raptatus pugnare paratus an excusetur morbo rapta-
toris.
 - 51 Febricitans quando excusetur.
 - 52 Firmamentum non recipitur, nisi de treuga fide prius
facta.
 - 53 Princeps, seu ordinatio defensiones legitimas nemini tola-
re potest.
 - 54 Raptator quando raptato ad expensas teneatur.
 - 55 Raptator an hodie intentionem suam per instrumenta,
uel testes probare possit.
 - 56 Lex noua quatenus ueterem tollat.
 - 57 Iura specialia non corriguntur per constitutionem gene-
ralem.
 - 58 Lex generalis quando restringi possit.
 - 59 Par in quibus bausijs peti possit.
 - 60 Par qualis esse debeat.
 - 61 Libello raptamenti an sufficienter responsum sit per uer-
bum, tu mentiris.
 - 62 Mentiri quis dicatur.
 - 63 Lis non contestatur per uerbum, Tu mentiris.
 - 64 Clericus duello locum designans, an fiat irregularis, ho-
micidio secuto.
 - 65 Bausia an possit per instrumentum probari.
 - 66 Duellum quo loco fieri debeat.
 - 67 Proditor quis propriè dicatur.
 - 68 Vincens in duello an expensas excedentes recuperet a
uicto.
 - 69 Dominus dans iudicem uasallo secum litiganti expensas
utrique præstabit.
 - 70 Conuentio est terminus generalis ad omnia pacta.



Tem uasallus. De materia istius.
§. vidē Specula. titulo de feud. §.
quoniam. versiculo decimo se-
ptimo. duellū. Hic uolo tractare
super isto uerbo materiam duelli. Et pri-
mò quæro quid sit duellum. Baldus in l. j.
C. de

- C. de' dediti, libertate tollen. & de pace te-
nenda. & eius uol. & Petr. Iacob. titulo
de duello, siue pugna. Odoffred. & Ho-
stienf. in Summis de cleric. pugna. in duel-
lo. † Et dic quod duellum dicitur mono-
machia, quasi ynica, & singularis pugna,
a monos gracè, quod est unum latine, &
machia quod est pugna. Bald. in dicto ti-
tulo de pa. te. alleg. Raymundum de pen-
na forti. Et nota quod istud duellum est
duplex: quia aliud iudiciale, aliud extra-
iudiciale. De iudiciali loquitur vsatic. ba-
tallia iudicata. De extraiudiciali habes in
prima curia Barchinonæ regis Iacobi se-
cundi, capitulo vigesimo septimo. Itē quod
aliquis miles, uel homo de paratico. Et
qualiter raptati possunt excondire fidem
suam per batalliam, in constitutio. Curia
Gerundæ, capitulo vigesimo quinto. Item
statuimus & etiam ordinamus. † Regula-
riter enim duellum prohibitum est, quia
in duellis Deus tentatur. secunda quæstio-
ne quinta. cap. momonachiam. ubi de hoc
per Guidonem. Specul. de accusa. §. sequi-
tur. versicu. quid si. & Ioan. Fab. institutio.
de hæred. quæ ab intesta. dese. §. per contra-
rium. Gensel. in extraiudicanti Io. quod in-
cipit, quia in futurum. gloss. in l. qua actio-
ne. §. si quis in colluctatione. ff. ad legem
Aquiliam. & ibi nota. Baldus. & de istit.
& iure. l. ex hoc iure. Odoffred. de actione.
& obligatio. l. negantes. & uide Iacob. de
Callicio in dicto vsatico, bataya. in oppo-
sitione. Ioann. de Anania in rubric. de cle-
ric. pugnan. in duello. & C. de gladiis. l. pri-
ma. libro vndecimo. Floren. de sancto Pe-
tro in sua disputatione, quæ incipit, duo
nobiles Gallici. Petrus Iacob. de duello,
& pugna. ubi per multas quæstiones hanc
materiam tractauit. Scriptum est enim,
Non tentabis dominum Deum tuum. vi-
gelima secunda quæstione secunda, capitu-
lo. quaritur. Et sic est contra ius diuinum.
3 † Fallit ista regula, nisi fiat duellum pro
defensione propriæ salutis: ut de pa. tenē. §.
si quis hominem. Item pro defensione pa-
trix. argumento. ff. de postulan. l. prima. §.
bestijs. Item pro defensione filiorum, uel
uxoris, uel aliorum, quorum quis tenetur
iniuriam propulsare: sed pro defensione cu-
iusdam extranei non est permittum alicui
inire duellum, nisi sit eius campio, & hoc
fit auctoritate superioris, argumento. C. vt

armorum vsus. in princip. l. j. libro vndeci-
mo. Item pro defensione iustitiæ etiam cir-
ca res. Item pro defensione honorum, se-
cundum Baldum ubi supra, de iure uerò
Cathalonico fallit etiam dicta regula in tri-
bus casibus, scilicet pro bausia, & prodi-
tione, & fractione treugarum, in quibus
duellum permittum est: ut in dicto capitu-
lo vigesimo quinto curiæ Gerundæ. Item
statuimus & etiam ordinamus, quod si ali-
qui fuerit raptatus. & in ordinationibus
belli Petri Alberti, capitulo primo. ibi:
quant la cort conexera quel raptant
estal quæ batalla se dega fer, com es per
bousia, o per treues, o per trahicio, &
etiam quãdo aliquis accusatur quod com-
miserit crimen læsæ maiestatis, ut colligi-
tur in hoc textu. uide per Gencelinum de
Vallecortesia in eius summa de pugna, ru-
brica. quot casibus permittatur pugna.
Ioann. de Platea institut. de liberta. §. liber-
tinorum. dicit quod duellum in tribus ca-
sibus est permittum. † Primò pro experi-
mento, ideo & in defectum aliarum pro-
bationum: & istud est à iure prohibitum:
ut C. de gladiis. l. prima. libro vndecimo. Se-
cundò pro experimento armigeræ virtu-
tis, quod toleratur ex consuetudine, dum
tamen non fiat ex odio. ff. ad legem Aquil-
iam. l. qua actione. §. si quis in colluctatio-
ne. Tertiò causa publicæ salutis: & istud
est ualde laudabile, & gloriosum: ut in di-
cto. §. si quis hominem. ff. de postulatione.
l. prima. §. bestias. & institut. de excusa. tut.
§. sed si in bello. uide gloss. Angel. Bald. &
Ioan. de Platea. in dicta l. prima. de gladiis.
Et iure huius patriæ habet locum ipsa ba-
tallia inter milites, & etiam inter prædo-
nes, ut in dicto vsatico, bataya. & in dicto
capitulo vigesimo quinto curiæ Gerundæ.
sed de iure communi rusticus non potest
clamare militem ad duellum, secundum
Baldum de pace tenenda. §. si rusticus. &
de iure Cathalonico fit raptamentum, de
quo raptamento debet offerri libellus ra-
ptamenti sub forma sequenti. † Molt alt
princep e senyor deuant vostra senyoria
dich io Berengere de Vilaragut humil
sots men vostra segons que ia en regna
de Valentia hauia dit deuant vostra Go-
uernador hi he posat en vna scriptura de-
uant lo iustitia de la dita Ciutat de Valen-
tia, quæ mosseignor examen peres de are-
R 2

nos e en Ramon de riusech, stant Io ab ells en pau e entreua man trancada ladita pau e treua per co com ab moltes companyes de armes de cauall son venguts en la plassa deuāt monalberch, e han combatut lodit monalberch, lo qual es situat dins la dita Ciutat de Valentia per laqual cosa dich que han trancada la dita pau e treua aualinent e falsa coma treydors, e que lur fe ne valmenys e assoso apparellat fer los hodie en camp clos per batalla cors acors e de present fermar deuant vostra alteza ab penyores de cccc. morabatins. Per que suplich a la vostra senyoria que les dites cofes vullats notificar aldit mosuor exemem parem & an R. de riusech, e lodit raptament acceptar &c. Aliam formam posuit Iacob. de Callicio in dicto vsatic. bataya, & alias formas posuit Gulielmus de Vallesicha ibi in lectura. Et quod istud raptamentum in scriptis debeat offerri, ponit Petrus Albertus in ordinationibus belli, capitu. primo. ibi: deu donat sou raptament euscrit a la cort. Quarit Gulielmus de Vallesicha in dicto vsatic. bataya. ¶ an libellus raptamenti sit per curiam recipiendus? Et videtur quod non. C. de gladia. l. prima. libro decimo. & l. negantes C. de actioni. & obliga. Item quia Deum tentari non cōuenit: vt vigesima secunda quaestione ij. capitul. quia. & capitu. fin. extra de purga. vul. quod fieret, si locus raptamento daretur. Item quia tale duellum diabolo instigante fieri procuratur. secunda quaestione quinta, monomachiam. & capitu. consulistis. igitur libellus non est recipiendus. Item is, qui est sine culpa, saepe ex tali actu punitur: vt capitu. significantibus. de purga. vulg. Item quia iudices, aduocati, & consiliarij assessores, & scriptores dantes locum huic processui de bello incurrunt omnes irregularitatem: vt extra de cleri. pug. in duel. capitu. secundo. extra de homici. c. sicut dignum. in contrarium etiam videtur de iure etiam diuino. Nam iudicium fortis non improbat: vt Actorum capitu. primo. in fin. & Prouerb. decimosexto capitu. & Numeri capitu. vigesimosexto, & capitu. trigesimotertio. & vigesima sexta quaestione secunda, capitu. primo, & capitu. fors. & not. tertio c. j. & simil. extra de sortilegijs. & C. cōmunia de leg. l. fin. & ff. fami. erciscun. l. si qua sunt. & l. generaliter. §. quod ergo. ff. de fideicō.

liber. & ff. de iudic. l. sed cum ambo. igitur idem in hoc facto duelli: & sic libellus recipiendus. Item quia Dauid et Goliath duellum fecerunt: vt secunda quaestione quinta monomachiam. ergo permissum: & sic ex quo permissum, libellus est per curiam recipiendus. Item recurrendum est ad diuinum auxilium, scilicet vt duellum permittatur, ex quo cessat humanum auxilium: vt vigesima quinta quaestione secunda. in princip. gloss. not. ¶ Item lex ciuili, & municipalis bellum introduxit: vt in feud. de pa. te. §. si quis hominem. ergo libellus recipiendus de iure est. Hæc quaestio fuit effectualiter tractata per fratrem Raymun. de pennaforti titu. de duello. & doctores iuris ciuili in l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad legem Aquiliam. Attamē quicquid sit, secundum vsaticos, & consuetudines Hispania, & præsertim Cathalonie duellum permittitur: vt vsatic. bataya. & in libello de bataya. per totum processum eiusdem: & de consuetudine probatur in priuilegio del recognouerunt proceres, capitu. xliij. & consuetudo talis fuit temporibus præteritis inueterata, & sic in Cathalonie pro lege reputari debet: vt l. de quibus. ff. de legib. & sic libellus per curiam recipiendus venit. Gulielmus vbi supra. Quo libello raptamenti obligato, & recepto, debet procedi secundum formam traditam in dicto capitu. primo, ad citandum dictum raptatum: que citatio debet fieri sub hac forma. ¶ Al nobl. t. denos en G. de Moncada senyor de fragua e seneschal de Cathalunya per lo senyor rey. Salut camorfem vos saber que. t. es comparegut deuant lo senyor rey demont dit e ha donat e præposat contra vos en poder del senyor rey de mondit raptamēt, lo qual raptament lo senyor rey per nostra officia nos liura eans menat que degam en les cofes ferco que al offici se per tany, del qual raptament vos tremante translat en aquestes presents letres, la forma del qual es ay tal Molt alt &c. inseratur lo qual raptamēt dona errest en presentia del senyor lo dit t. ferma en poder nostra per cccc. morabatins dor ab penyores tenents e reques anos que per lodit raptament vos deguessen citar. Per que nos de part del senyor rey, e per authoritat del offici de la seneschalia vos dehim emanam, que al x. die primer corrent

correut apres, que aquestes letres haurets rehebudes si feriat no es eli feriat es lo se-guent comparagnats personalment deuant nos o nostre loctenants en la cors del senyor rey ala ou sia apparellat de excondir lo dit raptament. En altra manera fem vos assaber que nos hauren anentat segons lo vsatge de Barchinona e vsanca de Cathalonie date, &c. Bene ergo dicit de excondir lodit raptament: quia istud probatur in vsatic. si quis in curia, & in vsatic. & si a potestate & ex dicta litera nota quod erat in Cathalonie officiu seneschallic. Qua citatione facta dictus raptatus debet respondere dicto raptamento, illud confitendo, vel negando, vt continetur in dictis ordinationibus in capitulo tertio. ibi: atorgant lo sec clarament o neguant. Quæ responsio fit sub his verbis: Molt excellent senyor al nouell raptament assi deuant vos posat per lo procurador de mossenyor Berengere de Vilagut en lo qual secōte que los nobles mossenyor exemem parem de arenos e en Ramon de Riusech stant en Pau e entreua ab elle donada per la senyora duquesa han trancada aquella dita pau e treua per que li han combatut lalberch seu en valentia aualment e falsa coma traydors e deque val menys la leur fe &c. offerint se a batalla segon: que en lodit raptament es contengut dich io Ramon ca moreta procuradors de los dit nobles mossenyor eximen parē e Rey de riusech que salua la alteza de vos senyor lodit mossenyor Berēgere merit a vol ment e falsaiem offir en lo dit nom e so prest e apparellat de sostenir e excondir la fe dels dits nobles principals mens per via de batalla e ferme e offir los penyores tinents qui la son presents en vostra palau per asso emperone per lo dit raptament no sen enten en alguna cosa a partir deles cofes ia fetes e actitades. Oblata dicta responsione proceditur secundum quod in dictis ordinationibus continetur. ¶ Iuramentum quod præstari debet per raptantem fit sub hac forma. Io Berengere de Vilaragut iur que asso de que he raptat mossenyor exemem parem de arenos es veritat e que al camp no metro cultellene misericordia ne aleya ni agut lo ne alguna manera darmes si no aquelles que acostumades sou de metra co es almet al cap mal en calces de ferro scut e lanfa

que no sia enplomada e capell de ferro e duas masses, e duas spases e en alguna de les masses no haura agullo ne fera plagua. dissa ni breu ni sacre ni portare candi ni blanch si deu me aiut en aquesta batalla e per aquests sants iij. euangelis e per aquest sant altar. ¶ Iuramentum raptati fit sub his verbis. Io Exemen parem de arenos dich que allo que mossenyor Berengere de Vilaragut me ha reptat no es veritat e io menar liu he e que al camp no metre, vt supra. Pro materia huius iuramenti & pro forma præarrati libelli est constitutio regis Iacobi continentie subsequenter. Cum inter nostros milites dubitabatur de forma iuramenti quod raptatus de treugis fractis raptato facere consuevit, quibusdam dicentibus quod debeat in eo ponere illam clausulam, suo sciente, alijs existimantibus quod non, sed pure, & præcisē iurare debeat se treugas aduersario nō fregisse. Nos autem de consilio procerum nostrorum huiusmodi ambiguitatem de medio tollere cupientes statuimus & statuendo distinguimus vtrum ille, qui dedit, & accepit treugas ex sua persona & facto proprio conueniatur: videlicet quod ipsemet qui treugas fecerit, vel fregit fecerit, vel confenserit an de alieno, videlicet quod alius, pro quo eas dederat, fregerat ipsas treugas, vt in primo casu nunquam ponat præmissam clausulam: in secundo vero ipsa poni possit. Et in vtroque, qui raptat aliquem, ante omnia raptato exprimere teneatur, & dicere nominatim, in qua re treuga sint fractæ ab illo, quem asserit has fregisse. De verbo Nominatim, in capitulo. venerabili. de sententia excommunicationis. libro sexto. in verbo Nominatim. & in clementina prima. de vita & honesta. cleri. in verbo Nominatim. Quæro secundum Gulielmum de Vallesicha. ¶ quid si raptatus ante sacramentum confiteatur damnum, & velit ipsum emendare, an pignora committatur? Dic quod siue ante sacramentum, siue post confiteatur damnum, audiri debet, & fore locum poenitentie ad instar liberti, qui poenitere potest: vt ff. de in ius vocan. l. j. & C. de his, quibus vt indig. l. alia. & ff. de interro. act. l. de atate. §. vlti. præsertim attenda materia odiosa belli, cui fauendum nō existit. l. cum quidam. ff. de liberis & posthumis. Pignora vero posita in posse curie oc-

caſione raptamenti tā per raptatorē, q̄ per raptatum, poſſunt per curiam tradi manu lentā idoneā, vt in libello de batalla. in §. j. ver. On com algun vol raptar. Forma cuius manulenta talis eſt. Hector, & Achilles, & vterq; eorum promiſerunt talia pignora ſigillatim designata tornare in poſſe veſtri dñi vicarij Barchinonæ, qñcunq; & quotieſcunq; ab eo fuerint reſiſti, vel alter eorum cum complemento pignorum valētium. CCCC. morabatiñ. auri, & obligauerunt omnia eorū bona, &c. & renuntiarunt, &c. ſpecialiter foro, &c. Submiſerunt, &c. ¶ Quero, coram quo cauſa raptamenti debeat tractari? Et dico q̄ corā dño rege vt in d. c. xxv. ibi: in curia: quia intelligitur de curia dñi regis per excellentiam, ſicut appellatione vrbis intelligitur de Romana per excellentiā: vt not. gl. & Ludo. in l. more. ff. de acqui. hære. Nam aliquis non poteſt mouere arma inſcio principe: vt C. vt armo. vſus inſcio prin. li. xj. Et pro hoc vide Iaco. Callicij in exgrauatorio curiarū. §. vij. verſi. C. vel coram eius delegato, vt factum fuit corā Gul. de Montecatheno fenefcallo, vt habetur in citatione ſuprà, inſerta. Iſta enim cauſa bene poteſt per principem delegari: quia etiā de iure ciuili princeps poteſt cauſas meri Imperij, atq; miſti delegare: vt ff. de reſ. l. iij. §. diu. C. vbi ſena. vel cla. l. quoties. xxij. quaſt. iij. c. illud. & quod ibi not. vide Bar. in l. j. ff. de offi. eius, cui man. eſt iur. & Ang. in l. more. ff. de iur. om. iud. & in l. Itē quia. eo. tit. ¶ Epiſcopus autē, & alij prælati ſemper delegant cauſas meri imperij, ſecundū Bald. in authen. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oport. Geminia. in c. licet. de off. vica. lib. vj. ideo etiā delegatus à principe poteſt omnē cauſam delegare, etiā meri imperij: quia princeps naturā indelegabilem cauſæ meri imperij mutauit eo ipſo q̄ eam delegauit, & ſic ex tunc habet naturā delegabilem, ſecundū Bar. in d. l. j. & Bal. in l. j. C. qui pro ſua iurif. Sed an corā officiali inferiore dño rege poſſit tractari iſta cauſa raptamenti? Et credo q̄ ſic. Caſus eſt in c. j. in dictis ordinatio nibus belli, vbi expreſſe loquitur de vicario. & ita fuit pluries practicum, vt reperitur in libris & proceſſibus curiæ vicarij Barchinonæ. & ſic minimē ſunt mutanda, que legitimā habuerunt interpretationem, l. minimē. ff. de legi. Adde Gul. de Valleſ.

in d. vſa. batalla. circaſi. vbi dicit q̄ due ſunt curiæ ordinariæ, vna dñi regis, alia curia vicarij Barchinonæ: ceteræ autē curiæ ſunt voluntariæ: vt in vſa. ſi quis in curia. & vſa. Item ſtatuertunt. & ſic in primis duabus poteſt dari raptamentū, & raptatus non poteſt eas recuſare, ſed aliā bene, ſi vult, vt not. in dicto vſa. ſi quis in curia. Et iſtud credo verius, cum ciuitas Barchinonæ habeat plura priuilegia, quæ non habent aliæ ciuitates, & loca principatus Cathalonæ. Nam ſicut Roma eſt caput mundi, & alia loca ſunt membra, ſecundū Ang. in l. de quibus. ff. de legib. ita ciuitas Barchinonæ eſt caput totius principatus, & alia ciuitates, villa, & loca, ſunt membra. Item ſicut Roma eſt communis patria, vt l. Roma. ff. ad munici. ita ciuitas Barchinonæ, vt patet per priuilegium eidē ciuitati conſeſſum. Quilibet enim rex Aragonum habet intitulari per conſtitutionem comes Barchinonæ, vt dixi ſuprà, in c. habito. & ſic nō eſt mirū, ſi curia vicarij Barchinonæ & neceſſaria, & ibi poſſit dari libellus raptamenti, & non in alijs, niſi partes velint. ¶ Quæro, an in hac cauſa poſſit interuenire procurator? & credo q̄ ſic: quia edictū de procura. eſt prohibitoriu, & ſic videtur permiſſum, niſi reperiatur prohibitū: vt l. j. §. vſus. ff. de procur. iuncta glo. nam qui ſuo nomine agere poteſt, & procuratorem conſtituere. l. ſed ſi vnus. §. idem ait. ff. de iniur. & Ang. in d. §. vſus. & Inn. in c. paſtoralis. de iudi. & in c. cum deſideres. de ſent. excō. In contrarium facit, quia in hoc iudicio requiritur præſentia rei, quia victus raptatus debet venire in manu ſui dñi: vt in vſatic. qui ſe ſcientē. Et pro hoc tex. l. penul. §. ad crimē. ff. de publi. iud. Quid dicendum? Aliqui ſapientes antiqui ſcripſerūt q̄ in treugis fractis, vbiſit, vel fieri poteſt emenda, vt in vſatic. omnes eſt vera prima opinio: & ita fuit obſeruatum in cauſa raptamenti facti per dictum Berengarium de Vilaragut: ſecus verò in caſu dicti vſatici, qui ſe ſcientē. Ego verò indiftinctē tenerē quòd poteſt in cauſa raptamenti ducenda interuenire procurator: quia ita ſe habet conſuetudo: vt refert Raymundus de Albuciano antiquus iuriſperitus Cathalonæ. Nec obſtat quòd dictus raptatus victus debeat venire in manu domini, ſecundū dictum vſatic. qui ſe ſcientē: quia quòd procurator interuenire poſſit

poſſit in hac cauſa, intelligitur vſquequo batalla fuerit iudicata: deinde verò tractatur cū raptatore & raptato. Et ita intelligo dictum vſaticum. Tu verò ſuper hoc vide Gulielmū de Valleſicha in dicto vſatico, bataya. vbi pro & cōtra arguendo concludit quòd fieri poteſt: & ita ſe habet conſuetudo: licet quidam teneāt contrariū, caſus prædictos diſtinguendo, ſcilicet q̄ in duobus primis caſibus non poſſit interuenire, 15 probatur: ¶ quia patronus per procuratorem libertū ingratum accuſare poteſt: vt l. ſed hæ. §. j. ff. de procur. & illuſtres perſonæ non per ſe, ſed per procuratorē litigare habent. in l. ſi. & incipit, ſi qñ. C. de iniur. Item conſtat q̄ per aliū poſſum facere bellū, ſiue ſuū raptatus, ſiue raptans: vt in vſatico, & ſi à poteſtate. & libellus de bataya habet expreſſe q̄ per aliū fieri poteſt. Prætereā iſtud iudicium eſt diuini, & Dei iudicium ſpectatur, & nō alia ſentētia opus eſt: ſed iſtud in iure non eſt prohibitū, imò in libro feudorū permiſſum: vt in feu. de cle. v. io. pa. §. ſi ruſticus. & §. ſimilis. & ibi glo. ſuper verbo, diuino iudicio. Igitur per procuratorē poteſt quis raptari. Item ceſſante legis ratione, ceſſat & ipſa lex: vt l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. ſed ratio quare procurator non interuenit de iure cōmuni in cauſa criminali eſt, vt melius defendatur ipſa cauſa per principālē, & condēnetur condēnandus. Sed iſta ceſſant in raptamēto, quia per alium poteſt intrare, & defendere cauſam ſuam, vel agere: & ille ſi vincatur qui intrat, ille perdit cauſam, pro quo intrat: ergo, &c. Item quia in facto batallæ ſolum venit ius partis, & intereſſe ipſius, & non Reipublicæ, ſeu principis, etiam ſi fiat in alio quo triū caſuum: & ſic procurator interuenire poteſt, vt not. per Inno. extra de ſen. excom. c. cum deſideres. Prætereā in maioribus bauſijs fortē quilibet poteſt raptare: & fuit quædam gl. antiqua, quam Iaco. de Monte iud. poſuit in vſa. ſi quis in curia. Et qui occiderit alium in treuga, æquiparatur maiori bauſia: quia eſt inſidelitas, & prodition. Prætereā Ioan. And. in addi. Spec. titu. de procurat. videtur eſſe pro hac parte, qui dicit quòd duo requiruntur ad hoc quòd procurator non poſſit interuenire, videlicet quòd ſit crimen. in quo capitalis pœna imponatur, quia imponatur. Item quòd per ſtatutum, ſeu aliās abſens non

poſſit damnari: ſed in raptamento abſens damnatur, quia proditor proclamatur, igitur poteſt p̄curator interuenire. Et quòd proclametur, probatur per libellum de batalla, & per literā domini infantis ſuprà, in primo cap. inſertam. Et ex prædictis eſt ſatisfactum ad §. ad crimen. in contrariū allegatum. Et ita fuit factum in bello deu to loeden rayner. Et intellige procuratorē, ſiue oſtendat procuratoriū cum inſtrumēto publico, ſiue cum litera de crehenca: vt habetur expreſſe in regiſtro curiæ vicarij Barchinonæ. xj. kalendis Septembris, anno Milieſimo. CC. xc. Gulielmus vbi ſuprà. 16 ¶ Quærit etiam idem Gulielmus, an ex quo raptatus contumaciter reuens comparere ad ſe expiandum ſuper raptamento eſt proclamatus proditor, poſſit poſtea moram purgare, & comparere? Et credit quòd non, cum non ſit res integra: vt l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cau. & in l. ſi ita quis. §. Seio. ff. de verborum obligationibus. & in l. ſi inſulam. eodem titulo. & ibi plenē per Bartol. Et pro iſta opinione facit, quia exequutio facta fuit eo ipſo quòd fuit proclamatus proditor, & poſt exequutionem factam non poteſt mora purgari. Ita dicit Bart. in l. iij. §. ſed ſi plures. ff. iud. ſolui. Ludo. in l. ſi finita. §. illud quæritur. ff. de dam. inſec. Gemi. in c. cupiētes. §. quod ſi per viginti. de elect. lib. vj. vbi dicit ¶ q̄ mora nō poteſt purgari, qñ exequutio ſit ipſo iure, vel ab homine poſt factā exequutionē: & ita eſt hīc. Adde Bald. in l. properandum. §. ſi in autem. C. de iudic. & Bartol. in l. qui ob rem. ff. de conditio. indebit. Innocen. in cap. cum in tua. & ibi Antonius. qui ma. accu. Bald. in l. ſi quis inſtituatur. ff. de hæredibus inſtituendis. & Angel. in l. Titia. ff. de accuſa. Ludouit. in l. quamdiu. de acquirenda hæreditate. Bald. in l. diffamari. C. de inge. manu. gloſſ. in c. propter. xvij. diſtin. Bald. quo tem. mi. in feud. Nicol. in cap. ad noſtram. de accu. Sed quòd admit titur purgatio moræ de æquitate canonica, eſt textus in capitulo. tuam. de pœnis. Hoſtien. in Summa de arbi. §. qualiter. Sed nunquid. & Baldus in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact. etiam ſi iuramentum interuenerit, ſecundū Bald. in l. qui crimen. in xj. quaſtio. C. qui accu. non poſ. & gloſſ. in c. apud miſericordem. xxxij. quaſtione prima: ſed illud eſt de iure canonico: ſecus eſt

de iure ciuili, secundum Bart. Bald. Ange. Imol. & Paul. de Castr. in l. si infulam. ff. de verborum obligationibus. vel illud re existente integra, videlicet, antequam sit proclamatus proditor: secus re non integra, vt in themate, hoc est, post proclamationem: quia tunc non potest mora purgari. Ita dicunt Innocen. & Antonius de Butr. in dicto capitu. cum in tua. Bal. in d. l. si quis instituitur. Angel. in d. l. Titia. & Ludouic. vbi supra. Sed quid si erat minor, nunquid aduersus moram commissam restituere tur, vide Cyn. & Bald. in l. si minor. C. in quibus causis in integrum. † Quero, an raptans debeat cauere prius cum pignori bus, iuxta dictum vsaticum, antequam mandetur citatorium huiusmodi: Petr. Albert. vbi supra, videtur velle quod sic: vt in ca. j. vers. e si la cort conexera quel raptament sia de bausia, o de treues tranchades, o de trahitio, deu prendre lo fermament da quell qui repte e les penyores de CCC. morabatins, &c. Sed quaro, quid si mandetur citatorium non datis prius pignori bus: Fortè non valeret: quia factum contra formam à consuetudine traditam, est nullum, argumento. c. cum dilecta. de rescrip. & c. Pisanis. de restitut. spol. & gloss. in clem. j. de iure patro. omisio enim substantialis forme vitiat dispositionem, secundum Angelum in l. quicquid adstringenda. ff. de verborum obligatio. Bart. in l. testamentum. C. de testa. & Barto. in l. si cum dotem. §. eo tempore. ff. solut. matrimonio.

19 † Quero, quid si raptans, aut raptatus non habeant pignora, an admittetur libellus raptamenti, vel eius responsio: Et distinguitur inter raptantem, & raptatum. Nam si raptans non vult dare pignora: & tunc credo quod raptatus non tenetur respondere eius libello raptamenti, nec duellare: quia qui non facit quod debet, non recipit quod oportet, secundum Baldum quali. do. proprie. feud. pri. Ista enim exceptio, tu non satis dedisti, impedit litis ingressum: vt authen. generaliter. C. de episc. & cler. cum ibi not. per glo. Cyn. Bal. & Salice. in authen. offeratur. & in authen. libellus. C. de lit. contest. Aut ille raptans non potest dare pignora, & est prestus dare fideiussores, vel iuratoriã cautionem: & hinc pendunt leges, & propheta: & profectò in hoc potius vellem doceri, quam docere. Nam q̄ non admittatur

fideiussor, facit tex. infra. de obli. qua ex de. lic. na. §. furti autem. vbi est text. q̄ melius est pignori incumbere, quam in personam agere. Et pro hoc instituitur de satisfda. §. si vero aliquis. vbi habetur q̄ quando pignora, quiritur de necessitate non admittitur solus fideiussor. Præterea plus cautionis est dare pignora, quam fideiussores: vt l. plus cautionis. de regul. iur. In contrarium facit authen. offeratur. vbi admittitur fideiussor, & non pignora. & in l. pratoria. ff. de prator. stip. vbi fideiussorem dare tenetur. Ratio, quia ista cautio est pratoria, & ad sui esse desiderat fideiussores. d. l. pratoria. Et pro hoc, quia cautio introducta ab statuto dicitur pratoria. Ita tenet Bar. in l. stipulationum. ff. de verbor. obligationibus. quando illud est factum à comite, barone, episcopo, vel marchione: & sic cum iste vsaticus sit conditus à comite Barchinone, igitur, &c. Adde eundem Bart. in l. ij. §. fin. ff. pro emp. & l. ij. in fi. ff. de bo. posses. & l. si. de pœnis. & in l. omnes populi. in iij. quæstio. quinta quæstionis principalis. ff. de iusti. & iure. & ibi Bald. in vij. colum. & in rubri. C. qui admi. in sexta quæst. & in l. certum. in v. colum. C. vnde legit. & in authen. generaliter. in j. colum. C. de episc. & cleric. & in l. id. quod pauperibus. in iij. q. eod. titul. & in l. j. C. de procu. & in l. siue pars. C. de dila. & in l. si prædium. in princ. C. de adi. acti. & Pet. de Anch. in c. j. de consti. volentes id, quod Barto. in dicta l. stipulationum. Sed Ang. ibi dicit opinionem Barto. procedere in comitibus, & Marchionibus gerentibus iurisdictionem, vel administrationem, nomine alieno: sed si iurisdictionem haberent nomine proprio, tunc eorum statuta censentur esse ius ciuile. Bald. similiter in l. receptitia. in prima colum. C. de constitut. pecu. reprehendit Bart. dicens quod cum comes potius æquiparetur principi quam prædidi in comitatu suo, statutum ab eo conditum debet censi ius ciuile. Sed gl. in c. j. in verbo, obseruetur. si de inuesti. inter dominum & vasallum lis ori. dicit comitem prædidi æquiparari. † Vnde pro cõcordia dicas quod aut comes, vel marchio superiorem non recognoscunt: & tunc cum æquiparetur principi, vt not. Bartol. in l. j. §. de qua. ff. de postula. & Cyn. in l. penult. C. de dona. inter virum & vxorem. & Bar. in l. ij. in princ. C. de iure fisc. & procedit opi.

opinio Bald. in d. l. receptitia. & Angel. in d. l. stipulationum. & sic cum comes Barchinone non recognoscat superiorem, vt dixi supra, in capitu. si aliquis dominus. merito dictus vsaticus censetur ius ciuile. Aut superiorem recognoscit: & tunc cum equi paretur prædidi, & iurantibus: vt dicit gloss. in dicto capitu. primo. procedat opinio Bartol. & sequacium. Et hoc videtur velle Ioan. Andr. in addi. Specul. titulo, de instrumen. edit. §. porrò. in addi. qua incipit, hæc subscriptio. sed quod dicit Bal. & Ange. quod quando cautio dicitur ciuili, non requiratur fideiussor in tali cautione, venit limitandum, nisi per tale statutum esset introducta cautio ad instar pratoria cautionis, vt quia sententiam vel iudicium respiceret talis cautio. Ita dicit Bald. in d. au. the. generaliter. per illum textum in prima cõ. & Bald. in l. j. in fin. ff. qui satisfdare cogantur. in l. j. C. de procura. l. vniuersa. C. de preci. Impera. off. & l. sancimus. C. de verborum significationibus. Cum igitur ista causa respiciat sententiam, & iudicium, quia fit iudicium de raptamento, & iudicatur batallia, merito efficitur pratoria ista cautio, & sic ad sui esse desiderat fideiussores: & consequenter secundum hoc ista cautio non modo requirit fideiussores, sed etiam pignora. Et pro hoc est text. in l. j. §. an pignori bus. ff. de colla. bono. † Quid igitur est dicendum? Certè ego crederem quod si non habet pignora, quod potest dare fideiussorem, & si fideiussores non inuenit, quod sufficiat iuratoriã cautio. Hoc probatur institut. de hæredibus instituendis. §. impossibilis. Sed contra istud facit quod impossibilitas excusat aliquem, vt in contrario: sed difficultas præstationis non: vt l. continuus. §. illud. ff. de verborum obligationibus. Ego dico quod ideo ista est impossibilitas, scilicet non posse dare fideiussorem, & consequenter si dare non potest fideiussorem, debet committi iuratoriã cautioni. Et pro hoc ego allego text. in l. j. §. omnes verò. C. de assert. tollen. & in authen. cui relictum. & in capitu. alma. §. si verò. de sententia excommunicationis. libro sexto. Et hoc totum credo relinquendum arbitrio iudicis, per ea, qua not. Bald. in l. vniuersa. C. de prec. Impera. off. vbi dicit quod si statuto cauetur quod aliquis teneatur idonee cauere, an teneatur cum fideiussori-

bus. Et dicit q̄ verbum idonee, intelligitur arbitrio iudicis. Et pro hoc l. in omnibus. ff. de iudi. iuncta gl. Nec obstat quod dicitur quod ista cautio est pratoria, quando respicit sententiam, vel iudicium: quia Bal. loquitur in statuto condito à populo. Nos vero loquimur in cautione introducta ab vsatico, qui conditus fuit à comite Barchinone superiorem non recognoscente: & sic non dicitur pratoria, sed ciuili. Nec etiam obstat dictus §. furti. quia loquitur in alio casu, non in cautione: & sic casus est diuersus, non autem aduersus. Nec etiam obstat dictus §. si verò aliquis. quia loquitur in hypotheca, non autem in pignore. Et ita soluit Barto. in d. l. pratoria. † Nam vbi cum que cautio nuda præstat, intelligitur cum obligatione bonorum. Barto. in l. si prius. ff. de oper. no. nunt. & Ludo. in l. diuortio. §. interdum. ff. solu. mat. gloss. & Ang. in d. l. pratoria. vbi Ange. dicit quod consuetudo obseruat quod fit cum obligatione bonorum. dicit etiam quod si cauens est multum diues, & homo fide dignus, ita quod bene est idoneus facultatibus, conuenientique facilitate & fide, sufficit cautio cum obligatione bonorum. Et idem tenet Ludouicus in dicto §. interdum. adde eundem Angel. in l. secunda. §. si dubitetur. ff. de iudic. vbi dicit quod si quis excusatur à datione fideiussoris, non tamen excusatur, vt promittat cum pœna. Nec etiam obstat dicta l. plus cautionis. quia illud verum habet, vbi præstari possit talis cautio: aliàs secus. Et sic secundum istud iste raptans, qui pignora ponere non potest, nec dare fideiussores, debet cauere ad arbitrium iudicis, dum tamen caueat cum obligatione bonorum, stipulari pœnam. Sed contra prædicta facit quod dicit Ludouic. in l. secunda. ff. soluto matrimonio. vbi dicit † quod quando cautio ex dispositione legis est de substantia actus, & de necessitate præstanda, non statuitur iuratoriã cautio. Et etiam facit in contra. glo. ordina. in l. quia. C. de vsufr. qua hoc firmat in vsufructuario satisfdare debente: & clarè constat illam satisfdationem esse necessariam. Item per textum. no. in l. ij. C. de tutoribus & curatoribus. qui satisfd. non ded. vbi videtur repelli tutor qui impotens est præstare satisfdationem pupillo: qui tamen non repellitur si cautio iuratoriã sufficeret: ergo d. l. j. §.

j. omnes. & authentici. cui relicti. atque dicti. capitul. alma. §. si vero. & cap. per vestras. iuncta gloss. de dona. inter virum & uxorem. ponunt specialitates, quarum rationes in eis habentur, secundum Ludovicum in d. l. secunda. Et istud credo verum odio belli. Aut est reus, & requisitus intrare bellum, qui non vult dare pignora: & tunc si habet unde, credo quod possit cogi remedijs pratorijs: quia poterunt capi pignora de bonis suis eo invito pro executione rei iudicata: vt l. a diuo Pio. ff. de re iudicata. & C. de execu. rei iudica. l. secunda. & quasi per totum. Aut non habet unde possint haberi pignora: & tunc actor vult intrare bellum, & admittere iuratoriā cautionem: & tunc credo quod reus non excusabitur a bello, quia tunc fauor est actoris, vt non cogatur intrare bellum, donec per pignora caueatur sibi a reo: & huic fauori poterit actor renuntiare: vt ff. de minori. l. si iudex. & l. si quis in conscribendo. C. de pactis. & l. quod fauore. C. de legibus. Aut actor non vult admittere iuratoriā cautionem absque pignoribus: & tunc superfedebitur, donec peruenerit ad pinguiorem fortunam: vt capitul. Odardus. extra de solut. Ista enim impossibilitas de non cauendo cum pignoribus eum excusat, quia impossibilium nulla est obligatio. ff. de verborum obligationibus. l. impossibile. & l. inter stipulantem. §. sacram. & de actio. & obligat. l. prima. §. si id. & l. non solum. de regulis iuris. l. impossibilium. & l. ea, quæ. & hoc siue sit impossibilitas facti, vt hic, siue iuris. de verborum obligationibus. l. si ex plagijs. l. si continuus. §. sub conditione. & de condi. institut. l. conditiones. & l. filius. & de regulis iuris. capitulo, nemo potest. & ff. de statu liber. l. hæres. in princip. adde d. l. ea, quæ. & ibi docto. & Bald. C. de dona. ante nuptias. Tutius tamen faceret dominus rex, si prædicta determinaret. De significatione istius verbi impossibile, vide sexagesimā primā distinctione, capitul. an Athenienses. & ibi Archidiacono. & de conditioni. instituen. l. si filius. Quæro, secundum Gulielmum de Vallecha in vsatic. bataya. ¶ Quid si raptamentum super treugis fractis offeratur, an debeat per omnia recipi raptamentum incontinētis? Dic quod non, nisi prius fiat fides de treuga. Consta-

re igitur debet inter eos esse treugam, cum priuatio præsupponat habitum: vt l. manumissiones. ff. de iustitia & iure. & l. prima. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iuris. & l. decem. & ibi Bartolus. ff. de verborum obligationibus. & ita fuit iudicatum, & seruatum, secundum eum. Quærit idem Gulielmus, quid si firmari bellum, & dies est assignata, quæritur si ad diem illam, id est, ad primam assignationem non ostendero bataller, vel raptatus non ostenderit, vtrum pignora data committantur? Dic quod non, sed expensæ debent refarciri per eum, qui non ostenderit bataller: sed in tertia assignatione pignora committentur, nisi vt ostendatur bataller, vt in alijs iudicijs: vt l. tertia. §. ob rem non defensam. ff. iudicat. solui. Et pro hoc facit libellus de bataller. capitul. elauors la cort deu assignar. ¶ Quæro, per quas personas istud duellū exerceri debeat? Et dic quod per litigantes, hoc est, raptorem, & raptatum, si cors a cors, vel per parem, & contra similem, & iuxta modum & formam, ac solennitatem, de quibus habetur latissimè per capitula ordinationum belli dicti Petri Alberti. De iure communi vide gloss. in feud. de pace tenenda. §. si rusticus. Adde quod inualidus potest pro se dare campionem. Et debet fieri pugna militaribus armis, non cum fustibus. Vide Baldum in feud. de alienatio. feud. paterni. sed in Cathalonia statutum est quibus armis fiendum est duellum, vt habetur in dictis ordinationibus. Et nota, & tene menti quod vasallus propter infidelitatem domini potest eidem imponere pugnam, secundum Baldum, vbi supra. Item quod non tenetur vasallus dominum liberare a contractibus, vel periurijs, vt ibi. ¶ Quæro, quid si aliquis raptauit militem sexagenarium de bauisia: miles verò raptatus respondendo raptamento desmentitus fuit raptatorem, postea in progressu processus apposuit raptatus exceptionem quod erat sexaginta annorum: & sic secundum vsaticum, senex miles non tenebatur facere bellum. Replacabatur per agentem quod exceptio allegata non habebat locum, tum quia desmentiendo fuerit litē contestatus. & vsa. senex loquitur in alio casu, scilicet in iuramento. Et inducebat pro sel. prator. §. ff. de vaca. mu. Item pro raptatore facit l. si

l. si quis. ff. de condi. inde. Sed pro reo facit. 27 l. si quidē. C. de excep. ¶ quia talis exceptio est peremptoria, quæ vsque ad sententiam opponi potest. & l. si quis. loquitur in odio. Sed casus videtur mihi fauorabilis, scilicet de immunitate senectutis: vt l. semper. ff. de iure immu. Et ita fuit iudicatum per dominum Infantē. Præterea in causa raptamentij, quæ fuit inter comitē Fuxi raptatorē, & Arnaldū de Mōtetornesio militem raptatum, secundum Gul. de Vallechi. in dicto vsa. bataya. Quæro vterius, an vltra casus per me superius descriptos duellum habeat locū in Cathalonia? Et dic quod in duello necessario nō, sed in voluntario sic in alijs casibus per vsatic. permissis, vt in vsatico, alij quoque milites. & in vsa. sacramēta burgenlium, & in alijs casib⁹, vt fuit factū in quodam duello facto die sabbati xv. Februarij anno a natiuitate dñi M. ccclxxij. in ciuitate Barchinonę ante domū de la Messana inter nobilem Iacobum, dix regni Aragonum & Raphaēlem de sant iordi scutiferū loci de piāmont Regni Franciæ ex causa voluntaria, vt puta quis eorū potius ab eorū philocaptis diligebatur: fuit factū duellum equestre, & durauerūt in acie duelli lo bastart Nepos siue net Regis Raynerij, qui eo tunc tyrannicè officio locūtenentis in hac ciuitateungebatur, dictū duellū accepit: sed in hoc duello voluntario nō seruatur solennitas dicti vsat. bataya. & ordinationum Petri Alberti. Bal. verò in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. non admittit tale duellum: quia dicit quod non debet concedi nisi ex magna causa, & autoritate superioris. & credo quod peccant principes, qui tale duellū admittunt, cum nō sint de calibus a iure permissis, prout superius retuli. Sed iuxta hoc quæro, quid si aliquis miles vel alius homo affirmat feudū per eū de tali castro vel reditu fuisse datū Caio militi, ciui, vel alij: Caius hoc diffitetur, ideo affirmat dictum castrum tenere per franchum alio diem, & sic de dicto feudo denegat Caius firmam directi homagium facere, vel potestatem dare: miles vult offerre contra dictū Caium raptamentum de batalle, & bella re vel dare bataller cum dicto Caio, quæritur, an super hoc bellum locū habeat Gul. de Vallechi. in vsat. feuos. dicit quod sic per illum vsat. a cōtrario sensu, vt paritas sit inter dantem, & recipientem ipsum feudum.

Et ita dicit fuisse iudicatum inter nobilem Guliel. Dētenfa, qui dedit suum filium Berengariū de mēsa per bataller enarters militem. Quæro in casibus, in quibus habeat locum dictum duellum, quando iudicari debeat? Et dic quod in subsidiū, vt puta in defectū probationis, vt habetur in dictis ordinationibus in c. iij. quod incipit, lo raptat deu respōdre. ver. eli prouar no pot sia iutgads la batalla, car la uors deu hom recor rer al luyd deu quant proua de homens faleix. Et istud sequit Bal. in l. filius. §. ff. de leg. ij. & in feu. de pa. te. In cōtrariū facit dicta constitutio curiæ Gerundæ. c. xxv. item statuimus. & etiā ordinamus quod si aliquis fuerit raptatus, &c. vbi habetur quod raptatus de bauisia, vel prodicione, vel treugis fractis possit se excōdire per batalliam. Et sic cum dicta constitutio simpliciter loquatur, nec distinguit an potuerit conuinci per legitimas probationes: & sic nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de publi. ¶ Quid igitur sit dicendum? Gul. de Vallechi. in vsatic. bataya. sic inquit. Quid si casus in raptamento compræhensus probatur per testes per raptatorem, an adhuc erit locus bello? De iure expeditum videtur quod non: quia ex quo raptatus conuincitur per testes, non restat nisi quod per sententiam condemnatur: vt in feud. de pace tenenda. §. si quis hominem. & §. sequen. cum ibi nota. & per Hostien. titul. de clem. pug. in duel. §. primo. & per eundem titulo de pac. & treug. §. primo. Sed de iure consuetudinario in militibus, & in hominibus de paratico videtur secus: quia licet constet de crimine, possunt se per batalliam excōdire, vt dicta constitutio. licet illud capitul. vt dicit, nihil supplendo hoc ad literam non dicat. Attramen milites, & homines generosi, & etiam de paratico, nituntur cap. prædictum ad hoc ampliare in eorum prærogatiuam: quod est cōtra iuris rationem. Consulo tamen quod nō est alicui securum raptare aliquē, qui associauerit illū, qui treugas frangēdo, seu violādo dānū dederit: quia licet interfuerit vt socius, damnum forrē nō dedit: quod vsatic. hoc habere videantur, quia loquuntur de damnis datis, & factis in treuga. Guliel. vbi supra. Ego verò dico primam partem fore veram, per iura in ea allegata, tam in militibus, & personis generosis, quā etiam in alijs

alijs. Nec obstat dicta constitutio, & allegata per dictos milites, & homines de paratico: quia istud duellum à iure tanquam odiosum est reprobatur, vt dixi: & sic in casibus permisis potius debet restringi, quam ampliari: vt c. odia. de regulis iuris. libr. vj. nec est vera talis consuetudo: ideo contrarium videtur in dictis ordinationibus. Absurdum enim esset quod si conuictus erat per legitimas probationes, quod

29 raptatus posset se excōdire. ¶ Verba enim generata statuti sunt restringenda, vt non contineant absurditatem, secundum Lud. in l. si verō. §. de viro. ff. soluto matrimonio. in xxxj. fallen. versicul. vltimo. & in xxxij. fallen. versicu. iij. Et pro ista restrictione vide quæ dixi supra, in c. si in aliquo. & adde hic quæ ibi scripsi. Item dicta cōstitutio intelligitur secundum dictas ordinationes. Nam non est nouum priores leges trahere ad posteriores: vt l. non est nouum. cum l. seq. ff. de legi. & vna lex distinguitur, & de claratur per aliam: vt l. quāuis. cum ibi not. per gloss. & Barr. ff. de in ius vocan. & in l. generaliter. c. eodem titulo. legis enim correctio vitanda est. Expediunt iura iuribus cōcordare. c. cum expediat. de elec. libr. vj. & l. j. c. de inoffic. do. ideo Bald. in d. l. filius. §. final. dicit se audiuisse ab Imperatore quod plura sunt necessaria in isto

30 duello. ¶ Primo quod prouocatus sit diffamatus, vel suspectus. Secundo quod non possit probare, per veram probationem. Tertio quod prouocatus sit maior, vel saltem par. De hoc vide in dictis ordinationibus. Quarto quod causa sit personalis, & non pecuniaria: sed in Cathalonia, vt dixi, bellum necessarium sit ex tribus causis supra narratis, & sic nō pro pecunia. Quinto quod non sit electa via strepitus iudicij, sed via armorum. Hoc intelligo de iudicio ciuilitate intentato, non autem de iudicio raptamenti. Vide Ioan. de Ana. in rubric. de cler. pug. in duello. vbi dicit quod §. si quis in colluctatione. nō loquitur proprie in duello, in quo duo pugnant, sed de alio ludo, in quo plures pugnabant. Et adde Ioan. de Imol. in d. §. fin. & etiam vide & adde Floren. de sancto Petro. in l. solent. §. senatus. ff. de alea. vbi refert cōtingentiam facti, quæ fuit Ferrariæ inter duos milites Cathalanos, qui volebant intrareduellum, quibus Marchio assicurauerat campum,

31 ¶ Quero, quis possit defendere raptatum? Dic quod omnes, etiam infantes domini regis, exceptis primogenito, & domino rege: quia dominus rex est iudex, & cominalis persona, vt in c. statuimus quod nullus raptatus curiæ domini regis Petri secundus: In curia Gerundæ. c. j. & c. xxv. vbi habetur quod raptatus si vult se excōdire, venire potest secure, quia guidatus est auctoritate dictæ constitutionis, etiam si fuerit bannitus à domino rege, vt ibi. ¶ Quero quæ sit poena contumacis nolentis excondi residem suam. vsatic. si quis in curia. dicit quod princeps debet eum distringere: sed non adijcit qualiter distringatur: ideo Petrus Alberti in dictis ordinationibus. c. j. §. e si aquell, qui raptat es, non vol venir. dicit quod fiet præconizatio publice per loca curiæ sui domicilij, qualiter est raptatus de illa bausia, vel prodicione, seu treugis fractis: & qualiter citatus est cōtumax, & non vult se excondire, & sic reputatur quasi conuictus, & cōdemnatus, ita quod si eius bona reperiantur, curia de ipsis bonis mittet in possessionem illorum bonorum raptato rem causa custodiē, vt est iuris, quasi dicat, vt reus tædio affectus veniat responsurus iuxta cap. quoniam frequenter. vt lite non contest. Potest etiam proclamari bausator, & proditor, iuxta pragmaticam regis Alfonso supra, in j. c. insertam. Quero, aliqui conueniuntur criminaliter, vel ciuilitate pro eo quod dicuntur commississe bausiam, vel prodicionem, aut quod fregerint treugas, & agitur contra ipsos, vt de crimine puniatur, aut per viam pacis, & treugæ, aut alias ciuilitate ad emendam damnorum, & iniuriarum: isti delati vel querelati dicunt quod volunt excondire fidem per batalliam, & sic debent esse guidati, & quod superfedatur in processibus, donec fuerit facta batallia: actor vult quod procedatur in causis: & quod pro crimine stent capti, offerens se probaturum, & quod non curat dare libellum raptamenti, nec de processu illius, nec de batallia, quam dicit non habere locum, nisi quando proceditur per viam raptamenti in vnum vsaticorum, si quis in curia, & bataya. & similitum. Pars reorum dicit quod ex quo in libello accusationis, vel querelæ ciuilitate pacis, & treugæ vel alterius iactatur de bausia, prodicione, vel treugis fractis, debet fieri batallia: & allegatur pro

pro se. d. c. xxv. quod loquitur indistincte, vt dixi supra. queritur quid iuris. Credo quod actor bene dicat, ¶ quia processus batallie non habet locum nisi in subsidium deficiente legali probatiōe in causa belli raptamenti: & quod nō eligatur via strepitus iudicij, vt supra dictum est. Et iuxta dicam pragmaticam, possunt etiam proditores extra causam raptamenti alias iudicialiter conueniri, & de prodicione, si presentes sint, vel in posse iudicatis, sententialiter condemnari, & per consequens puniri: non tamen poterunt publicari vt proditores, nisi conuicti fuerint per bellum, vel ad bellum citati renuerint contumaciter cōparere. Et sic est casus de hoc in dicta pragmatica, si bene intelligatur. Nec obstat dicta constitutio Gerundæ, quia licet simpliciter loquatur, attamen determinatur per dictos vsaticos, & per iura communia, quia recipit ab eis interpretationem, iuxta no. per Iacob. de Callicio in vsat. anteq. & in vsa. omnes firmare debent. vbi dicit quod cōstitutiones Cathalonie distinguuntur, & determinantur per dictos vsaticos. Et ita dicit praticari in audientia. Et pro hoc adde quæ superius dixi. Et hanc partem tenuerunt curia regia, & eius aduocati, in questione prædicta, & die xxv. Augusti anno a nati. domini M. ccclx. Eodem modo fuit in audientia regia cōclusum in causa querele pacis & treugæ per Ioannem de Barbera oblata contra Petrum farrer domicellum.

34 ¶ Quero vterius, per quos raptati valeant sustineri in hac patria? Respondeo si raptatus est victus de maiori bausia, quæ non potest redigi, vt puta quia occiderit dominum suum, vel eius filium legitimum, aut vxorem adulterauerit, aut abstulerit sibi castrum quod nolit restituere sine deterioratione, vel intulerit sibi tale damnum, quod nequeat emendari: talis victus debet remanere perpetuo bausator, & nō potest, nec debet ab aliquo sustineri in Cathalonia: vt in constituto regis Petri secundus in curia Barchinone. c. lre statuimus quod nullus raptatus de bausia. & in curia Gerundæ. c. j. talis enim bausator manifestus debet exire à toto Principatu per districtum potestatis: quia ex quo bausia non potest redigi, non debet remanere in terra legalium: vt in ordinationibus belli. c. vltimo. §. si aquell. & quæ no. in vsat. qui se sciente. & in vsatic. & si à potestate.

35 ¶ Quærit Iac. de Callicio in dicto vsati. ba-

taya. an aduocati raptantis, vel raptati peccent mortaliter. Et concludit quod sic. Ideo etiam putat quod aduocando per cauillationes ne fiat bellum, quod non peccet. De quo tamē se remittit dispositioni iuris canonici, vel theologiae. De hoc tu vide Ioan. in Summa confel. li. ij. ti. iij. de duello. & quæ not. per gl. & Archi. xij. di. c. ne cui. & c. dominus noster. xxij. q. ij. Petrus Iaco. in libel. titu. de duel. seu pug. consulit quod Legista non se intromittat de duello, quantumcumque fulgeat scientia: quia tales causæ non debent tractari per iureperitos. Deinde quærit, an serui possint duellare? & dicit quod non: vt d. §. si quis in colluctatione. & vsa. recipit interpretationem à iure communi, vt dictum est. ¶ Quero, an raptator possit dare campionem, qui pro eo pugnet? Et dico quod sic, vt dixi supra. & no. Iacob. de Callicio in dicto vsa. adde glo. de pa. te. §. si quis rusticus. Et dicitur campio, omnis gladiator, pugillator, in campo duellum exercens. Quero, quis dicatur victor? vide in dictis ordinationibus belli in c. lo raptat deu tenir lo camp per tres dias, ad quas me remitto. Quero secundum G. de Vallesicha in dicto vsatic. bataya. ¶ quid si contra minorem de genere de paratico detur raptamentum de aliquo casu, in quo cadit bellum, an minor teneatur ius super dicto raptamento firmare, vel valeat declinare, locum bello non esse. Et videtur quod teneatur firmare, & nō possit excōdire bellum, nisi velit bonam fidem agnoscere: quoniam filij militum etiam quidem cum annorum guerrificari possunt: vt in curia Dertusa domini regis Iac. j. c. notum sit. §. & omnes. versic. exceptis pacis & treugæ. Contrarium credit ipse G. cum sint filij militum pupilli vsque ad viginti annos: vt in vsa. tutores. sed pupilli excusantur ab armis: vt in vsati. princeps nanq. cum ibi not. per Iaco. de Monte iudaico, & in vsa. qui fallierit cum ibi no. per eundem Iacob. glof. j. & per me supra in c. si aliquis dominus, ergo & c. Item quia limitata est ætas in Cathalonia, que arma debet tenere, portare, & eis vti: vt habetur expressè in forma sacramentalis. Si igitur communiter in omnibus talis ætas excusatur, ergo locus bello, & firma non existit. Et hoc videtur esse expediatum Numeri. c. j. & in vsat. alij quoque milites à xxv. annis & c. Nec obstat. §. & omnes. quoniam licet filij militum possint guerri-

ficari, non tamen tenetur bellum firmare, et facere: quoniam claudi, & cæci possunt esse in guerra, & tamen non adstringuntur ire in exercitum: ut in vsa. princeps nanq. cum ibi no. per Iac. de Monteiu. & dixi in d. c. si aliquis dominus. Tu verò adde P. Iaco. in titu. de duello & pug. & Bald. de pa. te. §. si quis rusticus. & de pa. iur. fir. in prin. Quoero, an clericis sit licitū duellare. vide de cler. 38 ri. pug. in duel. per totū. † Sed quæro an mulieribus licitū sit duellare? Et dico q. nō, secundum P. Iac. in tit. de duello & pugna. vide quæ scripsi supra in c. si aliquis dominus. Quæro, quibus armis debet fieri duellum. Pet. Iac. vbi supra dicit q. arma duelli sunt scuta & fustes: sed in Cathalonia aliter statutum est, ut in dictis ordinationibus in c. el dia quel cāp co es asberch. ab capmayl. & c. Quoero, qualiter iurare debeant duellantes. de iure communi vide P. Iac. vbi supra & Bal. de pa. tenen. sed de iure Cathalonico vide in d. c. el dia quel cā. & quæ dixi supra vbi posui formam iuramenti. † Quæro an ambo, raptator & raptatus possint penitere dum sunt in campo positi. & Bald. de pa. te. & eius vō. tenet q. non. Quæro per quot dies cāpus teneri debeat? Bal. vbi supra dicit q. per vnum diem: sed de iure Cathalonico est expressum q. per tres dies: ut est tex. in dictis ordinationibus. c. lo reptat 40 deutener camp per tres dies & c. † Quæro qualiter punietur raptatus victus in bello. Iac. de Callicio dicit q. punietur corporaliter. & allegat vaticum, si quis ex magnatibus §. quia iustitiam. Ego credo contrariū, quia pugna non habet certam probationē, & sic non debeat puniri morte naturali, licet crimen, super quo conuictus est, morte naturali debeat puniri: quia in criminibus probationes debent esse luce clariores. Et ita tenet P. Iacob. de duello seu pug. §. item est notandum. adde Bald. in l. fin. C. de proba. et Hostien. in Sum. de pur. vulg. §. si in prin. Et istud etiā sequitur Raymundus Balistarij, ut reperitur in eius apostillationibus. duellum enim non habet probationē veram propter terrorem armorum. l. negātes. C. de actio. & obligat. Mors enim, per quam separatur anima à corpore, multum est vitanda. Aristoteles enim recitat in libro secretorum quod Hermogenes egregius 41 doctor scripsit, dicens † quod quando creatura interficit creaturam sibi similem sine

causa legitima, virtutes caelorum clamant ad diuinam maiestatem. Dicit tamen Petrus Iaco. quod si victus per pugnam perseueret in sua confessione, quod tunc debet mori, si crimen, in quo perseuerat, illā mereatur. Et istam partem secutus est Guilielmus de Vallesicha in dicto vsa. bataya. alleg. Host. in lectura in c. significantibus. de pur. vul. licet dicat quod quidam teneant quod victus in campo, praesertim de battijs maioribus, qui redigi non possint, & etiam in alijs casibus, dum raptamentum contineat homicidium, debeat, si est miles, vel de pararico, decapitari, & si de peu. su. 42 spendi. † Quæro, quid si aggressor fuerit victus in pugna? Dicit Petrus Iac. vbi supra quod debet puniri, sicut puniretur ipse reus victus. Guilielmus de Vallesicha in vsa. bataya. sic inquit: Quid si raptator moriatur in campo, quis desraptabit raptatū. Dic quod nullus: quia tunc ius operatur desraptamentum, & factum hominis eo casu non est necessarium, sed debet scribi & continuari mors raptatoris in processu acti. tato super bello seu raptamento, sicut fuit factum in processu den rayner edentalo. 43 † Quæro, quid si sumptus ascendunt ultra quadringentos morabatinos, nunquid victus vel habitus pro victo tenetur victori ad id, quod plus ascendunt sumptus, quam cccc. morabatinis. Et credo quod sic, prout videtur gl. in simili, in authen. generaliter. C. de epi. & cleri. & in vsa. bataya. circa finē, cum suis similibus. Et ita refert Berengarius Viues nepos se vidisse iudicari ipso presente in consilio regio, vbi erat copia doctorū & peritorum, in batallia nobilium Eximē perim de arenos, & R. Ruisech raptatorū ex parte vna, & Berengarium de Vilaragut ex parte altera: qui Berengarius fuit habitus pro victo, & dictus Eximē pro victore: & duellum fuit factum in ciuitate Ilerdæ coram domino rege Iacobo secundo: & propter hoc campus vocatur lo cāp den Ruisech: ut referunt antiqui sapientes. Quid si aliquis dedit campionem, & campio in pugna victus est, qualiter eius dominus, pro quo pugnavit puniri debeat. et Petrus Iaco. vbi supra, dicit quod mitius agendum est cum eo quo ad poenam. † Quæro: quid si alter in pugna moriatur, an eius corpus debeat furca suspendi, vel aliā male tractari. & Petrus Iacob. in dicto loco dicit

dicit quod non, sed nō debet in loco sacro sepeliri. Quæro, an ille, qui moritur in campo, sit seruus poenæ, ita quod eius testamentum rumpatur. Bald. de pa. te. quod non. Sed quæro, an vsatici, & constitutiones, & alia iura patriæ istud duellum permittentia sint valida? Et dico quod sic: quia quod principi placuit, legis habet vigorem: ut instituit de iure na. §. sed quod principi. l. j. & ibi Bal. ff. de constit. princip. sed dominus rex, & comes Barchinonæ est princeps Cathalonie, ut in vsatic. princeps nanq. & dixi supra in c. barones. nec recognoscit superiorem, ut dixi in c. si aliquis dominus. igitur & c. Constitutiones enim dominus rex potest facere de consensu, & approbatione praelatorum, baronum, militum, & ciuium Cathalonie: ut in constitut. regis Petri secundi in curia Barchinonæ c. cētesimo decimo quarto. & pro hoc vsatic. vnde cum dominus. Inno in c. cum accessissent. de cōstit. gloss. sed nunquid. text. Cyn. Bart. & Bald. in l. j. C. de sum. trini. suntq. ab omnibus obseruanda, ut in curia Perpiniāni regis Petri capitu. xxxj. cum secundum. Et pro hoc pragmatica regis Martini, quæ est tenoris sequentis: Martinus Dei gratia rex Aragonū, Valentie, Maioricarum, Sardinie, & Corsicæ, comesq. Barchinonæ, Rosilionis, & Ceritanie Nobili consiliario, dilectis & fidelibus Bernardo de Seneserra militi regenti officium procurationis Generalis pro nobis & alijs officialibus comitatus Impuriarum, easterisq. vniuersis officialibus nostris, & subditis, & locatis officialium eorundem presentibus, & futuris salutem, & dilectionē. Ad hoc vsatici Barchinonæ, & constitutiones Cathalonie generales sunt editæ, atq. factæ, ut omnes, & singuli intra Cathalonie Principatum degentes, vel domicilia sua fouentes per eas, & sub eis regantur, custodiantur, iudicentur, & penitus gubernentur. Cum igitur in comitatu Impuriarum iam dicto nobis ut scitis & c. Date in loco de Maella vigesima die ianuarij, anno à natiuitate domini Millesimo quadringentesimo secundo. Franciscus de Blanis. Adde aliam pragmaticam regis Petri datam Valentie octauo Idus Martij, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, vbi sunt hæc verba. Tenore presentis de certa scientia, & consultē vobis expresse dicimus, &

præcipiendo mandamus, quatenus baronibus, militibus, & generosis, ac militaribus personis, & alijs etiam quibuscunque obseruetis firmiter, & faciatis inuiolabiliter obseruari vsaticos Barchinonæ, & constitutiones generales Cathalonie & c. Et pro premisis faciunt constitutio regis Ferdinandi capitu. cum fere contraure. & constitutio reginæ Mariæ. Item per tolra vexa 45 tio. & c. lo fruyt. † In cōtrarium facit, quia duellum est contra ius diuinum, ut dixi superius: Deus enim dixit diabolo, Non tentabis dominum deum tuum. Item est contra ius canonicum, & ciuile, per iura superioris allegata. Nulla enim lex illud permittere potest, quia non potest habere titulum nisi malum, & reprehensibile. Postquam autem illa tria iura, quibus omnis fidelitas Christiana debet viuere, ipsum reprobant, & detestantur, & sic per dictos vsaticos & consuetudines introduci non potest. Item duellum inducit, & habet in se peccatum: & pugnant in duello, et occidens aduersarium in ecclesia iudicatur homicida: ut in c. secundo de cleri. pug. in duel. Nec aliqua longa consuetudine, aut longo tempore induci vel confirmari potest ut valeat. Mala enim consuetudo non est consuetudo, ut in authenti. vt nulli iudi. §. nulli verò. colla. ix. & ibi Ange. secundum Pet. Iacob. vbi supra, circa fin. & Ioan. de Anania. in capitu. 46 Henricus. de cleri. pug. in duel. † Consuetudo enim tunc dicitur iniusta, quādo contradicit iuri diuino, naturali, vel gentium: non enim tunc consuetudo appellatur; sed vsurpatio, secundum Angelum in l. iniuriarum. §. si quis. ff. de iniur. Quid igitur est dicendum? Et certe ego credo vltimam partem fore veram, per iura in ea allegata. Nec obstant iura pro prima parte allegata: quia in his, quæ sunt à iure diuino statuta, si aliquid in contrarium disponatur, quod inducat peccatum, non valet, secundum Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & in l. j. ff. de consti. prin. & not. gloss. Cyn. Barto. & Bal. in l. fin. C. eodem titu. Non enim præsumitur placere principi, nisi super possibili, & honesto, & quod sit iustū, & verum: & ideo clausula, Si veritate nitatur: semper in responsionibus principum intelligitur: ut l. ij. & fin. C. si contra ius vel vti. public. lex enim inferioris non tollit legem superioris capitu. quod super his. de maio. &

obe. de legi. l. si. vigesima prima. distinctio. capitulum inferior. cle. ne Romani. & ibi Petr. de Ancha. de elect. adde Barto. in d. l. j. de constituto. princi. iuuare verò posset: vt ibi dicit gloss. & Ancha. in dicta clemen. & allegat Guliel. de Monte. lau. istud tenentem: 47 & dicit quòd ibi colligitur quòd ius diuinum non potest tolli per ius canonicum, vel ciuile, nec etiam per statutum. allegat Innocen. in capitulo. cum omnes. & c. que in ecclesiarum. de constituto. nec etiam per viam indirectam. Allegat Bart. in l. j. ff. de testa. vbi dicit quòd non valet statutum quòd spurius succedat patri, quia nutrit peccatum, & inuitat homines ad incontinentiam. Allegat Frede. de Senis in suis consilijs. vide Bald. in j. constituto. Codicis, vbi singulariter disputat hunc articulum, allegando disputationem Ioan. Calde. & l. j. C. de iure annu. aureo. & hoc sequitur Petrus Jacob. vbi supra. vide Hostien. in Sum. de cleri. pug. in duel. §. an sit. Asten. in Summa de 48 duello. ¶ Quæro, dato quòd ista iura non valeant, an isti, qui duellant autoritate istorum iurium, peccent mortaliter. Asten. vbi supra. vide Inn. in c. plerique. extra de immuni. eccle. vbi dicit quòd non est seruanda lex, quæ est contra salutem animæ. Adde Bald. in l. cum quis. C. de iur. & fac. igno. vbi dicit quòd lex ciuilis ex quadam præsumpta causa aliquid statuens præter ius diuinum, non excusat quem in foro animæ. Quæro secundum Gulielmum de Valesicha in vsa. bataya. an si dominus raptabat vasallum suum pro repulsa firme dando raptamentum in curia, vasallus fuit desmentitus dominum suum, an teneatur se excondi reper batalliam, si vasallus offerat se postea firmare ius in posse eiusdem. Et dicit quod non, dicens quòd ita fuit iudicatum per curiam Barchinonæ. Querit vltèrius idem Gulielmus, quid si dominus dedit raptamentum contra suum hominem, seu militem officialem regium existentem, asserens dominus quòd talis homo suus tractauerat ipsi domino, & suæ terræ, corporis, & auerij amissionem, propter quod erat bator, & firmabat ius & c. vasallus miles & officialis dicebat quòd non erat locus bello, & minùs respondendum raptamento tanquam generali & obscuro: pro quo l. precibus C. de impu. & alijs subfti. & l. vt responsum. C. de transact. demum domi-

nus post aliquos dies suum declarauit raptamentum, asserens quòd dictus homo suus accusabat ipsum dominum de crimine falsæ monetæ coram domino rege: ad cuius denuntiationem dominus rex fecit inquisitionem, ex qua & meritis eiusdem fuit terra sua & eius persona in perditione, et confiscatione, et sic occisus erat dominus per vasallum suum, iuxta vsatic. qui se sciens. & sic erat locus bello, & firmæ. Sed vasallus replicabat quòd non erat locus bello, nec firmæ: & allegata per dominum sapiebant desouries, de quibus curia curare non debebat: nec in omnibus casibus compræhensis in allegat. vsatic. qui se sciens. cadit bellum, sed solum in quinto, qui est separatus à casu quæstionis prædictæ, maxime quia erat domini regis officialis, & si aliquid fecerit, facit vt officialis, & ratione officij, & non aliàs. Et pro hac parte curia Barchinonæ pronuntiauit, præsertim attentis verbis raptamenti, quòd non erat locus bello, & minùs firmæ. Et pro hoc in causa raptamenti facti per comitem Pallariën. cõtra Maymonum de castalls baiulum villæ Bergæ pro domino rege dubitando curia, an verba inserta essent de souries necne, & an officiendo peccasset necne: & sic in dubijs elegit viam tutiorem, secundum Gulielmum vbi supra. Et credo quòd bene fuit iudicatum: nam duellum est odiosum, & à iure diuino & humano reprobatum, per ea, quæ in hoc capitulo. tractaui: & consequenter potius debet restringi, quam ampliari. capitulo. odia. de regu. iur. l. cum quidam. ff. de libe. & posthu. Strictè enim accipi debet ista materia, cum inducat peccatum: & in materia stricta non venit nisi tantummodo id, quòd exprimitur, & omne non expressum censetur omissum, secundum Geminianum in capitulo. susceptum. de rescrip. libro sexto. l. quicquid adstringenda. de 49 verborum obligationibus. ¶ Iura enim, quæ permittunt duellum fieri in certis casibus, accipiuntur limitatiuè, & non egrediuntur formam permissam ab eis, argumento. ff. de iti. actu. §. priua. l. j. §. Viuianus. Facit quòd not. in capitulo. dilecti. de offic. ordi. per Innocen. Non enim reperitur iure cautum expressè quòd in hoc casu permittatur duellum, & sic non debet fieri extensio: vt l. si verò. §. de viro. ff. solut. matrimo. l. consti

constitutionibus. ff. ad municip. Speciale enim est in certis casibus: & sic in contrarium est ius commune. l. j. in fin. ff. ad municip. in dubijs enim fauendum est reo. l. Arrianus. ff. de actioni. & obligatio. capit. fauorabiliores. & capitulo. in obscuris. de regu. iuris. Exorbitantia autem à iure communi non sunt extendenda. Salicet. in l. si quis. C. de interd. ma. maxime quia in materia peccati standum est iuri canonico omnino duellum prohibenti, vt gloss. in capitulo. fin. de præscrip. ¶ Quæro, quid si raptatus est paratus, & paratum se offert die statuta, seu præfixa per regem tenere per tres dies campum, & raptator non potest bellare, seu pugnare, quia febris tertiana, vel quartana, vel podagra, lata sententia quòd bellum locum habeat, ei superuenierit, an excusetur raptatus, & perinde sit ac si intrasset, & tenuisset campum: Et videtur quòd sic: quia raptator habens aliquem morbum de prædictis pro sano habetur, & reputatur: vt l. qui tertiana. ff. de ædili. edic. Igitur si pro sano reputatur de iure raptator, & non vult intrare campum, pro victo haberi debet, & raptatus excusatus censerì debeat: vt in regula iuris, quòd per me non stat. Item raptator est alternatiuè obligatus, scilicet ad bellandum, vel pugnandum cum raptato, vel eum excusare, siue scindere in curia. Est igitur in electione raptatoris, vel raptatum excusare coram curia: quòd est sibi possibile, ex quo loqui potest, vel pugnare campum intrando, argumento l. plerunque. §. fin. ff. de iure do. & l. cum quidam. C. de verborum significatio nibus. igitur si aliquam viam prædictarum eligere noluit raptator, in culpa est, & per consequens sibi tantum, et non raptato, imputandum est. ¶ Item licet quis febricitans excusetur ante sententiam, intantum quòd ea lata aliquo litigatorum febricitante non valet, vt l. quæsitum. ff. de regu. iur. non tamen post sententiam, nec exequutio debet retardari, quia transiit in rem iudicatam: igitur si ita est, in proposito non debet propter hoc bellum retardari. Et hoc tenent aliqui sapientes antiqui. Ego verò sic distinguem, Aut febris, vel podagra est magna, & talis, quòd raptator suis rebus superesse non potest, aut leuis. Primo casu dico quòd excusatus est, vt non teneatur duellare. Et pro hoc allego textum in-

stituit. de excusa. tutorum. §. item propter aduersam. & l. podagra. circa finem. C. qui morbo. libro decimo, cum ibi not. & Nico. in capitulo. in nomine. de testibus. & pro hoc l. quæsitum. & ibi Barto. & Rapha. de re iudi. Et adde quæ dixi de hoc supra in capitulo. si aliquis dominus. & gloss. in feudis. de pac. tenen. & eius viola. §. si rusticus. vbi habetur quæ personæ excusantur à duello. Secundo casu credo eum non esse excusatum. Et ita intelligo not. per sapientes antiquos, vt superius retuli. Et pro hoc allego textum in l. ob quæ vitia. §. final. ff. de ædili. edict. & dict. l. podagra. in princip. Iouis enim febricula non dicitur febris, secundum Ludouicum in l. prima. §. excusantur. ff. ad Sillania. Not. quòd in Barchinona 52 seruetur quòd nunquam recipitur firmamentum, nisi prius fiat fides de treuga. Ita dicit Raymundus Ballistarij se vidisse scriptum in libro Iacob. de Monellis, Bernardi de Olzinellis, Iacob. de Valesicha, Bernardi de ponte, & Petri Canto, & in pluribus alijs: licet, vt ipse Raymundus refert, contrarium fuerit declaratum in curia Barchinonæ in raptamento facto per procuratorem, nobilis Bernardi de Capraria contra venera. Petrum Calin. in vigilia Ramispalmarum, anno trecentesimo octogesimo secundo. Quæro, quid si raptatus legitime citatus secundum formam prædictam, & dictarum ordinationum noluerit venire ad curiam, vt pote quia allegabat peremptorium fore circumductum, & ex hoc instantiam perisse, iuxta l. & post. ff. de iudi. vel quia dicit, vel ostendit libellum raptamenti esse ineptum, ideo dentibus lacerandum. l. j. ff. de assessoribus. & ideo eidem non esse respondendum, & per consequens non esse admittendum, argumento l. prima. in princip. ff. si menfor fal. modi. vel quia dicit raptatorem fore contumacem, & sic non audiendum, vel non esse admittendum, donec raptato satisfecerit in expensis: & sufficienter cauerit quòd de cætero in assignandis ei terminis fideliter comparebit, vt capit. primo. de dolo & contu. libro sexto. Vel quòd alias proponat legitimas rationes quare duellum fiendum non sit, vel eidem locus non existat: quia non est verisimile sub verbis ordinationis huiusmodi raptato exceptiones legitimas non denegantis eas denegari, nec tot iura

vnico verbo corrigi. l. si quando C. de inoff. fi. tes. Ex quo enim hæc per ordinationem huiusmodi non tolluntur, stare non prohibentur, argumento. l. sancimus. C. de testa. l. præcipimus. C. de appel. præterea isti casus non sunt comprehensi in ista ordinatione, & sic relinquuntur dispositioni iuris communis, præsertim in casu odioso, vt hic, argumento. l. commodissime. ff. de liber. & posthu. ff. soluto matrimo. l. si cum dotem. in princip. Hoc etiã importare videtur verbum pendra, hic positum: quasi dicat, quod vicarius debet firmam huiusmodi, si oblata fuerit, recipere, aliàs nõ, argumento. l. cum prætor. ff. de iudi. & l. maritus. C. de procu. Pro quo facit l. quicquid. ff. de verborum obligationibus. ¶ Plus etiã hæc ordinatio non videtur tollere defensiones huiusmodi legitimas, quas princeps non posset tollere, cum sint de iure naturali, extrã de re iudi. capitu. pastoralis. in clementi. §. penulti. Præterea verbum poena, prædictum licet sit aptum de sui natura comprehendere firmamentum iuris oblatum & coactum, tamen ciuilitè intelligendo oblatum, & non coactum, vbi firmamentum raptatus non tenetur facere iustis fulcibus rationibus, continere intelligitur, argumento. l. vt gradatim. §. & si lege. ff. de muner. & ho. & sic non debet recedi à verbis statuti, vbi nulla iuris absurditas sequatur, argumento l. secunda. C. de condi. infer. quod secus esset, vbi inconuenientia sequeretur: vt dicto. §. et si lege. & eodem tit. l. rescripto. in princip. & l. quamuis. ff. de in ius voc. vbi videtur textus in ratione de hoc. Et quod per generalia verba ordinationis huius nõ videantur exceptiones, seu defensiones huius legitime denegata, facit optime l. testandi. cū simi. C. de testa. Pro ista parte etiã facit, quia statuta debent interpretari secundum ius commune: vt notatur in capit. causam, quæ. de rescriptis. per Innocen. in gl. j. nec mirum, quia odia restringi & debent operari vt minus possint: vt capitu. non potest. in fine. extrã de præben. libr. vj. ¶ Præterea dico quod raptator post firmamentum & satisfactionem ab eo præstitam, vbi die raptato præfixa nõ ad fuerit, iterum de nouo admonendus sit ad hunc finem vt ad prosequendum raptamentum, vel ad reuocandum eum, vt sequitur, compellatur: vt habetur in alio capitu. e si aquell & c. circa

finem. & nihilominus extra ordinem, nisi fecerit, punietur: cum ad expensas tenebitur raptato pro prima contumacia, anteq̃ audiatur: vt l. sancimus. C. de iudi. & ita intelligit Iaco. de Ra. l. qui crimen. & gloss. eius. C. qui accusa. non pos. & l. eum quem temere. ff. de iudi. Et quod dicta lex loquatur in prima contumacia, tenet Iacob. Ra. uen. Petr. & Cyn. in dicta l. sancimus. in v. questione. licet Iac. de Areti. ibi dicat contrarium. Tenebitur autẽ raptator de omnibus expensis factis per raptatum à tempore citationis emissæ citra: vt c. cum dilecta. in fin. extrã de do. & contu. non autem per alios pro raptato: vt l. si. C. de fruc. & lit. expensis. secundum casum gloss. à libro Raymundi Ballistarij antiqui sapientis Barchinonæ, qui apostillauit dictas ordinationes. et idem tenent Berengarius Viues, et latius Gulielmus de Vallsicha in vsatic. bataya. Quæro iuxta tex. dictarum ordinationum. 55 §. lo raptat. vbi habetur ¶ q̃ raptator potest probare intentionem suam per instrumenta, vel testes, & c. nunquid hodie istud sit verum? Quidam dicunt quod nõ, cum dictum c. corrigatur per constitutionem curiæ Gerundæ regis Iac. secundi, quod incipit, item statuimus, & ordinamus q̃ si aliquis fuerit raptatus, & c. Item etiã per dictam constitutionem dicunt esse correctum vsaticum, qui se sciante ibi: si probatus, vel conuictus fuerit: sed ipsi qui hoc dicunt, nihil allegant. Tu verò pro eis allega. nam dicta constitutio simpliciter loquitur, hoc est q̃ raptatus de bauia, vel prodicione, aut treugis fractis potest fidem suam ostendere per batallia: & sic non videtur requirere aliquas probationes, nec q̃ raptatus sit conuictus: quia dicta constitutio illud non dicit: & vbi lex aliquid non dicit, nec nos dicere debemus, secundum Bal. si de feu. defun. mi. §. & si vassallus. Si enim dominus rex, & curia voluissent quod fierent probationes, illud dixissent. c. ad audientiam. de deci. non enim est nostrum legem extendere: vt l. si verò. §. de viro. ff. solut. matri. authenti. quas actiones. C. de sacrosanc. eccle. de testa. mi. l. constitutum. Item dicta constitutio generaliter loquitur, & sic generaliter debet intelligi. l. prima. §. generaliter. ff. de legat. præstan. nec ista generalitas debet restringi. gloss. fa Bartol. & Bald. in l. non dubium. C. de legib. Contrarium tamen credo: nam dicta

dicta constitutio intelligitur secundum dictas ordinationes, & vsaticos: legum enim correctio vitanda est. l. j. C. de inoffi. don. & c. cum expediat. de elec. libr. vj. ¶ Noua autem lex non tollit præcedentem, nisi quatenus ei contrariatur: quoniam nulla lex corrigitur, nisi vbi hoc expressè inueniatur. in authenti. de non ali. aut permut. §. vltimo. & ibi gl. in verbo, nisi tantum. colla. ij. & Bal. de feud. ali. §. porro. à iure enim veteri non receditur: ideo regulariter iuri antiquo standum est, nisi in quantum reperitur recessum per nouam constitutionem, quando noua constitutio exorbitat à iure communi. de regu. iur. quæ à iure communi. & de regularib. constitutionem. in principi. super verbo Prorogamus. libr. vj. per Ioan. And. Adde Gemi. in c. constitutio. de elec. eo. li. vbi dicit quod noua iura disponètia super materia legis antiquæ, non mutant antiquam legem, nisi in casu expresso tantum. Vide quæ dixi supra c. castellanus. in viij. oppo. Leges autem semper debent concordari per aliquam distinctionem, aut limitationem saluari, secundum Barto. in extrauag. ad reprimendum. In verbo, non obstantibus. & c. de nouo Cod. compo. §. quibus. Nec obstat quod dicitur, quod vbi lex nõ dicit, & c. quia illud verum est, nisi reperitur alia lex, quæ illud dicat, sæpenumero lex antiqua limitat legem, & constitutionem nouam: quia non est nouum priores leges trahere ad posteriores. ff. de legib. l. non est nouum. & l. sed & posteriores. & not. in authen. offeratur. C. de litis contestata. coniuncta l. sciendum. cum ibi nota. ff. qui satisda. cogan. Nec etiã obstat quod dicitur, quod si dominus rex, & curia illud voluissent, & c. quia ex quo iam expressè per iura specialia ita dispositum erat, non erat 57 necessarium iterum velle: ¶ quia illa iura specialia per ipsam constitutionem generalem non videbantur, neque videntur correctæ, per regulam, quod nunquam per generalem legem vel statutum sequens videtur sublata specialis lex, aut sublatum speciale statutum præcedens: vt l. decurionibus. C. de silen. libr. xij. ideo etiã per speciale videtur statuto generali subsequenti derogatum, arg. l. vxorem. §. felicissimo. ff. de lega. iij. nisi de lege vel statuto particulari, & primo fuerit facta mentio specialis. Ita dicit Bart. in l. j. §. diu. ff. de sep. viro. & quod

not. Salic. in l. si. C. de testa. adde c. j. de constit. libr. vj. Nec etiã obstat, quod dicitur, q̃ non est nostrum legem extendere, & c. quia illud verum habet si est dispositum contrarium per aliam legem: quia tunc non fit extensio, vt corrigat legem contrariam: sed si non est dispositum contrarium, tunc potest fieri extensio ad id, quod per aliam legem sibi similem est dispositum, secundum Bald. in l. non dubium. C. de legi. ¶ Nec etiã obstat q̃ generalitas legis nõ debet restringi: quia fateor contrarium, quando illa restrictio fit propter defectum rationis, vel aliam fraudentem æquitatem: quia tunc non potest regulariter. Secus est, quando fit illa restrictio per aliam legem. Et ita dicit Bart. in d. l. non dubium. & sic est in nostro casu. Et consequenter dicti sapientes antiqui, qui dixerunt dictam constitutionem corrigere dictam ordinationem, & vsaticum, male dixerunt. Alij verò antiqui sapientes volentes per subauditionem saluare dictum vsaticum, videlicet ibi: si probatus, vel conuictus fuerit. subaudiunt, scilicet per batallia. Sed iste intellectus mihi non placet: quia est contra ea, quæ sequuntur in dicto c. lo raptat. & contra c. si aquell, qui est raptat. & sic tene quod superius dixi. Et adde hic quod superius scripsi in q. quæro in quibus casibus. & in questio. aliqui conueniuntur. vbi de hoc tetigi. Quærit Guliel. de Vallsicha in dicto vsatico, bataya. an compellatur quis expiare super raptamento sibi facto, & per quem modum fiat compulsio. & remittit se ad not. per Iacobum de Monteuda. in vsatico, si quis in curia. Et an in omni bello requiratur paritas generis & corporis, idem Guliel. se remittit ad distinctionem Iacob. de Monteud. in vsatic. & si à potestate. Sed iterum quærit idem Guliel. ¶ in quibus bauis par peti potest, & in quibus nõ? Et dicit quod d' tres sunt bauis, ex quibus par per raptatum peti non potest. Prima est, si quis vassallus raptatur quod interfecit dominum suum. Secunda si raptatur vassallus quod cognouit vxorem domini sui. Tertia si interfecit alium in treuga conuentionali: vt capitu. xxv. in prima curia Barchinonæ domini Regis Iacobi. In omnibus autẽ alijs bauis par peti potest, secundum eum. Et est ratio: quia omnia censentur à iure permissa, nisi inueniantur prohibita. glossa in l. quinquaginta. in ver-

bo cogendus. ff. de probationi. Non enim videtur prohibitum, nisi in dictis tribus casibus. ergo videtur permissum in alijs. Et pro hoc gloss. in l. necnon. §. quod eis. ff. ex quib. cau. maio: Ludo. in l. maritum. §. eleganter. ff. sol. mat. glo. in c. inter corporalia. in verbo inuenitur. extrà de transact. Sed
 60 **quærit idem Guli. ¶ qualis debet esse par.** Et dicit quod debet esse tanti valoris in diuitijs, & quod sit æqualis in mensura personæ, et cum istis est par iudicandus, & potest fieri bellum. Et alleg. in feu. de pac. te. et eius vio. c. si miles. Tu verò vide in ordinationibus belli. §. mas en contra sembla. Et adde Bal. de pa. te. vbi dicit quod si prouocans ad duellum non habet nisi vnum oculum, quod debet aliud claudi. idem de alijs membris. Et pro hoc vide constitutio. Regis Iacobi secundi in curia Barchinonæ. c. item que si algu fera raptat. cum c. sequen.
 61 **¶ Quæro, ecce quod raptatus in sua responsione dicit, tu mentiris, an per hoc videatur sufficienter responsum libello raptamenti.** Et dico quod sic: nam ita fuit responsum per Nobilem Berengarium de Angleso. la raptatum per Berengarium de Ruisech. coram illustrissimo Rege Iacobo in ciuitate Herdæ, anno domini M. ccc. xvij. iij. Idus Iunij, de morte perpetrata in personam Raymundi de Ruisech eius fratris, qui eius responsionem fecit per verbum Tu mentiris. In contrarium faciunt dictæ ordinationes in cap. lo raptat. vbi habetur, quod debet respondere breuiter planè confitendo, vel negando factum clarè: sed dicendo, tu mentiris: non respondit planè, neque factum clarè confessus fuit, aut negauit: ideo confusè, quia ad alium sensum possunt ipsa
 62 **verba referri. ¶ Nam ille dicitur mentiri, qui falsum scienter dicit, non autem ignoranter.** ff. de peti. hæred. l. qui interrogatus. & ibi Angel. igitur. & c. Certus enim debet fieri raptator ex responsione dicti raptati, an confiteatur vel negare videatur. Et hoc vult dicere verbum Clarament, positum in dictis ordinationibus: de quo verbo vide Bald. in authenti. hoc inter liberos. C. de testamen. vbi enim requiritur certitudo speciei, non sufficit certificationem fieri per verbum generis, sed requiruntur verba denotantia speciem, secundum glo. in cap. si episcopus. de præben. lib. vj. in verbo Certas. **Quod nota pro statutis, secundum Gemi,**

ibi. Et adde glo. in c. quia in cunctis. de cõ. ces. præben. eo. lib. §. ex parte. in verbo certam. **Quid igitur est dicendum?** Et certè credo. vltimam partem fore veram. Et pro hoc facit, ¶ quia per verbum, Tu mentiris, non fit litis contestatio, secundum Bal. in l. turpia. ff. de leg. j. & Ludo. in l. si quis. ff. de acqui. hære. Adde Nic. in c. olim. extrà de lit. contest. Nec obstat responsio facta per dictum Nobilem Berengarium de Angleso sola: quia illa fuit de facto, & nõ debet attendi quicquid fit, sed quod fieri debet. c. cum causam. de elec. Ea enim, que de facto fiunt, debent reuocari. Bart. in l. fundus. ff. de rescin. ven. Non enim exemplis iudicandum est. l. nemo. C. de iur. om. iudi. Quod venit limitandum, nisi reperiretur quod talis responsio bis recepta sit: quia tunc inducit consuetudinem. l. nemo. & ibi glo. C. de episcop. audien. Bald. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liber. & posthu. Et pro hoc facit quod dicit Bald. in l. j. C. quando prouo. nõ est neces. & Ang. Are. ff. de app. in l. si expressim. quod si tot essent late sententiæ similes, quod inducerent consuetudinem, & iudex arctaretur ad sequendum
 64 **aliorum iudicium extrà. ¶ Quæro, quid si clericus designat locum duello, an fiat irregularis, si homicidium sequatur?** Bald. in l. athletas. §. designatores. ff. de infami. dicit quod non. **Quæro iuxta text. dictarum ordinationum in capit. lo raptat. quid si raptator non probauerit suam intentionem per instrumenta, vel testes idoneos, nunquid ita indistinctè duellum iudici debeat?** Et credo quod nõ: ideo eius libellum per indicia & cõiecturas probare tenetur: quia pugna nullis indicijs præcedentibus fieri nõ debet. Alioquin quilibet de se paratus alium ad pugnam sine causa prouocaret: quod est absurdum, secundum Bal. de pa.
 65 **te. & eius vio. ¶ Quærit Berengarius Viues, an bausa possit probari per instrumentum, cum in ordinationibus belli dicatur per testes & instrumenta?** Et remittit se ad no. per Cy. in l. sciant. C. de proba. & prout dicitur per Arch. in c. cõstitutione. extrà de ver. sig. li. vj. Tu adde Bal. in l. cõtra. C. ad leg. aq. Salic. in l. singulariter. C. qui accu. Bart. in l. senatus. ff. ad Turpil. & in l. nõ intelligitur. §. tãta. ff. de iure fis. gl. in c. cõ quidam. de iur. reur. in verbo datis. & ibi Gemi. lib. vj. &
 66 **Bald. in d. l. sciant. ¶ Quæro, vbi debet fieri**

fieri pugna? Respondeo vbi iudicandum est, secundum Bal. de pa. te. & adde quod statutum est in dictis ordinationibus. Et pro cõplemento materiæ nota quod de verbo bataya fit mentio in vsatic. qui se sciente. & in vsa. de alijs. & in vsa. potestatem. & in vsa. si quis in curia. & in vsat. si à potestate. & in vsa. sacramentũ. & in vsa. quia iustitiam. & in vsa. milites. & in c. xxj. curiæ primæ Regis Petri. & in vsat. ex magnatibus. & in c. j. & in c. ite statuimus & ordinamus. in curia Gerundæ, Regis Iacob. & in vsat. cum temporibus. & in vsa. bataya. & in vsa. qui seniorẽ. & in vsa. similiter. & in vsat. senex. & in vsa. alij. & in vsa. sacramenta. & in vsa. feuos. & in vsa. vxores. & in vsat. nisi te. Et de verbo iudicata, positum in prin. dictarum ordinationum, vide in dicto vsat. si à potestate. cum ibi not. & in vsat. senex miles. cõ ibi not. & in c. significantibus. de purg. vul. & in vsat. si quis in curia. & in c. j. & c. xxv. curiæ Gerundæ Regis Iacobi primi. & priuilegiũ Barchinonæ. c. quod nemo potest. & c. xxiiij. & c. xxiiij. in prima curia Barchinonæ Regis Iaco. Et de verbo ab Treues, habetur in vsa. simili modo. & in vsa. lauda uerunt. & in vsa. item statuerunt. & in vsat. omnia. Et in vsat. treugas. & in vsat. si quis per treugam. & in c. cum inter nostros. & de verbo, per traycio. habetur in vsatic. si sacramentum. & in c. diuinarum. §. proditores. & in c. in primis. §. proditores. & in c. in Christi nomine. §. item statuimus, quod nullus raptatus curiæ Dertusæ, in pacibus & treugis. & in consti. curiæ Parpiniani. c. vt occasione raptamẽt. De hoc verbo habetur in vsa. si quis cõtradixerit. & in vsat. si quis in curia. & in vsa. & si è potestate. & in vsa. senex miles. cum ibi not. & in vsa. cõstituerunt igitur. & in vsa. si quis seniore suum despexerit. & in vsa. miles verò. & in c. notum sit cunctis. §. sub hac pace Dertusæ pacis & treugæ Regis Iacobi. & in c. xxj. curiæ primæ Barchinonæ Regis Petri. & in c. nolite. xj. q. iij. & in vsat. cum temporibus.
 67 **& in vsa. cum inter nostros milites. §. si. ¶ Et quia hic fit mentio de proditore, quæro quis dicatur proditor?** Vide Bartol. in extrauaganti quoniam nuper. & Bald. in feud. qui. mod. feud. & in authen. item nulla communitas. C. de episcop. & cleri. Angel. Areti. institutu. de hæred. quæ ab intesta. §. interdum. & Bartol. in l. respiciendum. §. delin-

quunt. ff. de pœnis. & ibi recurre. Sed an si vnus est vnus partialitatis, quæ est in ciuitate, vel regno, & efficitur de alia, an cõmittat prodicionem. Ludouic. in l. hoc iure. §. si quis seruo. ff. de donationi. dicit quod non. Et nota quod proditor est alienus ab omni facie dominorum, & principum, secundum Baldum in feud. an ille, qui interf. Sed si aliquis fuerit restitutus, non debet nuncupari proditor, ideo iniuria sibi fit, secundum Andræ. de Iser. in capitul. primo, quæ fuit prima causa benefic. amit. & Andræ. de Sici. in capitul. cum te. de re iudica. De hac materia vide multa bona per Gul. Præpositum in suo repertorio, siue alphabeto super vsaticis, in verbo bataya. Et qui dicuntur pares, seu consimiles in hac materia gloss. & Iacob. de Monteida. in vsatico, & si à potestate. **Quæro, ¶ secundum eundem Guliel. de Valesicha, quid si pars vincens fecerit expensas occasione belli excedentes cccc. morabatinos auri, an quod plus est possit recuperari à victo, seu eius bonis?** Iaco. de Monteid. tenuit recitando factũ den Rayner edentelo, quod non, & ita fore per curiam Barchinonæ iudicatum: sed vsatic. bataya. ibi cum dicitur, & assequatur hoc, pro quo bellum factum erit, & omnes missions. & vsatic. & si à potestate. ibi cum dicitur, cum damno & pro do: quod pro hoc debuerit habere & in libello de batalle. capitul. e si lo raptat se pora saluar. ibi cum dicitur, totes messiõs. videntur contraria. & istud videtur de mente textum vsaticorum, & legum patriæ procedere, quicquid tunc temporis fuisset per curiam Barchinonæ, & non regiam iudicatum: vt l. fin. C. de legi. Et pro hac opinione facit l. non ignorent. C. de fruc. & liti. expen. & in authen. generaliter. gl. super verbo partem. C. de episcopis & clericis. & l. qui crimen. in fine. C. qui accusa. non pos. et in authen. quod fieri. C. de dila. & l. ab accusatione. §. primo. ff. ad Turpillia. et l. eum quem temere. ff. de iudi. & l. properandum. §. si autem. C. de iudi. Guliel. vbi supra. Et istam partem puto veram. Nec obstat quod dicitur, quod ita fuit iudicatum, quia non exemplis, sed legibus, & vsaticis, ac alijs iuribus municipalibus iudicandum est: vt l. nemo. C. de senten. et inter. om. iud. per ipsa enim iura patet quod dictæ expensæ sunt restituendæ. igitur & c.

Item

§. VI.

Tem homo. De materia huius §. vide Spec. in tit. de feu. §. quoniam. verli. xvij. Sed quæro, an dominus teneatur dare vasallo alimta, dum litigat cum eo. vide Iaco. de Calli. in vfat. placitare. & quæ scripsi supra. in c. j. Adde glo. in vfat. bataya. per quam doctores notarunt quod dominus, qui dat iudicem, tenetur facere expensas iudicis, & vasallo litiganti: & si in aliquo vicerit dominus, recuperabit tam illas quam suas à vasallo. Et ita seruat. Facit ad hoc C. de ordi. cog. l. si. cum ibi not. secundum B. de Burdillis iuris peritum & valde practicum in iuribus patriæ Gerundæ. Adde not. per glof. et docto. extrâ, de accu. c. ex parte. & idem habetur in privilegio del recognouerunt proceres. quâdo dominus dat iudicem suo emphyteute. & facit de operis lib. l. suo vitu. & ff. de annu. lega. l. Mauria. §. fin. quia qui rem dare debet, ad locum suis sumptibus portare debet. ff. de leg. j. l. cum seruus. & extrâ de voto. c. magne. & qui tenetur facere aliquid, suis sumptibus facere debet. extrâ de hare. c. vt commissi. libr. vj. & de cenli. c. j. eo. lib. Ordinarius autem, qui dat delegatum, debet facere suis expensis. de offi. ordi. c. inter cætera. Adde glo. extrâ de rescrip. c. nonnulli. super verbo, extra duas dietas. ibi: sed expensis actoris.

§. VII.

Tem non. De materia istius §. scripsi latè supra in c. castellanus. & c. si dominus. & de requisitiõe hic cõtenta cõcordat cõstitutio Ceruarie. c. item ne super laudimio. ver. fatica. & adde quæ scribam j. c. cautu. Et de isto verbo occupare, dic qd debet exponi, id est, emperare: vt de ista empera scripsi supra c. si castellanus.

§. VIII.

Tem feudatarius. De materia huius c. vide in d. c. castellanus. Spec. tit. de feu. §. quoniam. ver. xxx. & de iuuamine dixi supra. §. ite debet dominum. Et de materia operu castri scripsi supra in c. & si non est. in verbo dirutu. & in c. si aliqui alodiarii.

§. IX.

Tem si vasallus. de materia huius §. vide Spec. in d. §. ver. xxx. & Io. And. in addi. Spe. & adde consti

tutionem Regis Petri tertij curie Ceruarie c. item ne super laudimio. verli. & fatica.

§. X.

Tem si aliquis. De materia huius §. vide Spe. vbi supra. ver. xvij. & scripsi supra in c. vasallus, siue castellanus. & in c. si aliquis dñs in materia seruitij. & pro concordan. finis istius §. vide l. j. C. de emed. propin. & l. j. C. de eme. ser. & quâdo recurrendum sit ad ordinariu, vide quæ scripsi supra in prin. huius capituli.

§. XI.

Tem quæcumque. Pro concordantia huius §. vide in constit. Regis Petri, in prima curia Barchinonæ. c. ite qd si barones. & supra c. si autem. & de feud. non ha. propri. na. ad. de Iac. Calli. in vfat. magnates. & si vasallus feu. pri. vbi Bal. Io. And. in addi. Spec. tit. de feu. Host. in Summa. tit. de feud. §. quid sit feu. de feu. mar. §. duo. vbi Bal. supra c. licet. in fi. in feu. quid sit in uel. §. prætereà. vbi Bal. & in prælu. feud. & qui feud. da. pos. §. hoc autem. † Et not. qd istud verbum conuentio est generale ad omnia pacta: vt est tex. in l. j. §. conuentionis. ff. de pact. cum §. seq. & ibi Barto.

§. XII.

Tem si quâdo aliquis baro, siue dominus dat feudum, & dicit sic: Concedo tibi tali & heredibus tuis tale feudum: non debent in tali casu succedere illi feudatario, nisi hæredes de suo corpore descendentes: quia dñs sic donans de illis solummodo videtur cogitare, nō de alijs, qui non sunt de corpore descendentes eius, cui sic concessum est feudum.

S P M M A R I V M.

- 2 Feudum alicui pro se, & heredibus suis concedi potest. Extraneus in feudis non uenit nomine hæredis.
- 3 Vel, quando pro Et, ponatur.
- 4 Hæredis nomine qui ueniant, & quando.
- 5 Hæredes extranei an possint in feudo succedere.
- 6 Feudum alicui pro se & heredibus suis constitui qualiter intelligatur.

Hæres

- 7 Hæres extraneus in Cathalonia admittitur ad feuda.
- 8 Extraneus in feudo succedere potest, pro quo quis ad seruitij præstationem non obligatur.
- 9 Hæres extraneus in feudo exiguo succedere potest.
- 10 Stipulatio quando in hæredem sit transmissibilis, & qm nō.
- 11 Feudum pro se & descendentibus ex suo corpore concessum, non transmittitur ad extraneos.
- 12 Pacta in feudis apposta sunt seruanda.
- 13 Pactum in feudis quid operetur.
- 14 Feudum existenti in sacris concessum pro se & heredibus suis, ad quos hæredes perueniat.
- 15 Ascendens quare descendenti non succedat in feudo.
- 16 Feudo pro se, masculis, & foeminis concessio, an succedat foemina filius.
- 17 Fideicommissarius uniuersalis, an ueniat nomine hæredis.
- 18 Fiscus an ueniat hæredis appellatione.
- 19 Successor singularis, an ueniat nomine hæredis.
- 20 Monasterium an contineatur appellatione hæredis, & an succedat in feudis.
- 21 Proles nomine quid significetur. Progenies quid significet.
- 22 Profapia quid significet. Gens alicuius que dicatur.
- 23 Necessarii qui dicantur. Genus quid sit, & qui de genere.
- 24 Posterii qui dicantur. Parentes qui sint.
- 25 Consanguinei proprie qui dicantur. Propinquorum nomine qui ueniant.
- 26 Sui qui sint.
- 27 Nepotis nomine an ueniat fratris filius.
- 28 Familie nomine qui ueniant.
- 29 Affines qui dicantur.
- 30 Cognatorum nomine qui ueniant. Nati qui dicantur.
- 31 Emphyteusis ecclesiastica, an in hæredem transeat extraneum.
- 32 Feudum an in descendentes transeat in infinitum.
- 33 Descendere qui dicantur ex corpore primi parentis. Feudum si accipiatur pro se & heredibus suis, an hæredes succedant iure conuentionis, an uerò iure successionis.
- 34 Possessor bonorum, an ueniat hæredis appellatione.
- 35 Dominus uasallo uiuo, an possit alium de feudo inuestire, quod post mortem uasalli ad dominum est reuersuru.
- 36 Feudum seu beneficium uiuentis, an possit conferri alij, qui post mortem possidentis illud obtineat.
- 37 Rex superiorē nō recognoscens supremā habet potestatem.
- 38 Pactum de futura successione est à iure reprobatum.
- 39 Feudum alicui & suæ posteritati concessum, an in extraneos possit transferri.
- 40 Feudum natura sui non est ad extraneos transmissibile.



Tem si quando. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte dicit, qm feudum est datu pro se & heredibus suis, qd nō ueniunt nisi hæredes de suo corpore descendentes. In secunda parte dicit, quod nō ueniunt alij, qui nō

sunt de corpore feudatarij descendentes. Prima pars incipit ibi, item si quâdo. Secunda pars ibi: quia dñs. Casus. Si feudum est datum alicui pro se, & heredibus suis, nō succedunt in illo, nisi hæredes feudatarij de suo corpore descendentes: quia de illis uidetur cogitasse, & nō de alijs. h. d. Collige notabilia. † Nota primò, qd feudum potest concedi alicui pro se & heredibus suis. Vide in feu. de eo, qui sibi, & heredibus suis. c. j. & Spe. tit. de feu. §. qm. verli. xxvj. Nota secūdò, qd si feudum concedatur pro se, & filijs suis, qd nō succedunt nisi hæredes de suo corpore descendentes. cõcor. Spec. vbi supra. Io. de Bla. insti. de act. præiud. p. quæ pet. val. circa fin. & Bal. in feu. si de feu. defun. m. §. fi. vbi dicit qd in feu. appellatione hæredis nō uenit extraneus. Et vide eū, qd feu. da. pos. §. hoc autem. vbi dicit qd nō dicit mortuus cum hærede in materia feudali, extraneo hærede instituto. No. tertio, qd qm dñs dat alicui aliquam rem in feudum pro se & heredibus suis, qd nō uidetur cogitasse qd alij in feudo succedat, qd succedentes ex corpore suo. Expone litera. Baro. Quis dicat baro, vide supra c. barones. & quæ ibi dixi. Siue dñs, indefinite ponit, & sic cõprehendit oēs cuiuscumq; cõditionis, qui feudum cõcedat. Feudum subaudi. i. aliquam rem in feudum. Tali, & heredibus eius. In feudis ponit in rubro & in nigro, de eo, qd sibi & heredibus suis. & sic hic ponit dictio Et, & ibi dictio Vel: sed Bal. ibi in uerbis. sibi, vel heredibus. dicit qd nō refert, utrum ista uerba cõcipiantur pro se & heredibus suis: † qd dictio Vel, qm ponit inter hæredem & cõtrahentem ponit pro & ordine iuris seruato. Tex. est ibi no. secundum eū. Adde aliū casum. ff. sol. mat. l. Caius. Nisi. De ista dictioe scripsi supra in c. si autem. Hæredes. In feudis uerbum Hæres accipit pro filio, secundum Lud. in l. etiã. ff. sol. ma. Corpe. Quot modis dicat corpe, not. de exce. præla. c. dilecta. Opp. j. qd appellatione hæredis contineant oēs successores usq; in infinitum, & sic nō modò descendentes, sed etiã ascendentes, agnati, & cognati, & alij, qui sint successuri: vt l. hæredis. ff. de ver. si.

3 Sol. † Illud est regulare: fallit in materia feudali, vt hic, & per alia iura supra allegata. Item fallit in usufructu, in quo de primo hærede tantum intelligitur, ne proprietas sit inutilis: vt C. de usufructu. l. ambiguitas. Et in testamento, in quo si hæc uerba adiecta sunt à testatore, de filio tantum intelli

intelligitur: vt l. ex facto. §. vlti. ff. ad Treb. Sed contra regulam ante datam facit gloss. in l. hæredes. & l. hæreditas. ff. de verb. sig. & insti. de bo. pos. §. quos autem. Sed istud habet locum de iure prætorio, quod superius dixi de iure ciuili, & sic nõ obstat. **O**ppo. secundo, ¶ quod extranei hæredes possint succedere in feudo, etiam quod concessum sit pro se, & hæredibus suis, vt in cõstitutione Ceruarie Regis Petri tertij. c. item ne super laudimio. ver. adijcietes. cum ver. seq. vbi habetur qd vasallus potest disponere de feudo in capacem: & etiam quod ille proximior, qui succedit in bonis vasalli, succedat in feudo: & sic hodie per ipsam constitutionem successio feudi similis est alijs successiõibus, in quibus extraneus hæres admittitur, contra id, quod not. Spe. in tit. de feu. §. quonia. ver. xxv. & colligitur in §. si verò ipsius cõstitut. vbi admittitur in feudo extranea persona. Sol. Quod hinc dicitur, est de iure consuetudinario: secus est per ipsam constitutionem. Lex enim generalis tollit consuetudinem specialem, secundum Bartol. in l. fina. C. de testamen. & est ita cautum in dicta constitutione. Item ne super laudimio. versic. & prædicta, & subscripta. **O**pp. tertio, de vsatico. Itẽ statuerunt siquidẽ principes prædicti, vbi in casu exorquie nobilium videlicet, & magnatũ, tam militum, quàm burgenſium eorum alodia debent venire in potestate principũ. Solu. Dicunt ibi Iacob. de Monteud. & Guliel. de Valleſi. quod ille vsati. hodie est correctus. Sed Iac. de Callicio in exgrauatorio curiarum. in §. vij. versicu. cliij. ponit largam distinctionem, dando intellectum huic capitu. & dictæ constitutioni. item ne super laudimio. ac dicto vsatico, itẽ statuerunt. Ego verò vt ista materia tibi liqueat, sic distinguo: ¶ Aut feudum fuit concessum alicui simpliciter, aut pro se, & hæredibus suis, aut pro se & hæredibus suis de suo corpore descendentes. Primo casu aut quaris de iure cõmuni feudali, aut de iure Cathalonico: si de iure cõmuni, dic qd pro se, & filijs masculis hæredibus concessum intelligitur: vt not. glos. ordi. in cap. j. quib. mod. feu. consti. potest. in vsi. feud. ea. ratione, quia quilibet non solum sibi, sed suo heredi prouidisse intelligitur in dubio: vt est doctrina textualis in c. j. de duo. fra. a cap. inuest. ad idem l. si pactũ. ff. de proba.

Et hoc etiam sequitur Bald. qui. mod. feu. consti. potest. Si autem queris de iure Cathalonico, & etiam subdistingue. Aut de iure consuetudinario, aut de iure vsatico, rum, aut de iure constitutionum. Primo casu etiam videtur concessum pro filiabus, cum filia nõ superſtite masculo de iure cõsuetudinario succedat in feudo: vt est text. supra capitul. si defuncto. & capitul. nullus. & quæ ibi latius scripsi. Secundo casu dic quod ibi speciale est in feudo Regio a domino Rege concessio: secus in alijs feudis non Regijs. Vel dic quod ille vsaticus, item statuerunt. est correctus secundum dictos Iac. de Monte iudaico, & Guliel. de Vallescha. Vel si vis sustinere quod nõ sit correctus, vt illius correctio euitetur. capitul. cum expediat. de elec. lib. vj. intellige illum prout infra in tertio casu principali declarabo, secundum Iacob. Callicij. Tertio casu dic quod pro se, & hæredibus suis, etiã extraneis concessum videtur: ¶ cum in Cathalonia extraneus hæres in feudo admittatur, & succedere potest: vt est text. in dicta constitutione. itẽ ne super laudimio. §. si vero. & §. adijcietes. cum seq. Et in hoc primo membro, hoc est, quando feudum simpliciter conceditur tantum, dictus Iacobus Callicij dicit dictam constitutionem vendicare locum. quod ego non fateor per ea, quæ hinc dixi, & dicam infra, cum nimis illa restringat. Secundo casu principali subdistingue, aut feudum est concessum pro se & hæredibus suis, aut pro se & hæredibus suis quibuscunque. Primo casu vide Bartolum in l. Gallus. §. etiam. ff. de liberis & posthumis. & l. ex facto. §. fina. ff. ad Trebellia. Adde Bald. in feu. qui feud. da. pos. §. hoc autem. vbi dicit quod intelligitur de hæredibus sanguinis ex se descendentes. Quod est verum de iure communi feudali: quia extraneus hæres per ipsam iuris cõmuni feudalis dispositionem non admittitur, sed per dictam constitutionem, item ne super laudimio. etiam de hæredibus nõ sanguinis intelligitur, cum per dictam cõstitutionem hæredes non sanguinis admittuntur, & succedere possunt in feudo: in hoc ius commune est immutatum, & correctum per dictam cõstitutionem. Et in hoc casu non bene dixit ipse Iacob. Callicij in dicto versu. cliij. qui dixit vsaticum, item statuerunt. non esse correctum, & quod dicta constitutio

constitutio tantum intelligitur, quãdo feudum simpliciter est concessum: cum valde restringat dispositionem ipsius cõstitutionis: quæ constitutio generaliter loquitur, & expressẽ disponit qd vasallo de feudo sit licitum disponere tam inter viuos, qm in vltima voluntate in capacem: vt d. §. adijcietes. non obstante aliquo vsu, seu consuetudine generali, vel speciali in contrarium hætenus obseruando: vt §. & prædicta. nec ipsa cõstitutio distiguit an fuerit cõcessum simpliciter, aut pro se & hæredibus suis: & sic nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de publi. ideo ex quo generaliter loquitur, ita generaliter debet intelligi: vt l. j. §. generaliter. ff. de leg. præst. Ex quo enim fit mentio in dicta constitutione qd non obstante aliquo vsu vel consuetudine, & c. videtur tolli dispositio iuris feudalis consuetudinarij: vt in l. fin. C. de test. & ibi Cyn. & tex. & ibi Bart. in l. prætor. §. diuus Adrianus. ff. de sepul. viola. Clausula igitur non obstantia, derogat ipsi iuri feudali consuetudinario, argumẽto in c. ad reprimendũ. in verbo non obstantibus. & ibi Bar. & tex. & Bal. de pace Conf. in verbo, non obstante. Secundo casu, hoc est qm in verbo Hæredibus, additum fuerit quibuscunque: dic qd quamuis tunc generalitas huius verbi videatur debere restringi secundum naturam contractus ad filios, argumento. ff. de dam. infec. l. damni. versu. & quod in stip. de vsuris. l. si stipulatus. de leg. j. l. si legati. vt leg. nomi. ca. l. j. §. bellissime. & §. si quis sub conditione. cum simi. Tamen contra est, quia transit tunc feudum in hæredem extraneũ, & etiam legatarium: vt concludit Bald. & recte in l. j. ff. de re. diui. & in c. j. de prohi. feud. alie. per Fred. argu. l. in conuentionibus. ff. de verb. signific. & l. illud tempus. §. in re legata. ff. de vsucap. secundum Lud. in d. l. etiam. & est casus, secundum eum, in d. l. etiam. in feud. de feu. non ha. propria. feu. Adde Bal. in c. in presentia. de proba. Specu. tit. de test. §. j. in fin. & ita intelligitur Cyn. in l. liberti. C. de operis lib. Bald. in l. hæreditas. ff. de peti. hære. Specu. titul. de test. §. in primis. ver. fin. Bald. C. de condi. inser. l. iij. & per eum quali. feud. olim ali. §. donare. consi. Ange. Cviij. & Clxxxij. Secundo dicit Ludouic. in d. l. etiam. ¶ quod si sit feudum, pro quo nõ est quis ad præstationem seruitij obligatus, quonia tunc cre

dit quod in extraneum transit hæredem Hoc autem verum esse probat: quia quæ ratione hoc casu feudo succedit filia foemina, quæ aliàs succedere prohibetur, vt in c. j. §. hoc autem notandum. qui feu. dare possunt. & in cap. j. de gradi. suc. in feud. & in capi. j. de feu. quemadmodum feud. ad fil. perti. vt casus est singularis in cap. si cui. de capit. extraordina. Coradi. quem titulum pauci libri habent. Refert dictum Bald. in d. §. decedenti. Eadem etiam ratione succedit hæres extraneus, qui aliàs reperitur prohibitus. Et ex hac ratione, & fundamento Ludouici posset dici, quod ex quo in Cathalonia foemina succedit in feudo, vt d. ca. si defuncto. & capitul. nullus. quod etiam hæres extraneus in feudo succedere potest, etiam quod dicta constitutio de hoc non disposuisset: ¶ Præterea, si feudum est exiguum, id est, paruũ, etiam succedit hæres extraneus: quonia quemadmodũ in eodem succedit filia foemina aliàs prohibita: quod patet ea ratione, quia pro eo non astringitur quis ad fidelitatem, & cõsequenter nec ad seruitium: vt est casus singularis in c. de fidelitate. de capi. extraordina. Cora. & refert domi. Bald. in capitulo. j. §. est & alia. quæ fuit prima causa benef. amit. in vsib. feud. eadem ratione succedit hæres extraneus, vel prohibitus, secundum Ludouicum in dicta l. etiam. Quid autem sit feudum exiguum, vide infra capitul. consuetudo. §. Item est vsus Cathalonie quod pro feudo valẽte. Insuper si pro feudo non præstatur seruitium personale: sed quid reale: tunc concludit Cyn. in authenti. ingressi. C. de sacrosanct. eceles. hoc non esse proprie feudum, sed contractum innominatum, do vt des: cum ex natura propria feudi non aliud veniat, quàm exhibitio seruitij personalis: vt patet in capit. j. qualiter feud. deb. vas. iura. fide. & in capit. j. de forma fidei. & in capit. de forma. xxij. quæstione tertia. & ideo tunc illud non regulabitur secundum ius feudorum, sed secundum ius commune, secundum quod datur regula, vt ius ex contractu quasitum transitorium sit in hæredem quemcunque: vt in l. veteris. C. de contrahenda & committen. stipul. cum simi. Deinde si feudum est acquisitum iure emptionis, tunc quæ ratione succedit foemina prohibita propter naturam contractus emptionis: vt conclu.

dit Bald. allegando Odofred. in d. §. decedenti. pari ratione etiam transibit in extraneum. Quod tamen dictum Ludo. vbi supra non putat esse verum, nec in foemina, nec in extraneo haerede: quoniam non debet res regulari secundum naturam contractus, sed secundum naturam rei, dum queritur de transmissione in haerem faciendam: ut patet in l. stipulatio ista. in §. si quis ita. ff. de verbor. obli. vbi deciditur quod quamuis stipulatio de sui natura sit in haerem transmissibilis, ut d. l. veteris. tamen non transmittitur, cum res in ea deducta non est transmissibilis: ut est fructus. Ad idem. l. si quis domum. §. huic subiungi. ff. loca. & l. necessario. §. si. ff. de peri. & como. rei vendi. Volunt ergo dicere praedicti doctores, quod vbi foemina admittitur ad feudum, quod pari non admittitur haeres extraneus. Et sic ex praedictis habes satis declaratum in quibus casibus de iure communi admittitur haeres extraneus in feudis. Adde Iacob. Callicij in vsatico, si quis feudum, quando in feudis haeres institui potest. Tertio casu principali dic quod dictus vsaticus, Item statuerunt. remanet incorruptus. Et est casus de hoc in hoc §. secundum Iacob. Callicij in dicto versicu. cliij. Neque quamuis per ipsam constitutionem in hoc principatu natura feudi sit quod admittitur extraneus haeres, dum tamen sit capax: attamen quando vasallus est de ipso feudo inuestitus pro se, & haeredibus suis ex suo corpore descendentes, ipsa inuestitura tollit dictam naturam feudi. Tex. est & ibi hoc dicit Bald. de duo. fra. a. capit. inuestit. & per eum, quae fuit prima caus. benef. amit. §. deniq. Tenor enim inuestiturae derogat omnium feudorum naturae. Bal. de eo, qui si. & haered. Semper vero recurrendum est ad tenorem inuestiturae. Bal. in praesud. feud. §. quarta. Et ipse tenor aliquid operari debet. Bald. de suc. feud. §. hoc quoque. Et sic dicta verba, Ex suo corpore. operari debent, ut non admittantur extranei haeres.

¶ Quoties autem feudum conceditur pro se & haeredibus suis ex suo corpore descendentes, patet quod ita conuentum, & pactum fuit inter dominum & vasallum, quod alij, quam descendentes ex corpore vasalli non admittantur. Quaecumque enim conuentiones, quae in dando feudum sunt appositae, attendi debent: ut §. proximo, cum

concordantijs ibi a me datis. Potest autem pactum apponi in concessione feudi super successione feudi, argumento. si de feu. de. func. mil. §. filij. & ibi Bal. & de fil. na. ex mari. ad mor. & etiam possunt apponi pacta in feudis contra ipsorum naturam. Bal. in praesud. feud. & de feud. §. hoc autem. & Ioan. Andr. in addi. Specu. titu. de feud. & Bald. de feu. non hab. propri. nat. ¶ debent enim pacta in feudis appositae seruari. Bal. si vasallus feu. pri. Hostien. in sum. de feu. §. quid sit feudum. & sic vbi inuestitura taliter facta fuerit, debet potius iudicari secundum illam, quam secundum dictam constitutionem: quoniam in feudis primo iudicandum est, secundum pacta. Secundo secundum consuetudines regionis. Tertio secundum ius scriptum, secundum Hostien. in Summa dicto. §. quid sit. potissime cum huiusmodi consuetudo istud idem disponat: & causae feudales deciduntur consuetudine. de feud. cog. vbi Bald. & dubium feudi relinquatur interpretationi consuetudinis. Bald. in praesud. feud. §. quarta. & quid sit inuesti. §. praeterea. In causis enim feudalis multum attenditur consuetudo. Iac. Callicij in vsat. magnates. Et in hoc casu est vera opinio dicti Iaco. Callicij in dicto versicu. cliij. Nec obstat dicta clausula. Non obstantia, posita in dicta constitutione, quod tantum comprehendit usum & consuetudinem, non autem pactum: nam solum ipsa clausula facit mentionem de usu & consuetudine, & non de pacto, & sic non est extendenda ad pactum: quia non est nostrum legem extendere. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matrimo. potissime ut inducat correctionem: quia correctio est vitanda. l. j. C. de inoff. do. & lex non corrigit, nisi quatenus reperitur expressum, ut dixi supra, in multis capitulis. ¶ Et sic plus operatur pactum quam ipsa constitutio, argumento not. per Bald. in feud. de feud. mar. §. si duo. vbi dicit quod plus operatur pactum, quam lex, nec per ipsam constitutionem videtur tolli huiusmodi consuetudo. Nam solum tolluntur ille consuetudines, per quas extraneus haeres ad feuda non admittebatur. Et cum ista distinctione habes intellectum ad hoc cap. & ad dictum vsaticum. Item statuerunt: & ad dictam constitutio. Item ne super laudimio. Conclude igitur quod si simpliciter feudum est concessum, vel genera-

liter pro se, & haeredibus suis, admittitur haeres extraneus: nam in tali concessione succedit interpretatio iuris ipsius constitutionis: secus si concedatur pro se & haeredibus suis ex suo corpore descendentes: quia in tali casu dominus concedendo feudum cum eisdem verbis, noluit illud relinquere interpretationi iuris, sed exprimere quod solum de corpore vasalli descendentes admittantur. Et sic in incertis, non certis, ut in nostro casu, locus est coniecturis. ¶ Quaro primo, quid si concedatur feudum pro se & haeredibus suis, & ille, cui conceditur, non potest habere filios, quia est in sacris, de quibus intelligitur. Bal. in feu. si de feu. defunc. mi. §. naturalis. dicit quod intelligitur de agnatis: quia filios legitimos habere non potest. Vide Bart. in l. haeredibus. §. si. ff. ad Trebel. sed ista quaestio in Cathaloniam non procedit, cum haeres extraneus admittatur, per ea, quae superius dixi. Quero quid si testator dixerit, si filius meus sine haerede decesserit: quod intelligitur, id est, si in liberis, substituo Titium, & eius haeres. Nam istud verbum haeres, non comprehendit patrem Titij, & multo minus extraneum: nam talia sunt subiecta, qualia praedicata demonstrant, secundum Bal. de natu. feud. suc. vbi etiam dicit not. q. ¶ ascendens non succedit in feudo descendens. Et ratio est virtus verborum expressorum, vel subintellectorum. Nam aut exprimitur haeres, vel tacite subintelligitur haeres, aut ponitur pro filio, id est, pro descendente secundum ordinem gradus. Et ulterius dicit quod nomen haereditatis in vltima voluntate appositum in substitutione, non significatur alios quam descendentes. Specu. tit. de testa. in primis. §. si. licet in contractibus, & in legibus regulariter significet omnem directo succedentem in vniuersum ius, quod defunctus habuit, secundum eundem Bal. Sed in Cathaloniam istud non procedit, cum ascendens admittatur, ut scripsi supra, in c. si aliquis vasallus. in secunda opposit. & etiam extraneus haeres, ut superius dixi in tertia oppositio. Quaro, quid si feudum accipiatur pro se, & filijs suis, quis contineatur appellatione filiorum. Vide l. filium. ff. ad Macedo. & per Bar. in l. Gallus. §. instituens. ff. de lib. & posthu. & not. lvj. dist. c. j. Cyn. in l. si libertinum. C. de inter. ma. & latius Bal. in feud. de suc. feud. §. hoc quoque. & in authenti. si

16 quas ruinas. C. de sac. sanc. eccle. ¶ Quaro quid si feudum concedatur pro se & masculis, & foeminis ex suo corpore descendentes, vtrum contineatur filius foeminae. Bal. quod sic, vbi supra. §. si. & ibi quod si conceditur P. & Ioan. & cuilibet ipsorum, vtrum videatur actum quod vno deficiente alter habeat totum. Et dicit ibi Bal. q. sic. Quaro, quid si fiat mentio in concessione feudi de haerede. id est, si decesserit sine haerede. Bald. de ali. feu. dicit quod intelligitur sine masculo. Vide Hosti. in Summa tit. de feu. §. quid hodie. Lud. in l. etiam. ff. sol. matri. vbi dicit quod accipitur pro filio. Tu vide dictam constitutio. Item ne super laudimio. & ea, quae superius scripsi in tertia opposit. & ex his, quae ibi dixi, poteris intelligere

17 quis veniat appellatione haereditatis. ¶ Quaro, nunquid appellatione haereditatis contineatur fideicommissarius vniuersalis? Dic quod non, licet effectu sit haeres. l. si filius. ff. quod cum eo. & l. postulante. in si. ff. ad Trebel. & est tamen similis haereditati, non tamen ut haeres: ut in authen. de haere. & fal. §. inordinatum. Si est similis, ergo non idem: ut not. in l. quod Nerua. ff. de depo. secundum Bald. in repeti. c. si pater. de testa. libr. vj. Quaro, an haeres institutus in vna re, succedat in feudo. Bartol. in l. vt iuristurandi. §. si liberi. ff. de operis lib. & Bal. in l. si liberti. & de suc. feud. & an ag. vel fil. agna. ¶ Quaro, quid de fisco, an appellatione haereditatis contineatur? Dicendum est quod sic: ut not. gl. in l. ex facto. §. vltimo. ff. ad Trebel. & l. ij. C. ad leg. Iul. de vi pub. l. non intelligitur. §. ex causa. & ibi not. ff. de iure fisci. ff. de noua. & ibi Bar. l. nouatio. sed in feudis nunquam succedit fisco: quia aut succedunt agnati, aut reuertitur ad dominum, fisco excluso, secundum Bald. de feu. mar. & Pet. Iaco. tit. de eadem condi. ex mori. circa finem. Ludouic. in l. etiam. ff. solut. matri. in illa. q. an emphyteusis ecclesiastica transeat in haeres extraneos. in secunda ratione pro parte negatiua. & per eum in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infecto. ¶ Quaro quid de singulari successore, nunquid appellatione haereditatis comprehendatur? & text. videtur quod sic, in l. in conuentionalibus. ff. de verborum obligationibus. In contrarium est rei veritas: quia haereditas est ius vniuersum defuncti: ut l. pecuniae. ff. de verbor. significa. Ad l. in conuentionali-

bus. responde, quia ibi est speciale, secundum Bal. in dicta repetitione. ¶ Quæro, an monasterium contineatur appellatione hæredis: Dic quod sic: vt in cap. in præsentia. & ibi not. de proba. C. ad Trebel. authent. nisi rogati. & ibi not. Sed in feudis non succedit: quia incapax est. Super hoc vide constitutionem regis Petri tertij. c. Item ne super laudimio. §. vbi verò. Et pro hoc dominus rex fecit aliquas ordinationes: vna quarum data fuit in Montepesulano die xv. Calend. Nouembris, anno à natiuitate domini Mille. CC. sexto, in qua expressè prohibuit ne quis subditorum suorum bona sua immobilia acquisita sub iurisdictione sua in manum mortuam, siue ecclesias, ac personas ecclesiasticas alienare audeat, seu præsumat. Alia data fuit Parpiniani quarto Calend. Nouembris, anno domini Mille. CC. lxxxvij. in qua inter alia statuit, quod si ex titulo lucratiuo ipsa personæ ecclesiastica, seu loca ecclesiastica prædicta haberent, quod possunt habere, vt ibi statutum est, quod prædicta habeant extrahere de manu sua, & transferre in manum laicam, seu secularè intra vnum annum tunc proxime sequentem, alias ipsa bona sint acquisita, seu translata ipso iure, & statim confiscata domino regi. vide quæ latius de hoc scripsi supra. c. eodè. ¶ Quæro, quid si feudum cõcedatur tali, & proli suæ, quid contineatur appellatione prolis: Dic vt l. officialis. C. de episc. & cleri. & l. ne diutius. C. de agrico. & cens. lib. xj. in quibus dicitur quod verbum proles idem importat, quod verbum liber. De tali concessione loquitur Iaco. Callicij in dicto versu. cliij. Quæro, quid si feudum sit concessum tali, & progeniei suæ: quid contineatur appellatione progeniei. vide l. si. §. si. C. de emanci. lib. vbi progenies appellatur filius, nepos, & similes. Quæro, quid si fiat mentio de pro sapia, puta si feudum cõcedatur tali, & pro sapia suæ, quis contineatur: vide l. si quis ex corpore. & quod ibi no. C. de muril. lib. xij. & l. cum satis, & l. ne diutius. C. de agri. & cens. lib. xj. vbi dicitur quod pro sapia est generatio siue familia alicuius: vt not. in d. l. si quis ex corpore. Quæro, quid si feudum concessum sit alicui, & genti suæ, quis contineatur appellatione gentis: vide per glo. in l. j. de proba. vbi dicitur quod gens alicuius dicitur cognatio, vel consanguinei

ex latere matris. Quæro, quid si concedatur alicui & necessarijs suis, qui contineantur appellatione necessariorum, vide in l. fin. ff. de iusti. & iure. & in l. j. in fi. de eo, qui pro tu. nego. gest. ff. & in l. impuberibus. in princip. & ibi not. ff. de susp. tuto. vbi dicitur quod sunt cognati, id est, consanguinei ex latere patris. Quæro, quid si feudum sit concessum alicui & generi suo, siue alicui de genere suo, qui contineantur appellatione sui generis, vide l. j. ij. & iij. ff. de liber. cau. & nota. in gloss. in l. secunda. ff. de proba. in quibus dicitur quod genus est alicuius agnatio, id est, consanguinei ex latere patris. Quæro, quid si fiat mentio de posteris, quis contineatur appellatione posterorum. vide l. vacatio. ff. de mune. & hono. & l. quid his verbis. in fin. ff. de legatis tertio. & in l. j. in fin. eodem titulo. & l. iij. ff. de iure immunita. in quibus dicitur quod sunt descendentes ex masculino genere, non ex foemineo. de quo plene per glo. j. de pe. c. vbiunque. eodem libro. & c. in quibusdam. §. sacris. & per Dyn. plene in cap. priuilegium. de regulis iuris. Quæro, quid si concedatur alicui feudum, & parentibus suis, qui contineantur appellatione parentis: Respondeo quod de proprio significato continentur consanguinei, vsq; ad tertium gradum: vt l. iuriconsulti. §. parentes. ff. de gradibus, sed large loquendo continentur consanguinei in infinitum: vt l. j. §. quicq; ff. de in ius vocan. Quæro, quid si cõcessum sit alicui & consanguineis suis: qui contineantur appellatione consanguineorum: ¶ Respondeo quod proprie loquendo cõtinentur fratres, & illi, qui sunt ex latere transuersali: vt l. quos consanguineos. in princip. ff. de suis & leg. hæredi. ff. de usufruct. l. in fideicommissa. §. afsiduis. Quæro, quid si fiat mentio de propinquo, qui contineantur appellatione propinquorum. vide l. officiales. de episcop. & cleric. & per Cyn. in l. etiam. C. de testi. in quibus dicitur quod propinqui sunt illi, qui sunt ultra liberos, licet liberi propinqui dicantur. ¶ Quæro, quid si concedatur feudum alicui, & suis: qui contineantur appellatione suorum: Respondeo, illi, quorum iniuriam quis potest prosequi: vt not. in glo. in l. penul. C. ad Turpil. vide ibi Ang. & Sal. Specu. titu. de accu. §. ij. in prin. Io. And. & And. de Sicili. in c. de cætero. de testi. Bal. in l. ij.

in l. ij. C. de accu. & in l. j. C. qui accusa. non pos. glo. de sen. excõ. c. quicunq;. In verbo ministros. lib. vj. & ibi Gem. & de ver. sig. lib. nota c. fi. ¶ Quæro, quid si fiat mentio de nepote, nūquid cõtineatur filius ex fratre: Respondeo, sic: vt est tex. secundum vnam lectionem. C. de suc. edic. & in l. si instituta. §. j. ff. de inof. test. l. quid si nepotes. ff. de test. tut. & vide Bal. quib. mo. feu. amit. §. similiter. Ludo. in l. qui dotem. ff. sol. mat. Quæro, quid si fiat mentio de famulis, vt puta quia recipitur feudum pro se & famulis suis, ¶ quis veniat appellatione familia. Vide l. pronuntiatio. §. familia. ff. de verb. signi. & l. si. C. eo. tit. In quibus dicitur quod familia sunt liberi, nepotes, pronepotes, gener, nurus, & omnes in domo existetes. Quæro, quid si recipiatur feudum pro se, & antiquitate sua vide l. consensus. in fi. C. de agri. & cens. lib. xj. vbi dicitur quod idem est antiquitas, quod consanguinitas. Quæro, quid si concessum sit pro se, & necessitudine sua: Respondeo quod par est perinde, ac si dicerem, concedo tibi & necessarijs tuis: vt l. in bonæ fidei. §. cum afsiduis: vt ibi not. ff. de vsuc. Quæro, quid si recipiatur pro se, prima, secunda, & tertia generatione. Vide quod plene not. in text. & glo. j. de hæreti. c. statutum. felices. lib. vj. vbi dicitur quod comprehenduntur descendentes per lineam masculinam. ¶ Quæro, quid si recipiatur feudum pro se & affinis suis, quis contineatur appellatione affinium: Vide l. non facile. §. affines. ff. de gradi. & l. affinitatis. C. de succes. in quibus dicitur quod vir & vxor sunt causa affinitatis: consanguinei verò vxoris, & consanguinei viri sunt affines. de alio not. per gloss. in c. non dicuntur. de consan. Quæro, quid si recipiatur pro se & cognatis suis, quis comprehendatur appellatione cognatorum: Respondeo quod consanguinei ex latere materno: vt l. j. §. ij. ff. de gradi. & instit. de suc. agn. per totum. Quæro, quid si recipiatur feudum pro se & agnatis suis: qui contineantur appellatione agnatorum. Respondeo quod consanguinei mei ex latere paterno: vt l. j. §. j. ff. de gradib. Quæro, quid si concessum sit feudum pro se & homine suo: Respondeo quod continetur masculus & foemina. ff. de verbor. signifi. l. hominis. Quæro, quid si recipiatur feudum pro se, & natis suis: quis contineatur appellatione natorum: Respondeo, quod filij, &

nepotes: vt l. natorum. ff. de verb. signifi. Et quia in multis inuestituris antiquis videntur feuda alterum de modis & formis cõcessa fuisse: ideo pro declaratione earum hic volui prædicta referre, vt quando casus tibi occurrerit, scias quis comprehendatur sub eisdem vocabulis. Sed an si feudum sit concessum sub altero ex modis prædictis per dictam constitutionem alij, quam illi, qui veniant appellatione ipsorum vocabulorum, ad feudum admittantur: vide distinctionem quam posui supra, in tertia opposit. & ex his, quæ ibi dixi, potissimè in tertio casu principali, per te colligere posses decisionem huius quæstionis. ¶ Quæro, an emphyteusis ecclesiastica transeat in hæredem extraneum. Bart. in l. Gallus. §. quidam. ff. de liber. & posthu. & in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de operis lib. & in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pac. & in l. quod dicitur. de verbor. oblig. la. fi. & in authent. perpetua. C. de fac. sanc. eccl. Bald. in l. ij. C. de suis & legit. & in authent. si quas ruinas. vbi Cy. & Bal. in addi. Specu. titu. de locato. domi. Anto. & Ioan. Andr. in c. in præsentia. de probat. Specu. titu. de loca. §. nunc aliqua. versu. vij. & versu. cxij. & ibi Ioan. in addi. & in versu. cxv. & latius Ludo. in l. etiam. ff. sol. matri. Et ibi quid de re emphyteutica extranei, an transeat ad extraneos hæredes: Et concludit quod sic. ¶ Sed quæro, nunquid feudum transeat in descendentes in infinitum, an vero sit idem quod in emphyteusi: Dic vt in c. j. §. cum verò. & §. hoc quoque sciendum. qui feud. dare possunt. & in c. j. de suc. feu. & de ali. feu. pat. & de feud. mar. c. j. in princip. & §. si capitanei. & in c. j. de benef. fratris. & in capitulo primo de gradi. succed. & in capitu. primo, de natu. suc. feud. & in capitu. satis. de prohibitione feudi alienandi per Lotharium. Bald. in l. quoties. C. de suis & legit. & Ludouic. vbi supra, sed in Cathalonia vbiunque vasallus disponere possit de feudo in extraneum hæredem, non modò in descendentem, sed etiam in extraneos hæredes transit in infinitum: vt colligitur in dicta constitutione, item ne super laudimio. Quæro, an si maritus, & vxor accipiant emphyteusim pro se, & eorum liberis, transeat illa in filium, quem alter ex coniugibus suscepit ex alio matrimonio, & sic non communem. Bald. in rubric. C. de priuileg. dot. & Ludouic. in d. l. etiam.

Bald. in authentic. qui rem. C. de sacrosan-
 33 ctis ecclesijs. ¶ Quæro, quis dicatur descen-
 dere ex corpore primi parentis: Bal. de eo,
 qui sibi & hæred. suis. dicit q̄ siue per mas-
 culos, siue per foeminas nascantur postea,
 dicuntur descendere ex corpore primi pa-
 rentis. & dicit q̄ ibi est tex. de hoc. Quæro,
 quid si aliquis feudum acceperit pro se &
 hæredibus suis, an hæredes habeant feu-
 dum iure conuentionis, vel iure successio-
 nis. Et Bal. in feu. de eo, qui sibi & hæredi.
 suis. dicit quod illud feudum debent habe-
 re iure expressæ conuentionis. Et allegat
 Bal. ibi Iaco. de Bellou. dicentem quod si
 vasallus accepit feudum pro se & hæredi-
 bus suis, descendentes veniunt ex pacto,
 propter hæreditatem defuncti, & non ve-
 niunt, nisi sint hæredes per se, vel mediã per-
 sonam, ideo quia agnati non succedunt in
 feudo isto, nisi per hæreditariam viam. Et
 ratio est, quia ita dicunt verba contractus.
 Vnde differentia quæ fit inter filios & agna-
 tos in c. j. an agna. vel si. habet locum, quan-
 do cõcessum est feudum simpliciter: secus
 si sub hæreditario nomine: quia in eo non
 succeditur citra ius & nomen hæredis. Ipse
 verò Bal. dicit Iac. de Bellou. dicere verũ
 si nomen hæredis haberet significare quali-
 tatem successiois, sed in feudis qualitatẽ
 successoris: vnde in his, qui hæreditario iu-
 re succedere possunt, concedi potest opi.
 Iaco. sed in alijs hæredibus iure sanguinis
 quo ad successioem feudũ nõ vocatur hæ-
 reditas, sed natura: nec oportet quod tales
 successores habeant ius & nomen hæredis.
 Vide quæ dixi supra in secunda oppositio-
 34 ne. ¶ Quæro, an appellatione hæredis com-
 præhendatur bonorum possessor: Bart. &
 Bal. ff. de condi. & demon. l. in conditioni-
 bus. §. si patronus. Quæro, an appellatione
 successorum, & hæredes comprehendantur.
 Ang. in l. quidam. §. j. ff. de edendo. Quæro
 an in feudis requiratur quod sim hæres.
 Bald. in l. si iſter. §. si pactus. ff. de pac. sed in
 Cathalonia siue per donationem, aut alium
 contractum factum inter viuos, siue ex te-
 stamento per hæreditariã, aut legatum vel
 aliam viam, dumtamen sit capax, & vasal-
 lus de feudo disponat, potest quilibet veni-
 re ad feudum: vt colligitur in dicta consti-
 35 tutione c. Item ne super laudimio. §. ad hien-
 tes. ¶ Quæro, an dominus viuente vasallo
 possit alium inuestire de feudo, quod post

mortem vasalli ad dominum est reuerſu-
 rum. Bal. quo tem. mil. §. si quis. & per eum
 de feud. da. in vicem legis commif. & si de
 feud. defun. §. moribus. & qui suc. te. & in
 Cathalonia est textus in vsatico, possunt.
 Sed quæro, an dominus rex de iure potest
 concedere ad vitam alicuius, & eius hære-
 dis, vt fit tota die, officium, quod ab aliquo
 possidetur, & post mortem illius est reuer-
 surum ad dominum regem, ita quod post
 mortem dicti obtinentis officium, ille, cui
 de vita illius fuit concessum, illud habeat.
 De iure canonico habes quod beneficium
 vacaturum concedi non potest, vel promit-
 ti alicui: vt est tex. in. c. ij. extra de concess.
 præb. in antiquis. & in c. detestanda. eo. ti.
 lib. vj. Ratio assignatur in d. c. ij. & in c. ne
 captanda. eo. tit. & lib. Fallit in papa: vt in
 c. proposuit. de concess. præb. in antiquis. &
 36 in c. ij. de præb. lib. vj. ¶ Sed in casu nostræ
 quæstionis prout in themate, ego arguo ad
 partem negatiuam, quod non potest, pluri-
 bus rationibus. Primò, quia non est licitum
 tempus anticipare. C. qui admit. ad bo. pos.
 l. si. ff. quod cuiusq; vni. l. item eorum. §. sed
 si ita. nec aliquid operatur talis consensus.
 ff. quorum leg. l. j. §. quod autem. arg. ff. fa-
 mi. erciscũ. l. quid ergo. in princ. Secundò,
 quia non licet mortem alterius sperare. ff.
 de verb. oblig. l. inter stipulantẽ. §. sacram.
 ff. ad Trebel. l. ita tamen. §. à patre. Tertiò,
 quia est cõtra bonos mores, & interim ape-
 rit viam ad maleficia: vt C. de pac. l. si. Quar-
 tò, quia & si de hæreditate incerti hominis,
 valet pactum: secus si de certũ hominis here-
 ditate tractetur: vt legitur et notatur in l. iij.
 ff. pro socio. In contrarium arguo sic. Lege
 cauetur, q̄ si pater legat seruum castrensis
 peculij viuo filio, & postea filius viuo pa-
 tre decessit ab intestato, q̄ tale legatum su-
 mit effectum, & tamen pater testatus erat
 filio viuente: vt ff. de lega. j. l. seruum filij. in
 princ. Secundò probatur per simile. Nam
 si ego constitui alicui vsumfructum in vita
 sua: nulla lex prohibet istum vsumfructum
 me alteri concedere, cum eius esse desierit:
 argumen. ff. de lega. secundo. l. hæredibus.
 Tertiò hoc probatur per argumentum ab
 absurdo. Nam absurdũ esset dicere quod
 princeps non posset concedere officia ad
 libitum, cum sit supra ius: vt C. de legib. l. di-
 gna vox. & ff. eodem tit. l. Princeps. Quar-
 40 tò, quia dignitates à principe defluunt: vt
 dicit

dicit Bald. in capitul. primo. quis dicatur
 dux, mar. confertque supremas dignita-
 tes, secundum Baldum, in proemio feud.
 §. expedita. creatque magistratus, secundum
 Baldum de allo. in feu. Quintò, quia nulla
 lege cauetur quod princeps illud facere
 non possit: & fortissimum est argumentũ,
 37 quando nulla lege reperitur cautum, vt di-
 cit Compo. in c. bonæ. de elect. Sextò, o-
 mnis rex superiorem non recognoscens,
 vt est rex Aragonum, secundum ea, quæ
 scripsi supra capi. si aliquis dominus. habet
 summam potestatem, & liberum arbitriũ,
 secundum Innocen. in c. cum P. de fid. in-
 strumen. circa finem suæ gl. probat text. &
 gloss. in l. ij. de ori. iuris. & quod ibi ponit
 Bald. Et pro hoc tex. in vsatic. cum domi-
 nus. in verbo Libera. Et ista est veritas, se-
 cundum Baldum in feud. de feu. da. in vi-
 cem legis commif. Sed contra hoc facit,
 38 ¶ quia ista concessio fit de officio certi ho-
 minis: & sic est pactum de futura successio-
 ne, & consequenter contra. l. fina. C. de pac.
 Quid igitur dicemus ad ipsam legem? Re-
 spondeo quod istud non est pactum de fu-
 tura successioe, sed est quoddam pactum
 collatum in defectũ iuris tertij: quod qui-
 dem pactum habet in se iuris ordinem, &
 est de iure validum, secundum Baldum in
 dicto. §. si quis. Adde not. per eum in feud.
 si de feud. defunc. mili. §. moribus. Sed vlti-
 rius contra istud facit. Nam ista concessio,
 alienæ mortis tribuit occasionem, quod
 fieri non debet: vt in dicto ca. ne captandæ.
 desideratur enim ex ea mors proximi sui:
 vt dicit text. in d. c. ij. de concess. præbend.
 in antiquis. Quomodo ergo tollatur vi-
 tium, quod inest concessioi, votum, scili-
 cet captandæ mortis? Respondeo quod
 non inest tale votum casualiter, sed occa-
 sionaliter: posset enim esse concessio sine
 hac spe, vel voto: vt si quis malit carere of-
 ficio, quam videre mortem proximi, secun-
 dum Goffred. & Ioan. Andra. in dicto ca-
 pitulo. proposuit. Sed quicquid sit de iure
 communi, attamen hodie sunt in Cathalo-
 nia pragmatice sanctiones prohibentes di-
 ctum officium modo prædicto concedi:
 quarum vna data fuit tertio Calendas Se-
 ptembris anno domini Millesimo. CCC.
 trigelimosexto, edita per dominum regem
 Petrum, & alia est domini regis Martini,
 quæ data fuit Auinione prima die Aprilis;

anno à natiuitate domini Mil. CCC. xcvij.
 Oporteret ergo quod si dominus rex con-
 cederet aliquod officium contra formam
 dictarum pragmaticarum, quod dicat nõ
 obstantibus ipsis pragmaticis. Nam ipse
 potest ad huc clausulam, non obstaũ. &
 nemo alius: vt ff. de offic. proconsul. &
 leg. l. nec quicquam. §. j. & l. idem Vlpia-
 nus. §. fina. ff. de excusa. tut. & quod ibi po-
 nit Bartol. & in extrauagan. ad reprimen-
 dum. super verbo, non obstantibus. & Cy-
 nus in l. fin. C. si contra ius vel vti. publi. &
 per glo. in l. si quis in principio testamen-
 ti. ff. de legatis tertio. & per Bald. in l. apil-
 li. ff. de rerum diui. & per eum de pace Con-
 stan. in verbo Annonæ. Sed si priuilegium
 esset iuramento firmatum, clausula ipsa
 39 ipsis non derogaret, secundum Ludouicum
 in l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio.
 in xxij. fallen. nec ipsa clausula reuocat sta-
 tuta iurata, vt sunt in Cathalonia constitut.
 gloss. in capitulo cum non deceat. de elec.
 libro sexto. Sed quæro, an princeps potest
 reuocare dictum officium à se concessum.
 Vide Iaco. Callicij in exgrauatorio curia-
 rum, in septimo dubio. & adde dictis ibi
 ab eo not. per Bald. qualiter feud. dare pos-
 sunt. §. notandum. & per Gemina. in capi.
 40 quamuis. de rescrip. libro sexto. ¶ Quærit
 Gulielmus de Valfelicha in vsatic. si quis
 suum, quid si aliqua baiulia in feudum Ti-
 tio, & suæ posteritati concedatur, an in ex-
 traneos Titius valeat feudum transferre.
 Et dicit quod non: quoniam cõcedens feu-
 dum affectionem videtur habuisse ad po-
 steritatem Titij, & non ad extraneos: vt l.
 Casus. in fin. ff. solut. matrimo. & l. quin-
 tus. in fin. ff. de suis & leg. hæred. Et nomi-
 nando posteritatem, seu progeniem, de illa
 tantum sensisse videtur: vt l. cum de lanionis.
 §. Titij. ff. de fun. instruc. Et hoc dicit esse
 verum, nisi dominus feudũ cõsentiret: vt di-
 cto vsa. quoniam tunc ad extraneos potest
 feudum transferri. Guliel. vbi supra: quod
 dictũ facit pro opinione, quam supra tenui
 in distinctione, quæ feci supra, in iij. oppos.
 præsertim in tertio mēbro principali: qui-
 bus adde pro corroboratione istius opinio-
 nis, ¶ q̄ feudum sui natura non est transito-
 rium in hæredem extraneum: quia in ma-
 teria feudali non venit extraneus hæres. de
 succes. feud. capitu. j. iuxta finem. si de feu.
 controuer. c. fin. & per Barto. de acquiren.

hære. I. pro hærede. §. quid tamen. & Ludo. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dāno infecto. Et secundum prædicta si feudum concederetur proli, vel progeniei, aut profapia, seu genti, aut alijs supra per me commemoratis, quod tunc non succederent in feudo, nisi illi nominati in concessione, vel qui veniunt appellatione eorum, & nō alij: nam attendendæ sunt conventiones appositæ in concessione feudi: vt superius latius dixi.

§. XIII.



Nem si aliquis, qui nunquam habuerit vxorē, moritur intestatus, dominus eius nō debet percipere tertiam partem bonorum suorum, nec aliquid aliud ratione intestiæ. Et hoc notatur in vsatico, vbi loquitur de intestatis. Item si filius alicuius pagensis hominis alicuius militis, vel alterius moriatur intestatus, post mortem patris in aliqua villa, seu castro regis: & ille non habebat certam mansionem, sed stabat per aliquod tempus in vno loco, & per aliquod in alio, tertiam partē bonorū illius mobilium debet habere dominus patris ratione intestiæ, & non rex, nec minūsvilla, in qua moritur. Et hoc notatur in vsatico supra dicto.

S V M M A R I V M.

- 1 Intestia non soluitur de homine solido mouente intestato.
Filiis familiaribus intestato decedente, dominus tertiam ipsius bonorum partem obtinet.
- 2 Mansionem certam non habere quis dicatur.
- 3 Intestia debetur de bonis mobilibus filijsfamil. intestati post mortem patris.
- 4 Patronus in bonis liberti tertiam partem habet.
- 5 Filius familiaris quis, & quare sic dictus.
- 6 Pagus quid sit.
- 7 Liber iure naturali quilibet presumitur.
- 8 Ius naturale qualiter dicatur mutabile, & qualiter non.

- 9 Ius diuinum non tollitur, sed in casibus singularibus modificatur per humanum.
- 10 Statutum loquens de uxore, an locum habeat in desponsata, nondum transducta.
- 11 Maritus quis uerè dicatur.
- 12 Mariti nomine uenit, qui uxorem carnaliter cognouit, de cuius seminis perturbatione dubitatur.
- 13 Sponsa quando ueniat nomine uxoris, & quando non.
- 14 Libellus, quo petitur tertia pars bonorū intestati, qualis.
- 15 Ecclesia parochialis, an licitè capiat intestatorum tertiam bonorum partem.
- 16 Ratio civilis iura naturalia non corrumpit.
- 17 Intestatus, an dicatur, qui testamentum fecit quidem, sed non scriptum per publicam personam.
- 18 Codicilli largè dicuntur testamentum.
- 19 Patronus iura salua habet in liberto in patris potestate constituto.
- 20 Pater an usumfructum habeat in feudo, uel mansata filij aduentitia.
- 21 Intestia non debetur de bonis intestati impuberis.
- 22 Impubes, seu minor non moritur intestatus, cum testari nequeat.
Intestia qua ratione introducta.
- 23 Intestia quo casu in bonis pupillorū dominis nō debeatur.
- 24 Consuetudo odiosa non debet extendi.
- 25 Intestia non debetur domino de bonis eius, qui testari nō potuit.
- 26 Intestia quare soluitur, si citra culpam quis intestatus moriatur.
- 27 Iura vsaticorum, an in clericis locum habeant.
- 28 Ecclesia non nisi munus ordinarium agnoscere tenetur.
- 29 Clericus non priuilegiatur in bonis patrimonialibus.
- 30 Instantia in causa ecclesie lapsu triennij uon perit, in causa patrimoniali clerici perit.
- 31 Clericus de patrimonialibus decimas soluit, de ecclesiasticis bonis non.
- 32 Clericus dupliciter ius patronatus in ecclesia habere potest.
- 33 Clerici an gaudeant priuilegijs in bonis proprijs, sicut in ecclesiasticis, & nū. seq.
- 34 Patrimonium clerici eodem, quo ecclesie, gaudet priuilegio, & seq.
- 35 Consuetudo generalis clericos non ligat.
- 36 Dominus permittens filium hominis sui tonsurari, quando sibi præiudicet.
- 37 Argumentum fortissimum, non est iure cautū, ergo & c.
- 38 Iura specialia à iure communi discrepantia, sunt restringenda.
- 39 Princeps solus rescribendo, uel sententiando potest legem condere.
- 40 Debita an deducantur de tertia, qua domino ratione intestiæ debetur, & nū. seq.
- 41 Aes alienum, an de mobilibus deducatur, an etiam de immobilibus.
- 42 Dominus quando in bonis intestati tertiam habeat sine onere, 49.
- 43 Bona quando dicantur deducto ære alieno, & quando nou. 48.
- 44 Filij nomine in fauorabilibus uenit filius naturalis.

Filius

- 45 Filius naturalis an excludat dominum à tertia in bonis intestati, 55.
- 46 Naturalis non uenit filiorum appellatione, 53.
- 47 Statuta proprie, & strictè sunt intelligenda.
- 48 Exorchorus decedens sine descendantibus, an possit de mano testari.
- 49 Filio usalli effecto clerico an in eius bonis perdat tertiam sibi debitam.
- 50 Intestia an soluitur domino de bonis, in quibus intestato facta est substitutio, & seq.
- 51 Heres, qui hereditatem non adiit, uel coactus adiit, nullum inde commodum sentiet.
- 52 Filius, cui centum legauit pater si intestatus moriatur, an dominus solum in prædictis habeat intestiā, an etiam in legitima.
- 53 Vxoratus deferens habitum & tonsuram an possit tenere mansum.
- 54 Dominus de translationibus de manso non habet tertium.
- 55 Exorchorus quis dicatur, 68.
- 56 Sterilis quis sit.
- 57 Natus, seu pro nato habetur in utero existens, cum de ipsius commodo agitur.
- 58 Occisio seu interfectio an dicatur mors.
Mortuus quis proprie dicatur.
- 59 Decedere, uerbum quid significat.
- 60 Exorchorus an sic inter uiuos bona sua donare possit, quod dominus priuilegiatur intestiā.
- 61 Vacantia bona dicuntur eius, qui nullum successorem habet.
- 62 Exorchoria, seu intestiā an etiam de nominibus debeatur, 67.
- 63 Nomina debitorum non ueniunt nomine mobilium.
- 64 Nomina debitorum nec mobilia, nec immobilia, numero, 76.
- 65 Nomen, seu actio, quando dicatur quid nobile, & quando immobile.
- 66 Censualia & uiolaria an sint mobilia, an uerò immobilia, 79.



Nem si. Istud cap. cum capit. sequenti, Item. Legam insimul, quia tractant de vna & eadem materia: & hinc etiam addam, & tractabo de materia exorchie, cum ista iura intestiæ, & exorchie ac etiam cugutiae sint de illis malis vsibus, in quibus homines proprii & solidi, de quibus fit mentio supra, in c. habito. tenentur eorum dominis, propterea quia isti sunt homines de redemptione, non in toto principatu Cathalonie, sed secundum d. c. habito. Et referunt anti qui sapientes quod ex eo dicta iura soluantur, & fuerunt introducta, ac dicti homines sunt de redimentia, & eis ipsa seruitus fuit imposta: quia tēpore proditiōis Co-

mitis Iuliani remanserunt in hac patria multi Christiani captiui, & Rex Carolus, dum acquirebat terram, que est citra flumen Lupricati, indicauit Christianis captiuis quod ipse debebat habere bellū cum Saracenis certa die præfixa, quare rogabat eos quod insurgerent contra Saracenos, & die belli essent cum Christianis: Christiani uerò captiui dubitantes quis eorum obtineret, noluerunt præbere auxilium Regi Carolo, nec Christianis: Deo duce Christiani deuicerunt Saracenos, & hanc terram subdiderunt fidei orthodoxæ, & facta subiectione huius terræ dixerunt Christiani regi ut interficeret Christianos captiuos, eò quia cum eis noluerant debellare pro fide. Rex autem deliberauit habito consilio quod cum ipsi essent gentes armigeræ, & non poterant cultiuare, ut ineret illos captiuos Christianos uiuere, & sicut ut captiui uiuebāt apud infideles, ita uiuerēt & in perpetuum apud Christianos: & iura, ad quæ tenebantur facere infidelibus, facerent & Christianis. Alij dicunt quod fuerunt illi, qui consenserunt in proditiōe comitis Iuliani, & remanserunt apud infideles, & in conquestia & recuperatione huius patriæ fuerunt sic captiuati. Et ista sunt de illis iuribus, quæ dictis infidelibus facere tenebantur. Sed in diocesi Gerundenſi apud montaneas est quedam parochia uocata de Riuidario, quæ est exempta à dictis iuribus, ex eo quia, ut audiui, homines de illa parochia fuerunt obediētes dicto regi Carolo, vel non fuerunt conscij in dicta proditiōe, nec remanserunt cum infidelibus. Et ueniendo ad lecturam dictorum capitulorum, diuidam ipsa in duas partes. Prima pars dicit qualiter dominus non debet habere tertiam partem bonorum, neque aliquod aliud pagensis de redimentia intestati, qui vxorem non habuit. In secunda parte dicit qualiter dominus ipsius pagensis debet habere tertiam partem bonorum filijfamilias ipsius decessi in loco regio, & non dominus Rex. Prima pars ibi. Si aliquis. Secunda pars ibi: Item. Casus. Dominus non debet habere tertiam partem bonorum, neque aliquid aliud pagensis hominis proprii decessi ab intestato, qui nunquam habuit vxorem, sed si filius familiaris ipsius pagensis sit vagabundus, sic quod certam mansionem non teneat, &

decefferit in loco regio, dominus habebit tertiam partem bonorum ipsius, & non dominus rex, in cuius villa moritur. hoc dicit dominus Bertrandus de Ceua antiquus doctor huius Ciuitatis, ac in iuribus patriæ multum expertus, istam consuetudinem sic posuit: Si filius alicuius rustici habeat in aliqua ciuitate, vel villa domini regis diuersa bona, non tamen habet ibi domicilium, nisi habitando cum aliquo ciue pro scutifero: quis debeat habere exorchia, vel intestiam? Et dicit quod dominus mansi, vbi natus fuit: cum talia iura debeantur dominis, id est, senioribus. Et alleg. vatic. de rebus. & vatic. de intestatis. Collige notabilia. ¶ Not. primò quod de homine proprio, & solido intestato decedente, si uxorem non habuit, non soluitur intestia. Not. secundò quod vbiunque filiusfamilias decesserit intestatus, dominus habet tertiam partem bonorum. De materia istorum capitulorum est vaticus, de rebus. & vaticus, de intestatis. Not. tertio quod de filio pagensis de redimentia decessi in loco regio ab intestato dominus rex non debet habere aliquid ratione intestia. ¶ Not. quartò quod ille dicitur non habere certam mansionem, qui stat per aliquod tempus in vno loco, & per aliud tempus in alio. Et iste censetur vagabundus. Concor. Ludo. in l. iij. §. prator. ff. de damno infect. vbi dicit quod ille qui non habet certam habitationem, videtur vagabundus: vel ille qui coepit vagari per orbem, sicut sunt stipendiarij, & sodales, secundum Angelum in l. haeres. §. si quis. ff. de iudi. Barto. in dicto. §. prator. Innoc. in c. fin. de eo qui mit. in possess. Specu. titu. de compe. iudi. adi. §. si quid. versicu. sequitur. Not. quinto & vltimo in verbo post mortem, ¶ quod intestia debetur de bonis mobilibus filijfamilias intestati decessi post mortem patris: ergo à contrario sensu, si decederet viuente patre, nulla intestia deberetur. Expone literā. Si aliquis. De hoc verbo dixi supra in capitu. si aliquis est homo. Vxorem. An autem habeat locum, si sponsam habuit, dicam latius. j. in questionibus Moritur. subaudi naturaliter, scilicet vt anima dissoluatur à corpore. Text. iuncta glo. in l. verum. in fin. in verbo, aut morte. ff. pro socio. & an habeat locum in occiso, dicam j. in questionibus intestatus. Quis dicatur intestatus, scripsi latius supra,

in capitu. vassallus si decefferit. in quaestione, quaerit vltimus. Tertiam partem. Subaudi. factis exinde tribus aequalibus partibus. ¶ Simile est in patrono, qui habet tertiam partem in bonis liberti. institutio. de success. liber. Aliquid aliud subaudi Simile de ista dictione, alius, alia, aliud dixi supra in capitu. castellanus. in expositione literę. Ratione intestie id est, ratione iuris, quod competit senioribus, ex quo pagensis decessit nullo ab eo condito testamento. not. per Bertrandum de Ceua, & alios antiquos sapientes. Item. De ista dictione Item, scripsi supra in c. & finitis. §. Item. Filijfamilias. quare dicatur filijfamilias? dic ¶ quod filijfamili. dicitur, quasi dominus familiae paterna, & substantiae paterna, secundum Baldum in l. in suis. ff. de liber. & posthu. & Petrut. in l. fratris. C. de iure deliberan. & dicitur filius à filios, quod est amor, secundum Bartolum in l. liberorū. ff. de verborum signifi. Pagensis. Pagensis dicitur à pago, quia in pagis ruralibus communiter habitant. Vnde versus. Rusticus à rure, quoniam rus est sibi cure: Villicus à villa, quia res disponit in illa. Dicitur ab agro agrestis, littera sit tibi testis. Est villa pages, dicas hinc esse paganum. ¶ Vnde pagus dicitur parua villa, vbi solum morantur rustici, & pagenses, ac agricultores. Vel alterius. Indefinite ponitur. Et sic omnes comprehendit, qui habeant pagenses homines proprios: cum indefinita aequipolleat vniuersali, vt dixi supra in pluribus capitulis. Post mortem patris. Subaudi qui erat pagensis de redimentia. Per aliquod tempus. Subaudi minus vno anno: nam post annum si non fuerit requisitus, non crederem locum habere hoc capitu. argumento constitut. regis Petri, capitu. Item quod in terris. & in constitut. regis Alfonsi curiae Barchinone, capitu. Item commemorantes. §. emes aiustant. not. per Bertrandum de Ceua & alios antiquos sapientes, prout superius dixi. Opponitur primò ad primum dictum horum capitulorum quod dominus habeat tertiam partem bonorum pagensis ab intestato decessi: vt in vatic. de intestatis. So. hic loquitur de illo, qui nunquam habuit uxorem: ibi de illo, qui uxorem reliquit: & sic casus est diuersus, & non aduersus. Opponitur secundò quod nullum ius ratione intestia,

restia. aut exorchia seniori ipsius pagensis debeat, cum tale ius sit seruitus, quae est contra naturalem libertatem. ¶ Libertas enim est de iure naturali: & sic quilibet praesumitur liber, nisi contrarium probetur, secundum Bald. in l. libertas. ff. de sta. ho. Solut. ista seruitus fuit introducta de iure vaticorum, & consuetudinario, & per istud ius, tanquam posterius, fuit derogatum ipsi iuri naturali, secundum not. per Angel. de Perusio in l. de quibus. ff. de legi. & Ang. Aret. insti. de offic. iudi. in princi. Potest enim istud ius consuetudine introduci secundum Hostien. in Summa de natis ex lib. ventre. §. si. vers. fin. & alleg. in Leuitico c. xxv. Sed contra praedictam solutionem facit, quia iura naturalia immutabilia sunt: vt Insti. de iure natu. §. sed naturalia. & sic nec per dictos vaticos, nec per consuetudinem immutari potest. Sol. ¶ Licet ius naturale in suo genere sit immutabile, vt in contrario, Tamen in aliquibus eius speciebus immutatur, vt hic. Hoc not. gloss. in l. manumissiones. ff. de iusti. & iure. & i. ius civile. in prima responsione, quam facit ad §. sed naturalia. Vel dic quod non potest destrui, sed modificari, & declarari, & ex prouisione adiuuari: sicut videmus in matrimonio, quod est de iure naturali, vt insti. de iure natura. in princi. & tamen modificatur ex causis, & impeditur, & minuitur per ius civile, & canonicum: vt patet. C. & ff. de nupt. per totum. & pro hoc gloss. in l. finali. C. si contra ius vel uti. pub. & patet. xij. distinc. in princi. secundum Ludouic. in l. filio. ff. soluto matrimo. & adde Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Et idem dicitur de iure diuino: ¶ quia licet tolli non possit per legem inferiorem, tamen in casibus singularibus modificatur, declaratur, & alteratur. extra de conuer. coniuga. cap. Verum. Vel dic quod ius naturale non mutatur per constitutiones humanas: tamen constitutiones faciunt perinde haberi, ac si esset immutatum: vt patet in simili. ff. de usufr. earum rerum quae usu consu. l. ij. secundum Ioannem Fab. & Ange. Aret. in d. §. sed naturalia. vide latius Ioannem Andræ. in cap. quia plerique. de immuni. eccles. & pro hoc insti. de iure natu. §. ius autem. ibi: & seruitutes, quae sunt iuri naturali contrarie. Et ibi dicit Angel. Aret. quod duplex est ius gentium, & de vltimo loquitur dictus §. ius

autem. Oppo. tertio, quod iste textus improprie loquatur: nam iste, qui decessit post mortem patris, non dicitur filiusfamilias, quia efficitur sui iuris: vt Insti. quibus modis ius patriae potesta. solut. §. hi vero. cum §. sed hoc. iuncta gloss. Solut. Hic debet subaudiri, qui fuerat filiusfamilias. & cum hac subauditione tex. proprie loquitur: & nulla est oppositio. Quaro, primò iuxta textum, quid si habuerit sponsam, nunquid habet locum istud. c. Ista quaestio cadit in illa q. ¶ an statutum loquens de vxore habeat locum in despōsata per verba de praesenti nondum transducta ad domum mariti. Et glossa ordinaria, in l. ea, quae. la secunda. ff. ad muni. & in l. cum te. C. de dona. ante nuptias. dicunt quod sic. Et idem voluit Bartol. in l. nihil. ff. rerum amo. per illum textum, & per text. in l. cum hic status. in §. si mulier & maritus. ff. de donat. inter virum. Et pro hoc facit regula vulgata quod inter istos est matrimonium: quia nuptias non facit concubitus, sed consensus. ff. de regulis iuris. l. nuptias. Secundò principaliter pro hoc adducitur. l. cui fuerit. ff. de conditione & demonstratione. nam clarum est quod conditio debet impleri in sui specifica forma: nec sufficit impleri in effectu: vt l. qui heredit. in princip. eodem titulo. & tamen in dicta. l. cui fuerit. dicitur quod si alicui relicta fuerit, si in familia nupsisset, videtur impleta conditio statim atque ducta est vxor, quamuis nondum in cubiculum viri venerit. Et subditur ibi ratio, de qua ibi. Tertio pro hoc videtur casus in l. Deo nobis. in princip. C. de episco. & cleric. in versi. & hoc tantum modo lucrif nomine. & c. & ibi loquitur quando erant vir & vxor. & nondum carnali copula cognita, nec transducta ad domum mariti: alias non posset alter ex coniugibus ingredi religionem altero inuito, vt nota. xxvij. quaestione secunda. c. Agatosa. & c. desponsatam. & tamen in dicta. l. Deo nobis. loquitur de pacto de lucrando, alias ex statuto, igitur & c. Et hoc etiam ibi firmat Bald. Quarto pro hoc adducitur l. non sine. C. de bonis, quae lib. in verbo, germanus mariti. nam ibi videtur casus pro ista quaest. licet ibi Bal. illa leg. alleget in contrario: nam ibi solum disputatur an appellatione mariti contineatur sponsus. Et ita ibi illum text. summant Bartol. & Bald. & alij docto. nil autem

autem ibi dicitur de marito per verba de presentis: quod tamen non interuenit copula carnalis. ¶ Ex quo sequitur, quod cum in dicto versu germanus dicitur quod nomen mariti illi soli, qui nuptias contraxit, pertineat: sed clarum quod etiam illi, qui nondum transduxit uxorem ad domum, dicitur contraxisse nuptias: ut d. l. nuptias. de regu. iur. Igitur &c. Et etiam pondera ibi text. in verbo, post conceptum matrimonium. ubi innuitur quod eo ipso quod est conceptum matrimonium, licet non consummatum, & per consequens ante copulam carnalem, dicuntur vxor, & maritus: igitur &c. & vide Cy. in d. l. non sine. Quinto in materia poenali, & odiosa sufficit ad poenam introducendam qualitercunque matrimonium sit: ut est text. in l. si vxor. §. diuus. ff. de adult. ergo in casu nostro cum matrimonium sit: igitur debet habere locum dispositio huius cap. Sexto pro hoc facit textus in l. Scia. in principi. ff. de do. inter vir. & vxor. quia ut donatio valeat inspicitur, an fuerit facta ante contractum matrimonij, quod consensu colligitur, licet nondum fuerit transducta ad domum, vel tabulae dotales essent consignatae: ergo &c. Septimo pro hoc facit l. mulierem absentis. & l. denique. cum l. seq. ff. de ritu nupt. ubi dicitur quod mulier absens potest in uxorem accipi. Et ibi dicitur quod dum a coena rediret in Tiberi suffocatus, quod est legendus: igitur est maritus. Et subditur ibi in l. denique. quod virgo habet dotem & actionem de dote. igitur &c. Octauo pro hoc videtur casus in l. j. C. de impo. lucra. descrip. lib. x. verbo Datum, vel adquisitum. ubi gl. ibi: ex dote pacto, vel statuto, non dicitur lucrum, ita quod debeat soluere siliquas: ergo si non dicitur lucrum, etiam in marito futuro. Igitur ibi est casus quod in casu nostro antequam ducatur ad domum viri si non dicatur lucrum. ideo debitum quod maritus debet illam partem delatam ex statuto consequi, & habere, licet nondum onera matrimonij sustinuerit. Et ita allegat Ang. ibi illum text. Nono pro ista parte videtur casus in l. sancimus. C. de nup. in principio. ubi: qualicunque pacto. & in fine: sed ex quo vota nuptiarum re ipsa processerint, &c. ubi est casus quod quocumque pacto de dādo vel faciendo interuenerit in tempus nuptiarum, & sic matrimonij, verificatur, quando festiuitas re ipsa processerit: & sic ibi patet

quod ibi non requiritur traductio ad domum, vel concubitus. In contrarium determinat Salicet. in l. cum te. C. de dona. ante nup. per multas rationes, & arg. inter quas adducit l. vxores. cum l. se. & l. liberorum. ff. de infami. ¶ ubi appellatio de viri, vel mariti, videtur comprehendere ille, qui cognouit uxorem carnaliter, de cuius feminis perturbatione dubitatur: quia intra annum remaritari non potest: illa autem, quae non fuit cognita, remaritari potest statim: quia illa ratio ibi cessaret. Et sic non proprie dicitur ille maritus, quando eam non cognouit. Igitur non comprehenditur statuto maxime exorbitanti, in quo verba debent accipi proprie, & non improprie: ut l. iij. §. hac verba. & ibi Bart. & doc. ff. de neg. gest. & in l. constitutionibus. ad municip. Quid igitur dicendum est? Et dico quod licet Raphaela. in d. l. nihil. & in l. de diuisione. & in l. si ante nuptias. ff. sol. mat. videatur tenere primam partem, attamen de subtilitate iuris ego credo in hac materia opinionem Salicet. esse veriorum. Et sic dato quod dictus pagensis habuit sponsam non transductam ad domum, neque carnali copula cognita: habet tamen locum istud. c. sic quod si moritur intestatus dominus non habebit tertiam partem honorum suorum mobilium. Et pro hac parte facit dictum Ang. in l. solet. ff. de infami. ¶ ubi appellatio de vxoris non continetur sponsa: quando matrimonium non est prohibitum perpetuo: alias prohibito matrimonio intelliguntur prohibita sponsalia. Et pro hoc facit, quia istud ius intestatae est contra libertatem, & sic odiosum: & consequenter potius debet restringi, quam ampliari. c. odia. Specialia enim iura a iure communi discrepantia debent restringi, secundum Arch. de fili. presby. lib. vj. in verbo, restringi. & per eum in cap. si abbatem. de ele. eo. li. §. huiusmodi. Consuetudo enim ista loquitur tantum de vxore, & non de sponsa: & sic quantum habet de actu, tantum habet de potentia, & non plus, secundum Bal. in praelu. feu. §. consuetudo. Non enim consuetudo extenditur ultra id, quod agitur, secundum Bart. in authen. qui rem. C. de sac. sanct. eccle. & Lud. in l. vestigalia. ff. de publican. Adde Andre. de Sici. in clemen. ne Romani, de elect. Vbi dicit quod non extenditur ad alios casus, vel personas. Bal. in praelud. feud. & vide Lud. in l. j. §. si stipul

stipulanti. ff. de verbo. obli. ubi dicit quod non extenditur ultra suos proprios terminos. Quaro, qualiter formetur libellus sit per hoc c. & dico quod sub forma sequenti secundum antiquos sapientes. ¶ Coram vobis, &c. proponit talis contra talem dicens & asserens quod Caius erat homo proprius, & solidus, & affocatus cum manso suo, & cum honoribus, & pertinentijs eiusdem, & decessit intestatus, vel exorchus sine liberis, & si quod condidit testamentum est nullum, & inuadum: nec ex eo aliquis fuit haeres, nec ipsius hereditatem adiuit. Vnde cum iure & consuetudine patriae in facultatibus eorum, qui exorchii, vel intestati decedunt, seniores ipsorum scilicet decedentium partem tertiam assequantur: ideo petit dictus. T. actor ipsum. C. & quocumque alium pro eo in iudicio interuenientem per vos dominum iudicem condemnari, & condemnatum iuris remedijs compelli ad tradendum, & deliberandum sibi quo supra, nomine tertiam partem honorum, quae fuerunt dicti. T. vna cum expensis, &c. ¶ Quaro, pone quod in aliquibus partibus ecclesiae parochialis habet tertiam partem de omnibus bonis mobilibus morientium ab intestato, & iniungunt sacerdotes parochianis suis quod reuelent omnia bona mobilia sua, nunquid valeat ista consuetudo? Respondeo, non credo quod haec consuetudo debeat praedecedere iuri communi, nisi pacifice & legitimo tempore sit prescripta, vel in contradictorio iudicio obtenta, vel auctoritate sedis apostolica confirmata. Nec credo constitutionem archiepiscoporum vel episcoporum ad hoc sufficere, nisi ad sit voluntas & consensus subditorum, quos tangit, ut haec not. in Summa fratris Raynaldi, tit. de sepul. §. Item de quibus rebus. in gloss. si de consuetudine. contra not. Innocen. extra de limo. c. ad apostolicam. iuxta principi. prime glo. versu. dicamus tamen. dominus Hostien. no. quod valet talis consuetudo, si sit prescripta, ut not. in Summa de natis ex libe. ven. §. fin. circa si. & titul. de censu. §. quis census. versu. quid si rusticus. Pro hoc, quia diutina consuetudo ecclesiae licet contraria rationi, tamen seruanda est: ut not. xvj. quaest. iij. c. inter caetera. in gloss. j. Item canon dixit quod nihil debet haberi a defuncto, nisi id, quod legauerit. xij. q. ij. c. praecipendum. & c. praecedenti. Qui-

dam quod non valet talis consuetudo: quia est contra ius commune: ut not. Archid. in c. consuetudo. xij. distin. in penul. & ult. gl. & not. de proba. c. ad naturam. de consuet. c. si. Item pro hoc facit bene praedicta not. 16 Inno. ¶ Item quia civilis ratio naturalia iura corrumpere non potest. ff. de capi. dimi. l. eas. Hostien. tenet expresse quantum ad lectum, in quo iacebat defunctus, quod valeat consuetudo, ut dicit se iudicasse, ut not. ipse in summa, titu. de limo. §. qualiter. versu. quid de his, & tribus versu. seq. Archid. not. illud, quod cum pacto possidetur, non distribuitur: ut not. per eum. lxxj. dist. c. hortamur. in magna glo. in ver. bene. Igitur secundum Guliel. Domenge antiquum & famosissimum doctorem Gerundae. ¶ Sed pone quod aliquis fecit testamentum coram testibus, quod non fuit scriptum, vel fuit scriptum per manum priuatam, nunquid videtur decedere intestatus, ad hoc ut teneatur de intestata? Et tenent sapientes Gerunde quod non, ex quo talis voluntas publicetur, ut fiat sacramentale testamentum ex ea: ut docet gloss. C. de testa. l. hac consultissima. §. fin. in glo. quae incipit, hic not. Nam talis videtur nuncupatio modo testari, si talis voluntas coram iudice ordinario publicetur. C. de testa. l. publicati. & l. testamenta. C. de edic. diui Adria. tollen. l. si. circa medium. in gl. super verbo, de positionibus. vel si fuerit Barchinone, quod publicetur, & fiat modo, & forma contentis in priuilegio, del recognouerunt proceres. nec etiam si faciat cum quinque testibus. ¶ Nam licet codicillam videatur decedere intestatus, verum tamen largo sumpto vocabulo testamentum appellatur. instit. de codi. in principi. Item nec si fiat cum duobus testibus, cum ibi permittitur sit testari solum cum duobus testibus presentibus, ut habetur in dicto priuilegio Barchinonae. Ad hoc facit multum bene vsatic. si quando. §. duo, vel tres. cum ibi not. per Iaco. de Monteuda. Ideo hoc casu non soluetur intestata, cum vsatic. de intestatis, sit contra ius, & sic restringendus, argumento. C. de inoffic. l. si quando. ff. de lega. j. l. quid ergo. & videtur text. in §. intesta, praalle. gat. secundum dictum Guliel. Domenge, & Ray. de Area, & Guliel. de Valfelicha. in lectura. Quaro, quid si filius familias habeat bona mobilia aduentitia, & decedat intestatus, nunquid in illa tertia parte domi-

no competenti habebit pater vsumfructū: Videtur quod sic. C. de bo. quæ lib. l. j. & ad Tertul. l. si. §. si verò. de vsuf. l. si patri. Sed contra videtur: nam illa pars reputatur peculium domini, & quo ad illud est in potestate domini: & sic non potest esse in potestate patris, argumento. C. de agri. & censit. l. ne diutius. lib. xj. ff. de adult. l. sic eueniat. pro hoc quia dominus præfertur patri in feud. hinc si. l. Fred. c. si. §. contra. & est gloss. quod originarius non habet filium in potestate. in decre. xxxij. q. iij. c. patrem. in gl. ij. versicu. sed nunquid originarius. † Nam etiam in liberto in potestate patris constituto remanent salua iura patrono, argumento. ff. de adopt. l. vltima. Quod credo idem in filiis rusticorum huius terre, vt quantum ad ea, in quibus dominus habet ius, sunt in potestate domini, & quantum ad ea, quæ non competunt domino, sint in potestate patris, argumento eorum, quæ notantur extrà de priuil. c. cum capella. in gl. vna. Et ita videtur habere duplex peculium: quod non est absonum iuri, quod de iure vna & eadem persona potest duplex peculium habere. C. de inoff. test. l. si. circa fin. & ff. de pecul. l. hinc quæritur. §. j. † Item credo quod pater non habeat vsumfructū in feudo vel mansata filij aduentitia: vt in feu. de nouo benef. inuest. c. si. cum gl. secundum Raymūdum de Area, & Guliel. de Vallecha in lectura sua super vsat. de intestatis. Sed quæro, an æquale ius sit in intestatis, quod in exorchis. Idem Guliel. in dicto vsat. in glo. verbo, præfati seniores, mouet istam q. vbi sic inquit: Non ergo est æquale ius, nec idem: ideo plus in intestatis, quam in exorchis, vt supra, de exorchis. c. de rebus. Nam ibi soluunt tertiam partem mobilium, quæ habet dominus, siue exorchus vxorē habeat, siue non: hinc verò si intestatus decedat cum filiis, & vxore, habet dominus tertiam mobilium: & si reliquerit filios, & non vxorem, tunc dominus medietatē assequitur. Quid dicendum: Dico quod nulla est inæqualitas, ideo idem ius: & ista identitate iuris vsus fuit, & vititur ex consuetudine longissima, & antiquissima: quæ cōsuetudo optima legum est interpret: vt ff. de legi. l. si de interpretatione. & extrà de consuet. c. cum dilectus. videlicet quod dominus de bonis mobilibus rustici intestati siue cum filiis, & vxore decedat, siue cum filiis, & non cum

vxore, siue aliàs, nō habet nisi duntaxat tertiam partē: de immobilibus verò nihil consequitur. Et quo ad hoc iste vsa. in desuetudinē abiit: quinimo ab intestato succedentes venient. Quod est bene notandum. Vel fortē est locus gratificationi. Nam si filij extiterint, dominus vni ex propinquis intestati potest dare quæ magis duxerit eligendum: & hoc ex equitate: licet aliud sit de iuris rigore, vt not. hinc in gl. j. prius. ver. sed si filij. vide ipsam glo. Ita eligo, & intelligo dictam gratificationem dominum posse facere, vbi venientes ab intestato non se conuenierint de persona idonea, aliàs nō: quod tene mēti. Gulielmus vbi supra. † Sed ponit Titius in suo vltimo testamento mandauit quod Berta filia sua impubes dotaretur, & hereditaretur de bonis suis ad cognitionē suorum manumissorum. & secundum vires patrimonij honorū ipsius Titij: postea post obitum dicti Titij mortua fuit dicta Berta adhuc existens impubes, & in ætate nouem annorum: & quia dicta Berta nullum condidit testamentum, sicut nec potuit venerabilis dominus Abbas Bisulduni dominus prædicti loci petijt, & nititur habere intestiam de bonis prædictæ Bertæ, & de eius legitima, quam dicit, & prætendit eidem Berte competisse, & pertinuisse in dictis patrimonio, & bonis prædicti Titij: quæritur an dictus Abbas bene dicat, & an cum bona conscientia prædictam intestiam possit petere, & habere? Et salua memorij deliberatione videtur dicendum quod non. Et ad hoc dicendum moueor rationibus, & iuribus, quæ sequuntur. † Et primò, quia Berta quæ non poterat, etiam si vellet, ætate prohibente, condere testamentum, non potuit, neque potest dici proprie mortua intestata: vt ff. de suis & legit. hered. l. j. Item cessante causa consuetudinis huius patriæ, quæ consuetudo induxit ipsam intestiam, debet cessare ipsa consuetudo, & intestia. Causa autem dictæ intestiæ fuit negligentia testandi rusticorum hominum solidorum, qui negligentes erant in testando, & propter eorū negligentiam, & intestiam, discordia oriebatur inter eorū filios, & contentio super māsibus & bonis suis, ex qua contentione ipsi mansi veniebāt ad destructionem, & per consequens domini ipsorum hominum, & mansorum damnificabatur: & propterea soluitur dicta intestia, & pœna sol

na soluendi intestiam introducta in ipsa patria sit prædicta causa, siue negligentia testandi, non potest habere locum in prædicta Berta, nec in dicta impubere: ergo per consequens nec dicta intestia, quæ est pœna dictæ negligentie. Nec obstat iura, quæ dicunt quod impuberes, & furiosi, & similes, habentur pro intestatis: quia illa iura loquuntur in materia fauorabili, & in commodum & prouisionem ipsorum impuberum, & furiosorum: nos autem in nostro casu loquimur in materia plurimum odiosa, & pœnali, quæ est per cōsequens restringenda: vt ff. de positi. l. cum quidam. Item ex quo dictus Titius certū de bonis suis triauit dictæ Bertæ, non potest dici proprie: quia ipsa Berta aliqua bona habuit: & sic de eo, quod non est, non debetur, nec potest deberi intestia. † Et propter hoc fuit, & est in ista patria aliter olim obseruatum quod in tali casu, quo pater nullam certam quantitatem bonorum suorum dimiserit filiis suis, quod propter intestiam talium filiorum, etiam si moriantur intestati in ætate perfecta duodecim, vel quatuordecim, vel etiam quinquaginta annorū, nō debetur dominis eorum de legitima ipsorum filiorum non detriata aliqua intestia. Hæc consuetudo fuit semper, vt primò dicitur, obseruata: & si qui sint domini, qui istam consuetudinem infregerint, & intestiam de prædictis nō detriatis habuerint, & habent ab ipsis impuberibus, certè peccauerunt, & tenentur ad restitutionem: præsertim quia per potentiam suam, cui subditi non potuerunt, nec ausi fuerunt resistere, hoc fecerunt: & sic nō potuerunt, neque possunt præscribere, saltē quo ad Deum verum iudicem. Itē esto quod aliqui domini fuissent de prædictis vsi, & consueti, nō tamen propter hoc est alijs dominis licitum extēdere ipsum vsum ad suos homines: † quia cōsuetudo vni loci, præsertim onerosa, & odiosa, non potest, nec debet ad alia loca, vel ad alias personas extendi, iuxta not. per Innocē. in c. dilecto. de offic. archi. Et pro hac extensione vide quæ supra dixi à libris domini Iacob. Callicij, Iacob. de Faro, Iaco. de Monellis, & Gulielmi domenge sapiētum antiquorum huius principatus. † Quæro, an de illo, qui nō potest testari, vt filiusfamil. pupillus, vel furiosus, debeat domino intestia. vide Iac. de Monteud. in vsatico, de rebus. vbi etiā

dicit ipse Iacob. quod ille vsaticus non seruetur eo modo, quo litera sonat, quia restringitur ad tertiam partem mobilium tantum: & tamen seniores deberent habere legitimam, quæ competit iure Gothico, & consuetudinario Barchinonæ: & illa est plusquam tertia, quia octo partes de quindecim. Notat Iacob. de Faro super dicto vsatico, de intestatis. quod si moritur rusticus intestatus, & absq; vxore, & liberis, in eius bonis dominus habet medietatem. Sed si moriatur testatus, & absque filiis, pertinet domino tertia pars: si verò cum liberis, & vxore intestatus, tantum tertia pars: sed si intestatus, & sine liberis, pertinet domino medietas. Et idem si cum filiis absq; vxore tantum, & intestatus. Et quolibet istorum duorum casuum alia medietas debet esse propinquorum defuncti, si supersint: aliàs omnia eius bona pertinent domino. hoc dicit dictus vsaticus. secundum dictum Iacobum de Faro. † Quæro, quæ est causa quare soluitur, vel habetur intestia, vel exorchia, cum nulla insit culpa, si incontinenti perfecto decimoquarto anno decedat, vel si non habeat filios. ff. si quis cau. l. secunda. §. si quis tamen. & de admittuto. l. tutor, qui repertorium. §. si tutor. & si scriptus nolit adire hereditatem, & tamē intestatus moritur. instit. de hære. quæ ab intesta. dese. §. j. vel si solennitas omittatur: & lex debet esse iusta. mi. di. capit. erit autem. ff. de vsuf. earum rer. quæ vsu cōsu. l. ij. ff. de ædil. edic. l. quod Labeo. ad muni. l. j. dicitur in exorchis dispositio iuris. Et est ratio, cum in libertinis sic sit dispositum. instit. de suc. liber. §. sed nostra. versicu. sin. autem. & tenet gloss. C. de agricol. & censit. l. cum satis. §. primo. ff. ad Trebellia. l. ex facto. §. fina. nota. ff. sol. matrimonio. l. etiam. in principio. De intestia est ratio, cum fuit multis iuribus variata. instit. ad legem Falcid. in princip. C. de liber. præter. vel ex hære. l. maximum. C. de suis & legit. hære. l. si defunctus. & de colla. l. illam. Et authent. ibi posita. C. de legit. hære. l. si de emancipatione. C. ad Trebellianum. l. vltima. & authentica ibi posita. & patruū præponebatur filiis fratris. Numeri xxvij. hodie secus, in authent. de hære. quæ ab intesta. §. si igitur. in fine. & sic factum est prout legislatoribus placuit. Et ratio reddi non potest. ff. de legi. l. non omnium. Et istud est ius domi.

ni, quod habet in persona & bonis hominis sui. C. in quibus caus. colo. cen. l. ij. libr. xj. & quia iura vaticanorum sic ordinarunt, 27 secundum Raymūdum de Area. ¶ Quæro, an ista iura habeant locum in clericis habentibus bona patrimonialia? Dic quod non. c. j. in fin. extrā de iure patrona. libr. vj. & argumēto. ff. de iure fisci. l. fisci. in princip. & de vsur. l. cum quidam. §. si debitor. res. extrā de præben. c. dilectus. & per Cy. C. de sacrosanc. eccle. authent. quas actiones. versu. quid de clericis. secundum episcopum Valentinum. Sed contra determinationē ipsius episcopi facit, quia si est onus formatum antequam res deueniat ad ecclesiam, quod tenetur ad illud onus: vt est gl. notab. in l. incola. ff. ad municipi. Et pro hoc 28 l. placet. C. de sacrosanc. eccle. ¶ vbi ecclesia non tenetur agnoscere nisi ordinariū munus. Et etiam tex. in l. de his. C. de episco. & cleri. vbi clerici onera prædijs, quæ possident, subire tenentur. Et ibi Bald. Item res transit cum onere suo. l. alienatio. ff. de contrahen. empt. & l. traditionibus. de acquir. re. do. pro hoc not. per Bar. in l. rescripto. §. fin. ff. de mu. & hono. facit etiam quod in bonis patrimonialibus clericorū clericus non est priuilegiatus. Et pro hoc allego dictum Antonij de Butri. in c. si diligenti. de præscri. vbi dicit quod in patrimonialibus clericorum præscribitur cum titulo spatium decem annorum inter præsentēs, & viginti annorum inter absentes, & sine titulo spatium triginta annorum: & sic sicut præscribitur contra priuatum laicum, ita præscribitur contra clericum in suis patrimonialibus bonis: quia in hoc non reperitur priuilegiatus. Hoc tenet gloss. solennis in cap. possessiones. xvj. q. iij. sentit gloss. in c. quanquam. de cen. libro sexto. quæ dicit non esse vniuersaliter verum quod clericus gaudeat in rebus patrimonialibus priuilegio ecclesiarum. tenet ibi Archidiacono. allegans gloss. in dicto capitulo. possessiones. Istam partem pntat verissimam Nicol. in dicto capitulo. si diligenti. quia iura canonica exigunt præscriptionem quadraginta annorum solum, quando præscribitur contra ecclesiam: vt cap. de quarta. & c. illud. eodem titulo. facit etiam pro hoc dictum Specul. titu. de integ. restit. §. qualiter. versu. sed numquid. dicentis clericum maiorem non posse restitui in integrum in proprijs bonis, si

fuerit laicus: secus in rebus ecclesiarum. Et hæc opinionem dicit tenere Vincen. allegat gl. not. in clemen. j. de integ. restit. quæ dicit quod lapsu temporis solæ ecclesiarum restituantur, sed personæ clericorum non. Allegat not. de Gofred. in cap. penult. de iudi. 30 vbi voluit quod licet in causa ecclesiarum non pereat instantia lapsu triennij, tamen secus in causa patrimoniali ipsius clerici: quia hoc non reperitur iure cautum. Facit quod dicit Pet. de Anch. & Nico. in c. cum sit generale. de foro compet. quod licet raptoribus bonorum ecclesiarum possint conueniri coram iudice ecclesiastico, vt ibi, secus in raptoribus bonorum ipsius clerici. Et sic concludunt quod clericus non gaudet priuilegio, nisi in casibus expressis. Et subdit Nic. in d. c. si diligenti. quod domi. Anto. tenet contrarium in c. j. de consuetu. sed excusat eum, scilicet quod ibi non discussit ita materiam, vt in dicto capi. & dicit se semper ita tenuisse in dicto capi. si diligenti. & allegat de per se in dicto ca. ex literis. de pigno. & in c. ecclesiarum sanctæ Mariæ. de constitut. & ita residet. Tu verò adde gloss. in c. humanum genus. de deci. ¶ vbi clericus soluit decimas in suis patrimonialibus, & tamē non soluit de bonis ecclesiarum: ergo non est idem priuilegium. Facit not. dictum domi. Ant. in c. cum tēpore. de arbi. sequitur ibi Imol. quod clericus potest compromittere de suis patrimonialibus in non suum iudicem, per illum textum, sed in rebus ecclesiarum secus. Facit gloss. in cle. fin. de procurat. vbi mandatum procuratoris factum a prælato in bonis ecclesiarum non expirat morte ipsius prælati: sed in bonis patrimonialibus sic: ergo non est idem priuilegium. Facit tex. singular. in c. cum dilectus. de iure patrona. vbi 32 ¶ clericus potest habere ius patronatus ecclesiarum dupliciter, scilicet vt clericus, & vt laicus: vt clericus, intuitu ecclesiarum habentis ius patronatus in aliam: vt laicus ex suo patrimonio. Primo casu legatus potest referuare suæ collationi illud beneficium. Secundo casu non: quia in suo patrimonio clericus censetur laicus. Facit not. dictum Ioan. Andra. in c. nemo. de regu. iuris. lib. vj. vbi dicit valere consuetudinem, vt canonicus testetur de fructibus præbendæ, qui debentur successori: quia illa consuetudo præiudicat clericis, & non ecclesiarum: & sic valet consuetudo grauis clericis, sed non contra

contra ecclesiam. Sed his non obstantibus credo opinionem dicti episcopi Valentini fore veriorē. Nam profectō videtur simpliciter & indistincte clericum gaudere in patrimonialibus eodem priuilegio, quo in ecclesiasticis regulariter, nisi in casibus expressis in iure contrarium disponatur. Pro hoc allego text. formalem, quem ad hoc ponderaui in l. decreuim. in verbo siue de ecclesiasticis, siue de proprijs clericum aliqua voluerit lite pulsare. C. de episc. aud. Secundō allego tex. in c. constitutus. de integ. restit. vbi aperto ore probatur quod in patrimonialibus clericus conuenit laicū coram iudice ecclesiastico. qui text. destruit dictum Petri & Nico. in d. c. cum sit generale. Tertiō hoc decidit tex. in cap. non minus. de immuni. eccle. vbi laici non possunt imponere collectam ecclesijs, nec clericis. & ibi dicit do. Ant. possessiones sacerdotum gaudere eodem priuilegio cum bonis ecclesiarum. Quartō facit. c. si. de vita & hone. cleri. vbi clerici gaudent in patrimonialibus priuilegio clericali, posito quod exerceant negotia secularia, nisi ter moniti ab episcopo non desistant. Quintō hoc decidit tex. in authē. Item nulla communitas. ver. ab ecclesijs, nec earū ministris. C. de episc. & cleri. qui text. mirabiliter probat quod nedum 33 ¶ clericis, sed ministris, & seruitores ecclesie, de quibus habetur in c. ij. de for. cōpe. gaudent eodem priuilegio in proprijs bonis, quo gaudent in ecclesiasticis. Et si dicatur quod ille textus loquitur in collectis imponendis dumtaxat, ergo non est extendendus ad alia. c. sane. de priuileg. quia ad hoc allego gloss. singular. in dicta authent. Item vlla communitas. quæ dicit idem in alia causa, vt dispositio illius authent. tanq̄ favorabilis extendatur ad alia. Sextō facit ratio: bona accessoria sunt ad personam, vt in authent. ingressi. C. de sacrosanc. eccle. sed persona est priuilegiata: ergo & bona tanquam accessoria: nec dicitur propter hoc extendi priuilegium. c. accessorium. de regulis iuris. lib. vj. l. cum principalis. ff. & Septimō hoc decidit gloss. singular. subtiliter intellecta in l. munerum. §. patrimoniorum. in verbo Pontifex. ff. de mun. & hono. vbi res ecclesiarum & ipsius clerici æquiparant. Et per illam gloss. magnæ memorię dominus Francisc. Tigrini tenet istā partem ibi, allegat Specul. tit. de cleri. coniug. & illā gl. Bal. dicit esse

mirabilem in l. si. C. sine cen. vel reli. non tamen ad illud propositum Bal. eleuauit spiritus, ad quod Francisc. Tigrini allegauit ibi. Pondera tamen, quia text. ibi iurisconsulti loquitur in pontifice: & glo. ibi ponit exemplum in clerico. quam gloss. ad hoc reputo singular. nec ab aliquo ponderatam. Et pro hoc intelligo quod habetur in c. similiter. xvj. q. j. vbi text. loquitur de ecclesijs, & rebus episcoporum. & gloss. ibi dicit quod res clericorum gaudent eodem priuilegio, quo gaudent res ecclesiarum. Allegat cap. eos. lxxxvij. distinct. & sic textus loquitur ibi in rebus episcoporum, & tamen gloss. extendit ad clericos. Et ita fecit Accursius in dicto versu. Pontifex. Et per hoc intelligis glo. in c. in literis. de pig. quæ loquitur in rebus episcoporum, de clericis nullam facit mentionē. Sed in c. si. de vita & hone. cleri. loquitur expressē de rebus clericorum: & tunc habes clarū intellectum ad eas. Pondera tamen quod glo. in c. ecclesia sanctę Mariæ. tenet istā partem: sed loquitur argumētatiuē. Ducit enim argumētū ex illo tex. & sic censetur quod ibi non est casus de hoc per. c. forus. §. argumentū. de ver. sig. & p̄ id, quod not. Io. And. in c. j. de pac. & gl. d. c. ex literis. loquitur per verbū Forte: sed in d. c. si. loquitur decisiuē. ¶ Quidquid sit, ista est pura veritas, quod bona patrimonialia clericorū eodem gaudent priuilegio, quo & bona ecclesiarum. p̄ tex. supra allegatos, & per c. possessiones. in ver. res ecclesie, & episcoporum. xvj. q. iij. vbi res ecclesie, & episcoporum non præscribuntur spatium xxx. annor. sed requiritur quadragenaria præscriptio: licet glo. corrigat illum tex. & male. Et per illum text. confunditur opinio. Nico. in d. cap. si diligenti. dicentis quod præscriptio quadraginta annorum currit dumtaxat contra ecclesias, & res earum: quia ideo bona patrimonialia clericorum gaudent eadem præscriptione. Et sic est conclusio quod ecclesiastica personæ gaudent hoc priuilegio in rebus earum. Et pro hoc est ponderandus text. in dicta authent. Item nulla communitas. & est casus ad istud propositum in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. in verbo personis ecclesiasticis. iuncta doctrina Arch. in c. quisquis. xvj. q. iij. & iuncta ratione gl. in d. c. ecclesia. in verbo personis. per quā inferit quod bona ecclesiasticarū personarū gaudent eodem priuilegio quo ipsæ

l. j. de consti. prin. tamen inferior à principe licet habeat potestatem legis condendae, non tamen intelligitur legem condere. Et ponit exemplum in rege & barone: ideo si sententia talium esset iuri communi contraria, posset rescindi tanquam iniqua. Quod est perpetuo non tandum. alle. l. j. ff. à qui. appel. licet. Sed istud ultimum dictum Ang. locum habet, quando sententia est iura communi contraria. Primum dictum Ang. ind. §. ceterum. habet locum, quoniam non est iuri communi contraria. Et ita intellexit dictus And. Ang. in dictis locis. Et quod dicti vfatice ita intelligatur, facit, quia consuetudo illos ita interpretata est. Et sic minime sunt mutanda, & c. l. minime. ff. de legi. lex enim interpretatur à consuetudine, secundum Ang. in l. scripturae. §. si de interpretatione. ff. de leg. ¶ Quæro, an de illa tertia parte, quæ debetur domino ratione intestate vel exorchie deduci debeant debita. Et videtur quod sic: nam dominus habet istam partem, quæ filij habere deberent, quod videtur legitima, quæ debetur ære alieno deducto, & funeris impensa: vt ff. de inoff. testa. l. Papinianus. §. quoniam quarta. In contrarium videtur quod cum debeat de bonis mobilibus iuxta obseruantiam patriæ, dicamus ergo si rusticus est debitor, fore diminutum patrimonium, non autem bona mobilia: vt alias dicitur in peculio. ff. de pecul. l. peculium. & in hereditate, prout hoc not. de impen. in reb. dotali. fac. l. quod dicitur. iuxta prin. gloss. j. vniuersitatis. pro hoc. ff. de usufr. leg. l. si. de leg. j. l. nec amplius. ff. sol. matr. l. maritus facere. hæc enim bona appellatur, licet sint debitis obligata. ff. de bonor. pos. l. iij. Et pro hoc videtur gloss. ff. ne quis in frau. pat. & videtur gloss. ff. de proba. l. partronum. ¶ Tu verò distingue, Aut est soluendo hæreditas exorchie: & tunc non debent deduci debita de bonis mobilibus. Aut non est soluendo: & tunc debent deduci debita de bonis mobilibus: cum bona dicantur deducto ære alieno. C. de bonor. que lib. l. cum non solum. §. si autem. Et hoc potest colligi ex not. C. de iure delibe. l. fin. §. si verò. in vltim. gloss. quæ incipit, prius ergo. versicu. & hæc omnia, Et quod non sint deducenda, videtur de re iudic. l. inter eos. §. sed & si. ff. ad Trebel. l. cogi. §. deinde, licet videatur contra de offic. ordin. c. pastoralis. §. præterea. secundum Rouira antiquum patronum huius ciuitatis super di-

cto vfatice, de rebus. Gulielmus de Vallesicha. ibi dicit. ¶ Sed an æs alienum deducatur de mobilibus, vel de immobilibus? Credo quod de omnibus pro rata: vt ff. de iudic. l. sed si fideicommissum argumento. ff. de transac. l. controuersia. & clarius. C. de debi. ciuit. l. ij. lib. xj. & eodem libr. de colla. fun. patri. l. omnes. & ff. ad Trebellia. l. Titius. C. quando & quibus quar. pars bo. l. ij. alias titul. de omni agro deser. libro. xj. facit l. cum possessor. ff. de censi. ibi: dare deberet. §. hic est casus in feud. si de feud. controuer. fuer. inter dominum & vasallum capitu. feudum ea lege damno. & clarius de feud. non hab. propriam natu. ca. si quis ea. & dic vt ibi per Iacob. de bello. Sed idem Gulielmus in vfatice. de intestatis. dicit. Nota quod dominus debet habere tertiam partem rerum mobilium intestati, siue exorchie, sine onere, & antequam soluantur aliqua debita. Et ita est de consuetudine in quibusdam locis. Et est argumentum ad hoc institutum. de fideicommiss. hæred. §. si quis vna. & C. quod eum eo, qui in alie. po. l. dominum per seruum. ff. de tribu. l. j. in princip. & §. peculium. & §. præterea. Verius tamē, & æquius videtur quod primo deducatur æs alienum, argumento. C. ad legem Falcid. l. in imponenda ratione. & l. irritum. & institutum. ad legem Falcid. §. si. & ff. de inoffi. testa. l. damnum. §. quarta autē. & de verborum significatio. l. subsignatum. ¶ Sed tu dic quod si duæ partes, quæ remanent, sufficiant ad debita persoluenda, dominus debet habere suam tertiam partem sine onere: vel etiam si de rebus immobilibus possit satisfieri creditoribus, debet dominus habere suam tertiam partem sine onere aliquo. pro hoc vide in vfatice. de rebus. super gloss. j. in princip. & habes simile, si habeo treugas, dominus debet habere tertium. Quid igitur dicendum est? Ego verò salua meliori determinatione sic dicerem, ¶ Quod interdum verbum bonorum profertur à lege inanimata: & tunc aut profertur per modum causandi alterius successione in illis bonis: & intelliguntur ære alieno non deducto, sed incluso. ff. de bonorum possessio. titulo generali. l. j. & secunda. Aut profertur in alia materia: & tunc intelliguntur ære alieno deducto: vt l. subsignatum. §. bona. ff. de verborum significatione. Et hæc est eius vocabuli propria significatio.

significatio. Dicuntur enim bona à beando, quia beatos homines faciunt: vt l. bonorum. eo. tit. Vnde dicit iuriscōsultus, ea bona non posse proprie dici, quæ plus incommodi, quam commodi habent. c. tit. l. proprie. ¶ Interdum verò profertur à lege animata: & tunc intelliguntur ære alieno non deducto, sed incluso: vt eo. tit. l. princeps bona. interdum profertur à contrahentibus: & tunc intelliguntur ære alieno deducto. ff. de iure dot. l. mulier bona. Fallit fauore fisci: vt ff. de iure fil. l. eum, qui. C. de her. vel actio. vlt. l. j. Interdum profertur sub nomine vniuersali: & intelliguntur ære alieno non deducto: vt l. cogi. iuncta. l. præcedenti, & siue sequenti. & l. si legatur. §. si quis bona. ff. ad Trebel. & in l. quoties. §. si. ff. de usufr. iuncta cum d. l. cogi. & l. vxor. ff. de usufr. legat. Aut profertur per modum quotæ: & tunc intelligitur ære alieno deducto. ff. de leg. ij. l. si quis seruum. §. si. cum l. sequenti. ff. de usufr. lega. l. multum interest. & l. generali. §. si. secundum Lud. in l. si marito. ff. so. ma. vbi hanc ponit distinctionem. Ex præmissa enim distinctione habes satis claram determinationem huius questionis: ¶ Quod dominus non habet dictam tertiam partem, nisi prius ære alieno deducto. Nam dominus dictam tertiam partem habet de bonis dicti intestati, siue exorchie: & verbum Bonorum profertur nō vfatice, & sic ex lege inanimata, & in alia materia, quam successione, & habet illam per modum quotæ: igitur, & c. Quæro, quid si talis decedens dimiserit tantum vnicum filium suum naturalem, an ipse naturalis excludat dominum. Videtur quod sic: quia non dicitur sterilis, vel exorchus, qui filium talem dimisit. ¶ Appellatione enim filij in fauorabilibus venit naturalis, secundum Nic. in c. presentia. de proba. Et pro hoc Bar. in repe. l. j. ff. de concub. Bal. & Salic. in l. libertini. C. de inter. matr. Cy. in l. iij. C. ad leg. Iul. & Ange. in l. parentes. ff. de in ius voc. Ioā. And. in addi. Spec. in rubrica, qui si sint legitimi. Hic enim fauor est ipsius filij. Igitur, & c. Pro hoc gl. & ibi Gemi. in c. statutum. de hære. libr. vj. vbi statuta loquentia de filiis, includunt etiam filios illegitimos. Qui enim habet filium ex concubina, non videtur exorchus: cum concubinatus à lege videatur permissus. C. de concu. l. j. ff. eo. tit. l. iij. §. si. Spe. tit. de loca. §. nunc aliqua. vers. lxxij. & vers. clxx. & vers. cxliij. præ-

terea vfa. non distinguit: nec nos distinguere debemus. l. j. ff. de publ. Sed contrarium videtur: quia filius naturalis non excludit substitutum regulariter secundum Nic. vbi supra. & Barto. in l. ex facto. §. si quis rogatus. & l. hæredibus. §. j. ff. ad Treb. Tum quia ex glossa dicti vfa. videtur exponi & interpretari dictum vfa. & intelligitur tantum de filio legitimo, & non de naturali ibi, cum dicitur in glossa. sed videtur verius, & c. ¶ Quid igitur est dicendum? Bertrandus de Ceua refert quod in hac. q. sunt argumenta fortia hinc inde, quæ dictarum opinionum sunt fortior & securior: ipse autem non elegit, nec retulit dicta argumenta, sed dicit quod in quæ labor mundi exagitat, elige. Et vltimus dicit quod multi sapientes sumentes argumentum ex dicta glossa dicebant quod naturalis non excludit dominum. Et forte non male, secundum eum: quia, vt dicit, glossa interpretatur vfatice. Ego verò credo istam vltimam partem, quam per verbum Fortè Bertrandus elegit, fore veram. Aliquoties enim iuriscōsultus respondit sub verbo fortè: vt l. si duo. ff. de arbit. Præterea dicit iuriscōsultus, illum filium diffinimus, quem nobis legitime nuptiarum demonstrant. l. filium. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. l. mater. ff. de in ius vocan. not. in c. Michael. de fil. presbyte. sed naturalis ex legitimis nuptiis non demonstratur. Igitur, & c. Tum quia vbi filius propter patrem à lege consequitur aliquem fauorem immunitatis, vel priuilegij, appellatione filiorum non includitur naturalis: vt est text. singularis iuncta glossa. in l. senatoris filium. In verbo Naturalis. & in l. liberos. In ver. naturalis. ff. de senatorib. Et sic etiam in fauorabilibus appellatione filiorum non comprehenditur naturalis: ideo verbum filius, restringitur tantum ad legitimos. ¶ Tum quia videtur casus in l. lege Iulianus. §. Item libertinus. ff. de ritu nupt. vbi vult iuriscōsultus legem habentem decisionem exorbitantem à regulis iuris communis, quia restringat facultatem contrahendi matrimonia, quæ ex regulis iuris communis debent esse libera, vt in l. libera. C. de inutil. stipulatio. & in capitul. gemma. de sponsa. cum similibus, loquentem de patre, vel filio, non includere filium naturalem. Tum quia videtur ista conclusio posse probari in l. si quis à liberis. §. idem rescripsit. ff. de libe. agnos. vbi recitatur dispositio iuris antiqui

antiqui volentis nedum in materia odiosa, sed etiam favorabili super iure naturali, puta quia pater teneatur alere filium, quod de iure naturæ est, vt l. i. §. ius naturale: cum similibus. ff. de iusti. & iure. filiorum appellatione naturalis non includi: & quamuis ille text. correctus sit in se p. aut. ex complexu. tamen valet ad argumentationem: vt not. gloss. in l. j. de coniungē. cum emanci. li. & patet in capit. auctoritate Martini de pre. li. nec obstat gloss. in capit. statutum de hære. & in clemen. j. de baptis. quia ille non sunt vere secundum Ludouicū in l. si filio. ff. soluto matrimo. ¶ Tum quia, vt dictum fuit, gloss. vfat. facit pro hac parte: & in opinionibus doctorum non est recedendum in consulendo ab opinione glo. secundum Baldum in c. j. de grad. suc. in feud. & per eum de natu. sic. feud. & in l. hæreditas. C. de pos. & in l. precibus. C. de impub. & alijs substitu. & in authentic. cessante. de C. de legit. hære. & in capitulo. j. de feud. non hab. propriam natu. Salicet. in l. traditio. C. de pact. & Angel. in l. secunda. ff. de accusa. ¶ Tum quia in statutis verba sunt proprie accipienda, secundum Bartolum in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & l. liberorum. ff. de verborum signifi. Sed filius diffinitur ille, qui ex viro & vxore natus est, vt iura superius allegata. Igitur ista diffinitio non porrigitur ad naturales, quia non sunt nati ex viro, & vxore: ergo diffinitio non congruit eis: & sic ex propria significatione non comprehenduntur naturales. nam propria significatio verbi sumitur ex diffinitione: & quando diffinitio repugnat allusioni vocabuli, stamus allusioni: vt l. prima. ff. de testa. & ibi Bartolus. Et sic concludenter teneo. Et hanc opinionem sequitur Iaco. Matthæi, vt reperi in suis apostillationibus, parum tamen allegantis. ¶ Sed quæro, quid in muliere relinquente filium tantum naturalem, vel alium, qui non sit ex coitu qui posset accusari. Dicit Bertrandus de Ceua quod pro expedito habent sapientes quod talis filius naturalis excludit dominum. & allegat in argumentum institut. ad Orphi. Ego vero pro eorum opinione allego rationem: quia talis filius succedit matri, nisi sit illustris: vt l. si qua. C. eodem titulo, & institut. eodem titulo. §. nouissimē. secunda. & de suc. cog. §. vulgo. & l. hac parte. ff. vnde cognat. & l.

Modestinus. eodem titul. in foemina enim naturalis excludit substitutum. Ita dicit Bartol. in dicto. §. si quis rogatus. vide latē Angel. Areti. in dicto. §. nouissimē. Quæro, aliquis decedit exorchus sine descendentes, an possit de ipso manso testari. Dic secundum Raymundum de Area. in dicto vfat. de rebus. quod non, sed succedit dominus: vt in dicto vfat. C. de agrico. & censu. l. cum satis. §. primo. cum ibi not. super verbo, liberi eorum. libro vñ decimo. qui dominus de æquitate debet concedere dictum mansum vñ ex propinquis defuncti: vt notatur in dicto vfat. Et adde not. supra, in capitu. si vasallus decesserit. & in cap. homagium. Secus tamen est, si in acquisitione aliter erat conuentum: vt de feud. non hab. propr. natur. c. j. & est text. & ibi scripsi supra, in cap. si aliquis habet. §. Item quacumq. & in §. sequenti. Dicit enim Raymundus de Area, quod ipse mansus debet venire in manum domini, vt ipse det cui vult, sed ex æquitate debet dari vñ ex propinquis: vt in dicto vfat. & ideo rusticus non potest testari, nisi sint descendentes, iuxta dictam glossam: & minus illum relinquere duobus. Et dicit esse Minorissē seruatum. Et est ratio, vt credo, ne mansum diuidi oporteret, si dimitteretur duobus, argumento infra consuetudo. §. ius. & vsus est Cathalonix q. nullus vasallus possit diuidere. ¶ Quæro, quid si filius hominis proprii, & solidi alicuius domini ratione alicuius mansi habeat tonsurā, num quid ipse dñs potest habere tertium. Et credo q. sic, non obstante dicta tonsura. Nam istud ius debet dño iure istius patriæ, scilicet iure dictorum vfat. de rebus. & de intestatis. & ideo licet factus fuerit clericus, non ex hoc dominus amittit tale ius. Et videntur casus. C. de episc. & cleri. l. presbyter. §. exceptis. Et pro hoc liij. distin. c. quicunq. & c. ex antiquis. & hoc forte maxime, si dominus ignorauerit ipsum rusticum habere tonsurā: secus forte si sciuisset, & nō cōtradixisset: vt liij. dist. si quis. & argumento vfat. si quis feudum. secundum Raymum. Ballistarij. & Iaco. de Montel. Tu vero vide quæ dixi supra, vbi de hoc plenius dixi. ¶ Sed pone, nunquid soluitur intestia de bonis, in quibus est facta substitutio intestato. Et credo q. non, argumento, C. ad Trebel. l. quidam testamento. ff. de

ff. de inoffic. testa. l. veterani. §. ego autem. & vide not. supra, in vfat. Item statuerunt. Sed tu dic quod aut intestatus decedit intra pupillarem ætatem, aut post. Primo casu dico q. non, siue prouisum sibi fuerit per pupillarem substitutionem expressē, siue tacite. Nam talis substitutio eo casu penitus est directa pupillaris, sic quod tunc iure directo omnia bona tam testatoris, quam pupilli deuoluuntur substituto: vt est casus extra de testa. c. si pater. lib. vj. cui concord. l. ij. ff. de vul. & pupil. sub. cum suis similibus. In secundo vero casu dico q. si intestatus in adulta ætate decedat, q. tunc dominus tertiam partē bonorum suorum habebit, scilicet legitimæ, & Trebellianicæ, & non de alijs bonis, per dictū vfa. Et prædicta intelligo, si intestatus fuerit filius. Sin autē fuerit extraneus, tunc aut est hæreditas adita, si fuerit impubes per patrem, vel eius tutorem, aut per eū, si septem annos excesserit: vt patet hæc omnia in l. si infanti. C. de iure deli. & si fuerit aditus per ipsum, aut non fuerit adita. ¶ Si autē fuerit adita: tunc dominus debet habere tertium in iure Trebellianicæ tantum, siue decedat in pupillari ætate, siue non: cum hoc ius eo casu pertinet intestato eo quia adiit, licet nō cum beneficio inventarij. C. ad Trebellia. per totum. & extra de testa. c. Raynutius. cum ibi not. in gloss. not. ergo. versicu. Item est & alia quarta. Et quod Trebellianicam non amittat, quāquā inuentarium non fecerit ita not. per Bartol. in l. Marcellus. versicu. quod autem. in vltima quæst. ff. ad Trebellia. Si non fuerit adita: aut intestatus decedit in pupillari ætate, aut non: si in pupillari ætate, tunc crederem quod dominus nullum ius consequitur. ¶ Si vero decedat post, tunc dico quod sic. Sed tu dicas in hoc passu quod siue hæreditas adita fuerit, siue non, quod semper dominus habere debet tertiam partē Trebellianicæ, quæ per dominū propter aditionis omissionem non amittitur iure huius vfat. quia vbi est eadē ratio, ibi esse debet idem ius: vt ff. ad leg. Aquil. l. illud. l. j. ff. de fonta. l. j. §. interdum. Consululo tamen ad hoc vt omne dubium remoueat, quod testator, siue pater, siue extraneus sit, vt hæredi pro suis voluntatibus aliquid relinquat, de quo habebit tunc dominus solummodo tertiam partem: sicut in simili dicam infra, in quæstione sequenti, secundum Guliel. de Val-

lesicha in vfat. de intestatis. Sed tu dicas quod illud, quod dicit Gulielmus, q. siue hæreditas adita fuerit, siue non, q. dominus debet habere tertiam partem Trebellianicæ: q. istud non est verum, neq. bene dictum. ¶ Nam si hæres nō adiit hæreditatem, vel coactus adiit, nullum commodum ex ipsa hæreditate reportabit: vt ff. ad Trebell. l. quia poterat. & l. ita tamen. §. qui suspectam. vbi Bartol. Angel. & Imo. l. eodem titu. & per totum illum titulum, & instit. de fideicom. hæredi. Si igitur nullum commodum dictus hæres non reportat ex dicta hæreditate non adita, ergo locus non est dictæ Trebellianicæ, & consequenter dominus dictam tertiam partem habere nō debet. Nec obstat quod dicit q. propter omissionem aditionis dicta tertia pars non amittitur. Nam hæres potest repudiare hæreditatē in fraudem creditorum suorum: vt est text. in l. qui autem. ff. quæ in fraud. cred. & si repudiata fuerit, nullum ipsi creditores in ipsa hæreditate ius habent. Quid si testator dicat Titium mihi hæredem instituo. & si dictus Titius mihi hæres non erit, & c. & postea in fine ponatur, substituo sibi, & mihi hæredem vniuersalem instituo Sæpronium eius fratrem, vel auunculum, vel simile, exceptis tot solidis, quos ipse Titius habeat ad suas voluntates: ob quod huiusmodi modum, & formam pono hic adeo vt recentes aduocati & notarij in his magis solliciti sint, & experti. ¶ Sed quid si pater filio suo iure institutionis centum legauit: & talis filius decedat intestatus, nulla facta mentione de supplemento legitimæ, an dominus habebit solum intestiam de prædictis centum, vel possit habere de supplemento legitimæ, quod filio tali, si viueret, pertinebat. Et dicitur quod tantum de centum habebit dominus intestiam. Et ita iudicatur, & sententiatur Gerundæ. Pro quo facit gloss. posita in l. sancimus. super verbo, ipso iure. C. de inofficio. testamen. Et sic bis iudicauit Gulielmus de Valesicha, cuius sunt hæc duæ quæstiones in dicto vfat. de intestatis. & vt ipse refert in dicto vfat. co, dicit quod in tribus casibus consultus cōsiliū de præmissis præbuit. Sed quæro secundum eundem Gulielmum de Valesicha, an possim compellere filium hominis mei viuentis non tenentis mansum, nec aliquid aliud pro me habentē vxorē deferen-

tem tonsuram, & habitum, quod veniat & se faciat hominē proprium mei, & præstet fidelitatē, & homagium. Et dicit idem Gulielmus quod sic, & sic obseruatur. Et nil allegat. Ego verò in argumentum allego text. in l. quisquis. C. de episco. & cleric. & in authen. adscriptitius. posita in l. iube. mus. eodem tit. ¶ Sed nunquid homo proprius, & solidus, amansatus, & vxoratus deferens habitum, & tonsuram clericalem, sit habilis ad tenendum mansum, pro quo tenetur præstare homines, & seruitutes. Gulielmus de Valesicha in dicto vsatico, de intestatis. mouet istam quæst. & dicit quod non: ideo habet, & debet illum deserere, vel alienare in personam non prohibitam. Et ita dicit fuisse iudicatum Gerundæ: & idem iudicarunt dominus Iacobus de Faro, in castro de Sperageria Prioratus Montisferrati, ipso Gulielmo existente domini prioris aduocato. Et nihil aliud allegat. Pro parte contraria, quod non sit bene iudicatum, faciunt dicta l. quisquis. cum dicta authent. adscriptitius. Quid verò sit bene iudicatum, facit in feu. si de feu. defunc. mil. §. qui clericus. & de benef. for. mi. cap. j. & de vasal. qui ar. belli. depo. c. j. & ubique Bald. pro ista inhabilitate quod superius scripsi in capitul. si dominus. & in capit. vasallus. Sed contra hoc vltimum facit: quia si istud sit verum, daretur materia retrahendi ab ordinis susceptione, & à Dei seruitio: quod est absonum: vt not. per Cynum in authent. nisi rogati. C. ad Trebellia. Item religionis habitus non debet nocere, sed prodesse: vt C. de episcop. & cleric. l. Deo nobis. Solue secundum Bald. in dicto §. qui clericus. rei qualitas soluit contrarium. Sed nunquid rustici intrantes religionem debeant se redimere. Gulielmus de Valesicha in dicto vsatico, remittit se ad not. per Innocen. in rubric. de oblig. ad ratio. Et not. quod de translationibus, quæ factæ sunt hoc casu de manso, & eius possessionibus, dominus non debet habere tertium: quia in translationibus, quæ fiunt per agricolas, vel censitores per lineam ascendentes descendentes, & econtra, domini non habent tertium, vel laudimium de generali consuetudine Cathalonix: licet in feudo aliud sit permissum per constitutionem regis Petri vltimi curiæ Ceruaria, incipientem, Item ne super laudimio,

65 ¶ Quis autē dicatur exorchus: dico quod ille, qui duodecimum annum excessit, cum tales generare possunt, licet vxorem non habeant: quia imputatur eis, ex quo matrimonium non contraxerunt. Alij dicunt, & bene secundum ea, quæ superius scripsi, quod tantum vxorati dicuntur exorchi, qui non generant: quia tunc secundum legem veterem lapidabantur. Nam refert tex. maledictam esse mulierem, quia semē suum non relinquit supra terram. trigesima secunda quæstione quarta, recurrant §. is ita. quod verbum exponit ibi gl. singulariter, id est, ignominiosam, & obscuræ famæ. Vnde vult sterilem infamem infamia facti, quod est notabile, & alibi non reperitur. caret enim eo, quod est vnum ex tribus bonis matrimonij, quæ sunt scilicet proles, fides, & sacramentum. vigesima septima quæstione secunda. omnia. Innocen. in c. iuuenis. de sponsa. maximaq; est cupido mulieribus ad procreandam sobolem. l. secunda. C. de indic. vidui. & alibi dicit text. maximum esse munus, si mulieribus concedatur concipere, conceptumq; tueri. ff. de ædili. edic. l. quæritur. §. j. Et alibi dicit text. quod pudor est mulieribus nuptis sobolis procreationem non habere. trigesima quæstione secunda. pudor. ¶ Item sterilis dicitur quæ est sine fructu. C. de episcop. & cleric. authent. sicut. & Iacob. de Monteuid. in dicto vsatico. de rebus. vel si habeat, & moritur sine prole. C. de secundis nup. l. hac edictali. §. ij. licet quidam contra: vt l. nec patronis. C. de operis lib. & non bene, quia prima seruat de consuetudine. Et ita tenet Iaco. in dicto vsatico. Non autem moritur exorchus relicto posthumo, quia postea natus est viuus. ff. de verb. signifi. l. intelligendis: & l. si quis prægnantem. de sta. homi. l. qui in vte 66 ro. ¶ Quando enim de commodo alicuius tractatur, qui in vtero est, pro iam nato habetur. glo. in c. cū inter. qui fil. sunt legit. Et dicitur natus posthumus, qñ perfectus venit, etiā si extractus sit extra ventrē, vel extracto vtre natus est. Et requirunt duo, quod sit natus perfectus, & quod habeat animam. l. quod dicitur. & ibi Bar. ff. de lib. & posth. nō enim mulier dicitur exorcha, si vter sit abscisus, & partus viuus editus sit. l. etiā. ff. de ver. signi. Itē nec qñ quis moritur relicto nepote ex filio, vel filia. ff. de verbor. signifi. l. liberorū. §. vltimo. l. j. C. de condi. infer. & ad Treb.

68 ad Trebell. l. iubemus. §. penulti. ¶ Ego vero semper crederem quod tantum vxorati dicatur exorchi, si decedunt sine liberis: quia, vt dictum fuit, deficit vnum de tribus bonis matrimonij. Sed quæro iuxta text. dicti vsa. de rebus. in verbo Decessis, qualiter intelligatur pagensis decessus, nūquid si vadat ad exercitū cum domino, & interficiat, dicatur decessus, ita quod dominus habeat exorchiam, vel intestiam. Et videtur quod sic: quia etiā est rebus humanis exemplus. ff. ad leg. Aquil. l. illud. in princ. Non enim inspicitur qualiter decedat, sed si decedat. ff. de ædili. edic. l. j. §. causa. de lega. j. l. quibus modis. §. si cui. in morte continetur interfectus. ff. de reb. dub. l. qui duos. ff. de pœ. l. vltra. sol. matr. l. si quos. Item interfectio mortis naturali æquipollet. ff. de verb. oblig. l. quæ extrinsecus. interfectio genus est mortis. C. de reb. alie. non alien. l. si. ff. de serui. vrba. prædio. l. seruitutem. ¶ Contra videtur quod non: quia magna est differentia inter mortem & occisionem. ff. ad leg. Aquil. l. proinde. Item vsa. dicit, Decessis, non, Occisus. arg. insti. de verbo. obl. §. ex conditionali. Appellatione enim mortis continetur mors naturalis. ff. de verb. obliga. l. ex ea. de leg. ij. l. si ita quis. & l. cū pater. §. hæreditatē. lo. j. Tu p hoc allega quod ille proprie dicitur mortuus, q' naturaliter, hoc est, Dei iudicio moritur. ff. de bo. lib. l. libertū. insti. de capi. dimi. §. j. in glo. melior text. omnibus alijs iuncta gl. in l. verum. §. interdicit. aliās interimit. ff. pro soc. super verbo Morte. Quid igitur dicendum est: Licet sapientes antiqui faciant argumēta pro, & contra: tamen ego credo primam partem fore veram, per iura in prima parte allegata. & per l. sunt autem ff. de condi. insti. verbum enim decessis ponitur indiffinitē, & sic æquipollet vniuersali. lo. And. in regula. j. de regu. iur. lib. vj. Barto. eo. tit. l. j. & in l. si pluribus. ff. de lega. ij. glos. in c. vt circa. de elec. lib. vj. in verbo aliorum. & ibi Gemi. Bal. de pa. iura. fir. glo. secundum Nico. in cle. si dignitatem. de præb. in verbo, quāuis. Non enim vsat. distinguit, nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de publi. Nec obstant iura in contrarium allegata. Nam licet sit differentia inter mortem, & occisionē, quia occisio capitur pro illo, qui vi occisus est, vt l. j. §. occisorum. ff. ad Silla. & ibi Bart. & Lud. tamen hic non fit men-

tio de occisio, neq; de morte: sed dicitur in text. decessis. quod verbum vtrunq; est aptū comprehendere, scilicet mortem & occisionem. ¶ Nam verbum Decedere est genus: mors, & occisio sunt species: & sic appellatione generis qualibet species continetur, secundum gloss. & Bald. in feud. per quos fiat inuest. capit. primo. §. noui. verbum enim decedere est generale, & sic omnia comprehendit. ff. de lega. præst. l. j. §. generaliter. ff. de offic. præfec. vrba. l. j. §. cum vrba. ff. de seruit. vrba. prædio. l. si seruitus. & de iniur. l. item apud Labeonem. §. generaliter. Item verbum Decedere, significat mortem: sed secundum vulgare & communem vsum loquendi etiam illi, qui sunt occisi, dicuntur mortui, & ita ab omnibus nuncupantur. Igitur verbum Mors comprehendit occisionem, secundum dictum vsum loquendi: & sic in expositione vocabulorum debet attendi vsus, & consuetudo, secundum Baldum. de capita. qui cur. ven. & pro hoc l. cū de lanionis. §. aliam. ff. de fun. instruc. & l. Labeo. de supel. leg. non enim est inconueniens, vt verba diuersimodē intelligantur. ff. de lega. ij. l. cum filio. Et ita communiter seruat secundum Benedictum de Monteuid. & alios sapientes antiquos: dum tamen dominus non fuerit in illius mortem machinatus: quia tunc secus, argumento constitutio. Montisfoni Regis Petri tertij. cap. maritus. licet dicant quod multum facit contra prædictam conclusionē. In contrarium l. si ab hostibus. ff. sol. matr. quod videri meo nihil facit: quia ibi maritus priuatur lucro dotis ex occisione, quæ fecit ipse de persona eius vxoris, propter cuius mortē non lucratur: nam nemo potest sperare premiū ex suo delicto. Ita dicunt ibi Bal. & Lud. Quæstio nostra procedit, quando ille rusticus est mortuus ab alio, q̄ ab eius domino, & sine scientia, aut consensu ipsius dñi. Si enim dominus occidisset eius rusticum, vel in eius mortem machinatus esset: tunc crederem quod dominus priuaretur dicto iure exorchiæ, vel intestiæ, vt ibi est bonus textus, & quod ibi dicunt Bal. & Ludo. & in istis duobus casibus limitatur dicta conclusio. ¶ Quæro, quid si aliquis sit exorchus, & inter viuos velit donare bona sua, quæritur, an dominus debeat habere tertiam partem bonorum suorum, ac si moreretur. c. de his. circa

finem. de sepul. innuit quod no. ff. de acqui. re. do. l. pro religione. §. hoc quoq. Et facit pro hoc totus titulus. ff. si omis. sit cau. test. & potissimè in l. si. ideo videtur facere primum respōsum dicti c. q. dñs habeat, si fiat in morte, & decedat de illa ægritudine. Breuiter videtur distinguendum: vtrum omnia donet, vel partē. ff. de his, que in frau. cre. l. omnes. §. j. & not. ff. de proba. l. patronus. in fine primæ glo. & ibi text. vel vtrum inter viuos ante mortem, vel tempore mortis: primo casu possit, & non præsumitur fraus: secundo non, argu. ff. si quid in fraud. patro. l. ij. circa prin. vers. q. autem tex. videtur. ff. de neg. gest. l. at qui natura. §. cum à me. vt non videatur in fraudem facere. itē videtur text. C. de iure fisci. l. j. lib. x. q. talis donatio non possit reuocari: vide pro hoc in Spec. ti. de vsur. ver. sed pone. circa finē. Item nec creditor dolo facit, qui suum recipit. ff. de reg. iur. l. nihil. Item vt non videatur in fraudem facere. ff. de incen. rui. nau. l. ij. §. quod ait prætor. & not. xj. q. ij. cap. si quis verò. Nota de materia huius fraudis extrā de reg. iur. c. si. lib. vj. per Dy. & ff. de pecul. l. in summa. cōtra ne quid in lo. publi. l. j. §. & si aliqua. in fi. & optimè in sti. de socie. §. sed plane si aliquis. sed contra. ff. de reg. iur. l. fraudis interpretatio. Sol. in iure iam quesito nō potest quis donare, vel facere, vt fiat aliq. præiudicium, & nihilo minus valebit quod factū est in præiudicium adquirendi. ad hoc ff. de reg. iur. l. nō videtur remittere, cuius propria culpa nō fit. & melius in l. non fraudatur. & C. de acquir. pos. l. si. & de iure fisci. l. cum quidam. & l. in fraudem. nec videtur facere in fraudē vsat. ff. de hære. l. iul. resposio. j. ibi: nec videtur de leg. ij. l. cum pater. §. Titio. & melius. ff. de his, qui in frau. patro. l. j. versic. nam cui. & l. nam qui contra. & eo. tit. l. diuus. & ff. de probatio. l. qui testium. de leg. ij. l. cum quis. §. Titia. ff. quib. mod. pign. vel hypo. solu. l. sicut. §. superuacuum. & C. quæ res pign. l. qui sub imagine. ex lib. Iacob. Callicij. De exorchia nobilium habes vsatic. Item statuerunt siquidem prædicti principes, vt exorchie nobilium, & c. Cuius intellectum ponit Iacob. de Callicio in Margarita fisci. viij. dubio. vers. clj. & dixi late supra capit. si aliquis habet. §. item si quando. Notat Bertrandus de Ceua in dicto vsa. de rebus, quod ille vsa. non seruatur, nisi in ca.

72 su. C. de bo. vac. l. vacantia. libr. xj. T vbi dicitur quod eius, qui nullum successorem habet, dicuntur bona vacantia. Sed ideo etiam seruatur quo ad tertium, siue tertiam partem bonorū mobilium, quæ prætextu exorchie domino pertinent. Sed quicquid ipse dicat, tu intellige dictum vsat. prout in dicto §. item si quando. scripsi. Quærit Iac. 73 de Monteuida. Nunquid dominus habet exorchiam de nominibus, sicut de bonis mobilibus. Et arguit quod non, per l. mouentium. ff. de verb. signifi. Sed contrarium dicit se vidisse seruari. veruntamē creditur probabilis fore distinguendū, sicut distinguitur in materia alienationis rerum ecclesiasticarum: quia aut actio competit ad rem mobilem: & tunc mobilis censeatur. Aut ad rem immobilem: & sic immobilis censeatur. Allegat gloss. in authen. de non ali. §. ij. colla. ij. in glos. quæ incipit, licet non. Ego verò pro aliquali examinatione 74 huius passus dico q. nomina debitorum non veniunt appellatione mobilium: nam nomina debitorū non sunt mobilia. Et inducitur pro ista parte. ff. de lega. ij. l. Caius. & de lega. ij. l. si mihi. in quibus habetur q. legato factio in domibus, vel de fundis cū omnibus, quæ ibi sunt, non contineri nomina debitorum, quæ ibi erant in chirographis. Item inducitur. ff. de leg. ij. l. vxorem. §. legauerit. vbi legato factio de omnibus, quæ possidebat in quadam patria, non veniunt nomina debitorum. Item inducitur. ff. de adm. re. do. l. feruus. §. incorporales. & instit. de re. corp. §. incorporales. ex quibus colligitur q. nomina debitorum quæ moueri non possunt, appellatione mobilium contineri non possunt, nec debent: à significatione enim verborum non est recedendum: vt ff. de lega. ij. l. non aliter. in princ. Inducuntur etiam duæ glo. & prima est C. in quib. cau. in integ. restit. non est neces. l. fina. vbi dicitur quod actiones personales loco immobilium computatur. Secunda glo. est. ff. de verb. signifi. l. non tantum, vbi dicitur q. nomina debitorum sunt mobilia. 75 Sed doctores dicunt quod nomina debitorum non sunt mobilia, nec mobilia, sed sunt tertium genus bonorum, seu patrimonij alicuius. Et hoc probatur tribus rationibus. Prima ratio, quia ipsa expressè separantur à rebus mobilibus, & ab immobilibus: vt ff. de re iudicata. l. à diuo Pio

Pio. & ff. de pecu. l. quam Tuberonis. §. in peculio. & facit ff. rem pup. sal. fore. l. cum pupillus. & pro soc. l. j. in fi. & l. ij. in prin. & C. famil. ercis. ea, quæ in nominibus. Secunda ratio, quia actiones, seu nomina debitorum nō concernunt certas res, sed vniuersitatem iuris, seu vniuersum patrimonium: vt ff. de iudic. l. si fideicommissum. §. tractatum. insti. de fideicom. hære. §. si quis vna re. sed nomina nō habēt in se iuris vniuersitatem, sed solum habent cōgregationem plurium rerum, vt aceruus lapidum: vniuersitas autem iuris est hæreditas: vt ff. de ver. sig. l. nil aliud. siue hæreditas veniat directio, vel per fideicommissum in totū, vel in partem quotā: vt in prædictis legibus, & C. de hæredi. instit. l. quoties. & ff. eo. l. ex facto proponebatur. circa princ. & §. vnde scio. Tertia ratio est, quia omnia mobilia, & mobilia sunt corporalia, quia natura sua tangi possunt. Instit. de rebus corpo. & incor. circa prin. Cum enim ibi dicitur, veluti fundus: tūc ponit exemplum de immobilibus: sed nomina debitorū non sunt corporalia: quia sui natura tangi non possunt: vt eo. tit. §. incorporales. nec separantur à nobis, vt res corporales: vt ff. pro soc. l. ij. in prin. & C. de noua. l. ij. ergo ipsa nomina non sunt mobilia, nec mobilia, sed sunt penitus separata ab appellatione mobilium, & immobilium. Et istam partem tenet Pet. Iaco. in libel. tit. de actio. ex testa. Bar. in d. l. quam Tuberonis. §. in peculio. & in l. mouentium. ff. de verbo. sig. mouet istam q. an appellatione mobilium veniant nomina. Et refert Dynum in l. nō potest. de author. tutor. Bald. de pa. te. in feur. 76 circa finem prin. dicit q. quod sunt de tertio genere in sui substantia, quia non sunt mobilia, nec mobilia, tamen in similitudine dicuntur mobilia, si debetur quid mobile: si autē immobile censeatur mobilia. Ludo. in l. ad eū. ff. de dona. dicit Nota nomina debitorum non compræhendi appellatione mobilium neque immobilium, vt ibi. Ponuntur enim vt tertias species differens à prædictis. Ad hoc alleg. d. l. quam Tuberonis. §. alia & de re iudica. §. à diuo Pio. & per Bart. in d. l. potest. & l. mouentiū. & l. meorum. & per Bald. in l. j. ff. de sta. ho. & habetur in l. nunquā. §. vltimo. & l. cogi. in prin. ff. ad Trebel. vbi in vniuersali dispositione, videlicet dicendo, oia bona mea & c.

subintelliguntur nomina debitorū, licet nō compræhenderentur in generali: vt dicendo, Lego oia, quæ sunt in tali domo, & c. de leg. ij. l. Caius. & probatur in l. si mihi. & l. si ita legatum. de lega. ij. Ego verò credo de subtilitate iuris, & potissimè in re odio, fa, vt in nostro casu, opinionem Petri Iaco. & sequacium suorū, hoc est, quod appellatione mobilium non veniunt nomina, esse veriore: sed propter authoritatem Iaco. de Monteuid. referentis contrarium fuisse seruati, est sequenda eius opinio: & potest fundari per vsat. de rebus. vbi dictio Res, ibi appollita latiorē habet significationē: vt rei appellatio. cum seq. & l. rei appellatio. ne. ff. de verb. signi. & Bart. in d. l. nominis. Vbi Bart. dicit q. veniunt omnia, quæ sunt in dominio nostro: sed nomina sunt in bonis nostris, secundum Bal. in l. heredē. C. de hære. actio. & exponitur, in bonis nostris, id est, in dominio, arg. not. in l. pignus. C. de pign. act. vbi ita exponit. & etiā per vsaticū de intestatis. vbi & in dicto vsati. de rebus est dictio facultates, quæ dictio secundum vulgare Cathalonicum vtrunq. compræhendit: & expositione vocabulorum attenditur cōsuetudo regionis: vt superius dixi. 77 T vbi dicit, Aut volumus considerare nomen vel actionem respectu sui met: & tunc illa non est mobilis, neq. immobilis essentialiter. quod patet: quia est res incorporalis, quæ nec tangi, nec palpari potest: vt insti. de reb. corpo. & incorpo. §. incorporales. & quia etiam certo loco non clauditur, nec determinatur: vt l. si. C. de præscrip. lon. temp. & l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudi. & l. vxorem. §. legauerat. ff. de le. ij. & C. de vsufu. l. corruptionem. & ita loquitur tex. in l. à diuo. §. in venditione. ff. de re iudi. & l. quam Tuberonis. §. in peculio. ff. de pecu. Aut volumus illam considerare respectu eius, ad quod competit: & tunc est mobilis vel immobilis, prout est res illa. Et ita loquuntur glo. l. j. c. si aduer. tras. act. & in authen. de non ali. §. hæc, quæ sequuntur Dy. & Bart. in l. potest. de autho. tuto. & aliq. in l. iubemus. C. de sac. sanc. ecc. & illas tamen singulariter limitat Lopus in allega. suis, allegatione xcj. dicens eam distinctionem procedere in his actionibus, quæ competunt ad certam speciem: quoniam si competant ad quantitatem in genere, tunc nec considerabuntur per femet.

ipsas, nec per respectū ad res, ad quas cō-
petunt: & sic non computabunt inter mo-
bilia vel immobilia, sed facient tertiam spe-
ciem, quod probat: quia illud nomen, seu
actio ad illud, de per se nō est res mobilis,
vel immobilis effectualiter, quia nec tangi,
nec palpari & c. vt dicto §. incorporales, nec
etiam ipsum genus, ad quod competūt res
mobiles, vel immobiles, est effectualiter.
genera enim in intellectu cōsistunt, non in
sensu, secundum Ludo. in l. si constante §. si
78 bona. ff. folu. matr. † Sed quid de censua-
libus, & uolarijs, an censeantur mobilia, vel
immobilia? Thomas Mieres in dicto vsati
co, de rebus, dicit se uidisse in hoc dubitari:
tamen refert fuisse iudicatum computari
inter mobilia: & sic dominus inde haberet
tertium ratione exorchia, vel intestia. Ipse
verò distinguit, an fuerint censualia, vel uo-
laria uendita: generaliter super omnibus
bonis: & tūc censeantur mobilia. An verò
fuerint tantum assignata, & imposita super
aliqua re immobili, puta domo, cāpo, vel
uinea, & huiusmodi, & tunc debeant cen-
seari mobilia. Possent etiam de assignatis su-
per re immobili distingui, an fuerint im-
posita perpetuo mediante gratiē instrumento
luendi: & tunc etiam censeantur mobilia.
An fuerint imposita perpetuo, absque gra-
tia instrumento: & tunc omnino inter im-
mobilia computari. Hęc uerba sunt Tho-
mæ Mieres, & nil allegat. Tu verò dicas q̄
cōtra eius distinctionem facit l. hac edicta
li. §. his illud. C. de secum. ubi habetur quod
annuæ præstationes inter mobilia com-
putantur. & etiam tex. in authen. de nō ali.
§. hęc ergo. quem allegat glos. in d. l. iube-
mus. & etiam tex. in cle. exiuit. §. cum q̄ an-
nuū. de uerbo. signi. quod quidem Frederi-
cus de Senis in suis consilijs, cōsilio lxxiiij.
quem refert do. Bald. licet consilij quotam
non posuerit in dicto §. his. & in c. j. de feu.
cog. in vsibus feu. dicit fore uerum, ubi ipse
reditus annuus est perpetuus, vel durat in
longum tempus: quoniam si foret paruo
tempore duraturus, inter mobilia non
debet imputari. Ad quod allegat Ioā. Pa-
glariēsem, quē ipse Fredericus in hoc con-
sultit. l. si cum præfinitione, quando di. leg.
cedit. sed tex. ille, vt ex te clarē uidebis, nihil
facit. Distinctio tamen uera est, & notabi-
lis. Vnde primum eius membrum proba-
tur in ca. querelam. de elec. ubi datur pos-

essorium interdictum pro annuo reditu
recuperando, prout daretur pro alia re im-
mobili, quicquid dixerit Cyn. in l. si certis
annis. in fi. C. de pac. Secūdu verò membrū
probat in l. fin. ff. quo. ho. secundum Lu-
do. in d. §. si bona. & Pet. de Ancarano. in c.
ad audientiam. de præscrip. & ibi And. de
79 Sici. † Ego verò semper crederē q̄ atten-
to quod censualia uenduntur cum instru-
mento gratiæ, & sic sunt paruo tempore du-
ratura, cum quotidie uēditor censualis pos-
sit illud luere, & redimere restituendo pre-
tium: & cum hoc extinguitur penitus di-
ctum censuale, q̄ censualia censeantur mobi-
lia, secundum distinctionem supra politam.
Et ad memoriam habeas pro cōplemento
materiæ, quod superioribus annis ad instā-
tiam pagensium de redimentia domini eo-
rum fuerunt citati coram illustrissimo do.
Rege Alfonso, tunc regnanti altæ recorda-
tionis existente in regno Sicilia ceterioris:
& licet ista causa ibi tractari non posset,
cum causæ tam principales, quam appella-
tionum nō possint extrahi à principatu Ca-
thalonie, & comitatu Barchinonæ, vt in cō-
stitutione Regis Petri secūdi in curia Bar-
chinonæ. c. encara tots los pleys. etiam si
adlit aliqua qualitas, vt puta pauperis, pu-
pilli, aut uide: vt in constitutione, les cau-
ses dels pubills. Attamen quia dicti do-
mini non bene consulti tacuerunt, aut omi-
serunt ponere istam exceptionem: ideo
contumaciter aliquid respondere non cu-
rarunt. Dictus serenissimus rex Alfonso
in ciuitate Neapoli sententiam in his protu-
lit, cum qua in contumaciam dictorum do-
minorum dictos pagēses in duodecim ser-
uitutibus, quas faciebant ipsis dominis, in
possessionem ex primo decreto dictos Pa-
genses misit, de quibus duodecim seruitu-
tibus minutatim in dicta sentētia descriptis
tantum illustrissima domina Regina Ma-
ria memoria celebris exequutorias literas
ipsius sentētię pro quinq̄ seruitutibus ipsis
pagensibus cōcessit: postea per dominum
primogenitum Carolū, & deinde per se-
renissimam dominam Reginam Ioannam
hincinde alia litera exequutoria fuerunt
expedita: & demū hac de re pagēses mon-
tanearū cōmōtiones fecerūt, & exinde su-
peruenit guerra, & successiue deputati su-
per his cum dictis pagensibus certa inie-
runt capitula, ad quæ omnia me refero.

Sialt

*Si aliquis dominus accipit potestatem ali-
cuius castri pro defectu seruitij, qualiter
accipere debeat, uel non.*



Consuetudo est Ca-
thalonie, quod si a-
liquis dominus ac-
cepit potestatem ca-
stri, vel empara-
uit feudum, quod
tenetur pro eo, scilicet ratione defe-
ctus seruitij, vel fatica directi: & va-
fallus ueniet coram domino, & di-
cat. Domine, Paratus sum formare
directum: licet cōtradixerit sibi ali-
quibus uicibus, vel uelit esse para-
tus stare cognitioni sui iudicis su-
per defectu seruitij debiti, seu su-
per firma, quam contradixit ei, non
tenetur dominus eius recipere fir-
mam suam, nec reddere potestatem
ei, si eam tenet, neque desempare
dictum feudum, nec etiam reddere
fructus, si quos inde percepit, quo-
usque dictus uasallus restituerit in
duplum damnum, & sumptus fa-
ctos à domino ratione defectus ser-
uitij debiti, seu firmæ directi, seu e-
tiam si inde fecerit sumptus, vel im-
pedimentum passus fuerit. Item q̄
uasallus affecuret domino quod ab
eo tempore in antea, non contradi-
catur sibi seruitium debitum, neque
firma directi. Et hoc facto dominus
tenetur reddere potestatem, seu feu-
dum uasallo, si eum emparauerit: ta-
men dominus non tenetur redde-
re uasallo illud quod inde percepit.

S V M M A R I V M.

1. Potestas castri quare possit apprehendi, & feudum em-
parari.
2. Dominus quando non teneatur castri potestatem redde-

re, nec feudum desempare.

Uasallus, qualiter & quando castri potestatem recu-
peret.

3. Dominus quo casu iuris firmam recipere, nec feudum des-
empare teneatur.
4. Dominus non tenetur uasallo restituere id, quod habuit
ex feudo, quandiu illud tenuit.
5. Consuetudo quid sit. 6.
7. Coram aliquo quando quid fieri dicatur.
Paratum esse ad aliquid faciendum quando non suffi-
ciat.
8. Tunc, dictio extremitatem temporis desiderat.
Donec, dictio conditionem importat.
9. Uasallus an teneatur domino restituere missiones factas
in emparamento feudi.
10. Uasallus an teneatur cautionem domino prestare de ne-
ganda iuris firma in posterum.
11. Uasallus feudi emparam uiolans qualiter puniendus. 12.
13. Lex singulariter in persona unius loquens, generaliter
intelligi debet.
14. Extensio ob rationis identitatem quando de uno casu ad
aliud fieri possit.
15. Baullia uenit feudi nomine sicut Trebelliania nomine Fal-
cidie.
16. Casus idem formalis ibi esse dicitur, ubi eadem ratio re-
peritur.
17. Constitutiones ad quæ extendi soleant.
18. Extensio fit de uno ad alterum, ad cuius instar est mensu-
raturum.
19. Constitutio pœnalis quando extendi possit.
20. Dominus qualiter dicatur per uasallum fatigatus.
Appellari an possit à sententia lata per pares inter
dominum & uasallum.
21. Appellatio quo iure sit introducta.
22. Dominus non appellat à sententia iudicis per se assigna-
ti. 25.
24. Imperator solus in causa propria iudicare potest.
25. Imperator à sententia iudicis per se deputati in causa sua
appellare potest.
26. Appellari potest à sententia lata per iudicem à partibus
assignatum.
27. Imperator de causa propria feudali non cognoscit.
28. Uasallus an appellare possit à sententia iudicis per domi-
num assignati.
29. Appellatio à iudice per dominum assignato ad quem de-
uoluatur. 30. 31. 32.
33. Notarius à quo eligatur in causa inter dominum & ua-
sallum agitanda.
34. Salarium à quo soluatur iudici inter dominum & uasal-
lum assignato.
35. Iudex à quibus accipiat expensas, quas facit ueniendo ad
locum iudicij.
36. Sententia inter dominum & uasallum lata per quem exe-
cutioni mandabitur. 38.
37. Iudex ordinarius iure communi sententiam sui delegati
exequitur.
39. Uasallus per dominum grauatus ad principem recurrere
potest.
40. Dominus an in re feudali tantum possit suam exequi sen-
tentiam.

tentiam.

- 41 Executio in re feudali an fieri possit pro debitis uasalli.
 42 Emparare realis processus quando locum habeat.
 43 Vasallo feudū negante feudalis questio coram ordinario terminatur.
 44 Feudalis res esse si negetur, qualiter probetur.
 45 Pactum de ingrediendo possessionem non afficit tertium possessorem.
 46 Instrumentum de feudo qualiter feudum esse probet, et quando.
 47 Negatio calumnia rem dubiam non facit.
 48 Probatio per instrumentum facta dicitur euidentissima.
 49 Pater filio habili feudū dare potest, domino irrequisito.
 50 Empara realis qua fiat forma.



Consuetudo. Diuide istud c. in quatuor partes. In prima parte dicitur, qualiter dominus, qui acceperit potestatem de castro, vel emparauerit feudum propter fallimentum seruitij, vel fatigationem directi, non teneatur firmam iuris admittere, nec reddere potestatem, nec feudum desemparare, aut fructus restituere, donec expensæ sint sibi restitutæ. In secunda parte dicit, qualiter vasallus teneatur asscurare domino, quod decetero non contradicet seruitium, nec firmam iuris. In secunda parte dicit, qualiter dominus teneatur potestatem apprehensam, vel feudum emparatum post dictum asscuramentum restituere. In quarta parte, & vltima dicit, qualiter dominus non teneatur reddere vasallo ea, quæ habuit de feudo. Prima pars incipit ibi: consuetudo. Secunda pars ibi: insuper. Tertia pars ibi: quo facto. Quarta pars ibi: sed dominus. Casus De consuetudine dominus non tenetur restituere vasallo potestatem de castro acceptam, vel feudum emparatum propter fallimentum seruitij, vel fatigationem directi, etiam si vasallus sit paratus firmare directum, vel stare cognitioni iudicis, quousque damnum in duplum a vasallo sit restitutum, vna cum missionibus factis ratione seruitij falliti, vel non datæ iuris firmæ, & etiam asscurato quod decetero seruitium nec firma iuris non sit domino contradicendum: dominus verò non tenetur restituere vasallo illud, quod receperit de feudo. hoc dicit. Colli-ge notabilia. ¶ Nota primò, quod potestas castri potest apprehendi, & feudum emparari propter fallimentum seruitij, vel fatigationem directi. concor. vfa. magnates,

& vfat. si quis suū feudū. §. fin. a quibus ista consuetudo originem traxit. & in capit. isti sunt. j. & tex. & ibi dixi latius supra in cap. si castellanus. Nota secundò, quod post apprehensam potestatem, vel emparam factam, dominus non tenetur recipere firmam iuris a vasallo, nec etiam oblationem de stando cognitioni iudicis super seruitio fallito, vel firmamento de directo. ¶ Nota tertio, quod dominus solum per firmam iuris factam, nec per oblationem de stando iudicis cognitioni non tenetur potestatem apprehensam reddere, nec feudum emparatum desemparare. Nota quartò, quod ad hoc quod vasallus recuperet potestatem apprehensam de castro, vel feudum emparatum, vasallus tenetur non modo firmare directum, & super seruitio fallito stare cognitioni iudicis, sed etiam restituere damnum sustentum in duplum, & missiones factas a domino ratione seruitij falliti, vel non factæ firmæ iuris. Concord. vfat. magnates. & vfat. si quis suum. §. fina. & vfat. qui fallierit. & quæ latius scripsi in dicto capit. si castellanus. Adde Gul. de Valesicha in vfa. si quis contradixerit. in verbo, contradixerit. vbi sic inquit. Nota verbum contradixerit: ¶ quoniam si sine aliqua contradictione potestas fuisset recepta ratione defectus seruitij, vel per fatigam directi, non tenetur postea dominus recipere firmam suam, nec desemparare feudum, nec reddere fructus quos inde dominus percepit quousque vasallus domino suo restituerit damnum in duplo, & satisfecerit sumptus factos a domino ratione defectus seruitij: vt in commemoratio. Pet. Alber. c. xlvij. Gul. vbi supra. Nota quintò, quod vasallus ultra præmissa teneat asscurare dominum, quod decetero seruitium, nec firmam iuris non sit ei contradicendum. Concord. d. c. si castellanus. & vfat. si quis suū. §. fi. Nota sextò, quod præmissis sic gestis a vasallo dominus tenetur reddere vasallo potestatem apprehensam, & feudum emparatum, etiam si aliàs vasallus contradixisset firmare directum. ¶ Not. septimò & vltimò, quod dominus non tenetur restituere vasallo illud, quod habuerit de ipso feudo quoadiu tenuerit potestatem castri vel feudum emparatum. Concord. d. c. si castellanus. & quæ latius ibi dixi, & supra c. j. & in c. si domino. & seq. Exponeliteram. Consuetudo. ¶ Est enim consuetudo ius non scriptum,

moribus,

moribus, & vlibus populi, vel maioris partis rectè initiatum, et continuatum, introductum habens vim legis, secundum Bart. in l. de quibus. ff. de legi. Sed secundum Azo. in Summa, quæ sit long. consue. Consuetudo est ius quoddam non scriptum moribus constitutum. Dominus autem Florè. in d. l. de quibus. dicit quod consuetudo est ius non scriptum, inductum a populo, vel maiori parte, initiatum, vel perseveratum. Salice. verò ibi in ver. secundò quæro. dicit quod opinio Bar. fuit Iaco. de Are. & quod licet sit plenior sua definitio, tamen illa Azonis in vfu frequentior, & non minus bona, quæ illa: sed Ange. in repetitione. §. ex non scripto. insit. de iure na. in prin. in ver. quero ergo primò quid sit, &c. recitat opi. Iaco. & eam simpliciter sequitur: & ita communiter tenetur, licet nullam mentionem faciat de Bar. G. de Valesicha in vfat. vnaqueque gens. dicit ¶ quod consuetudo est vsus rationalis competenti parte firmatus, nullo actu contrario interruptus, frequenti actu, seu contradicte iudicio, vel quod non extet memoria inductus, vsuque communi vtentium comprobatus. Et allegat Hostien. in ca. ex parte. de consuetu. Cathalonie. Duplex est Cathalonie, scilicet veter, & noua: vt supra c. habito potestatem. De potestate castri scripsi supra latius in c. j. Emparauit. subaudi realiter. Et de ista empara dixi supra in d. c. si castellanus. Fallimentum seruitij. subaudi quia vasallus non fecit seruitium, ad quod tenetur de iure, vel secundum conventionem: vt latius scripsi supra c. vasallus. & in d. ca. si castellanus. Fatigationem directi, id est quod dominus fatigatus fuerit in vasallum, vt firmaret sibi directum, & vasallus illud sibi facere contradixit: vt in vfat. magnates. Venerit. subaudi post apprehensam potestatem, vel emparatum feudum. Coram. ¶ Tunc dicitur fieri coram, quando actus fit illo intelligente. glo. & ibi Gemi. in c. vt circa. §. edito. de elec. lib. vj. Legiste habent text. in l. diem proferre. §. coram. & ibi Bar. ff. de arbi. Bal. Rapha. & Imola in l. hæredes palæ. ff. de testa. Anto. de Butri. in c. j. de iudi. Paratus. No. quod quando aliquis arctatur ad aliquid faciendum, non sufficit se esse paratum illud facere, sed requiritur quod faciat. glo. & ibi Gemi. in c. ad apostolicam. de re iudi. in verbo parata. de quo etiam per glo. & Gemi. in c. cupientes. §. si vero. eo. lib. de elec. Con-

tradixerim id est, recusauerim. Vestri iudicis. subaudi dati ab ipso domino, iuxta ea, quæ scripsi supra in c. si aliquis habet. Tūc. ¶ Ista dictio extremitatem desiderat. l. iij. ff. de condi. & demon. secundum Salice. in l. si patrem. C. de alen. lib. & Gemi. in c. si eo tempore. de rescrip. lib. vj. Adde de ista dictione Bald. in l. ex cautione. C. de non nu. pecun. versic. vj. & de mil. vas. qui contu. & Ludo. in l. si ita. ff. de adquir. hære. Donec. Ista dictio facit conditionem. Bart. in l. j. ff. de condi. & demon. & Ludo. in d. l. si ita. l. j. §. donec. C. de iure deli. propter hoc, id est, propter apprehensam potestatem, vel emparam factam propter seruitium fallitum, vel non factam formam iuris. Asscuret id est, caueat. De cetero id est, deinde. Contra dicta, id est, recusata. Quo facto, scilicet quod vasallus firmauerit de iure, & obtulerit stare cognitioni iudicis, & restituerit damnum in duplum, & missiones, quas fecerit, atque prestiterit dictam cautionem. Ea, quæ habuit de dicto feudo. scilicet fructus, quos inde perceperit: vt habetur in dicto capitulo. si castellanus. vbi de hoc: & scripsi latius de istis fructibus supra in capitulo primo, & in capitulo. si domino. in quarta oppositio. Opponitur primò ¶ quod vasallus non teneatur restituere domino missiones factas per dominum in emparamento facto de feudo propter seruitium fallitum: vt in capitulo. si castellanus. & j. ca. isti sunt. §. quartus. & in vfa. si quis suū. §. fin. vbi de ipsis missionibus nulla fit mentio. Solutio. Illa iura intelliguntur per suppletionem istius capituli. intantum quod vasallus non modo tenetur emendare seruitium in duplum, vt habetur in dictis iuribus, sed etiam restituere dictas missiones, vt hic. Non enim est nouum, priores leges trahere ad posteriores: vt l. non est nouum. cum l. sequere. ff. de legi. Vel dic quod restitutio expensarum tantum habet locum quando potestas castri fuit apprehensa propter contradictionem firmandi de iure: vt in vfat. magnates. & j. capitulo. isti sunt. §. primus casus. non autem quando feudum fuit emparatum propter seruitium fallitum: quia tunc tollitur empara sine restitutione missionum, vt in dictis causis si castellanus. & d. §. quartus casus. & in dicto vfat. si quis. §. fin. Prima solutio est verior: quia restitutio expensarum habet locum in vtroque

casu, vt hñc, in verbo misiones, quas fecit ratione seruitij falliti, vel ratione non datae firmæ. & ibi: propter hoc, secundum expositionem, quam dedi superius in expositione literæ. ¶ Oppo. secundo quod vasallus non teneatur assurecare dominum de non contradicendo firmam iuris: vt j. c. isti sunt. §. primus. & in vfa. magnates. vbi habetur qd facta firma iuris, & restitutis expēlis, indistincte fienda est restitutio castri. So. Illa iura intelliguntur secundum istud capitulum sic quod vltra firmam directi, & restitutionem expensarum vasallus tenetur prestare dictam cautionem, vt hñc. Lex enim, que indistincte loquitur, per aliam legem distinguitur: vt est tex. & ibi scribentes, in l. quis. ff. de in ius voc. et in l. generaliter. C. eodem titu. Opponi. tertio quod iste text. est sibi ipsi contrarius. Nam dicitur in eo quod vasallus non tenetur restituere fructus, si quos inde percepit, donec vasallus restituat in duplum damnū, & misiones, ac presterit dictam cautionem: ergo vult dicere quod hoc facto teneatur dictos fructus restituere: sed in fine dicit contrarium. igitur & c. Solue vt dixi latius supra in capitu. primo, vbi tractauit materiam dictorum fructuum. Alias vero oppositiones feci in dicto capitu. si castellanus. vbi de materia huius capitu. & in capitu. primo latius scripsi. ¶ Quæro primo, quid si dominus emparauerit feudum in casibus à iure permissis, quos per extensum scripsi in dicto capitu. si castellanus. an si vasallus defemperauerit autoritate propria ipsum feudum, vt puta asportando fructus ipsius feudi emparati, vel partem eorum, & sic violando dictam emparā, qua poena ipse vasallus veniat puniendus: Gulielmus de Valleficha in vfat. magnates. sic inquit. Quid si vasallus emperam realem sibi per dominum factam nō vult seruare, seu tenere, qualiter poterit dominus prouidere? Dic quod poterit licite etiam sine acuydamento pro conseruatione, & tutione suæ iurisdictionis, & sui iuris manu militari annotare, seu procedere contra suum vasallum. Et pro hoc glo. not. Innocen. in c. olim. versu. Item quilibet prelatu. extra de resti. spo. l. qui restituere. ff. de rei vendi. & c. venerabili. extra de censu. & ibi Inno. quoniam in non firmando, in non tenendo emperam, vel in non faciendo seruitium, interuenit contemptus domini: vt

c. solet. extra de sen. excommu. cum ibi. nō. per Innoc. ergo merito guerrificando, seu alias pōt procedi contra vasallū talē inobedientem. Et ita fuit seruatum, & iudicatum in facto regis Maioricarum. G. vbi supra. Ista quæstio indiget maiori examinatione. Nam ego reperio quod in vfat. rusticus si defemperauerit. est poena quinque solidorum pro empara fracta sed ille vfat. loquitur in empara verbalī, vt dicunt scribentes antiqui: nos vero loquimur in empara reali, de qua loquitur vfat. si quis suū feudum, & alij vfat. emperam realem permittentes, secundum quod scripsi in dicto capitu. si castellanus. & late scripsit Gulielmus de Valleficha in vfat. magnates. ¶ Dicis ergo quod si vasallus non tenuerit emperam realem, ideo aliquid de ipso feudo emparato contra voluntatem domini tetigerit, & secum asportauerit emparam ipsam violando, quod punitur poena amissionis feudi, & in emendatione deshonoris. Et pro hoc allego textum rotundum in vfat. statuunt. qui licet loquatur de baiulia, tamen cū baiulia sit feudum, vt in vfat. si quis baiuliam. & ibi doctores, idem ius est censendum in alijs feudis: quia non debent diuerso iure censerī. l. j. ff. de rerum permu. & c. cum in tua. & ibi Inno. & Hostien. de deci. Eadem autem ratio est vt violans emparā realem factam in alio feudo, quam baiulia, puniatur poena dicti vfat. apposita in baiulia feudali: & sic idem ius statui debet: vt l. illud. ff. ad legem Aquil. Præterea gratia exempli dictum fuit de baiulia: et exempla non restringunt regulam: vt l. j. ff. vti pos. l. prima. C. eodem l. damni infecti. in princip. ff. de damno infecto. & ibi Ludouic. l. prima. §. quod vulgō. ff. de vi & vi. ar. l. regula. §. licet. ff. de iuris & fact. ignoran. gloss. in l. prima. C. de condic. indebi. Barto. in l. in quorum. ff. de pigno. ¶ Facit pro hoc, quia si lex loquitur singulariter in persona vnus videtur loqui vniuersaliter. Illa enim gratia exempli videtur adiecta, secundum Bartolum in l. prima. §. sed si incertum. ff. de ven. in possess. mit. & in l. iura. ff. de legi. Ludouic. in repetitio. authentic. similiter. C. ad legem Falcidiam. versu. decimō circa solemnitates vltimæ voluntatis. Ita dicamus in proposito. Nec obstat quod hñc dicitur de baiulia, quia diuersitas nominum, aut vocabulorum nō inducit diuersitatem effectus: vt

vt l. testamētum. C. de testa. et no. per Bart. in l. si idem. C. de codicil. Et ita est hñc: Nam etiam si nomen baiulix hñc apponatur, non inducit diuersitatē effectus in alijs feudis
14 alio nomine nuncupatis. ¶ Et pro hoc facit regula qd ex identitate rationis potest fieri extensio de vno casu ad alium, quando nō inducitur aliorum iurium correctio, secundum no. per Matthæ. in tractatu extēsiō. & per Lud. de vrbe, in repeti. authen. similiter. C. ad legem Fal. & per Bar. in l. si cōstante. ff. fo. ma. Et pro hoc est tex. in l. senatus. §. libertus. ff. de ritu nupt. vbi habes qd lex ponens casum specialem prohibentem per tutorem, vel filium eius contrahi posse matrimonium cum pupilla, extenditur ad hæredem extraneū, & nepotem tutoris, ex eo quia eadem est ratio. Secundo hoc probatur in l. ij. §. si mater. ff. ad Tertul. vbi fit extensio de tutore ad curatorē: quia eadē est ratio. Tertio probatur ex tex. dictæ. l. si cōstante. Vbi fit extensio ad focerum, qui recipit dotem, & vergit ad inopiam. Quarto pro hoc glo. in l. j. C. de his qui ante aper. tab. Quinto de hoc est glo. in l. quæ per necessitatē. de reg. iur. lib. vj. in authen. præterea. C. vnde vir. Septimō in l. j. C. de iur. & fac. ign. & l. milites. ff. de re iudi. Et pro ista extensione vide glos. in l. emancipata. C. qui admit. ad bo. poss. & in c. auditor. in verbo, Romana. de rescrip. in cle. & in cle. ij. in verbo, lineam. de vi. & ho. cle. & gloss. in c. sciant cūcti. in verbo, alios. de elec. in vj. gl. in c. ex eo. eod. ti. & gl. in verbo Italia. in c. j. de tem. ordi. eo. li. & tit. & gloss. in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vēdi. & in l. foemina. C. de secundis nupt. & in l. quisquis. C. ad legem Iul. maiestatis. in verbo, vsuras. & gl. in authen. de resti. & ea, quæ parit. §. vnū. in verbo, perfectio. Facit etiā qd quando lato sumpto vocabulo vnum comprehenditur appellatione alterius, fit extensio. Ita not. in cle. ne Romani. de elect. per Io. An. secundum Ant. de Butr. ita est hñc:
15 ¶ quia appellatione feudi venit baiulia. Et pro hoc est glo. in d. c. auditor. in verbo, beneficio. vbi appellatione beneficii venit dignitas, secundum Io. de Imo. in d. cle. Et pro hoc facit quod dicunt doc. in aut. sed cum testator. C. ad l. Fal. vbi dicunt qd correctio inducta in Falcidia habet locū in Trebellianica: quia lato sumpto vocabulo appellatione Falcidiæ venit Trebellianica. Facit

etiam quod colligitur ex c. si post. ad fin. de elec. li. vj. qd ideo licita est extensio, quia collatio, electio, & pūsiō cōiter parificatur à iure: ideo statutum in vno extenditur ad reliquum: vt ibi est glo. quæ communiter reputatur singularis. Facit etiam gl. in c. qd. de vsur. libr. vj. vbi illa constitutio loquens de testamento, extenditur per gl. ad donationem causa mortis. Facit dictum Baldi in l. j. C. de interdic. ¶ qd vbi est eadem ratio, est idem casus formalis, considerata mente iuris, licet non sit eadem materia. Et dicit esse glo. Io. And. in d. c. si post. facit quod dicit idē Bal. in l. his solis. C. de reuo. dona. qd vbi cūq; ratio statuti in vno casu est eadem ratio in alio, fit extensio: quia ratio legis inspicitur, & non verba. Facit qd vbi cūq; sunt aliqua æquiparata à iure, vt collatio, & prouisiō, tunc ius exorbitans, & poenale loquēs de vno, habet locum in reliquo. Glo. est singularis in dicto c. si post. in glo. penult. & ita est hñc: quia baiulia, & aliæ res feudales æquiparantur quo ad omnia. Pro hoc facit c. j. §. porrō. & ibi Bal. que fuit prima cau. benef. amit. vbi in poenalibus proceditur de similibus ad similia, & potissimē in feudis: vt de feu. cogni. c. j. & Ia. Callicij in vfa. magnates. facit authē. de non ali. secun. nubentes. §. j. ver. quia vero. ¶ vbi dicitur constitutiones extendi ad externa pluries alsimilata, & in decisione iuris pluries æquiparata. Ad hoc glo. no. in cle. j. de offi. vica. in c. ordinarij. de offi. ordi. li. vj. c. diaconi. xxxij. di. gloss. in aut. quas actiones. vbi statutu in minoribus extenditur ad ecclesias, & econtra, in materia restitutionis in integ. glo. in c. tua nos. de senten. excom. vbi constitutio poenalis loquens de manu violenta, extenditur ad manum temerariam propter identitatem rationis. Facit glo. in cle. si plures. in verbo, dignitates. de præben. que vult quod constitutio poenalis loquens in habente plura beneficia curata, comprehendit habentes plures dignitates, vel alterum cum altero: cum eadem sit ratio in vtroque. Et idem dicas, vbi verba constitutionis possunt trahi ad casum, in quo concluditur maioritas, aut paritas rationis, quo ad latissimam significationem: quia tunc etiam in materia poenali fit extensio. Ita dicit Bar. in l. nec in ea. §. ius occidenti. ff. de adulte. per illum tex. Anto. de Butr. in cap. fin. de consuetu. Bald. in l. ex hoc iure

iure. ff. de iusti. & iure. Facit etiam q̄ quando plura se habent consecutiue vnum ad alterum, q̄ si fiat mutatio in vno, fit mutatio in altero. Nam certa ætas est determinata in dignitatibus inferioribus habentibus ordinem annexum, & certa ætas est determinata ordini: q̄ si ætas restringitur in dignitate, censetur restricta in ordine. c. cum in cunctis. de elec. † Facit etiam q̄ vbiq̄ duo sic se habent, quod vnum mensuratur ad instar alterius, fit extensio de vno ad reliquũ. Nam publica honestas mensuratur ad instar graduum in consanguinitate: si corriguntur gradus in consanguinitate, corriguntur in affinitate: vt no. gl. in c. non debet. de consan. & affi. Item facit, q̄ quando duo sic se habent ad inuicem gradatim, ita q̄ vnũ mensuratur gradatim ab alio in aliquo accidenti, q̄ si fit mutatio in vno, fit mutatio in alio. Glo. in cle. generali. de æta. & qualita. Facit etiam pro hoc q̄ leges tractantes de odio rationabili, tunc p̄t fieri extensio per identitatem rationis. tex. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. secundum Ang. Are. in l. creditor. §. iustus. ff. de appel. † Facit etiam pro hoc, quia licet dicatur q̄ propter identitatem rationis, vel maiorem, nõ debemus extendere constitutionem pœnalem. Io. An. in c. odia. de reg. iuris. in Mercur. tamẽ vbi est eadem ratio, vel maior, nõ fit extensio, sed tacite cautũ videtur. Gl. no. in c. j. de tẽ. ordi. secundum Nico. in c. ar. si clerici. de iudi. verba enim de stricta significatione vocabuli ob identitatem rationis ad latam extenduntur, secundum Ludo. in d. authẽ. similiter. Nec obstant alia iura, quæ in contrariũ possent allegari: quia habent locum, quando non est eadem ratio, secundum Ang. in l. si. C. de indic. vidui. Et pro hoc etiam facit, quia baiulia est species, & feudũ est genus: sed apposita specie sequitur appositio generis: vt l. si quis. §. interemptũ. ff. de leg. ij. & ibi no. secundum Bar. in l. prator. §. doli. ff. vi bo. rap. Quæro, quæ misiones veniãt appellatione misionũ. Vide quẽ latius scripsi supra c. j. † Quæro, qualiter intelligatur q̄ dominus fuerit fatigatus in vasallum, q̄ firmet sibi directum. Et dico q̄ tũc demum, quando dominus verbo, vel scriptis requisierit vasallum suũ, vt sibi firmet de directo argumento. l. si. C. de nego. gest. & ibi Bart. Bal. & Salicet. & no. per me supra in c. j. §. quæro qualiter sit petenda potestas. Quæro,

an a sententia inter dominum & vasallũ per pares curiæ vel alium iudicem per dominum vasallo assignatum lata tam ex parte domini, q̄ ex parte vasalli, possit prouocatio & appellatio interponi: Et videtur q̄ non, per vsaticum, placitum. ij. quoniam ipse tex. in causis inter dominũ & vasallum ducentis solum videtur disponere q̄ debeat esse vnicũ placitũ, & q̄ illud habeat laudari & authorizari, & in manu domini bene assecurari. Non enim ibi disponitur quod debeat esse plura placita, sicut in causis communibus disponitur, vt in vsa. de omnibus namq̄ communibus. Cum igitur conditori vsaticorũ facile fuisset disponere, si plura voluisset: & hoc casu placita esse ordiẽda, & tractanda, tamẽ ex quo de vnico tantũ placito ibi idem conditor disponit, & nõ de pluribus, videtur tantũ vnicũ placitum, & non plura voluisse hoc casu esse ducenda, argumento l. j. §. in autem. C. de caducis tollen. † In contrarium videtur, quoniam etiam ne dum de iure communi, imò etiam de iure vsaticorum prouocatio, & appellatio est introducta, vt per titulos de appel. C. & ff. colligitur, & in vsat. de omnibus. & in vsatico, si quando cuiuscunq̄ iniusta appellatio, & c. igitur hoc casu tam ex parte domini, q̄ etiã ex parte vasalli possit prouocatio & appellatio interponi: cum prouocatio, aut appellatio hoc casu dispositione iuris vsaticorum, aut communis non reperitur prohibita, & sic videtur permissa. Quid dicẽdũ: Breuiter glo. ordinaria in vsa. de omnibus namq̄ cõibus causis. videtur distinguere hoc casu, dicens q̄ si iudex per dñm assignatus cõdẽnauit ipsum dñm quoquo modo, etiã malẽ iudicando, q̄ dñs nõ poterit petere melioramẽtũ, nec appellare: quia debet imputari dño, qui talẽ iudicẽ sibi elegit. Si autẽ iudex per dñm assignatus cõdẽnauerit vasallum, q̄ vasallus possit appellare: & q̄ eo casu appellatione vasalli dñs poterit petere melioramẽtũ, per. l. si. C. de app. & ibi idẽ tenet Ia. de Monteiu. dicẽs † q̄ dñs nõ appellat a sententiã per iudicẽ per ipsum assignatũ lata, secundum cõsuetudinẽ Barchinonæ G. vero, de Vallesic. in d. vsa. de omnibus sic inquit. Sed an a iudice cõiter electo appelletur, et si appellet, ad quẽ debeat appellari. Et videt q̄ nõ possit appellari: vt j. q. vj. c. a iudicibus. Sed contrariũ est veritas: vt l. ex consensu. ff. de app. & appellabit ad superioro

superiorẽ: licet aliàs de iure gradatim sit appelladũ: vt l. precipimus. C. de app. & l. Imperator. ff. eo. ti. & Bar. in l. j. ff. qui, & a quibus. Et hoc verũ intellige, nisi dñs habeat ordinariam iurisdictionem in personam vasalli: quia tunc si dominus est iudex ordinarius vasalli, & ad dominum vasallus debet appellare. c. licet ex suscepto. de foro compe. Nec enim feudum solum subdit personam vasalli iurisdictioni domini, si aliàs dominus in vasallum non haberet ordinariam iurisdictionẽ: vt not. Hostien. in Sum. de feu. §. apud. vers. in autem. in additione sua ibi posita. G. vbi supra. Sed Iacob. Callicij in vsa. placitum. ij. discutiendo primũ membrum, † quando iudex per dominum assignatus male iudicando, vel aliàs grauatur dominum, an dominus possit appellare a tali iudice: & tunc dicit q̄ planum est q̄ in Barchinona secundum dictam cõsuetudinem. Sed extra Barchinonam, vbi non habet locum talis cõsuetudo, videtur q̄ sic, secundum Inn. & Io. And. qui hanc posuerunt in c. ceterum. de iudi. in glof. magna, circa prin. ibi: hoc saluo q̄ si pares. & circa medium, ibi: sed quæro ad quẽ appellabitur? Et ibi clarẽ concluditur q̄ per partem etiã assignantis iudicem p̄t interponi appellatio. Sed per glo. quæ dicit q̄ non p̄t interponi hoc casu appellatio, facit, quia ex quo dominus facit, & procurat iudicem in causa assignari, non possit appellari: quia ab illo, quod quis facit, vel procurat, non appellat: vt l. generaliter. §. j. in si. ibi: quis etenim, & c. C. de reb. cred. & iure iur. & iuxta not. per Spe. in secunda parte titu. de appel. §. in quibus. ver. xxxiij. Adde Inn. & Io. And. in c. verũ. de foro compe. Sed his non obstantibus ipse Iaco. Callicij putat dictum Inno. & Io. And. verũ, q̄ hoc casu pro parte domini poterit appellari. Hoc per apertam rationem deducit. † Nam de iure cõmuni solum Imperator potest iudicare in causa sua propria: vt l. & hoc Tiberius. ff. de hare. insti. & l. proxime. ff. de his, quẽ in test. delen. Idem regulariter in ipsa causa iudicem assignare, & non per se, licet possit de plenitudine potestatis, vt lites sine suspicione corã iudice assignato procedant, secundum no. per Pet. & Cyn. in l. procurator. C. de edẽ. & l. j. C. ne quis in sua causa. Sed etiam de iure vsaticorum dominus etiã in causa propria, quam habet cum vasallo suo, assignat

iudicẽ, quẽadmodũ Imperator de iure cõi assignat iudicem in causa propria, & sui vasalli, seu subditi: vt ex textu dicti vsa. placitum. & ex vsa. omnes homines. cum ibi no. per Iaco. de Monteiu. & in vsatico, placita re. & ibi Iaco. de Callicio, & in vsat. de alijs namq̄ bausijs, cum ibi notatis per Iaco. de Monteiu. & per me. supra c. si aliquis habet. Ita est de iure communi, † q̄ si iudex assignatus per Imperatorem in causa sua propria, & sui subditi, grauatur, vel iudicat contra ipsum Imperatorem, & eius fiscum, fiscus, seu procurator fiscalis potest ab ipso iudice iure communi appellare: vt l. illud sciendũ. ff. de app. no. in l. j. C. de sen. aduer. fisc. li. x. Ita etiã dicamus q̄ dominus, seu eius procurator possit appellare a sententiã lata per iudicem per dominum in causa sua propria assignatũ, & sui vasalli: & hoc, quando dominus agit causam per procuratorem, sicut Imperator agit causam per procuratorem fiscalẽ, vel Cæsaris: vel aliàs si nõ egisset dominus causam pro procuratore, forsã ipse nõ possit appellare: cum reputaretur incõueniens q̄ ipsemet ad seipsum appellaret. Quare cõsuluĩt ipse Iaco. Callicij q̄ litiget per procuratorem: & tunc appellabit: aliàs quod in fauorẽ dñi est de iure Cathalonix introductũ deponẽdo, seu assignãdo iudicem in causa propria, & sui vasalli, in eius læsionẽ retorqueretur, si non possit appellare. Preterea de iure vsaticorũ Cathalonix dñi in assignãdo iudicẽ in causa propria eorũ, & suorũ vasallorũ sunt Imperatori aequi parati, iuxta no. per Pet. & Cyn. in l. j. C. ne quis in sua causa, meritò iura loquẽtia de appellationibus. & alijs solẽnitatibus in causa propria Imperatoris cũ suis subditis tractãda seruãdis, & adhibendis, vẽdicabunt sibi locũ in cã propria dñi, & vasalli ducẽda sub iudice assignato per ipsum l. j. de mu. & hono. l. j. ad legẽ Fal. & l. nõ est nouũ. de legi. & l. oēs populi. et ibi Bar. ff. de iust. & iure. Ista sunt verba Iac. de Callicio: & pro eius dicto adde not. in c. a iudicibus, quod allegauit G. de Vallesic. ij. q. vj. vbi habetur q̄ licet nõ possit appellari a iudice per se procurato, tamẽ ab eius iniqua snia bene appellari p̄t. Et pro hoc bonus tex. in l. ex consensu. ff. de appel. per quẽ tex. Bar. et Ang. 26 Are. in l. j. §. quæ sine. eo. ti. dicũt † q̄ a sententiã lata per iudicẽ de cõsensu partũ assignatum potest appellari. Pro hoc etiam facit q̄ a senten

à sententia lata de consilio sapientis electi consensu partium potest appellari. & ibi per Dy. & Bar. & per Bar. & Ang. in l. si conuenerit. ff. de re iudic. Pro hoc facit etiam quod dicit Dy. & Ange. Aret. in dicta l. ex consensu. quod à iudice assumpto ex partium prorogatione potest appellari. Facit etiam pro hoc, quia regula est affirmatiua, & permissiua, quod à quolibet, & in quolibet casu permittitur appellatio, nisi specialiter reperiatur prohibita. l. & in minoribus. C. de app. & in c. de appellationibus. extra eo. secundum Rapha. & Ange. Areti. in l. j. ff. à qui. app. non licet. Et ista regula recte probatur in §. audient. in authen. de iudi. Gemi. in c. Romana. de app. l. vj. §. sin autē. Cum ergo non reperiatur prohibitum appellare in causa feudali, videtur igitur permissum. Et videri meo, ista rationes sunt magis urgentes, quam rationes Iac. de Callicio: cum æquiparatio facta de Imperatore cum domino non militet in causa feudali: Tñ licet regulariter Imperator cognoscat de causa propria, attamen fallit in causa feudali, vbi per pares curiæ iudicare debet, secundum Bal. in §. pretereā. de prohi. feu. ali. per Frē. & est hodie casus in constitutione regis Petri. c. Item, quod in omnibus causis. & scripsi latius supra. in c. si aliquis habet. Et quod appellari possit, tenet expressè Odof. in l. j. C. de sen. aduer. fis. lat. l. vnica. lib. xj. Tu vero pro concordantia opinionum dicas quod opinio Iaco. de Callicio de subtilitate iuris procedit: sed opinio gl. & Ia. de Monteiu. de generali consuetudine Cathalonie est verior: vt referunt Iaco. de Bianyula antiquus causarum patronus huius ciuitatis, qui fuit compilator aliquarum consuetudinum Cathalonie, & Gulielmus de Vallelicha in vfat. de omnibus. Et pro ista consuetudine facit c. regis Martini. Item per totra vexatio. vbi habetur quod fiscus non appellat. licet G. de Vallelic. in dicto vfat. de omnibus. dicat quod tam in ciuilibus, quam in criminalibus fiscus appellat: per d. l. j. C. de sen. aduer. fis. lat. Et dicit sic fuisse iudicatum in quadam causa criminali agitata coram baiulo de Fagamanent, qui poenam exilij delato cuidam suæ curiæ imposuerat per suam sententiam: postea vero fuit ab eadem sententia appellatum, & per secundam sententiam fuit suspensus: quæ fuit lata per Iaco. Matthai, & contra criminofum fuit aduocatus

Bertrandus de Seua: sed illud fuit factum ante dictum. c. Regis Martini. T Secundo vero membro quod vasallus possit appellare à sententia per iudicem in causa per dominum suum assignatum, clarè probatur etiam dictis: quoniam etiam subditus Imperatoris appellat à sententia lata per iudicem in causa assignatum, quam Imperator habebat cum suo subdito: vt l. data. & l. quoniam nulli. C. de app. non enim est verisimile, dominum ex priuilegio istorum vsati corum super assignandis per ipsum iudicibus maiora priuilegia quesiuisse, quam Imperator & suus fiscus in causa habebat. Et pro hoc facit dicta regula per me superius tradita, quod in omnibus permittitur appellatio, nisi reperiatur prohibita: sed in hoc casu non prohibetur: igitur & c. T Quæro hoc casu, quando vasallus, vel dominus appellat à iudice in causa per ipsum dominum assignato, vel à paribus curiæ domini, ad quæ appellabunt: Et gl. in vfat. similiter & si senior determinat quod prima appellatio debet fieri ad ipsum dominum met: secunda vero appellatio quod fiat ad dominum regem, vel alium superiorem domini. Nihil tamen allegat. Sed Iaco. de Monteiu. ibidem reprobando gl. dicit quod hoc casu tam in prima, quæ in secunda appellatio est appellandum ad ipsum met delegantem tanquam à delegato ad delegantem, per l. j. ff. qui, & à qui. app. Quid igitur nos dicemus? Breuiter Iac. Callicij in dicto vfat. placitum. pro pleniori examine huius passus habenda sic putat fore distinguendum. T Aut quæris quando pares curiæ domini cognouerant in causa feudali inter dominum & vasallum ducta, ad quem est appellandum: & tunc subdistingue, quia aut quæris in casu quando dominus alium vel alios superiores habet in ipso feudo gradatim, iuxta. c. si duo, vel plures fuerint vasalli, & c. & in c. si in aliquo castro supra, & tunc isto casu, quo causa ventilata extitit mota super amissione feudi, vel super præstatione seruitij, vel super recognitione feudi, vel super aliqua alia actione reali, vel personali, qua agebatur ad feudum: & tunc isto casu appellabitur à sententia parium ad proximum dominum, aut superiorem ipsius feudi, & non ad ipsum met dominum: vt in c. j. quo tem. mi. & iuxta no. per Inn. & Io. An. in c. ceterum. de iudi. in gl. magna. in vers. sed quæro, Et est ratio hoc casu, quia pares curiæ

ria habent ordinariam iurisdictionem à lege feudali, & Cathalonie: vt in c. j. de mil. & vasal. cum ibi not. per gl. circa fi. & in c. j. §. si. de prohi. feu. ali. per Frederi. & in c. Item quod in omnibus causis feudalibus in prima curia Barchinonæ domini regis Petri: & sic ab ipsis paribus tanquam ab ordinarijs non appellatur ad ipsum dominum met, vt ad parium ordinarij: vt l. j. §. penul. ff. de app. & in c. Romana. in prin. eo. tit. lib. vj. T Aut quæris in prædicto casu, quando dominus non habet alium, vel alios superiores in ipso feudo: & tunc secundum Inno. & Ioā. Andr. est appellandum ad iudicem ordinarium illius territorij, vbi res feudalis est sita, argumento. l. vltimæ. C. de iudi. Si autem non ageretur coram paribus curiæ domini actione reali, vel personali ad rem feudalem, sed solum ageretur de iniuria, quæ passus est contra fidelitatem, vel copulam fidelitatis, vasallus à domino, vel econtra, tunc etiam secundum no. per Inn. & Io. An. in d. c. ceterum. appellabitur ad iudicem rei, vel ad iudicem, sub cuius iurisdictione res sita est. T Si autem ageretur de iniuria in re feudali facta, puta interdictio vnde vi, vel alio consimili casu: & tunc etiam, secundum Inn. & Ioan. Andr. appellabitur ad iudicem ordinarium domini: vt l. assumptio. §. fin. ff. ad muni. Aut quæris, quoniam est cognitum per iudicem per dominum in causa assignatum ob defectum parium, vel per curiam consensu, dimisso iudicio parium, prout potest fieri iuxta dictum not. Inn. & Io. An. in d. c. ceterum. & tunc si loquaris in causis feudalibus, siue in causis emphyteuticarijs, siue in causis criminalibus, vel ciuilibus iurisdictionis allodialis, vel feudalis ipsius domini, bene dicit Iaco. de Monteiu. quod est appellandum ab ipso iudice per dominum in causa assignato, tanquam à iudice dato, vel delegato ad ipsum met, tanquam ad delegantem, seu dantem: vt l. j. circa princip. ff. quis, & à quo. & Bar. ibi. & l. si. eo. tit. & l. Imperatores. vers. Item rescripserunt. ff. de app. & l. præcipimus. §. si appellatio. C. eo. iunctis notatis per Spe. in secunda parte sui Spe. tit. de app. §. nunc tractemus. vers. si vero. Et hæc procedunt isto casu tam ex dicto iure communi feudali, quam ex consuetudine, & longæua obseruatia Cathalonie inconcusse obseruata, quæ est obseruanda: vt l. minime. ff. de legib. & c. Romana. de app. lib. vj. Et prædi-

cta vera putat ipse Iaco. Callicij, siue dominus hoc casu assignans iudicem habuerit alium dominum superiorē in ipso feudo habentem iurisdictionē, vel in re emphyteutica, siue non. Et ita seruatur, nisi superior ipsius feudi & iurisdictionis retinuerit sibi primas, vel secundas appellationes, prout fecit dominus rex Iacobus secundus in infeudatione iurisdictionis baroniarum de Lucano, & de Portela, prout in ipsis infeudationibus ad oculum dicit se vidisse: quia tunc iuxta retentionem factam per dominum superiorem in ipsa infeudatione esset appellandum ad ipsum dominum met, vel alium, iuxta formam retentionis: quia contractus ex conventionione legem accipiunt: vt l. j. §. contractus. ff. de pol. Et facit ad hoc c. vasallus, siue castellanus nunquid potest præscribere. quod est notandum. Hæc sunt verbi Iac. de Callicio vbi supra. Quæ istarum opinionum sit verior. Et credo opinionem Iac. de Monteiu. de iure communi procedere per not. in d. l. j. qui, & à quo. & ibi Barto. & latius per Salice. in l. j. C. qui pro sua iur. sed opinionem Iaco. de Callicio in hac materia de iure feudali esse veriorē, secundum no. per Inno. & Ioan. Andr. in d. c. ceterum. & ibi Collectarij, & per eos in c. verum. de for. compe. & per Bald. in feu. de inues. in ma. fac. T Quæro, quis eliget notarium? Iaco. de Callicio dicit quod iudex assignatus, allegat. c. Item quæls iutges delegats. Idem est in iudicibus tabularum, qui sibi ipsis eligunt notarios. vide tex. & ibi Gemi. in c. statutum. §. notandum. de rescrip. lib. vj. & in c. quoniam contra. de proba. in antiquis. Quæro, quis soluet salarium iudicis in causa assignati, & quantum erit ipsi iudici pro causa soluendum? gl. in vfat. de omnibus nanquam ponit opiniones, referendo se ad iura Gotthica, & ciuilia: sed Iaco. Callicij in dicto vfat. placitum. dicit quod hodie est expeditum per c. si ratione executionis. in vers. in alijs processibus in curia Monteiffoni regis Petri vltimi, & dicit quod illud cap. hodie in hoc seruatur. quæ quidē constitutio vult quod per ambas partes illud salariū soluatur. T Sed tu dicas quod hodie seruari debet constitutio domini regis Ferdinandi. cap. los salaris de tots los Iutges. Super hoc vide quæ scripsi supra, in c. si domino. & c. Item. & adde. c. inter cetera. de offic. ordi. vbi habetur quod quoniam ordinarius dat iudicem delegatum, ipse debet face-

nota nota

judiciales. nec dñs hoc casu emperado, vel feudum occupando ius sibi dicere debet, seu facere: tamē vasallus, qui negat feudū, si conuincatur, amittit ex hoc ipsum ius, quod in feudo habebat, argumēto. viij. dif. quo iure. de rei vendi. l. si. & est expressum in feu. si de feu. defunc. mili. fu. contro. c. fed vasallus feudū. & de capi. Coradi. c. si fue- rit. Tamen ex quo vasallus negat feudum, agitur coram ordinario, vt est dictum. Et ita tenent ab expresso Inno. Host. & Ioan. And. in c. ceterum. de iudi. Tu adde Bald. de prohi. feu. ali. per Fred. c. j. §. prater ea. ij. & in d. §. si vasallus. late. Hoc tñ dicit Calli- cius fore limitandum secundum quæstio- nem sequentem. Quæro, secundum eum, & Iaco. de Monteud. quid si apparet char- ta antiqna cōtinens quod ea res erat, vel est feudalis? Et idem Iac. de Monteud. respon- det opinatiuē, & primō videtur dicere qd adhuc non sit locus processu dicte empe- ræ, reo negante feudū, iuxta ea, quæ legun- tur in Spec. de iure emphy. versic. liij. liij. & lviij. postea determinat contrarium, dicens quod si extat talis charta, vt prætangitur, & quod ipsam rem possideat ipse vasallus vel eius hæres, quod dominus habet per- missionem emperandi realiter rem illam, dum tamen dominus sit intra tempus præ- scriptiōnis nondum completum. † Si ve- rō alius non vasallus, nec hæres vasalli pos- sidet, & negat rem esse, vel fuisse feudalem videtur sibi quod dominus non possit di- ctam emperam facere. Alij verō iurisperiti Cathalonie additionando commentū Iac. de Monteud. dicunt quod certē si adhuc præscriptum non est, possit dictam empe- ram realem facere etiam contra quemlibet possessorem: nam permissio emperæ realis per vsaticos videtur habere naturā, & limi- tudinem illius pacitionis, quæ fit de ingre- dienda possessione, & eius, quæ fit in pa- citione, de quibus loquitur. l. iij. C. de pig. & l. si Titius. C. de ser. expor. in quibus pa- citionibus tenent doct. quod dipia afficiunt rem, intantum quod licet paciscentibus ingredi possessionem, & manus iniicere, etiam extraneo possidente, qui non fecit illa pacta, nec est paciscentis hæres: & si id potest pacto, multo fortius lege patriæ, vel statuto, argumento eorum, quæ notantur C. de decur. super rubri. libr. x. ff. de regul. iuris. l. ex pratorio. Sed Iacob. de Callicio

huc tamen nota si scienter negat quæ poena in ma- tris vasallus. licet coram ordi- nario exami- nev.

in dicto vsat. si quis suum feudum. queren- do quæ istarum opinionum sit verior, bre- uiter dicit quod pro opinione dīctorum iu- risperitorum videtur esse casus supra. c. va- fallus, siue castellanus nūquam potest. vers. quoniam ad hæc faciendā. Nam ad hoc vt dominus possit habere seruitium feudū, vel potestatem de suo castro, sufficit quod ille, qui petit, sit dominus, & ille, a quo petitur, sit castellanus, siue vasallus, vel quod teneat locum castellani, siue vasalli: & quod hoc constet per publicum instrumentum: quia perinde est, ac si petita fuisset ab ipso vasal- lo, ex quo instrumentū exinde confectum apparet, per quod constat quod petens est dominus, & a quo petitur, sit vasallus, siue castellanus, vt ibi. Igitur etiam dicamus quod sufficiat in empara reali, quod constet per instrumentum publicum quod dominus eam faciēs sit dominus, & ille, cui fit, sit vasallus, vel teneat locum vasalli pro- cedendo de similibus ad similia, prout etiā est procedendum in causis feudalis: vt in c. j. de feu. cogni. Corroboratur etiā eorum ratio, quoniam empera realis de sui natura potest fieri vasallo: & etiam possessori feu- di nōdum vasallo, vt est casus in dicto vsa- tic. si quis suum feudum. & est expressum in constitutione Ceruarie. c. Item ne super laudimio. & scripsit latius idem Iac. Calli- cij in vsati. magnates. in fi. Tamen idē Iac. putat qd neutra prædictarū opinionū pro- cedat, prout sunt positæ: ideo putat qd si va- fallus, vel nouus feudū acquiritor, siue pos- sessor, anteq̄ dominus faciat emperam rea- lem in feudo, corā domino feudū se repræ- sentēt, & allegent emperam realem, vel alia enantamenta per dominum non debere fie- ri in illo, qd dominus quod asserit feudū, eo quia dicunt quod nō est feudum suum: & tunc putat quod quantumcunq̄ dominus habeat instrumentum de ipso feudo, quod dominus nō potest emperare ipsum feudū: cum eius iurisdictio, & cognitio per solam denegatione domini sit suspensa, donec per iudicem ordinariū sit cognitum, & pro- nuntiatum illud esse feudum domini, iuxta not. per Inno. Host. Ioan. And. in d. c. cete- rum. Si autem dominus ipsum vasallū, vel nouum feudū acquiritor in emperando, & ad manus recipiendo ipsum feudum priusq̄ ipsi per se, vel alium se repræsentarent coram domino, & feudum negarent, præuenit

nota

scilicet

nota

multo

o dicit

præuenit propter negationem subsecutam per ipsum vasallū, vel feudū acquiritorē super dominio feudū nō relaxabitur empe- ra: nec processa pro dñm statim cassabūt, sed pendebunt ex futuro euentu. Nā si per iudicem ordinariū declaratur illud esse feu- dum dñi, valebunt gesta per ipsum domi- num. Si autem declaratur illud nō esse feu- dum domini, cassabuntur omnia processa per dominū: exemplo illius, quod dicitur in §. si ab hostibus. insti. quib. mod. ius pat. pot. sol. & in l. sed & si quis. qui. mod. vsuf. & in l. si. C. de sen. pas. & resti. cum ibi not. per Cy. & in c. cum cōtingat. de offi. dele. & in c. pastoralis. de appel. Nec obstant ra- tiones in contrariū inducte, & primo vsa. si quis suū feudū. quoniam siue vasallus pos- sidebat feudum, siue nouus acquiritor, ex quo ipsi negant ipsum esse feudū, in geren- dis suspēta est iurisdictio ipsius dñi, donec est cognitum, & decisum per iudicem ordi- nariū & competentē ipsum feudum esse feudum domini, iuxta prædictā opinio- nem Innoc. Hosti. & Ioan. And. positam in d. c. ceterum. secundum quod ca. & opin. dictus vsat. venit limitandus iuxta opinio- nem ipsius Iac. de Callicio. Nec obstat ra- tio prædictorum iurisperitorum: quia ibi per debitorem non allegabatur creditor exceptio præiudicialis suspendens & tol- lens potestatem ipsi creditori, sicut hīc: quia secus hīc, & secus ibi. Nam aliās si de- bitor creditori obijceret exceptionē præi- dicialē, prius de ea esset quarendum: vt d. c. tuam. de ordi. cog. l. j. C. eod. tit. vel etiā si debitor armis resisteret: tunc etiā creditor auctoritate iudicis possessionē debet ingre- di, & non auctoritate propria. l. non est sin- gulis. de regu. iur. l. acquisitum. ff. de vsu- fruc. Et ita tenent Butri. & Barto. in d. l. iij. C. de pigno. tenentes etiam ibidem quod pactum de ingrediendo possessionem non afficiat tertium possessorem. Et sic opinio ipsorum iurisperitorum non militat. Mī- nus etiam obstat. d. c. vasallus. & c. ad cor- roboracionem dictæ opinionis per dictum Iaco. Callicij inductum: quoniam ibi vasal- lus, siue castellanus non negabat: ideo con- fitebatur feudū, sed solum allegabat se non teneri seruitium facere pro ipso feudo, vel dare potestatem de eo: in casu nostræ q. ne- gabat feudum: & sic secus est hīc, & secus est ibi. Ecce verba Iacob. de Callicio. Mihi

autem videtur sic dicendū pro concordantia ipsarum opinionum, quod aut domi- nus & vasallus contententur rem esse feuda- lem, aut vasallus negat esse feudalem. Primo casu dico esse locum emperæ reali, & opinionem Iacobi de Monteud. esse ve- ram. Nam confessio, etiam extraiudicialis, est probata probatio, secundum Bald. in l. Deo nobis. C. de epif. & cler. & Ang. Are. insti. de actio. §. omnium. super glos. ibi: ex text. & glos. & in l. ex consensu. §. eum, qui. ff. de appel. Confessio enim releuat ab onere probandi, secundum Bal. in rubric. C. de 46 proba. † Secundo casu etiā sub distingue: quia aut per chartam, seu instrumentū pu- blicum constat vasallum recognitionem fe- cisse se esse vasallum domini ipsius feudū, & homagium illi præstitisse, ac inuestituram de eo ab ipso domino accepisse: aut ipsa charta est facta ab alijs, a quibus ipse vasal- lus causam non habet. Primo casu dico etiam opinionem Iacob. de Monteud. ve- riorem esse: vt est casus in dicto capi. cate- rum. in verbo constat: quia constare intelli- gitur per aliquas possibiliē coniecturas, se- cundum Ioan. Andr. in c. pastoralis. §. quia verō. de offic. delega. Nec obstat negatio 47 ipsius vasalli. † Nam calumniosa negatio non facit rem dubiam. l. tertia. §. causa. ff. de Carbo. edict. & l. j. §. si ea. de ven. in posses- sit. Nec etiam facit rem dubiam, vbi pro- bationes sunt in promptu, secundum Bal- dum in l. post rem. ff. de transac. & pro hoc est casus in dicto capit. vasallus, siue castel- lanus nunquam. nec in hoc obstat solutio Iaco. de Callicio: quia licet loquatur in ser- uitio, attamen eadem est ratio in hoc casu, & sic idem ius: vt l. illud. ff. ad legem Aqui- liam. Ex identitate enim rationis fit exten- sio ad aliū casum, quando non inducitur legum correctio, secundum Bartolum in l. si constante. ff. soluto matrimonio. in prin. per illum textum. & l. à Titio. & ibi Ioan. de Imol. ff. de verborum oblig. Adde quæ latius de extensione in hoc capitu. superius scripsi. Stādum igitur est dictæ chartæ, seu instrumenti: vt l. cum precibus. C. de fide instrum. Quod enim quisque sua voce protestatus est, id nō potest infringere, nec testimonium suum repellere. l. generaliter. in fin. C. de non nu. pecun. & in c. per tuas. 49 extra de probatio. † Est autem probatio euidentissima illa, quæ fit per instrumen-

tum, secundum Bal. & Lud. in l. si constan-
te. ff. sol. mat. in prin. Maior enim est pro-
batio facta per instrumentū, q̄ facta in vo-
ce, secundū glo. in rubr. ff. de fide instr. Et
pro hoc, quia maiorem vim debet habere
confessio instrumentalis, quæ scribitur a pe-
rito, q̄ illa, quæ simpliciter emanat, secun-
dum Anto. de Butrio. & Io. de Imo. in c. si
cautio. de fide instr. Secundo casu credo
opinionem Iaco. de Callicio fore verā per
iura per eum allegata, præterquam in eo,
quod dicit quod pactum factum de ingre-
diendo, non afficit tertium possessore: quia
contrarium tenet Bar. in l. si Titius. ff. de fer-
uis expor. & illum sequitur Bald. in l. j. C. si
manci. ita ve. ne prosti. & etiam quod per
mille manus transiret. Et de hoc est tex. in l.
si quis sub hoc pacto. ff. de cōtrahen. emp.
& in eo quod dicitur a dicto Iacobo, q̄ va-
fallus ante emperam realem se representet
coram domino, dicendo non esse verū feu-
dum: intellige quod fiat iudicialiter: nam
aliās per negationem non faceret rem du-
biam: quoniam ubicunque reperitur ne-
gationem facere rem dubiam, intellige de
negatione iudiciali: quia extraiudicialis ne-
gatio non facit rem dubiam. Innocent. in c.
tua. de coha. cle. & mul. in cap. ex parte. de
verb. sig. Bal. in l. post rem. de trans. Ang.
in l. tale pactū. § qui prouocauit. ff. de pact.
Inn. in c. cum venerabilis. de censibus. vbi
49 hoc clarit̄ dicit Innocent. ¶ Notant doctores
antiqui in vsa. de alijs nanq̄. per glo. ibi
positā, esse de obseruatia huius terræ quod
pater filio habili, sic q̄ conditio domini non
fiat deterior potest dare feudum ad seruien-
dum ipsum domino irrequisito: nectenetur
pater postea ius firmare in posse domini,
nec aliquid pro eo facere. vide quæ dixi su-
pra, in c. post q̄. & in ca. si vasallus. in tertia
oppo. Quæro, iuxta tex. in fi. quid si domi-
nus fecit emparā reālē super feudo, quod
consistebat super redditibus frumenti, seu
hordei, vasallo, qui nondum fuerat inuesti-
tus, & minus præstiterat dño sacramentū,
& homagium, nūquid vsq̄ ad diem sacra-
menti & homagij faciet dñs fructus prædi-
ctos suos. Gulielmus de Vallecha in vsa.
magnates, credit q̄ sic. cum in dicto vfatice,
empara realis, & potestas equiparētur: sed
si contradicatur potestas, seu iuris firma, do-
minus facit fructus suos feudi: vt in dicto
vfat. & in vsa. potestatem. & in hoc c. & in

vfatice. si quis suum feudum. §. fin. & supra.
c. si castellanus. ergo idem in empera reali.
equiparatur etiam, quia tollendo potesta-
tem, & eam restituendo, solum restituit ca-
strum, seu feudum: vt in dicto vsa. magna-
tes. & non fructus: vt hīc, in fine. ergo idem
in tollendo emperam realem solum resti-
tuatur feudi possessio vasallo, & non fru-
ctus: vt est text. hīc in fine. & not. Iacob. de
Monteuid. in dicto vfatice. in verbo, re di-
rectas. Item quia per emperam realem va-
fallus incontinenti possessione feudi priua-
tur, & domino feudi applicatur: vt nō. in di-
cto vsa. magnates. Idem Iac. de Monteuid.
super verbo Emparauerit. Si igitur priua-
tur possessione, & domino dicta posses-
sio applicatur, dominus fructus feudi fa-
cit suos, & non vasallus, qui vasallus dici
non potest, nominando propriē, quia non
fuit inuestitus, nec fecit homagium: & sine
inuestitura possessio feudi nō quaritur, iux-
ta not. per Dyn. in c. beneficium. extra de
regu. & l. traditionibus. C. de pac. secundum
Gulielmum. Et pro hoc quod dicit de inue-
stitura, adde quæ scripsi in c. domino defun-
cto. Et de istis fructibus scripsi supra, in c. j.
Forma autem emperæ realis est continētia
subsequentis. ¶ Nos B. t. dominus talis feudi
dilecto Ioanni. C. afferenti ad se dictum
feudum iure vtilis domini ad se pertinere,
quod feudum iure directi domini ad nos
pertinet, & pertinere dinoscitur, Salutem.
Cum ad auditum nostrū peruenerit, quod
dictum feudum sit in vos alienatum, &
transportatum, sine firma, & consensu no-
stro, cui transportationi, & alienationi, in-
continenti cum sciuisimus, contradiximus,
& adhuc contradicimus cum presenti. Et
cum in tali casu ex auctoritate vfatice Bar-
chinonæ incipientis, si quis suum feudum
nos possimus dictum feudum realiter em-
perare, & ad manus nostras de facto re-
cipere, & habere. Pro tanto volentes in-
demnitati nostræ providere, auctoritate
dicti vfatice dictum feudum cum suis iuri-
bus, & pertinentijs vobis cum presenti em-
paramus, illudq̄ cū dictis iuribus & perti-
nentijs suis in manu, & dominio nostro mit-
timus, seu ponimus. Mandantes vobis cū
presenti, q̄ exinde de dicto feudo, & iuri-
bus, ac fructibus eiusdē, nullatenus vos in-
treatis, sub pœnis in vfatice appositis, &
adiectis,

adiectis, cum nos specialiter comiserimus
receptionem, & collectionem fructuum di-
cti feudi tali datae &c.

*De vasallo, uel castellano contradicente fir-
mæ directi domino, pro quo tenet castrū
immediate, & alijs tenentibus feudum,
quid debeant facere.*



Tem est consuetudo Cathalonie, q̄
si in aliquo castro fuerint duo, vel
tres, vel vltra, ho-
mines castellani,
seu feudatarij: & domini maior fa-
ciat aliquam demandam castellano
per eum tenenti immediate: & ca-
stellanus noluerit sibi respondere
ad directum, nec ad fidem, neque
inde facere homagium: & pro hoc
dominus maior accepit sibi castrū,
seu emparauerit sibi feudum: alij ca-
stellani tenentes feudum per eum,
qui recusauerit respondere domino
maiori ad directum, seu ad fidem,
debent se fatigare in ipso, & facere
instrumentum protestationis quod
faciat directum domino maiori, seu
cognitionem, vel homagiū, vel ali-
quid aliud, de quo teneatur, ne per
culpam ipsius, ipsi amittant feudum
ipsorū, q̄ licet inuiti, & q̄ etiā gra-
ue eis haberetur sequi feudū, si ipse
nō faceret secundū quod ratio exi-
git domino maiori. Et si fortē dñs
castellanus perseuerauerit in dicta
contradictione per annum, & men-
sem, & diem, recusando facere ho-
magiū dño, vel id, quod ratio exi-
git: tunc castellanus tenens feudum
immediate, pro quo non vult face-
re homagium domino maiori, seu

id, quod ratio exigit sequi feudum
suum, veniendo coram domino,
& faciendo homagium domino ma-
iori, accipiendo feudum ab ipso, si-
cut tenebat ipsum per alium. Et in
isto casu dominus maior non pote-
rit contradicere, q̄ nō recipiat suum
homagiū, reddēdo ei suū feudum,
non obstante si dñs minuitur de va-
sallo. Determinatū est in libro feu-
dorum, q̄ si feudatarius desierit fa-
cere homagiū per vnum annum, v-
num mensem, & vnum diem domi-
no pro castro, seu pro feudo, quod
tenet pro ipso, amittit feudū in per-
petuum, licet nō fuerit admonitus,
seu requisitus per dominū: quia ipse
debet se personaliter præsentare.
Veruntamen consuetudo est Ca-
thalonie, quod non amittit, nisi re-
quisitus fuerit per dominum: & si
post requisitionem facere renuerit,
sic stando per vnum annum, &
vnum mensem, & diem, perdit feu-
dum.

S V M M A R I V M.

- 1 Vasalli plures unus post alium in eodem castro esse pos-
sunt.
- 2 Feudum quando ob inobedientiam vasalli immediati em-
paratur, qualiter alij vasalli protestentur.
- 3 Vasallus inferior quando domino superiori homagium fa-
cere possit.
- 4 Vasallus intra quantum tempus domino homagium & si
delictum offerre teneatur.
- 5 Tempus datum vasallo ad recognitionem feudi, quando
currere incipiat.
- 6 Vasallus intra tempus debitum non offerens homagium,
feudo priuatur.
- 7 Propter dictio aliquando causam mediatam importat, ali-
quando immediatam.
- 8 Protestatio contra vasallum an possit fieri sine scriptis.
- 9 Vasallus an teneatur domino rescire expensas in castri
apprehensione factas.
- 10 Vasalli plures qualiter idem feudum tenere possint.
- 11 Vasalli inferiores an feudum perdant ob inobedientiam
primi vasalli.
- 12 Protestatio unica an sufficiat contra vasallum inobe-
dientem.

- 13 Protestatio an possit fieri die feriata.
Protestatio an fieri possit per procuratorem.
- 14 Vasallus an possit homagium facere per procuratorem.
- 15 Protestatio qualiter fiat contra uasallum inobedientem non comparentem.
- 16 Vasallo offerenti homagium qualiter succurratur, si dominus nolit feudum restituere.
- 17 Factum ubi requiritur, non sufficit paratum esse ad faciendum.
- 18 Vasallus minor an priuetur feudo si intra tempus debitum inuestituram non petierit.
- 19 Constitutio generalis non tollit leges municipales iam factas.
- 20 Consuetudo an liget furiosos et infantes.
- 21 Pupillo quando currat prescriptio, et quando non.
- 22 Minor non conficiens inuentarium restituitur in integrum.
- 23 Prescriptio noua a consuetudine feudorum inducitur, minores etiam ligat.
- 24 Minores consuetudinibus ligantur, sed restituuntur.
- 25 Vasallus an prescribere possit contra dominum ne ei faciat homagium.
- 26 Conditioni potestatiue nunquam prescribitur, iuri offerendi non potest prescribi.
- 27 Indefinita uniuersali equipollet.
- 28 Prescriptio quare adiuuata.
- 29 Prescriptio in incorporalibus sola negligentia causatur contra possessionem.
- 30 Quantumcumque, dictio quantum temporis importet.

Tem est consuetudo. Diuide istud. c. in quinque partes. In prima parte dicit, quando sunt duo, tres, aut plures uasalli, & uasallus immediatus prioris domini noluerit respondere domino de directo, nec de feide, aut facere homagium: & propter hoc apprehensa fuerit potestas castri, vel emparatum feudum, qualiter alij castellani inferiores contra ipsum uasallum inobedientem debent protestari. In secunda parte dicit quod si ipse uasallus inobediens perseuerat in sui inobedientia per tempus hinc contentum, qualiter uasallus immediatus ipsi uasallo inobedienti potest venire coram ipso domino superiori. In tertia parte dicit qualiter de iure communi feudali intra tempus hinc contentum uasallus tenetur offerre homagium domino etiam non requisitus. In quarta parte dicit qualiter de iure consuetudinario uasallo currat tempus hinc contentum post requisitionem. In quinta parte, & ultima dicit qualiter uasallus amittat feudum, si intra tempus hinc contentum post requisitionem non fecerit homagium. Prima pars

incipit ibi: consuetudo. Secunda pars ibi: & si forte. Tertia pars ibi: hoc est determinatum. Quarta pars ibi: verumtamen. Quinta pars, & ultima ibi: & tunc a tempore. Casus. Quando sunt duo, tres, aut plures castellani in castro, & uasallus immediatus prioris domini fuerit inobediens ipsi domino: & propter istam inobedientiam ipse dominus apprehenderit potestatem castri, vel emperauerit feudum, alij inferiores uasalli possunt protestari ipsi uasallo inobediendi modo hinc contentum: & si ipse uasallus inobediens perseuerat in sua inobedientia per tempus hinc contentum, alter uasallus ipsi uasallo inobedienti immediatus potest venire coram domino superiori, & facere sibi homagium, & ab eo recipere feudum: & dominus tenetur recipere dictum homagium, & restituere sibi feudum: & de iure communi feudali uasallus intra tempus hinc contentum non requisitus tenetur offerre homagium domino: sed de iure consuetudinario Cathalonie est secus, nisi post requisitionem, & a tempore dictae requisitionis amittit feudum, si intra dictum tempus non fecerit dictum homagium, hoc dicit. Collige notabilia. Nota primo, quod in castro possunt esse plures uasalli, unus post alium. Concor. c. si duo supra cum alijs concord. per me ibi datis, & pro hoc vsati. castellani. Nota secundo quod propter inobedientiam immediati uasalli circa statuta in hoc capitulo. dominus superior potest apprehendere castri potestatem. De hoc latius scripsi supra, in ca. j. Et etiam emperare feudum: ut dixi supra capit. si castellanus. Ad quam quidem emperam realem faciendam non sunt uocandi detentores, seu possessores feudorum: quoniam dominus ut pars omni contradictione, & ordine iuris praetermissio procedit: ut in vsatic. si quis suum feudum. secundum Gulielmum de Valleli. ibi, ubi ponit formas emperae realis: & ego aliter posui supra. c. proximo. Nota tertio, quod quando propter inobedientiam, aut rebellionem uasalli immediati apprehenditur potestas castri, vel emperatur feudum: alij uasalli inferiores debent protestari ipsi uasallo inobedienti iuxta formam hinc contentam. Nota quarto quod ipsa protestatio debet fieri in scriptis per instrumentum publicum. Et sic hinc habes unum casum, in quo requiritur scriptura puta. Concor. in c. si aut. circa si supra, cum concordantibus

concordantibus per me ibi datis. An autem de iure communi de essentia protestationis requiratur scriptura, dicam j. in oppositionibus. Nota quinto, quod si uasallus requisitus ab alijs uasallis inferioribus, per annum, mensem, & diem perseuerat in sua inobedientia, & contradictione, quod tunc castellanus eidem immediatus potest venire coram domino maiori, & facere sibi homagium, et recipere feudum. Nota sexto quod in hoc casu iste dominus maior non potest contradicere quod non recipiat homagium, & restituat ibi uasallo feudum. Et sic hinc habes unum casum, in quo dominus maior tenetur reddere apprehensam potestatem castri, vel feudum emparatum, etiam quod uasallus, ob cuius culpam fuerit castri potestas apprehensa, vel feudum emparatum, non fecerit directum, vel fidelitatem, & homagium domino maiori. Alios casus, in quibus dominus tenetur reddere castrum uasallo, notauimus supra in c. j. & etiam tenetur tollere emparam. Et de hoc scripsi supra in c. si castellanus. Nota septimo quod de iure communi feudali uasallus sine requisitione intra annum, mensem, & diem tenetur offerre homagium, & fidelitatem. Et de hoc est tex. in feu. in c. j. quo tunc miles. Nota octavo quod de consuetudine Cathalonie dominus tenetur requirere eius uasallum, ut faciat sibi homagium, & fidelitatem. Nota nono quod de iure consuetudinario feudum non amittitur, etiam si uasallus steterit per quodcumque tempus quod non offerat homagium domino. Nota decimo quod uasallus ad praestationem homagii habet annum, mensem, & diem post requisitionem. Nota undecimo quod annus, mensis, & dies, currunt uasallo a die requisitionis. vide G. de Valleli. in vsat. omnes homines a vicecomitibus. ubi not. quod ab ipso vsatico habuit originem consuetudo Cathalonie posita in ca. domino defuncto, scilicet quod a tempore interpellationis currat annus, intra quem uasallus pro feudo homagium praestare tenetur, nulla facta differentia cuius conditionis sit, vel fuerit uasallus, argumeto. c. xvj. in curia tertia Barchinonae domini regis Iacobi. Sed in eo quod allegat c. domino defuncto. non bene allegauit: quia ibi non fit mentio de requisitione. Voluit ergo allegare hoc ca. vel est casus de hoc. Et in hoc quod dicit, quod nulla sit differentia, vide quae

scripsi in dicto capit. domino defuncto. In secunda oppos. Nota duodecimo, & ultimo, quod post dictum annum, mensem, et diem, si uasallus non fecerit, aut obtulerit dictum homagium, amittit feudum. De hoc latius scripsi supra in d. c. domino defuncto. quod limita ut ibi: & etiam limita, nisi uasallus praestitisset dictum iuramentum, & homagium alicui in dignitatem, & successoribus suis: ut est tex. & ibi Bal. in c. veritatis. de iure iurando. Expone literam. Consuetudo. Quid sit consuetudo, dixi supra ca. proximo. Castro. Quid sit castrum, & de materia castri terminati, dixi latius supra. in c. si aliqui alodiarum. Demadam. Vulgare est, id est petitionem. Castellano. Uasallus, & castellanus, idem sunt, ut dixi supra in c. & si non. & c. si castellanus, siue uasallus dixerit cors acors id est, immediate. Noluerit respondere domino de directo. id est noluerit facere directum, fidelitatem, et homagium. Et propter hoc id est, propter contradictionem firmandi de directo, & faciendi homagium, & fidelitatem. Dicitio enim propter significat causam remotam, & mediatam, secundum Salicet. in l. j. c. si seruus extero. & ibi Barto. & Ludouic. in l. qui pretio ff. de dona. cau. mor. & Gemini. in c. pro humani. §. ij. de homici. li. vj. sed hinc accipitur pro causa immediata. Accipiet castrum id est, castri potestatem. Alij castellani, subaudi uasalli. Fatigare id est, requirere ipsum uasallum inobedientem instrumentum protestationis, quod faciat domino, & c. hinc dat formam, quae debet continere protestationem. Conuenguda. id est conuenientiam, vel recognitionem. Habere sequi feudum suum. Haec uerba inferius declarantur. Et rebellionem id est, inobedientiam. annu. De anno scripsi in dicto c. domino. & etiam de die. Mensem. Quot enim dies computentur in mense, Ang. Imo. et Ludo. in l. de diuisione. ff. so. ma. Flo. in l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. Bal. in aut. qui semel. C. quomodo, & quando. & in l. eos. §. sin aut. C. de appel. & quo tem. mi. ca. j. in feud. & Bar. in l. bisextus. ff. de verbo. signifi. et Gemini. in c. quam sit. §. electus. de elect. libr. vj. & Ange. in authentic. iubemus. C. de iudi. & ibi quod hebdomada habet septem dies. & Bald. de feud. sine cul. §. j. si miles. Antiqui tamen non habebant nisi decem menses, & fuerunt additi duo. Glos. secundum Nico. in cle. si domini, de reli. & uene. sanc. in ver

in verbo Certam diem. Extunc: quia sper-
nens protestationem legitime factam est in
dolo, secundum Angelum in l. quaedam.
§. hac interest. ff. de eden. Illud pro eo, id
est, tenere dictum feudum pro dicto domi-
no maiori. Contradicere, subaudi eidem va-
sallo immediato vasallo eidem inobedi-
ti. Recipiat. subaudi ab eo. Si non fecerit ho-
magium. Quod intelligo, nisi vasallus ve-
lit se ueri, puta praescriptione triginta an-
norum. Quod an sit verum, dicam infra in
quaestionibus. Oppo. j. de c. si duo, vel tres.
supra. Solut. Illud cap. habet locum, quan-
do vasallus inferior forefecerit contra do-
minum superiorem: hic quando primus va-
sallus efficitur inobediens domino superio-
ri. Et sic secus est ibi, & secus est hic. ¶ Op-
po. secundo quod instrumentum protesta-
tionis potest fieri sine scriptis: ut est text. in
l. si quis. C. de nego. gest. Sol. Quod ibi di-
citur est regulare: fallit in hoc casu, & in au-
then. hanc autem. C. de non nu. pecu. & in
alijs casibus in iure expressis. Et ita dicunt
Barto. & Bald. in l. si quis. & in authentic.
presbyteros. C. de episco. & cleric. Salicet.
in l. si quis. C. de po. Bartol. in l. non solum.
§. morte. ff. de no. oper. nuntia. Henric. in
cap. cum M. de constitut. & per Hostien.
in c. si. de condi. appo. & in summa titul. de
const. §. quando constitutio. ver. cum quaer-
ritur utrum. & per Salic. in authen. si quis.
9 C. de adult. ¶ Oppo. tertio quod dominus
non teneatur reddere vasallo suo potesta-
tem de castro, vel desemperare feudum,
etiam si ipse veniat coram eo, & faciat
sibi homagium, nisi vasallus restituat do-
mino omnes missiones, quas ipse fecerit
in apprehensione castri, vel emperamento
feudi: ut in vsatic. magnates. & in capitulo
proximo. & infra capit. isti sunt. §. primus.
Solut. Fateor contrarium: & istud c. intelli-
gitur per supplementationem dictorum capitu-
lorum, & ipsius vsati. intantum quod ultra
homagium fiendum a dicto vasallo, ipse va-
sallus tenetur restituere dicto domino om-
nes expensas ab eo pro premisis factas.
Oppon. quarto quod vasallus sine requi-
sitione teneatur venire intra annu, & diem,
ad heredem defuncti, & ei homagium re-
nouare, & fidelitatem promittere. Solut.
Illud c. intelligitur secundum istud. Nam
non est nouum priores leges trahere ad po-
steriores: ut l. non est nouum. ff. de legibus,

cum seq. Lex enim, quae indistincte loqui-
tur, per aliam legem distinguitur: ut est text.
& ibi doct. in l. quis. ff. de in ius vocan. &
in l. generaliter. C. eod. titu. Adde quae dixi
supra, in c. domino. in prima opposi. Opp.
quinto de dicto capi. domino. vbi vasallus
tantum habet annum, & diem, & non men-
sem, & ita erat etiam de iure communi feu-
dali: ut in capi. j. quae fuit prima cau. benef.
amitt. Solut. ut dixi in dicto capitul. domi-
10 no. in secunda opposi. ¶ Oppo. sexto quod
in castro non possunt esse duo, vel tres ca-
stellani, aut vasalli: nam castellanus non po-
test subitus mittere alios castellanos: ut in
vsati. castellani. Solut. Fateor contrarium,
nisi de voluntate domini ibi fuerint missi,
ut ibi dicitur: & sic istud. c. & cap. si duo. &
alia iura loquentia quod in castro possunt
esse duo vel tres castellani, debent intelligi
secundum dictum vsa. hoc est quod ipsi ca-
stellani sint subitus missi, & positi de volun-
tate dicti domini: & consequenter dicta iu-
11 ra concordant cum dicto vsatico. ¶ Oppo.
septimo, quod propter inobedientiam pri-
mi vasalli alij inferiores vasalli non debent
amittere feudum, etiam si non sint protesta-
ti: nam nullus ex delicto alterius puniri
debet: ut ff. de decu. l. ij. §. penult. & de inter.
& rele. l. tertia. de in ius vocand. l. adopti-
uum. §. finali. Poenae igitur suos debent te-
nere authores: ut l. sancimus. C. de poenis.
Solut. Speciale est in feudo. Ita dicit Bald.
in feud. si de feud. defunc. mili. §. si vasallus.
Adde hic alias oppositiones, quas feci su-
pra in dicto capitulo domino. Expeditis
contrarijs, veniamus ad quaestiones. Et pri-
12 mo quaero, ¶ an sufficiat vna protestatio,
vel requirantur plures protestationes: Et
dico quod sufficiat vna protestatio: quia hic
tantum dicit instrumentum protestationis:
non autem dicit instrumenta protestatio-
num: & sic loquitur in singulari. Statutum
enim loquens in singulari, habet locu etiam
in plurali, quando eadem est ratio pluralis
& singularis, & eundem habet effectum,
secundum glo. & ibi Gemina. in c. si com-
promissarius. de elec. libro. vj. sed hic non
est eadem ratio. Igitur, & c. Praeterea vbi
requiritur protestatio simpliciter, ad hoc
ut non praedictetur alicui, sufficit vna tan-
tum. Ita not. per glo. & ibi Gemi. in c. cu-
pientes. §. quod si per viginti. de elec. li. vj.
Et hoc sequitur Bar. in l. mora. ff. de usuris,
& ibi

& ibi glo. & in l. Titia. §. vsuras. per illum
textum. ff. de lega. secundo. glo. in l. qui Ro-
mae. §. cohæredes. ff. de verborum obligat.
& in §. Seia. per Barto. & glo. in l. si tempo-
ra. C. de fide instrumen. & iure hastæ fisc. li-
bro x. & Anto. de But. post Inno. in c. cum
olim. de elect. & Ioan. Andr. de iure iur. c.
ego. & Ange. Are. institut. de actio. in prin.
& per Bartol. in l. de pupillo. §. si quis ipsi
pratori. & ibi Ludo. ff. de no. ope. nuntia.
Tutius tamen esset quod fieret trina prote-
statio, secundum Ludo. ibi, vbi dicit quod
quando inferior facit protestationem supe-
riori, non sufficit vna, sed requiritur trina
protestatio. Et ita dicit esse casum in capit.
primo. de sup. neg. praes. quod ad hoc al-
legat Anto. de Butr. in capitul. cum olim.
de offic. delega. Cum autem iste vasallus
protestans sit inferior vasallo inobedi-
13 igitur & c. ¶ Quaero, an ista protestatio pos-
sit fieri die feriata. Et dico quod sic: quia est
actus extraiudicialis, secundum Bartolum
in l. centesimis. §. fina. ff. de verbo. oblig. Di-
cit enim Barto. in l. qui vxori. ff. de adulte.
quod protestatio potest fieri extra iudiciu.
Sed quaero, an ista protestatio possit fieri
per procuratorem. Et dico quod sic, secun-
dum Bart. in l. de pupillo. §. nuntiationem.
& §. si procuratorio. ff. de no. oper. nuntia.
& Bald. in l. si quis. C. de posi. Quærit Gul.
de Vallesi. in vsat. omnes homines a vice-
14 comitibus. ¶ nunquid si vasallus requiratur
ad praestandum sacramentum, & homa-
gium, habeat venire, seu comparere perso-
naliter intra annum, & diem, vel sufficiat
procuratorem specialem ad hoc mittere.
Et dicit quod sufficit vasallo suum specia-
lem procuratorem ad praestandum sacra-
mentum, & homagium mittere: ut in feu-
per quos fiat inuesti. §. sed vitium. Et pro
hoc est text. in capit. Ludouicus. lxxij. dist.
& not. per Ioan. And. extra de sta. regu. c.
primo. lib. vj. in glo. praestet. Citatus enim
tenetur venire coram iudice: ut l. secunda.
ff. si quis in ius voc. non ierit. & l. si quis ex
aliena. ff. de iudic. & tamen non compelli-
tur personaliter venire, sed suum mittere
procuratorem. in l. fina. C. de procuratorib.
& l. praesenti. C. de his, qui ad eccle. confir.
Tu adde ad praedicta Gemin. in capit. pri-
mo. de iudic. lib. vj. & vide quae scripsi su-
pra latius in cap. primo. circa finem. & in c.
si venditum. & adde Archidia. in capit. tibi

15 domino. lxxij. distinct. ¶ Quaero, si vasallus
inobediens non reperitur, eo quia est ab-
sens, vel latitat, cui est fienda protestatio, vel
quod remedium habebit iste vasallus, qui
vult facere protestationem? Bartol. in l. de
pupillo. §. si quis. ff. de no. operis nuntiatio.
dicit quod fiat coram vicinis. sed Bald. ibi
in additio. hoc non placet. Ioan. de Imo. ibi
distinguit quod aut est actus mere extraiu-
dicialis: & tunc est vera opinio Bart. Aut
est actus, qui extra iudiciu, & in iudicio
agitari potest: & tunc protestatio respectu
eius coram iudice fieri debet. Et hoc sequi-
tur ibi Ludo. Ego verò sic dicerem, quod
si ipse vasallus tenet vxorem, quod debet
fieri eius vxori: ut est gloss. in l. aut qui ali-
ter. §. primo. ff. quod vi aut clam. Si autem
ipse vasallus non tenet vxorem, sed reliquit
procuratorē: & tunc dico quod talis pro-
testatio potest fieri ipsi procuratori, secun-
dum Bartolum in dicta l. aut qui aliter. §. &
si forte. vide Cynum in l. in minorum. C. in
quibus cau. restitui. non est neces. Aut non
dimisit procuratorem: & tunc potest fieri
in domo coram vicinis, cum iste actus sit
mere extraiudicialis: & ita est vera opinio
Barto. Ioan. de Imo. & Ludouic. in prima
distinctione. Si autem non teneret domum:
& tunc dico quod debet fieri coram iudi-
ce. Et ita intelligo Bald. in dicta additione,
vel publica: ut est text. in dicta l. de pupil-
lo. §. si quis ipsi pratori. in verbo publicē.
& in l. secunda. C. de his, qui per met. iud.
non appel. & l. cum quidam. ff. de appella-
in ver. publicē. & quod fiat coram hone-
stis personis, argumento. not. per Bar. in l.
prima. §. dies autem. ff. quando appel. sit. &
Anto. de Butr. in capit. fina. extra de appel.
Quaero in casu, quo ista protestatio possit
fieri coram vicinis, quid tamē si fiat coram
vno vicino, an sufficiat? Et dico quod sic,
dummodo adsint aliae publicae personae, se-
16 cundum Ludouic. in dicto §. si quis. ¶ Qua-
ro, quid si dominus contradicit restituere
feudum isti vasallo, qui coram eo venit, &
homagium sibi obtulit? Et dico quod ipse
debet interpellare, protestari, & require-
re dictum dominum, ut dictum feudum
sibi restituat, quoniam paratus est praesta-
re sibi homagium, & alia facere, ad qua te-
neatur, & de facto quod praestet dictum
homagium, & quod faciat sibi fidem de
protestatione per eum facta dicto vasallo.
inobe

*tanq̄ corā autē
p̄ bonis. si uel
appellationem.
non reperitur
a quo.*

inobedienti, de qua protestatione fienda ipsi domino debet confici publicum instrumentum, argumento istius text. Et hoc factum, tunc credo quod si dominus recusaret reddere feudum ipsi vasallo est locus remedio vsatic. similiter & si senior. & quae dicuntur ibi per Iacob. de Monteuida. & alios scribentes. Et ideo dixi quod fiat instrumentum de ipsa protestatione, cum qualitas oppressionis alleganda est in supplicatione, ex quo illa tribuit iurisdictionem superiori cognoscendi de ea, secundum not. per Innocent. in c. cum sit generale. & Anto. de Butri. in ca. si clericus laicum. de foro competenti. & etiam summam probanda, secundum Petr. de Ancha. in regula, ea, quae in vij. q. & Bart. & Bal. in l. praescriptione. C. si contra ius vel vtil. publici. Et bene dixi quod de facto praestetur dictum homagium: quia hic est verbum faciendum, quod denotat factum: nam ubi aliquis ardetur ad aliquid faciendum, non sufficit esse paratum illud facere, sed requiritur quod faciat, secundum gl. in c. cupientes. §. si vero. de elec. lib. vij. & in c. ad apostolica. de re iudi. eo. lib. in verbo, parata. Vbi enim est opus facto, verba non sufficiunt: ut est text. in c. j. de eo, qui mitti. in possess. caus. rei seruian. & Bald. in preiud. feud. §. diuisio. quod venit limitandum, si dominus dictum homagium recipere paratus sit. Si autem dictum homagium recipere contradixerit, tunc sufficit illa obligatio, quia voluntas pro facto reputatur, secundum vnam solutionem gl. in d. c. j. in verbo, licet. quoniam enim per me non stat, mihi non imputatur, neque tempus mihi currit, secundum Cynum, & Angel. in l. si. C. de adul. & Ange. Aret. ff. quando app. sit. l. j. §. dies. l. Turpia. §. Titia. ff. de legatis primo. ¶ Quare, quid si vasallus est minor, an ligetur ista consuetudine, ita quod si intra annum, mensem & diem non petierit inuestituram, priuetur feudo, si a domino fuerit interpellatus, vel possit aduersus lapsum temporis restituui, vide quae scripti supra, in capitulo. si aliquis vasallus. in q. quaerit Guliel. de Valesi. in vsa. omnes homines si a vicecomitibus. vbi quaesitum, an si vasallus minor interpellaretur, curreret sibi annus. & in q. ibi sequenti. vbi quaesitum, an possit restituui. Hic autem tractabo materiam, an iste vasallus minor ligetur istis consuetudinibus, & incidit in illa q. an praescri-

ptio inducta a statuto vel consuetudine currat minoribus, vel pupillis. In qua quaest. Innoc. in c. constitutus. de in integ. restituit. quem sequitur Cyn. & Bal. in l. si. C. in quibus causis restit. non est neces. dicunt quod currit, si ipse minor restituatur in integrum. Et de hoc dicunt fore casum in dicto capi. constitutus. Et quia d. l. si. videtur ponere gradum ad decisionem huius quaestionis ipsi conantur summo ingenio respondere, dum text. ibi dicit, temporales praescriptiones ipso iure non currere minoribus: quia illa lex venit ad correctionem iurium antiquorum: ut apparet in versicu. vetera iura: ergo non extenditur ad statuta, quae post factum induentia praescriptionem: quia de illis statutis dicta l. fin. considerationem non habuit. Facit pro hoc, quia cum statutum simpliciter loquatur, non debet distinguere per ius commune: quia species non distinguitur per legem generalem Imperatoris. Item statuta, & consuetudines arctant etiam minores: ut l. & si sine haerede. §. Lucius. ff. de administratio. tutor. & in dicto capitulo constitutus. Istud sequitur subtilissimus iuris interpret Rapha. Fulgo. in dicta l. fina. per illum textum, qui nominatim se refert ad praescriptionem legum veterum: & concedit quod lex potest dare formam futuris. Nam illa lex dicit vetera iura. ¶ Vnde si generalis constitutio principis non porrigitur ad tollendas leges municipales iam factas, quia praesumitur ignorare, ut capitulo primo. de constitut. libro sexto. quantum minus derogabit legibus municipalibus futuris. Et post subdit per verbum tamen forte, quia illa lex non pertinet ad legem generalem post factam. & ita residet. Idem etiam videtur sentire Nicola. de Neapol. in dicto §. Lucius. dicens illum §. ad hoc singularem, quod consuetudo ligat minores: ut gl. in l. secunda. C. quae sit lon. consue. & allegat Guliel. de Cug. in l. ingenuum. ff. de statu homini. Istud etiam sequitur Ioan. And. in illo. c. constitutus. & etiam ibi domi. Ioan. de Imo. & ibi allegat rationem, quam firmavit Rapha. Fulg. in d. l. fin. scilicet dispositio iuris communis non tollit dispositionem statutariam, nisi de illa fiat mentionem: ut in dicto capitulo primo. ideo si dispositio statutum praecessisset, d. l. final. non fuisset sublata per illam legem: ergo multominus tolleretur si post

si post factum subsequuta. Facit ad hoc quod no. Bar. in l. ambitiosa. ff. de decretis ab ordi. facien. & in j. constitu. C. §. quibus. Bal. in l. no. videtur. C. de in integ. resti. mi. et quod not. Bar. in quodam consilio incipiente, quaeritur an statutum. & consilio incipiente, nunquid tutor. vbi decidunt quod statuta dicentia causas inter affines vertentes compromitti debere, decidunt quod talia statuta comprehendunt minores. Facit quod dicit Salice. in l. j. in vltima col. C. quae sit lon. consue. 20 vbi querit, an consuetudo liget furiosos, & infantes, ut voluit glo. in l. ij. eo. tit. & dicit quod sic, ad instar legis scriptae, quae eos ligat. Et subdit postea, quod licet consuetudo generalis eos liget, non tamen tollit eis beneficium a lege eis specialiter concessum. Vnde inquit: Si consuetudo disponit quod decepti ultra dimidiam iusti pretij non possint petere contractum rescindi, nec iustum pretium suppleri: concludit quod licet talis consuetudo liget minores, tamen poterunt petere restitutionem in integrum. Allegat casum dicti §. Lucius. Eandem partem secutus est Bal. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. in vltima charta. vbi dicit, statuto cauetur quod quicumque non petierit debitum intra annum, post non audiatur: an currat talis praescriptio: Et arguit pro, & contra: & concludit opinionem Inno. esse veriore, sed opi. Bar. aequior. Sed Bart. in duobus locis, in l. etiam, & ff. de minor. & in d. l. fin. fuit alterius opinionis, quam sequitur do. 21 Ant. in d. c. constitutus. ¶ Dicit enim quod aut pupillus tractat de lucro captando: & tunc currat praescriptio, licet restituatur. Et ita loquitur d. c. constitutus. Sed ista non videtur bona responsio: quia non debet concedi restitutio, ut adquirat lucrum cum alieno damno. l. sciendum. ff. ex qui. cau. maio. Aut pupillus tractat de lucro captando, ut in praescriptione, quae currit contra eum: & tunc praescriptio ipso iure non currit minori. Ad hoc allegat d. l. si. Sed certe d. l. si. non magis loquitur de damno, quam de lucro, sed loquitur simpliciter. Ita respondet Ioan. de Imo. in d. c. constitutus. Vnde Bal. in l. si mater. C. ne de sta. defun. fuit in tertia opinione. Aut statutum facit specialem mentionem de pupillo: & tunc praescriptio ab eo inuenta currit, sed restituatur in integrum: argumento. l. j. C. de senten. aduer. fis. la. lib. x. Aut loquitur generaliter: & tunc sit vera

opi. Bar. & quod primum membrum huius distinctionis habet aequitatem, ut pupillus restituatur in integrum, argumento §. pupillis. in auth. de haere. & Fal. in gl. l. aut xilium. ff. de mino. que vult quod minor restituatur, si non confecit inuentarium. Facit quod habetur in l. properandum. §. si. C. de iudi. Et per hoc tollitur illud, quod dici potest, quod tale statutum esset delusorium, si pupillus posset restituui in integrum. Secundum enim membrum distinctionis suae, quia contra tex. d. §. Lucius. & c. constitutus. Vnde idem Bal. in c. j. in vltima charta. in tit. quod tem. miles inuef. pe. deb. in c. j. §. porro. qualiter feu. olim ali. fuit in quarta opi. quod aut statutum inducit praescriptionem ipso iure, tam minoribus, quam pupillis de iure communi non curate beneficio d. l. si. puta quia surrogat praescriptionem aliquam loco praescriptionis longi temporis, seu alterius, quae ipso iure minoribus non currit: & tunc sicut non currebat iure communi, ita non intelligitur currere ex dispositione statuti: quia surrogatum sapit naturam eius, in cuius locum surrogatur. c. praecipimus. xcij. dist. Aut subrogat praescriptionem aliquam in locum praescriptionis triginta annorum: & tunc aut loquitur in pupillo, & non currit. Aut loquitur in minore: & currat, sed restituatur, per d. l. sicut. Et hanc quartam opin. Ludo. in l. naturaliter. ff. de vsur. dicit esse verissimam. Allegat casum in c. j. §. praeterea. de proh. feu. ali. per Frederi. vbi tempus ad petendam inuestituram currit adulto, licet restituatur in integrum. Ecce ergo quod ibi est casus quod noua praescriptio a consuetudine feudorum inducta comprehendit adultos licet cum ope restitutionis in integrum. Aut statutum inuenit nouam praescriptionem respectu noui iuris ab eo editi: & tunc currat minoribus, cum ope tamen restitutionis. Et sic sit casus in d. c. constitutus. & in d. §. Lucius. Adde etiam Ludo. in l. is potest. ff. de adqui. haeredi. vbi dicit, statuto cauetur quod si haeres non fecerit insinuare testamentum intra sex menses, nil possit consequi: an illud tempus currat minori ipso iure. Et refert Bal. dicentem se audiuisse Bar. in l. fin. C. de iur. & fac. igno. consuluisse quod aut statutum loquitur quo ad inchoandum cursum termini praefixi quo ad insinuandum faciendo mentionem de scientia: & tunc tale tempus non currit pupillo tutore

carenti, per tex. d. l. fi. & quia pupillus scien-
 tiam non habet l. j. C. de fal. mo. Si verò po-
 nitur tempus à statuto simpliciter absq; di-
 stinctione scientiæ, tunc minori currit, sed
 restituitur in integrum, sed Ludo. dicit ibi
 hoc vltimum non fore verum: quia licet sta-
 tutum dicat simpliciter tempus currere, in-
 telligitur à tempore scientiæ l. ij. §. si quis he-
 redi. ff. de sta. lib. c. nos quidem. de testa. &
 aliud non dicit. Dominus Nico. in dicto. c.
 sequitur opinionem Bar. contra Innoc. di-
 cens Bar. habuisse in hoc bonam considera-
 tionem: sed Bal. in d. l. omnes populi. dicit
 fuisse æquam. Tu verò adde gloss. text. &
 Bar. qui non allegantur ab aliquo in l. ij. C.
 de fun. patri. libr. xj. vbi si minor non soluit
 principi vectigal pro fundo intra certū tem-
 pus, non currit sibi illa præscriptio, sed cur-
 24 rit curatori, vel tutori. † Ex præmissis igitur
 habes decisionem quæstionis q̄ ista cō-
 suetudines ligāt minores, sed restituuntur: &
 sic aduersus lapsum temporis huius consue-
 tudinis datur eis restitutio, si tutori, vel cura-
 tori facta fuerit interpellatio. Si autem ipsi
 minori, tunc non currit eidē tēpus, & ideo
 seruat ipso iure illeſus: vt colligitur ex
 præmissis, & per ea, quæ dixi supra, in ca. si
 aliquis vasallus. Quæro, quid si dominus
 per tempus triginta annorum & ultra ste-
 terit quod non requisierit vasallum, vt si-
 25 bi faciat homagium, & fidelitatem, † nun-
 quid ipse vasallus se poterit tueri præscri-
 ptione triginta annorum contra dominum
 quo ad homagij præstationem: & dico q̄
 non: quia ista requisitio, quam dominus te-
 netur facere vasallo, vt sibi præstet homa-
 gium, est facultas: & iura de præscriptioni-
 bus loquentia loquuntur de præscriptione
 iurium, non autem meræ facultatis. Et dat
 gl. exemplum in l. cum notissimi. C. de præ-
 scrip. trig. vel quadragin. annorum. in glo.
 quid ergo si debitor. & allegat l. viam publi-
 cam. ff. de via pub. Est autem mera facul-
 tas, cum aliquid conceditur posse fieri gra-
 tia sui iuris conseruandi. C. man. l. in re mā-
 data. secundum Ange. in l. pignori. ff. de
 vsucap. Et q̄ ista facultas non possit prescri-
 bi, tenet Salicet. in l. licet. C. de iure deliber.
 tractando materiam an ius adeundi præ-
 scribatur: & Bar. in d. l. viam. Secundo ista
 requisitio non potest possideri: præscriptio
 autem sine possessione non procedit: vt in
 26 regula, sine possessione. Igitur & c. † Tertio

quia ista requisitio est cōditio potestatiua,
 cui nūquam præscribitur, cum possit adim-
 pleri vsq; ad vltimum vitæ spiritum. l. fi. ff.
 de condi. insti. secundum Bar. in d. l. pigno-
 ri. disputando an iuri offerendi possit præ-
 scribi. Quarto pro hoc facit quod not. Cy.
 in d. l. cum notissimi. §. sed cū illud. & Bart.
 in d. l. pignori. & in d. l. cum notissimi. vbi
 tenent q̄ iuri offerendi non præscribatur.
 Quinto hic est verbum, quantumcunque,
 quod est sine præfinitione temporis, argu-
 mento in feu. de lege commif. c. j. in verbo,
 quando cunq;. In contrariū facit vsa. omnes
 causæ siue bonæ, siue malæ. qui indistincte
 loquitur, & sic vbi lex non distinguit, nec
 nos distinguere debemus l. de pretio. ff. de
 27 publi. ibi enim est indefinita dispositio: &
 sic æquipollet vniuersali, secundum not. per
 Io. And. in c. j. de regu. iur. libr. vj. Secundo
 quia præscriptio triginta annorū currit sui
 natura propter meram negligentiam nō de-
 ducentis ius suum, q̄ quis nunquam fuerit in-
 terpellatus, iuxta ea, quæ habentur per gl.
 & omnes doct. in l. fi. C. de edic. diui Adria.
 28 tollen. † Tertio, quia præscriptio fuit inuen-
 ta ne dominia rerum sint sub incerto: vt l. j.
 ff. de vsuca. Quarto, quia præscriptio, que
 procedit ex negligentia, valet, etiam cum
 mala fide. Et ita tenet Ludo. in l. sequitur. §.
 si viam. eo. titu. Quid igitur est dicendum?
 Et credo vltimam partem fore veram, per
 iura pro hac parte allegata. Nec obstat pri-
 ma ratio: quia aut facultas deducta in actū
 parit ius deducibile in iudicio: vt est videre
 in aditione hæreditatis, & in iure offerendi,
 & etiam in nostro casu: & tunc præscribi-
 tur: vt C. de iure delibe. l. licet. & quod ibi
 not. & de acqui. hære. l. q̄ diu. Aut deducta
 in actum non parit ius deducibile in iudi-
 cium: & tunc non præscribitur. Et ita loqui-
 tur d. l. viam. & ita no. per Ang. in l. si finita.
 §. postea. ff. de dam. infect. & in d. l. pigno-
 ri. & vtrouque Ludo. Nec etiam obstat se-
 29 cunda ratio, † quia in incorporalibus negli-
 gentia sufficit, etiam sine possessione ad cau-
 sandam præscriptionem: vt in d. §. si viam. et
 in l. quoties. de feruit. cum simi. secundum
 Ioan. de Imol. & Ludouic. in d. l. q̄ diu. Nec
 obstat tertia ratio, quia conditioni pote-
 statiua non præscribitur: quia illud est verū
 in institutione: secus in legatis, vel alijs insti-
 tutionibus: vt l. hæc conditio. la. petita. ff. de
 conditionibus & demonstrationibus. Igi-
 tur

tur cum simus extra casum institutionis, er-
 go præscribi potest. Et hoc dicit Ioannes
 de Imo. in dicta. l. pignori. & Ange. Areti.
 institu. de actio. §. actionum. in quæstione.
 an ius offerendi præscribatur. Pro quo tu
 allega. gloss. ordi. in l. si quis ita hæres insti-
 tuatur. ff. de hære. instit. Nec inquam ob-
 stat quarta ratio: quia licet illa sit commu-
 nis opinio Ultramontanorum, attamen gl.
 in dicta. l. pignori. & in d. §. sed cum illud. &
 Bar. in l. j. ff. de condi. ex lege. Ange. Imo.
 & Ludo. in d. l. pignori. & in d. §. postea. &
 Iaco. & Bald. in d. §. sed cum illud. sequun-
 tur opinionem contrariam, quod ius offe-
 rendi præscribatur: & hæc est communis
 sententia secundum eos. Et istud sequitur
 Ange. Areti. in d. §. actionum. Opinio verò
 Ultramontanorum posset sustineri, quan-
 do est pactum legis commissoria: vt est
 tex. secundum Bald. in c. j. dum dicit, quan-
 docunq;. de lege commif. Vel etiam pos-
 set sustineri in ignorante, vt puta in illo, qui
 succederet domino: quia poterit per eum
 in integrum restitutio postulari. Ad hoc,
 quod eleganter not. Barto. in l. j. §. si quis au-
 tem. ff. de iti. actuq; priua. & ibi Imo. secun-
 30 dum Ludouic. in dicta. l. quamdiu. † Nec
 etiam obstat vltima ratio, quia ista dictio,
 quantumcunque, debet restringi ad triginta
 vel quadraginta annos, secundum gloss. &
 Bald. in dicto capitu. primo. in verbo, quā
 docunq;. sicut etiam restringitur ad Silla-
 nia. l. in cognitione. per Ludouic. vt etiā hæc
 dictio perpetuo: vt l. j. ff. pro socio. l. j. C. de
 consti. pecu. sicut etiam restringitur dictio
 semper. Ita dicit Ludouic. in d. §. postea. & in
 l. j. ff. de vsucap. Vel dic quod ista dictio,
 quantumcunque, non refertur ad dominum,
 hoc est, quod dicat quod quantumcunque
 tempore à domino vasallus requiratur: sed
 ad vasallum: & sic omnino excludit præ-
 scriptionem: & homagium sit præscriptibi-
 le: vt est tex. supra in c. homagium. & istud
 31 credo verius, & ita teneas. † Ad prædicta
 adde Bal. in l. j. in quarta col. C. de his, quæ
 poenæ nomine. vbi dicit non valere pactum
 factum per patrem, quod ipse feudo
 priuetur per delictum filij. Allegat in argu-
 men. l. pater famil. testamento. in fi. de hære.
 instit. & etiam adde valere statutum q̄ de
 delicto vnus de agnatione teneatur omnes
 de agnatione. Bar. in l. iure prouifum. C. de
 fabric. li. xj. & Bal. in l. sancimus. C. de poe.

& in l. ij. in prin. ff. si ex noxa. cau. et l. si filio.
 fo. ma. quod Alexan. de Imo. in l. cum filius
 de verb. obli. intelligit verum, quando tale
 statutum fieret cum causa: secus si sine. Et
 ita intelligitur quod not. Bar. in l. hi penes.
 C. de agri. & censu. lib. xj. & per id quod no.
 in c. sine culpa. de reg. iur. & Bar. in proce.
 ff. veteris.

*Si duo, uel tres, uel plures habeant feudum,
 quomodo debeat diuidi inter eos.*



Autum est quod si
 forte in aliquo feu-
 do erunt duo, vel
 tres domini, vel etiā
 plures tenetes ipm
 feudum pro alio, si
 infimus, seu alius medius v̄dere vo-
 luerit ius, vel directum, quod ibi ha-
 bet fatica, & firma, vel etiam tertiu,
 seu laudimium totaliter & integrū
 spectant ad dominum maiorem, ta-
 liter q̄ alij non possunt aliquid in-
 de percipere, sicut castellani vel feu-
 datarij. Veruntamen secundum cō-
 suetudinem Cathalonix dominus,
 pro quo feudum tenetur, immedia-
 tē quod vendetur, vel alienabitur,
 debet ibi habere fatiçā, & inde per-
 cipere tertium, siue laudimium, &
 de eo, quod accipiet, debet facere
 tres partes, & sibi ipsi retinere duas
 partes, reliquam verò tertiam par-
 tem donare inter alios, sic q̄ de ter-
 tio, siue laudimio de nouem solidis
 accipiet ipse sex solidos, & donet in-
 ter alios tres solidos, qui tres solidi
 diuidantur, videlicet duo solidi den-
 tur illi domino, pro quo tenetur im-
 mediatē feudum, & duodecim de-
 narij dentur domino maiori, pro
 quo tenetur in feudum. Et sic diui-
 datur de vno domino ad vnū aliū,

ea videlicet ratione, si plures domini sunt, remaneant duae partes domino proximiori. Item est consuetudo Cathaloniae, quod ille, pro quo tenetur feudum immediate, si venditur, potest sibi retinere pro tanto pretio, quantum alius vult dare, non obstante contradictione maioris, vel aliorum super hoc contradicentium. Et hoc ideo: quia feudum minuitur de vno milite: quia in hoc casu non valet contradictio eorum, pro eo, quia feudum illius, qui ipsum sibi retinet pro fatica, perditur. Et quia natura feudi est, quod ille, pro quo tenetur, possit ipsum sibi retinere pro fatica. Et in hoc casu debet facere firmam ille, pro quo tenetur immediate, & retinere tertium; tamen ille qui sibi retinet, nihil inde habuerit.

S Y M M A R I U M.

- 1 Vasalli si plures sint in eodem feudo, dominus superior habet laudimium de uenditione eiusdem feudi.
- 2 Laudimium de feudo uendito in tres partes est diuidendum.
- 3 Feudi dominus iure retinendi uolens uti, quid agere debeat.
- 4 Feudum per fatiam in Cathalonia retineri potest.
- 5 Cautum esse quid significet.
- 6 Laudimium, tertium, foriscapium an idem significant.
- 7 Laudimium iure communi domino directo debitum, est quinquagesima pars pretij rei uendite.
- 8 Natura cuiusque rei quid proprie dicatur.
- 9 Consuetudo recepta, sicut statutum seruari debet.
- 10 Laudimium de feudo uendito ad quem spectet, ubi plures sunt domini subalternati, & non sequenti.
- 14 Emptor rei feudalis si possessionem sine firma & consensu domini teneat, qualiter puniatur.
- Laudimium an ab emptore, an uero a uenditore sit soluum.
- 15 Emens rem emphyteuticam laudimium soluere debet.
- 16 Baiulus quis, & unde dicitur.
- 18 Baiulus an & quando partem laudimij rei uendite capiat.
- 20 Laudimium an debeat domino directo de locatione ad longum tempus.
- Locatio non est alienatio.
- 21 Locare potest ad longum tempus, qui se non alienaturum iurauit.
- 23 Alienatio quae uere & proprie dicatur.

- 24 Locatio ad longum tempus quibus uerbis fieri debeat, ut ualida sit.
- 25 Alienationis nomine an ueniat translatio utilis domini.
- 26 Venditionis nomine an ueniat omnis alienatio.
- 27 Locatio ad longum tempus quando fieri dicatur.
- 28 Feudatarius uendere potest annuos census.
- Emphyteuta alienante rem emphyteuticam certo pretio, & gallina censuali annuatim soluenda, an dominus habeat laudimium etiam de gallina.
- 29 Iudex a quo assignetur, si de laudimio questio oriatur.
- 30 Venditione rei emphyteutice sub pacto de retro uendendo, an dominus debeat illico laudimium habere.
- 31 Laudimium an debeat uenditione conditionali ante purificationem conditionis.
- 32 Laudimium an debeat statim domino, si emphyteusis uendatur cum gratia redemptionis perpetua.
- 33 Perpetuum esse quid dicatur.
- 34 Quandoque dictio quid significet.
- 35 Laudimium an debeat de reuenditione facta per gratiam factam in priori uenditione.
- 37 Laudimium an debeat, si a uenditione discedatur.
- 38 & 39.
- 40 Laudimium ut debeat, res uendita necessario tradi debet.
- 41 Traditio res uendite an requiratur, ut laudimium debeat.
- 43 Dominum quando uere in aliquem dicatur translatum.
- 44 Venditio cum gratia instrumento si fiat, si tempore conditionis purificata alteri sit collatum beneficium, cui debeat laudimium.
- 45 Laudimium an debeat de re aestimata in dotem data.
- 47 Laudimium an debeat de donatione facta.
- 48 Laudimium an de diuisione sit domino debitum.
- 50 Laudimium an debeat de arboribus in fundo emphyteutico existentibus, uenditis per emphyteutam.
- 51 Laudimium an usufructuario sit debitum.
- 52 Laudimium non debetur pro renouatione in filium facta.
- 53 Dominus habens ius retinendi, an possit pro alio retinere.
- 54 Dominus directus intra quantum tempus iure retinendi uti possit.
- 55 Emphyteusim si duo ex dominis laudare uelint, & tertius retinere, quis eorum potior erit.
- 57 Venditionis instrumentum quis domino directo presentare debeat, emptor, an uenditor.
- 58 Attestatio quid significet.
- 59 Instrumenta sunt de emptionis & uenditionis essentia.
- 60 Procurator in rem suam in actu extraiudiciali potest constitui.
- 61 Pactum personale transit in emptorem.
- 62 Correlatiuorum, ut sunt emptio, & uenditio, unum extenditur ad reliqua.
- 63 Argumentum a solitis in iure fortissimum.
- 64 Instrumento uenditionis presentato domino, an possint partes aliqua causa a contractu discedere.
- 65 Dominus feudi seu emphyteusis fatica, seu iure retinendi intra triginta dies uti debet.
- 66 Domino feudi fatica uso non possunt partes a contractu recedere.

- recedere.
- 67 Iudex quando aliorum iudicum exemplum sequi debeat.
- 68 Dominus directus in quibus alienationibus fatiam, seu ius retinendi habeat.
- 69 Laudimium quantum detur ex donatione inter uiuos retento usufructu per donatorem.
- 70 Laudimium debetur ex donatione facta cum pacto quod donatarius alat donatorem.
- 71 Emphyteuta uendente emphyteusim domino irrequisito, an cadat res in commissum.
- 72 Legatarius quis & quando de feudo sibi legato laudimium soluere teneatur.
- 73 Vasallo alienante feudum in personam inhabilem, & rursus inhabilis in habilem, quid faciet dominus.
- 74 Laudimium an debeatur pro recognitione.



Autum Diuide istud. c. in vj. partes. In prima parte dicit qualiter de iure quando sunt duo vel tres feudatarij, dominus maior de uenditione feudi debeat habere integrum laudimium, firmam, & fatiam: & alij uasalli nihil habere debent. In secunda parte dicit qualiter de iure consuetudinario est secus: quia dominus immediatus uendentis habet fatiam, & recipit laudimium. In tertia parte dicit quod de laudimio fiunt tres partes, que diuiduntur, ut hic. In quarta parte dicit quis habet ius retinendi feudum uenditum. In quinta parte dicit quod natura feudi est quod per fatiam retineri potest. In sexta parte & ultima dicit qualiter ille qui est immediatus dominus illius, qui retinet feudum, debet facere firmam, & retinens nil habere debet. Prima pars incipit ibi: cautum. Secunda pars ibi: uerum tamen. Tertia pars ibi: de ipso laudimio. Quarta pars ibi: licet. Quinta pars ibi: natura. Sexta pars ibi: & in hoc casu. Casus. De iure communi si sunt duo, vel tres uasalli, vnus post alium, & medius, vel minor uasallus uendiderit feudum, dominus maior habebit integrum laudimium, firmam & fatiam, & alij uasalli nihil habebunt. Sed secus est de iure consuetudinario, quia ille, qui est dominus immediatus uendentis, habet fatiam, & laudimium: & de ipso laudimio fiunt tres partes, de quibus fit diuisio inter eos modo hic contento: & dicitur dominus immediatus habet ius retinendi, non obstante contradictione maioris domini, vel aliorum superiorum seniorum: quia natura feudi est quod potest retineri per fatiam: & in casu, quo ille dominus immedia-

tus uisus fuerit iure retinendi, alter dominus, pro quo cors acors ipse tenet feudum, debet facere firmam, & recipere laudimium, & retinens nihil habere debet. hoc dicit. Collige notabilia. ¶ Not. primo quod si sunt duo, vel tres, aut plures feudatarij, de uenditione feudi dominus maior habet laudimium pretij ipsius feudi uenditi: & alij feudatarij seniores inferiores ipso nihil habent de eo. Et est ratio, quia prioris domini consensus est requirendus, & non aliorum seniorum: ut notatur in gl. l. fi. C. de iure emphy. & Hostien. in c. potuit. extra de loca. & per Bal. de prohi. feu. ali. per Fre. § illud. No. secundo quod de iure consuetudinario dominus immediatus uendentis feudum debet habere fatiam, tertium, seu laudimium de pretio uenditionis, ut hic, & per Jacob. de Monteiu. in u. s. qui uiderit. ¶ Not. tertio quod dominus, qui habet laudimium, debet de eo facere tres partes, & potest sibi retinere duas partes, & tertiam partem dare inter omnes alios seniores. Verbi gratia, de nouem solidis retinebit sibi sex solidos, & tres solidos dabit inter omnes alios dominos superiores. Sed Iac. de Monteiu. in d. u. s. qui uiderit: dicit quod debet dare quartum. Not. quarto quod tertia pars ipsorum nouem solidorum, qui sunt tres solidi, diuiduntur hoc modo, uidelicet duo solidi dentur domino, pro quo ipse, qui habet duas partes, tenet feudum immediate, & duodecim denarij dentur domino maiori. Et ita fieri debet ista diuisio de vno ad alium, dum tamen si plures domini sunt duae partes remaneant domino proximiori. Not. quinto quod dominus immediatus uasalli uendentis de iure consuetudinario habet ius retinendi, de isto iure loquitur. l. fi. C. de iure emphy. glo. in u. s. si quis suum feudum. & Petr. Iacob. in libel. titu. de condi. ex mori. pro feud. ¶ Not. sexto quod quando dominus uult uti iure retinendi, debet soluere pretium, pro quo uenditum fuit feudum. Et ultra hoc dicunt practici antiqui, quod dominus tenetur soluere expensas necessitate factas per emptorem promendo dictam rem: et tunc imperator ad aliquod tertium inde soluere non tenetur: & hoc iure utimur. Et probatur in d. l. fin. §. sed ne hac occasione. versic. & si quidem dominus. No. septimo quod alij domini superiores non possunt contradicere ipsi do-

4 mino, qui ius habet retinendi, quin dicto iure uti possit, eo prae-textu, quod ipsi domini diminuunt de vno milite. ¶ Not. octauo quod natura feudi est in Cathalonia; quod per fati-
 5 ca potest retineri. Concor. constitutio regis Petri tertij. c. Item ne super laudimio. §. dicto tamen laudimio curiae Ceruariae. Adde supra c. si aliquis habet. §. Item non potest. & vide Pet. lac. vbi supra. adde Host. in sum. tit. de feu. §. quid sit. vbi dicit quod natura feudi est secundum diuersarum regionum consuetudines. No. nono quod quando vnus dominus utitur fatica, alter eius dominus immediatus debet facere firmam. Not. decimo & vltimo quod illi domino immediato, qui firmam facere debet, pertinet laudimium, & ille qui retinet, nil habere debet. Expone literam. ¶ Cautum est. Aliqui libri habent, ius est scriptum. & idem sensus est. Et dicitur cautum est, id est, statutum. In iure subaudi in locis per me supra in primo notabili allegatis. vendere ius id est, vtile dominium, quod habet in feudo, vt dixi supra in c. si petita. in
 6 j. oppo. tertium, siue laudimium. ¶ Dico quod in feudalibus ista verba, & etiam foriscapium, sunt synonyma, id est, idem importantia, sed in re emphyteotica in diecesi Gerundensi est consuetudo prout habui a libro Antonij Agulana legum doctoris Gerundae, quod sunt tria iura consuetudinaria pertinentia dominis directis. Primum est tertium, & pertinet ipsis dominis, quando res emphyteutica, quae pro eis tenetur, venditur: & pro isto tertio si antequam fiat venditio, emphyteuta conuenit se cum domino, si res valet trecentos, dominus debet habere centum. Si tamen sit facta venditio, dominus habet medietatem de toto illo, quod emphyteuta habuit de re. Secundum ius est medium tertium, & medium laudimium, & pertinent ipsi domino, quando res donatur, legatur, vel alias alienatur, puta permutatione, vel alias pecunia non interueniente: & tunc oportet dare domino dictum medium tertium, & medium laudimium. Et est medius tertius medietas tertij directi, et medietas laudimij directi, est medium laudimium. Tertium vero ius est laudimium, & pertinet domino directo, quando res, quae pro ipso tenetur, specialiter obligatur, vel impignoratur. quia de generali obligatione absque traditione nihil habet dominus. Et est laudimium de solido duo denarij.

Sed verius est quod de centum solidis, pro quibus res sit impignorata specialiter, vel cum traditione, non habet dominus nisi decem solidos. Et hoc probatur in d. constitut. c. item ne super laudimio. §. si vero is, cui. in fi. Ecce consuetudinem scriptam dice-celsi Gerundensis, vbi sunt multae aliae consuetudines scriptae super rebus emphyteuticis, & fere omnes seruantur in dicecesi Vicensi. vt habui ab antiquis peritis ciuitatis Vici, dum ibi moram traxi. Sed in ciuitate Barchinonae est quaedam sententia regis Iacobij, secundum quam ipsa iura soluuntur, in dicta ciuitate extra eam soluuntur secundum diuersas consuetudines. Sed vbi non est consuetudo in Cathalonia veteri citra Lupricatum, sunt ipsa iura medietas pretij. ¶ De iure autem communi soluitur quinquagesima pars pretij: vt in l. fina. C. de iure emphyteuti. pro rebus feudalibus ipsa iura tertij, laudimij, siue forecapij soluuntur secundum constitutionem regis Petri tertij in curia Ceruariae capitu. Item ne super laudimio. Fatigam id est, ius retinendi rem venditam pro illo pretio, quo vendita fuit post fatigationem factam in domino, vt puta faciendae attestationem, id est, denuntiationem domino, si velit dare pretium, quod de ipsa re inuenitur: vt colligitur in dicta l. fina. C. de iure emphyteuti. Firmam id est, quod firmet ipsam venditionem. Nam dicitur vulgare, quod propter calamum datur laudimium. Et probatur in dicta l. fin. inferiores ipso domino maiori & domini ipsius vendentis. Cors acors id est, immediate cum illo, qui vendit feudum. Accipiet subaudi ipse dominus immediatus. Tertiam subaudi partem. Donare id est, diuidere. Item de ista dictione Item, scripsi latius supra capitu. & finit. §. Item. & inducit hic continuationem. Quod alius donat id est, pro quo emit dictam rem feudalem. Seniorum id est, dominorum, secundum Iacobum de Callicio in vatic. placitum ij. & Bald. quimo. feud. amit. Natura. ¶ Natura nihil aliud est, quam qualitas innata a principio generationis, ex qua virtus contractus proficiscitur: & semper ineffe videtur, nisi per pactum improprietur: vt de feud. non ha. propri. na. capitu. primo. & quid sit inuesti. §. penultimo Natura ergo est quid a principio connexum, & non per
 acci

accidens subsecutum: vt nota. ff. si certum petatur. l. certi conditio. in principio. & ff. de pact. l. si vnus. §. pactus ne peteret. vers. quod & in specie. secundum Bald. in pra-lud. feud. §. quarta diuisio. vbi etiam dicit quod propria natura feudorum multas habet in se singularitates a consuetudine inductas. Quod autem feudum habeat propria naturam. de feu. §. notandum. per Baldum. & per Hostien. in Summa de feud. §. qualiter. Adde Bald. si vasal. co. cul. in l. si vasallus. vbi dicit quod natura feudorum multum respicit ad honorem dominorum. Vide etiam Bald. quid sit inuesti. §. praeterea. vbi dicit quod praesumptio est, feudum esse concessum secundum sui naturam, nisi eius alteratio prohibeatur. Quando autem videatur recessum a natura contractus feudi, vide Baldum in pra-lud. feud. Adde Baldum de feud. non hab. propriam natu. vbi dicit quod natura feudi est vt alienare non possit, a qua natura, siue substantia per pactum recedi potest. Item seruitium est de natura feudi. Bald. de capit. qui cur. vend. §. similiter. Oppo. primo, de eo quod dicit Iacob. de Monteuida. in vatic. qui viderit. vbi dicit. Aut est tale feudum, de quo etiam vasallus vocatur dominus: & hoc est, quando dominus maior dedit vasallo in feudum quicquid iuris habet in castro, vel castris, & non retinuit sibi nisi potestatem, & aliquid seruitium tempore guerrae, seu expeditionis generalis, sicut est in domino orontis catheni, & in nobili Bernardo de Capraria, et quibusdam alijs. Aut feudum est tale, de quo vasallus non vocatur dominus, quod est communiter, seu vt plurimum: & in hoc dominus habet aliquam partem, siue quotam in redditibus. In primo casu dominus maior, puta rex, non habet firmare in instrumentis alienationum, nec habet aliquid laudi, nisi proximus vasallus dominus dicti feudi dictum feudum, & ius suum alienaret. In secundo casu dicit idem quod dixit ibi in re emphyteotica, nisi per conuentiones aliud esset conuentum. Sol. Opinioni ipsius Iacob. de Monteuid. per istam consuetudinem derogatur. ¶ Seruanda est enim consuetudo sicut statutum, secundum Baldum in l. si quis. C. de episcop. & clerici. ideo iudex, qui non seruat eam, facit litem suam, secundum eum in l. iubemus. C. de iur.

di. pro lege enim consuetudo seruanda est: vt est tex. cum glos. in cap. videtur. qui mag. accus. pos. Nec dicitur Iacob. aliquid allegat, sed ex suo capite dicit: & erubescendum est sine lege loqui. l. illa. C. de collatio. Vel dicitur dicam in sequenti oppo. Opponi. secundum de constitutione Regis Petri tertij curiae Ceruariae. j. Item ne super laudimio. §. finali. vbi aliter fit diuisio ipsius tertij, siue laudimij, quam in hac consuetudine continetur. Sol. Huic consuetudini derogatur per dictam constitutionem tanquam posteriorem, argu. notatorum per Bart. in l. si. C. quemadmo. testa. ordi. vbi dicit quod lex generalis tollit consuetudinem specialem.
 10 Vel dic, vt ista materia tibi liqueat, ¶ quod aliquoties maior dominus infeudat castrum, in quo sunt mansi, & possessiones, vel aliud feudum, in quo etiam sunt possessiones, & redditus, qui, seu quae possidentur per homines ipsius castri, vel feudi. Primus castellanus, siue feudatarius cum perceptioe laudimiorum, & interpositione firmamentorum possessionum & iurium ipsius castri, vel feudi per ipsum castellanum, ac feudatarium fienda: & ille primus castellanus, siue feudatarius sub dicta forma ponit in castro alium castellanum, vel in feudo alium feudatarium secundum, & ille subcastellanus, & feudatarius secundus eodem modo ponit in castro alium subcastellanum tertium, vel in feudo alium feudatarium tertium, & sic deinceps, prout potest fieri in castris de consensu domini maioris, in alijs feudis absque eius consensu, secundum Iacobum Callicij in vsa. castellani, in prima oppositio. & tunc dicit quod si dictae possessiones, vel redditus inter homines & possessores eorundem, vel alios alienentur, quod vltimus vasallus & castellanus ipsius castri, vel feudi habebit totum laudimium, seu foriscapium illarum possessionum, & iurium, seu reddituum ipsius castri, vel feudi, alienatorum seu alienatarum ex concessionibus tam per maiorem dominum, quam per alios dominos vltimo castellano, & feudatario factis. Et etiam est de natura feudi in Cathalonia, vt haec perceptio & expositio transeat in vasallum, vel castellanum, nisi per dominum maiorem, vel secundum, vel alium, haec fuerunt expressè retenta: vt in capitulo vasallus, si.

ue castellanus omnquam potest prescribere supra. Et tantum ipse ultimus castellanus, siue vasallus, firmat in instrumentis ipsarum alienationum, & non domino maior, vel alij. Et ita vitur in Cathalonia inconcussè, secundum Iacob. Callicij in vsai. qui viderit. & sic minime sunt mutanda, que legitimam habuerunt interpretationem. l. minime. ff. de legi. ¶ Si autem hoc casu dominus primus retinuit sibi perceptionem foriscapiorum, & interpositionem firmanentorum: & tunc ipse dominus maior, qui hec sibi retinuit, habebit totum foriscapium, & firmabit instrumenta: vt dicto capitul. vasallus, siue castellanus. versicul. item si certæ sunt conuentiones. & in versicul. castellanus. vel feudatarius ultimus. Pro hoc facit, quia conuentiones inter dominum & vasallum sunt seruandæ: vt l. rebus. ff. de rerum permutatio. & in capitul. primo. de feu. non hab. propri. natu. & in capit. item quod si barones. in curia domini Regis Petri secundi. & in capit. si aliquis habet. §. item quecunque conuentiones. supra cum concordã. per me ibi datis. Et quod dixi de retentione domini maioris prædictorum facta, idem puto dicendum, & statuendum, si dominus maior totum primo castellano, vel feudatario concessit, & ipse primus castellanus ponendo in castro subcastellanus, vel ipse vasallus primus ponendo in feudo alium vasallum, hæc sibi retinuit: & sic deinceps, per allegata desuper.

12 ¶ Si autem ultimus castellanus, siue vasallus, vel alius dominus superior, vsque ad maiorem dominum alienaret ius, quod habet castellanæ, vel feudi in ipso castro, vel feudo: & tunc distingue naturam, & qualitatem feudorum Cathaloniæ. Nam quædam sunt feuda consistentia in comitatibus, vicecomitatibus, baronijs, & castris magnis, sub quibus sunt plura castra, & sic plures castellani, & subcastellani, & plura feuda, & plures vasalli: vt videmus in comitatu Vigelli, & vicecomitatu de Basso, & in baronia de Portella de Lucano, & in baronia Montischatheni, & in pluribus alijs, quæ tenentur in feudum à comite Barcinonæ, & Rege Aragonum: & tunc dic quod si castellani, vel alij feudatarij ipsius comitatus, vicecomitatus, & baroniarum, alienent eorum castra, vel feuda, quæ tenentur pro ipsis comitatu, viceco-

mitatu, vel baronijs comes, vicecomes, vel barones habebunt totum laudimium seu foriscapium ipsarum alienationum, & firmabunt instrumenta alienationum, & non dominus Rex: nisi dominus Rex expressè in infeudatione hæc sibi retinuisset, per dictum capitulum vasallus, siue castellanus nunquam. versicul. item si certæ sunt conuentiones. & hodie hoc iure vitur in Cathalonia ad instar dictæ alienationis possessionum, & reddituum castrorum, & feudorum: & sic minime sunt mutanda & c. l. minime. ff. de legi. Si autem ipsi comes, vel vicecomes, aut barones ipsum comitatum, vicecomitatum, vel baronias à domino Rege eis in feudum concederet, & ille alijs, & sic deinceps. Et quod dixi de comitatu, vicecomitatu, & baronijs, idem intelligo de castro, vel feudo. ¶ Et est sequenda ipsa forma: quia si in ipso feudo sunt duo domini tantum, vnus post alium, vltra vasallum alienantem ius suum, quod maior dominus, puta Rex, vel alius habebit medietatem laudimij, seu foriscapij, & alius dominus habebit aliam medietatem. Si verò fuerint tres, vel plures domini in eodem feudo, maior dominus tertiam partem dicti laudimij, seu foriscapij factis inde tribus partibus æqualibus, & reliquæ duæ partes inter alios dominos, quot quot fuerint æqualibus portionibus diuidantur. Et ita intellexit Iacobus de Callicio dictam constitutionem, item ne super laudimio. §. finali. quod generaliter & indistinctè hoc casu de feudo, & vasallo loquens: nec hoc casu seruatur opinio dicti Iacob. de Monteuida. nec huiusmodi capitul. cum tollatur per dictam constitutionem. §. finali. secundum eundem Iacobum de Callicio in dicto vsatico, qui viderit. cuius sunt hæc verba per me in hac oppositione descripta. Et licet sint aurea in primis membris: tamen dubito quod indistinctè sint vera quo ad illum passum, vbi distinguit quod quædam sunt feuda consistentia in comitatibus, & vicecomitatibus, & c. vbi dicit quod debet comes, vel vicecomes, aut barones debent habere totum laudimium: quia, videri meo dicta constitutio. item ne super laudimio. §. fi. non habet illi intellectum: quia ipsa constitutio non facit illam differentiam inter comitatus, vicecomitatus, & baronias, & alia feuda: ideo indefinitè loquitur de

de feudo, & sic comprehendit omne feudum, tam comitatus, vicecomitatus, baroniarum, quam aliorum: quia indefinita æquipollet vniuersali: vt not. per Ioan. Andr. in regula j. de reg. iur. lib. vj. Et sic debet fieri diuisio dicti laudimij secundum dictam constitutionem, & non secundum dictam opinionem dicti Iac. quæ in dicto passu facta fuit ex suo capite, & non fundatur alio iure, nec reperitur iure cautum. Et est fortissimum argu. quando non est iure cautum, secundum Compos. in c. bonæ. de elect. Sed quia Iac. de Callicio fundat se in consuetudine, quia dicit quod hoc iure vitur: propter eius autoritatem in iudicando non est recedendum ab eius opinione, & ab intellectu quem dedit dictæ constitutioni secundum consuetudinem, arg. not. per Ang. in l. scripturæ. §. si de interpretatione. ff. de legi. vbi dicit quod lex interpretatur à consuetudine.

14 ¶ Quæro, quid si aliquis emit rem feudalem, & possessionem nactus fuerit sine firma, & consensu domini ipsius feudi, qua pœna debeat puniri? Et dic quod vltra pœnas à iure statuas in duplicato laudimio: vt in constitutione, als scandols. quam inserui supra in c. eodem. Quæro, quis tenetur soluere tertium, aut laudimium, an venditor, vel emptor? Dic quod de iure communi in re emphyteutica peremptorè debet solui: vt est glos. C. de iure emphy. l. fi. super verbo Accipere. Et idem dicitur iure feudali, vt habetur in dicta constitutione c. item ne super laudimio. circa finem. Et dictæ glo. & constitutio seruatur, nisi aliud inter partes fuerit conuentum: vt habetur in dicta constitutione. Nam si aliter conuentum est inter partes, illa conuentio seruanda est: quia in feudis sunt pacta seruanda, secundum Hostiensem in Summa, titulo de feud. §. quid sit. Contractus autem ex conuentione legem accipiunt: vt l. prima. §. si conueniatur. ff. de pos. Plus enim operatur pactum, quam lex, secundum Baldum. de feud. mar. §. duo. Potest enim per pactum recedi à natura feudi, secundum Baldum. de feu. non habent propriam natu. ¶ Regulariter ergo per dictum emptorem soluitur laudimium: nisi tamen consuetudo ciuitatis, vel loci inducat contrarium: vt est in ciuitate Barchinonæ, argu. l. verbis. ff. de lega. iij. §. fina. Multum enim in causis feudalibus attenditur consuetudo, secundum Iac. Callicij in vsat.

Laudimium quod sit. sicut venditor seu emptor.

magnates. & ideo si quæstio est quis debeat soluere laudimium, primò videndum est quid actum est, & si in l. super eo conuentum est, recurrimus ad consuetudinem: & si nulla est consuetudo, secundum ius commune iudicari debet. Nã in feudis primò iudicandum est, secundum pacta. Secundo secundum consuetudines regionis. Tertio secundum ius scriptum, secundum Hosti. in Summa tit. de feu. §. quid sit. & adde Bal. in prelu. feu. §. quarta. vbi dicit quod casus à consuetudine non determinatus relinquatur dispositioni iuris communis. Deciduntur enim causæ feudales consuetudine. capit. primo. & ibi Bald. de feu. cog. & per Bal. in prelu. feu. §. quarta. & quid sit inuest. §. præter eam. Videtur enim feudum esse concessum iuxta consuetudinem loci, vbi est. Bal. de pa.

16 Cõstã. in verbo, si qua cõtrouersia. ¶ Quæro, in aliquibus partibus dominus tenet baiulum, qui habet onus colligendi, & asportandi fructus: quia baiulus dicitur à baiulando: & iste habet ius baiulij de omnibus redditibus ipsius domini. Ecce quod fit venditio alicuius rei, de qua pertinet domino laudimium, vel foriscapium: quis igitur soluet ius baiulij ipsi baiulo de ipso laudimio, an dominus de laudimio, quod exegerit, vel venditor, aut emptor vltra dictum laudimium dictum baiulum soluere teteatur. reperi quod super ista quæstione dominus Guliel. Domenge antiquus aduocatus Gerundæ posuit in suo libro hanc apostillam. quod baiulus castri de rupecurua non possit aliquid petere à Gulielmo de Splerio ratione illius venditionis, siue stabilimenti, quod domina dicti castri fecit ipsi Gulielmo de quodam boscho. Et quod ipse Guliel. ab impetitione dicti baiuli sit absoluentus, patet ex causis sequentibus. Primò, quia dictus baiulus nil ostendit, ex quo debeat aliquid habere à dicto Gulielmo pro prædictis. Secundo, quia instrumentum baiulij per dictum baiulum exhibitum declarat quod non potest inde aliquid habere à dicto Gulielmo. Tum in ipso instrumento continetur quod habeat paria foriscapiorum domino pertinentium. Pro quo clarè constat quod si paria, vel aliquid pro baiulio habere debeat, quod illud debet habere de iure vel parte domini. Tum quia notorium est, quod baiulus sit vt nuntius domini, seu leuator, & portator

17 portator iurium domini. ¶ Tum baiulus dicitur à baiulando : quia idem est quòd à portando. dominus, cuius negotium gerit, tenetur illud ius baiulini solvere. Quarto, quia de his, quæ dominus vendidit, vel stabilivit, baiulus nil recipit. Si enim castrum, vel certa pars castri per dominum videretur, baiulus domini nil inde habere debet. Ratio, quia cum datum sit, ut habeat paria de forecapijs domino pertinentibus, non debet habere de pretio castri, vel parte eiusdem: cum tale pretium non sit foriscapium. Adde ad præmissa Iaco. de Monteuid. & Guliel. de Vallesi. in vfat. in baiulia. vbi late de hoc. ¶ Ego verò sic distinguem, sicut vidi in alijs apostillis ipsius Guliel. & Arnaldi de Columbario quondam vicarij Reuerendi domini Gerunden. episcopi. Aut dominus vendidit castrum, vel feudum, aut eius partem, vel alij homines tenentes possessiones pro ipso castro, vel feudo iuxta distinctionem per me positam supra in secunda oppositio. vendunt ipsas possessiones. Primo casu vera est opinio dicti Gul. Domenge. Secundo casu subdistingue, quia aut dominus habet integritè totum laudimium, aut facit gratiam de eius parte. Primo casu dominus tenetur solvere dicto baiulo de eius laudimio dicta paria, vel ius baiulini. Secundo casu dico quod venditor, vel emptor, ad quem pertineat solutio laudimij, debet solvere dicta paria, vel ius baiulini dicto baiulo. Et ita vidi practitari. Et sic minimè sunt mutanda, quæ legitimam habuerunt interpretationem. l. minime. ff. de legi. ¶ Sed quæro, si dominus castri fecit reductionem vel venditionem perpetuam de seruitute hominum, & mulierum cuiusdam mansi, vel de tasquis, vel alijs iuribus pro certa pecuniæ quantitate, an baiulus naturalis inde aliquid possit habere? Dicitur Gul. Domenge apostillavit quòd non potest aliquid petere, vel habere de dicta quantitate inde habita per dominum, sed quòd potest petere quòd sit, & remaneat baiulus dictæ rei reductæ, seu venditæ. Et idem esset de castro, vel parte castri vendito, vel vendita per dominum, sicut erat prius ante dictam reductionem, vel venditionem inde factam: & de re reducta, vel vendita, habebit ius baiuli, sicut prius: quia res cum onere suo transit. l. alienatio. ff. de contrahend. emptio. l. traditio. ff. de acquir.

rer. domi. & nemo plus iuris ad alium transferre potest, quam habeat: ut in regula iuris, nemo. & dominus ius sui baiuli naturalis alteri reducere vel vendere non potest, recipiendo aliquam pecuniæ quantitatem, nec ius baiuli diminuendo. Et sic fuit obtentum in contradictorio iudicio, secundum dictum Guliel. ¶ Quæro, ecce quòd fit locatio ad longum tempus de re emphyteuticaria, aut feudali, numquid de tali locazione debeat domino alodiali, vel feudali laudimium? Et dico quòd non. Et pro hoc allego glos. in l. codicillis. §. instituto filio. ff. de lega. ij. vbi dicit quòd potest fieri locatio usque ad centum vel mille annos, licet res sit prohibita alienari. Et sic habes per ipsam glo. quòd locatio non sit alienatio, & de alienatione tantum debeat laudimium, in qua transfertur dominium. igitur &c. Secundò facit quòd dicit Gemi. in c. Abbatibus. xij. q. ij. ¶ Pone, inquit, iuravit aliquis non alienare, an possit vendere fructus possessionis, seu locare ad decem annos, vel vnginti? Et concludit quòd sic. Allegat in argumentum dicto §. instituto. Tertiò, quia lex finalis C. de iure emphy. loquitur de venditione, vel alienatione, non autem de locatione: & sic non debemus legem extendere. l. de viro. §. si verò. ff. sol. mat. Nec etiam dicta constitutio, item ne super laudimio, dicit aliquid de locatione. Et consequenter quando lex non dicit, nec nos dicere debemus, secundum Bal. si de feu. def. mi. §. & si vasallus. Si enim conditores ipsius legis & conditionis voluissent etiã comprehendere locationem illud dixissent. l. j. §. si autem. C. de cadu. tollen. & capit. ad audientiam. de deci. Cum ergo non fiat mentio de locatione, igitur non videtur prohibita, quocumque tempore fiat: nec laudimium ex ea debetur. ¶ In contrarium facit quod laudimium debeat de omni contractu, per quod dominium transferatur: sed locatio facta ad non modicum tempus, transfert dominium, cum sit species alienationis: ut l. j. §. quod ait. ff. de superfic. & l. prima. ff. si ager vecti. Et ita dicit Dy. in d. §. instituto. igitur &c. Secundò facit glo. in l. fina. C. de pac. pign. vbi habet quòd non possit fieri locatio ad longum tempus. Et si subtiliter ponderetur, idem voluit in l. si. ff. si ager vecti. Tertiò dicta lex si. in prin. loquitur de alienatione: sed appellatione alienationis venit locatio in perpetuum, vel in longum tempus.

tempus, & continet conditionem, venditionem, permutationem, & emphyteusim, perpetuum contractum: ut in c. nulli. in verbo alienationis. de reb. ecc. non alie. ¶ Quarto illa dicitur proprie alienatio, per quam dominium transfertur: ut dicit gloss. & ibi Salyc. in l. j. C. de fun. dot. & in l. fi. C. de reb. alie. non ali. Cum ergo locatio ad non modicum tempus dicatur alienatio ut dictum est: igitur &c. Quid igitur dicendum est? Iacob. de Monteuid. in vfat. si quis suum. circa finem. mouet istam questionem: & quicquid ipse ibi dicat, ego credo vltimam partem fore veram, per rationes, & iura per me in ea allegata. Nec obstat prima ratio in contrarium facta per glos. in dicto §. instituto. Nam ipsam glo. vniuersus antiquorum & modernorum coetus apertè damnauit. Primò Dy. ibi, Iacob. de Are. Barto. & communiter omnes, & Bal. in c. j. qui qui feu. da. pos. in vj. col. & in l. imperialem. in tertia col. de prohib. feu. alienaa. per Frede. & in c. j. §. vt libellario. qui. mo. feud. amit. & in l. fin. C. de reb. alie. non alie. Ange. in l. j. §. si. ff. si ager vecti. & in authent. de ali. & emphy. §. si verò aliquis. & ibi Iacob. de Bellou. & glo. in clemen. j. de reb. eccle. non alie. Ioan. de Imo. in c. ad audientiam. eo. ti. & Anto. de But. & alij in dicto capit. nulli. & plenè per Ioan. de Ana. in c. fina. ne præla. vices suas. Secundò, quia dictus §. instituto. non loquitur aperte de locatione ad longum vel modicum tempus. Tertiò glo. non loquitur decisiuè, sed argumentatiuè. Nam dicit, not. argumen. quòd si quis est prohibitus alienare, & locet in centum, vel mille annos, non dicitur alienare. Et pro hoc facit capit. forus. §. argumen. de verbo. signifi. ¶ Possit tamen d. glos. saluari secundum Bal. in dicto §. insti. si fuisset dictum in locatione quòd non transiret aliquid ius in conductorem: quia tunc locatio tenebit, etiam si ad centum annos facta fuerit. Et cum illo dicto transeunt moderni, obliti de eo, quòd dicit Bald. in dicta l. imperialem. in tertia columna. versi. quæro, virum vasallus possit concedere in emphyteusim perpetuam, vel ad longum tempus feudum. Et dicit quòd non: quia hoc non procul distat ab alienatione: ut in authent. de non alie. §. alienationes. Etiam dicit quòd si fiat pactum quòd vtile dominium non transeat per talem contractum:

nam hoc dicitur factum in fraudem. Allegat notata à Dyn. in dicto §. instituto. Adde quòd quidam moderni in l. si filio. §. si vir in quinquennium. ff. solu. matrimo. saluat illam glo. habere locum in colono partuario. Et allegat Bald. in dicto §. libellario. Sed tu pondera, primò quia ibi Bald. hoc non firmavit. Dicit enim, Cogita, si glo. possit saluari in colono partuario. per §. licet constat. l. si apes. ff. de fur. Et sic non potest allegari Bal. ad hoc. Adde etiam quòd Angelus in dicta l. prima. §. quod ait. de superficie. saluauit illam glo. hoc modo: quòd non intelligitur alienare quo ad directum dominium, sed quo ad vtile dominium sic. Sed in veritate ista non fuit mens glos. quia gloss. voluit quòd etiam non transfertur vtile dominium: quia appellatione alienationis venit etiam translatio vtilis dominij: ut dictum est. Adde etiam quòd Baldus in dicto §. libellario. dicit dubitando. sed in capitul. primo. qui feud. da. pos. damnauit illam doctrinam. Nec obstat secunda ratio, quia illa opinio Gemini. non est vera, cum fundet se per dictum §. instituto. quia dicit locatis simpliciter: & sic referendum est ad tempus modicum. Et ita illum §. intellexit ibi Dyn. et docto. sunt intelligendi, secundum textum. quos allegant. Ita dicit Ludouicus in rubrica. ff. de arbitr. Item dictus §. vtitur verbo Vendit. & sic Accursius malè posuit exemplum in prohibito alienare: quoniam in plus se habet alienatio, quam venditio: ut dicto capitul. nulli. in verbo, Alienatio. & scripsi latius supra capitulo eodem. Vnde textus ipse debet intelligi strictè in vendente: sed in locante erit secus, cum locatio, & venditio realiter distinguantur. dicto capitul. nulli. ¶ Et si dicatur, verbum venditio denotat omnem alienationem: ut l. statu liberi. §. Quintus. quia illud fuit ex largissima interpretatione, ut dicit Paulus de Castro in consilio vigesimo sexto. & ibi allegat nota. domi. Iacob. de Bellou. in authent. de non alie. §. quia verò. vbi dicit quòd quando agitur de pena venditionis, non comprehenditur omnis alienatio. Vel potest dici quòd dato quòd opinio Gemini. esset vera ibi, non prohibetur quin laudimium debeat. Nec obstat tertia ratio: quia licet lex non debeat extendi, fallit quando ex indentitate rationis eadem est ratio: ut latius

latius scripsi supra in capitulo consuetudo. Sed ubi fit locatio ad longum tempus, dicitur alienatio, & trāsfertur dominium: & sic ita debetur laudimium, sicuti quando aliter res emphyteuticaria, aut feudalis alienatur: quia eadē est ratio, cum nulla diuersitatis ratio reddi valeat. Et hāc partem tenet Bar. in l. solent. ff. loca. circa fin. vbi concludit expressē laudimium deberi. Et pro hoc allegat glos. in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. gl. quā incipit, hoc est pluriū. & adde Ioā. And. de reb. eccl. non alie. c. j. super verbo, locatione. † Sed quāro, quādo dicatur facta locatio ad longū tempus? Et dic q̄ quādo sit ad decem annos, prout latissimē scripsi supra. c. eodē, & adde hīc quā ibi latius scripsi. Sed iterū quāro, ecce q̄ sit locatio ad quinque annos, & in eodē contractu, vel in eodē instāti locauit pro pluribus quinquēnijs, puta pro primo termino quinque annorū inito pro alijs quinque annis, & sic successiue, vt vidi plurimū fieri, signāter in maritimo: querit, an poterint fieri in eodē instāti plures locationes, sic q̄ non debeat domino laudimium? Lopus in allegatione xij. concludit q̄ nō: quia locationes illae factae sunt ad nō modicum tempus, & sic est species alienationis: vt dicta cle. j. de reb. eccl. nō alie. & dixi supra. Nec obstat quod nulla excedit quinquenium: quia ista aequipollent, vnam facere, vel immediate, & successiue plures locationes, arg. c. cum quid vna via. de reg. iur. lib. vj. Et pro hoc facit quod dicit Bald. in c. j. qui feu. da. pos. quod non posset defendi, quod not. in d. §. instituto. si actum esset quod tot sint locationes, quot sunt anni. Pro conclusione praemissorū teneas quod sibi est priuilegiū vel consuetudo, vt in Bar. chinona, & diocesi Gerunden. vt dixi in dicto cap. eodē. tene quod per priuilegiū cautum erit, vel per consuetudinem fuerit introductum. Cessantibus autem priuilegio, vel consuetudine, si sit ad longum tempus, vt puta ad decem annos, vel vltra, debetur laudimium: si minori tēpore, secus, per ea, quae superius scripsi, & in dicto cap. eodē. Sed Bald. in cap. quae in ecclesiarū. de constitū. † dicit sic, an feudatarius potest vēdere annuos census: & dicit quod sic ad modicum tempus, id est, vsque ad nouem annos. vide ibi eum late: quia dicit q̄ commoditas potest vendi, etiam ad longum &

longissimum tempus: sed in isto casu non dicit, an teneatur soluere laudimium. Et sic tu tene quod superius dixi. Quāro, quid si dominus vtilis alienat rem emphyteuticariam, puta pretio decem, & vltra sibi retinet quod emptor sibi soluat perpetuū pro dicta re vnam gallinam, an dominus debeat habere firmam, & laudimium de ipsis decem tantum, vel nedum de ipsis, sed etiam de valore dictae gallinae censualis. Et dico quod dicit emptor debet soluere laudimium tam de ipsis decem, quā de valore dictae gallinae. Et est ratio, quia minus venditur res propter dictam retentionem gallinae. Et sic tenet Pet. Iacob. in suis libellis, titu. de actio. in rem pro re emphyteu. §. sed quid erit, si emphyteuta. Quāro, dixi supra in re feudali, quando sunt plures domini, quis ex eis debet habere laudimium: sed quid si in re emphyteuticaria sint plures domini, quis eorum habebit dictum laudimium: vide per gloss. Iacob. de Monteiuda, & Iacob. de Callicio in dicto vsati. qui viderit. † Sed quid si quaestio mouetur de laudimio, vel foriscapio, quis eorum assignabit iudicem super dicta quaestione? Et dico quod de consuetudine est quod ille, qui in solidum recipit dictum laudimium, nisi aliās de contrario constet per legitima documenta, argumen. cap. vasallus, huc castellanus nunquam: & quae scripsi supra in secunda oppositione. Et ita reperitur apostillatum in libro Antonij Agullaria quodam legum doctoris Gerunda. † Quāro, quid si venditio fiat alicui de re emphyteuticaria, vel feudali. & ille emptor faciet venditori instrumentū de retrouendendo intra certum tempus non longum, si restituatur sibi totum pretium, iuxta l. ij. c. de pact. inter empto. & vendito. vel, vt vtamur vulgari sermone, firmabit sibi instrumentum gratiae, quod possit luere, & redimere cōsimili pretio rem venditā, an debeat laudimium domino, statim quod facta est venditio, vel dominus teneatur expectare lapsū tēporis, quo res redimi potest? Istā quaestione mouet Gul. Domenge in cōstitutione item ne super laudimio. & dicit quod de more & consuetudine est Cathaloniae, quod medietas tertij statim facta venditione competit domino feudi, vel rei emphyteuticā, & transacto tempore gratiae alia medietas, si non redimatur. & nihil allegat.

allegat. Sed contra istud dictum facit, quia ista venditio censetur conditionalis, vt puta, si restitueris mihi pretium intra tempus conuentum, rem tibi reddam, vel de ea faciam tibi reuenditionem, vel, sit inempta res, si mihi restitueris pretiū: vt l. si fundus. ff. de leg. commif. & est tex. in d. l. ij. ibi: teq̄ parato satisfacere conditioni. & in l. quoties. de in diem addict. §. sin autē. Non enim est facta venditio irrevocabiliter, nec propriē talis venditio potest dici venditio: quia modico tempore res existere debet venditoris, vt ff. ad legem Fal. l. statu liber. & sic intelligitur de lega. ij. l. qui concubinā. §. si res. & l. vbi. ff. de in diem addict. Sed contra q̄ non sit conditionalis, facit, quia venditio purē est facta: vt l. quoties. §. nam si quidem. ff. eo. titu. Et pro hoc facit quod dicit Nico. in c. illo vos. de pig. in notabili tertio q̄ venditio, quae venit resoluenda in euentum conditionis adiectae, potest dici pura. Est enim pura de praesenti, ad differentiam venditionis conditionalis. Quid igitur est dicendum: in diocesi Gerundenis practuratur opinio G. Domenge. † Sed de rigore iuris ego credo q̄ quousq̄ tempus sit finitum, & conditio evanescat, q̄ nullum debeat laudimium, per not. per Bar. in d. l. vbi. §. sed & Marcellus ff. de in diem addict. in sua distinctione ibi: si conditionalis, non debetur laudimium. Nec obstat quod dicitur, q̄ est pura venditio, & non conditionalis: quia licet pura sit, resoluitur tamen sub conditione: vt l. j. & ij. ff. de lege commif. Vel dic q̄ ista verba, si restitueris, sunt conditionalia, secundum Bar. in l. obligationū. §. placet. ff. de actio. & obli. & sic totus contractus pendet à futuro. Apparet ergo q̄ est cōditionalis, cum semper cōditio respiciat futurum tempus: vt ff. de condi. & demon. l. nominatim. §. inter conditionem. & si cer. pe. l. cum ad praesens. cum lege seq. et seq. Et ita tenet Nico. vbi supra legendō dictum cap. † Et consequenter de tali venditione conditionalis nullum pertinet domino laudimium: cum pendente conditione nulla est: vt l. si quis fundū. ff. de contrahen. emp. & l. grege. §. si sub cōditione. ff. de pig. Et ita tenet Bar. in l. quoties. ff. de in diē addict. Si autem conditio evanescat, vt puta quia venditor non redimit rem restituendo pretium intra dictum tempus: et tunc dico quod finito tempore debetur integrum lau-

dimium domino: quia tunc venditio perfecta est: vt l. haec venditio. in princ. ff. de contrahen. emptio. & l. necessario. §. quod si. ff. de peri. & commo. rei vendi. † Sed quāro, quid si fiat venditio q̄ perpetuū venditor possit redimere, & recuperare rem emphyteuticam, vel feudalem quandoq̄, vel quando docunq̄ voluerit cōsimili pretio, & emptor teneatur sibi reuenditionem facere de re vendita, & sic fiat venditio cum instrumento gratiae ad tempus perpetuum: an statim facta venditione debeat integrū laudimium? Quidam dicunt q̄ non, sed ad arbitrium boni viri: vt l. ab emptione. ff. de pac. l. hoc edicto. §. si. cum l. seq. ff. de ali. iur. di. mu. cau. fac. & l. ij. ff. de rescin. ven. & l. non quocunq̄ modo. in princ. ff. de leg. j. et de aqua pu. arc. l. diem. Alij contra, quia venditio pura est, licet sit tibi gratia, & ideo pro subscriptione debetur integrum laudimium. G. de Valleli. videtur q̄ integrum debeat, tum quia dominus vnum consensum praestat pro omni tempore. Tum etiā quia sufficit q̄ haec venditio potest habere perpetuum statum: vt l. sufficit. ff. de condi. indebi. secundum dominum G. in constitutione, haec est pax. §. nullus Christianus in pacibus & treugis. Quod credo verius, cum ista venditio sit pura, licet quādocunq̄ venditor restituat pretium, possit resolui: et consequenter si nou restituatur pretiū, vnu laudimium debetur. & ita intelligitur l. ij. secundo responso. ff. de in diem addictio. secundum Bar. in d. l. vbi. §. sed & Marcellus. Tum quia ista venditio censetur ad longum tempus: † quia dictio perpetuū intelligitur in secula seculorum, secundum Bar. in l. annua. §. à Titia. ff. de anun. lega. & per eum in l. penul. eo. tit. & in l. j. de vsu. lega. vel est infinita durationis, secundum Bald. in proce. Cod. vel significat tempus centū annorum, secundum Ange. in l. eum debere ff. de serui. vrb. praed. Vel significat ad vitam hominis, secundum Gem. in c. quia per. de rescrip. lib. vj. Et ita accipitur in l. j. ff. pro socio. Item accipitur vsq̄ ad triginta vel quadraginta annos, vel line praenitione temporis, secundum gloss. in d. l. j. Et sic de tali venditione ad longum tempus facta laudimium domino debetur, secundum not. per me superius in q. quāro, sit locatio ad longum tempus. † Item ista dictio Quādocunq̄, est plurium tempo-

rum compressiva, secundum Baldū in l. si quis. C. de epis. & cleri. & de verbo Quandoq; habetur in d. l. ij. & de eius significatione, in l. j. ff. de condi. & demon. per Bar. Item licet res vendita consimili pretio possit redimi, attamen perfecta est venditio: vt insti. de contrahen. emptio. §. cum pretium. Non enim ista venditio est interim in suspenso quo ad esse suum: licet sit in suspenso quo ad resolutionem, si restituatur pretium: vt est gl. in d. l. quoties. Item ista venditio pura est, secundum quod dixit Guliel. de Valesicha: quia nulla est dictio in thēmate, quæ importet conditionem, argumento. d. l. quoties. §. nam si quidem. & consequenter vsucapere potest, & fructus, & accessiones lucrari, & periculum ad eū pertinet: vt est tex. in d. l. quoties. §. fin. Et sic cum habeat omnes illas partes, quæ ad venditionem perfectam requiruntur, per ea, quæ superius allegauit: merito laudimium debetur. Sed contra hoc fortiter instatur de l. ij. vbi est verbum quancūq; quod significat perpetuitatem, & tamen dicitur conditionalis: vt ibi dicitur in textu. Sed dicas quod verbum conditio, ibi adiectum assumitur pro cōuentione, vel lege conuentionis, vel pacto, non autem quod proprie ponatur pro conditione, argumento. l. j. §. contractus. ff. de po. Non enim ibi est aliqua dictio, quæ conditionem importet: & consequenter verba ibi adiecta non faciunt eam conditionalem. Lex enim debet intelligi secundum materiam tituli, in quo est situata, vel posita, secundum Bartolum in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. & in l. ij. ff. de excep. rei iudic. & Ludou. in l. ij. ff. de dona. caus. mor. Cum igitur ista lex sit posita in titulo de pacto, non autem de conditionibus: igitur, &c.

36 ¶ Sed iterum quero, quid si venditor intra tempus in instrumento gratiæ adiectum, si est temporalis, vel si est perpetua quando cūque restituat pretium: & emptor faciet sibi instrumentum reuenditionis, nunquid ex ipsa reuenditione debeat laudimium? Et pro solutione istius quæstionis referam binas quæstiones motas per Gulielmum de Valesicha in vsat. qui viderit. Prima est sub his verbis: Sed pone quod vasallus vendidit rem feudalem cum domini consensu: postea vasallus super solutione laudimij non potest cum domino conuenire: feudatarius hoc videns recuperat rem feu-

dalem, vt non habeat soluere laudimium integrum: modo dominus petit duo laudimia: queritur, an debeat solui duplex laudimium, vel saltem vnum? Et videtur quod sic: quoniam censentur duæ venditiones: vt ff. de rescind. vendi. l. si quam rem. iuncta. l. fin. C. de iure emphyt. Et pro ista parte facit l. pacta. §. j. ff. de contrahenda emptio. & l. si duobus. §. final. ff. de diuer. & tempo. præscrip. ¶ In cōtrarium videtur, quia licitum est ab emptione discedere: vt l. ab emptione. ff. de pactis. & l. iurisgētium. §. adeo. eodem titulo. & l. j. C. quando lic. ab emp. disce. Si ergo licet legis autoritate discedere, nullum laudimium, quod est fortius, solui debet: quoniam quis autoritate legis decipi non debet. l. j. C. de his, qui ve. æta. Credo dicendum, quoniam aut fuit discessum incontinenti re integra, & antequam ad alia contrahentes diuertissent: & tunc dico quod solum debetur vnum laudimium. Si autem post aliquod tempus fuit discessum re iam tradita, & in illo contractu per tempus statuerunt: tunc videntur esse duæ venditiones: & sic duplex laudimium debetur, argumento. l. pleriq; ff. de ritu nup. & ff. soluto matrimonio. l. infulam. §. fina. & ff. loca. l. Item queritur §. qui impleto. & C. loca. l. si cum Hermes. Nec obstat quod dicitur quod autoritate legis, &c. quoniam verum est quod contrahentes in præiudicium eorum possunt discedere a contractu, sed in præiudicium domini, & eius laudimij minimè. Alia quæstio, & secunda est per hæc verba. ¶ Sed quid si res feudalis, vel emphyteuticaria fuit vendita, antequam dominus directus laudet, seu subscribat se instrumento: contrahentes discedunt a contractu emptionis, & venditionis: an dominus directus habeat aliquod laudimium, esto quod incontinenti discedatur ab emptione. Videtur quod nullum laudimium debeat dominus habere: quia legis autoritate fuit a contractu discessum: vt supra, in quæstione proxima probaui. Item quia laudimium debetur ratione calami, & subscriptionis, seu laudationis: vt l. fina. C. de iure emphyt. & ibi gloss. Item quia cessante ratione legis, cessat lex. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. sed emptor nullam habet rei emptæ possessionem, & minus domini firmam: ergo, &c. Credo contrarium: nam actus emptionis solo contractu contrahitur:

tur: vt l. j. §. si. ff. de cōtrahen. emp. & in l. in venditionibus. eo. ti. & etiam dicitur perfectus talis contractus: vt l. ij. C. quando lic. ab emp. disce. Si ergo perfectus, ergo laudimium debetur, & fuit domino ius quæsitum: & sic sine facto suo non potuit perdere illud: vt l. id. quod nostrum. ff. de reg. iur. & l. fina. ff. de pac. & l. prima. §. si rem depositam. ff. de po. & l. quædam. & l. rogo. ff. de fideicommiss. libert. Nec obstat quod cōtrahentes possunt recedere: quia verum est in præiudicium ipsorum, & non domini, vt tertij. Nec obstat l. fin. de laudatione, seu subscriptione, quia non per dominum quin firmaret, seu subscriberet, sed per contrahentes, qui a contractu resiliuerunt. Ecce verba Guliel. de Valesi. in dicto vsati. qui viderit. Nunquid igitur bene dicat? Et dico quod non: ideo requirit maiorem declarationem. ¶ Nam aut ipse emphyteuta, aut vasallus procedit ad actum facti, seu traditionis, aut non: sed stat ipsa venditio in finibus verbi. Primo casu debetur duplex laudimium, postea discedatur a venditione. Et pro hoc ego allego text. in feu. c. j. quid iuris si post alie. vas. feu. recu. Et hoc vult dicere idem Gul. in prima quæstione ibi: re iam tradita. Secundo casu nullum laudimium debetur, etiam si non statim, sed per interuallum temporis recessum sit a dicta venditione. Et hoc secundum allegata per me supra in capitul. eodem. in quæstione, quero extra text. ecce quod emphyteuta alienat rem irrequisito domino, sed non tradidit, &c. Et adde hic quæ ibi dixi, Et consequenter Guliel. de Valesicha non bene dixit, nec in prima, nec in secunda quæstionibus: quia si non perueniatur ad actum traditionis, nullum laudimium debetur. ¶ Virtus enim, quod laudimium debeat, stat in hoc, quod traditio rei venditæ sequatur: & tunc siue incontinenti, siue post longum tempus post traditionem res vendita recuperetur, debetur dictum laudimium, argu. nota. per Bartol. & Ludo. in l. sequitur. §. item Labeo. ff. de vsucap. licet Ludo. in eo quod dixi, incontinenti, aliter sentiat. Et quod requiratur traditio, probatur in cōstitutione als standols &c. quam in dicto capi. eodem inferui ibi: e ell la possessio de aquel tas a consiguira, &c. Et istam meam distinctionem Bart. ultra alios doctores per me allegatos in dicto capitu. eodem. ponit ad

literam. in dicta l. si quam. sub his verbis: 41 ¶ Tu dic quod aut post emptionem, & venditionem factam, quæ fit solo consensu, vt insti. de emptio. & vendi. in princip. de quo dic vt dixi supra de contrahen. empt. l. in venditionibus. partes pœnituerunt, & discesserunt a contractu, ante tamen traditionem rei venditæ: & tunc domino nullum debetur laudimium. Ratio est: quia tunc domino debetur laudimium, quando facta est alienatio, hoc est, domini translatio: vt C. de iure emphyt. l. fina. Constat autem quod ante traditionem res non est alienata, nec dominium translatum: vt supra de rei vendi. l. si ager. insti. de rer. diui. §. per traditionem. & §. venditæ. Pro hoc est casus cum sua gloss. prima. de verbo. significatio. l. alienatum. ad quod de ædil. edic. l. debet. Pro hoc optimè l. ista, ibi: quasi nullam præcesserit, & ibi: infecta &c. Aut res fuit tradita: & cum dominium fuerit translatum, ius fuit quæsitum domino in laudimio: & ideo non poterunt partes resilire in præiudicium domini, argumen. C. de fun. dot. l. prima. ita quod ex ista alienatione dominus habuerit laudimium, & postmodum si partes resiliant, & discedant a tali venditione, cum fiat retrotraditio, vt hic not. glo. fina. ex qua retraditione fit iterum domini translatio, habebit dominus aliud laudimium, quasi ex contractu renouato: vt supra de pact. l. ab emptione. Et circa ista dic vt notat Dy. infra de fideicom. lib. l. rogo. & per Specur. in titulo de loca. & conduc. §. nunc. versicul. xev. & vj. & dixi infra quib. mod. pign. vel hypothe. sol. l. voluntate. Et sic not. prædicta, & istam legem etiā pro illis, qui emunt aliquam rem, & videtes postea quod eam securè non possunt habere, ipsi faciunt poni ipsam ad enquantum, & iteratò emunt, vt eam magis habeant securam, venit dominus directus, & petit laudimium ex illa secunda venditione, quæ facta fuit iteratò: queritur quid iuris? Et ex iam dictis patet Bartolus vbi supra. Et ad prædicta adde Gulielmum de Cug. in dicta l. ab emptione. & l. iurisgentium. §. adeo. & Ioan. Fab. in l. prima. C. quando lic. ab emp. disce. Or redeamus ad quæstionem per me superius 42 motam: & dicas sic, quia ¶ aut venditio fuit temporalis, vt puta cum instrumento gratiæ luēdi rem emphyteuticā, vel feudalem intra modicum tempus, aut perpetualis,

phyteuticæ ad inuicem translata soluet domino dictum medium tertium, & medium laudimium. Et pro hoc faciunt not. per Pet. Iacob. in suis libellis, titulo de actio. in rem pro re emphyt. §. qualiter de diuisione. & per Petrum Helicæ in tractatu suo de iure emphyt. in l. deinde quæritur. nunquid de diuisione. & sicut de permutatione soluitur ex consuetudine medium tertium, & medium laudimium, ita de diuisione, scilicet de illa parte, quam habeo iure confortis, ut dictum est. Ista consuetudo viget in diocesi Gerunden. nescio alibi si ita practatur. pur de iuris rigore laudimium debetur, per ea, quæ superius dixi. ¶ Quæro, an de arboribus, quæ sunt in fundo vendito per emphyteutam, debeatur laudimium. Ista quaestionem mouet Bartol. in l. Quintus. ff. de actio. emp. vbi dicit, ex isto textu dicunt quidam quod de arboribus venditis per emphyteutam dominus laudimium habeat, cum censeantur pars fundi, ut hic & infra quod vi aut clam. l. si alius. §. notauimus. Quod potest esse verum, si vendidit arborem tali pacto quod non scinderetur, sed ibi remaneret, & fructus emptoris fierent: quia tunc non solum arbor, sed etiam terra, in qua sederet, videtur vendita: ut d. l. Quintus. & dicto §. qui fundum. in glos. alleg. non si sit talis arbor, quæ possit vendi, quia fundus non efficeretur deterior, argumento. ff. soluto matrimonio. l. diuortio. §. si fundum. de legatis. iij. l. codicillis. §. instituto. Bartol. vbi supra. Quæro, an si vendatur aqua, debeatur laudimium. Oldrad. in consil. xxx. in fine. dicit quod sic. & allegat. l. si quis in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. ¶ Quæro, an laudimium debeatur, seu pertineat usufructuario. Oldrad. in consilijs tenet quod sic. Quæro, quid si non proprietate feudi, sed redditus annuos pro certa quantitate, quam feudatarius recepit, pro anima sua obligauit, seu dimisit per eius manumissores colligendos, feudum tenendo, seu possidendo, & quod in sortem ipsos fructus dicti manumissores non computarent, sed pro eius anima erogarent, quousque suis hæres quantitatem, quam pro sua anima recepit, soluisset: ut fecit domina Elienor vicecomitissa de castro de Ceruillione; nunquid lapso anno habeat locum constitutio. Item ne super laudimio: Dic quod sic: quia de similibus ad

similia est procedendum: ut l. non possunt. ff. de legi. & quia iure communi vsa. hoc locum habet, ut in vsa. si quis suum feudum. Tum quia manumissores sunt extranei, & non habiles ad tale feudum possidendum. Tum quia sapit naturam alienationis: ut l. sufficit. ff. de condit. indebit. Et pro hoc vide quæ not. per Specul. titu. de loca. §. nunc aliqua. versicul. centesimo. & versicu. cxvij. Iacob. de Faro. & vide in simili gloss. in vsatic. in baiulia. gloss. exire. versicu. quid si aliquis assignauerit. & vide Hostiens. in lectura, extra de constitut. c. quæ in ecclesiis. super verbo alienandi. versicul. hæc quaestio mouetur. ¶ Nota quod quando fit renouatio in filium, non soluitur laudimium, nisi feudum esset reuersum ad ecclesiam, secundum Baldum in c. quæ in ecclesiis. de constitut. Explicita materia laudimij venio ad tractandum materiam iuris retinendi, cum hic proprie cadat, ex quo fit hic mentio de isto iure, & de quo iure loquitur. l. fina. C. de iure emphyteut. & dicta constitutio. Item ne super laudimio. Et circa istam materiam referam consuetudinem Gerunden. diocesis sub his verbis: Item est de consuetudine quod si rusticus, vel homo meus, vendit aliquam rem, vel possessionem, quam teneat pro me, quod illam non possum pro me retinere, nisi illam vellem ad proprium meum vomerem vel vsu: dum tamen illam vendat sine dolo, & fraude meis. Et pro ista consuetudine vide Bartol. in l. cum qui. aliàs est sub l. vbi. §. cum igitur. ff. de in diem addict. vbi sic inquit. Facit iste text. ad quaestio. ¶ An ille, a quo tenetur res in emphyteusim, ius, quod habet retinendi rem pro pretio, possit alij cedere, vel possit alij facere rem pro amico retinere? Videtur quod sic: quia cum aliquid est faciendum in personam meam, & sit in personam alterius voluntate mea, perinde est, ac si fieret in personam mei. infra de dona. l. secunda. §. j. de iure dot. l. quoties. §. licet. Tu dic contra per istum textum: & est text. in ratione in authentic. ut de cætero commuta. rerum ecclesi. non fiant. §. de cætero. colla. v. & infra de iure dot. l. si mulier. §. ex affe. & de prescrip. ver. l. iij. Pro hoc de administra. tuto. l. ex pluribus. Ita quod dominus non possit supponere loco sui alium ad rem emphyteuticariam retinendam. Et pro hoc allegatur specialiter

specialiter dictus §. ex affe. & dictus §. de cætero. & hoc tenetur, & mouetur in simili per Cyn. C. communi diu. l. ad officium. Non obstat prima opinio: quia ibi fiebat actus de voluntate vtriusque absque præiudicio tertij: hic autem esset præiudicium tertij: quare, & c. Bartol. vbi supra. Pro & contra est gloss. in vsatic. si quis suum feudum. super verbo, sine. ¶ Sed vidi pluries in Cathalonix uti quod infra vnum mensem postquam sciunt rem venditam, dominus retinet, & soluto pretio, pro quo vendita fuit, inde facit alteri stabilimentum, vel retinet ad proprium vsu, & aliàs inde facit suas omnimodas voluntates: & sic dominus vtuntur indistinctè, prout dicit ultimo dicta gloss. & etiam quod ante ipsam venditionem & post intra tamen dictum mensem dominus vendunt, seu aliàs alienant alteri ius faticæ, seu retinendi tantummodo illa vice. Et not. quod non solum pretium, imò alias expensas necessariè factas per emptorem pro emendo dictam rem, tenetur dominus, qui retinet, persolvere: nec emptor ad aliquod tertium tunc inde soluendum tenetur: & sic vtimur per l. fina. C. de iure emphyteut. §. sed nec hac occasione. ver. & si quidem dominus. De iure autem communi dominus habebat duos menses, intra quos licitum erat sibi uti iure retinendi post attestationem, siue denuntiationem factam ipsi domino: ut est text. in d. l. fina. & post dictos duos menses, si dominus aliodialis nollet emere, vel rem retinere, debet fieri alia denuntiatio dicto domino, ut emptorem in possessionem suscipiat: & ab ipsa denuntiatione incipiunt currere alij duo menses: ut in dicta. l. fina. de cuius intellectione vide latè Petrum Iacob. in libellis suis, titulo de actio. in rem pro re emphyt. Sed in Cathalonix, tam per consuetudinem, quam per dictam constitutionem, item ne super laudimio. ver. dicto tamen laudimio, est derogatum: quoniam dominus tantum habet ad retinendum triginta dies, currere sibi incipientes à die scientiæ, id est, post dictam denuntiationem sibi facta. Debet ergo dominus intra dictos triginta dies uti faticæ, seu iure retinendi: quia ipsi triginta dies surrogatur loco ipsorum duorum vel quatuor mensium: & tempus surrogatum in locum alterius, sapit eandem naturam, secundum Bald. in c. si quis.

si de feud. defunct. & Ludouic. in l. si filio. ff. soluto matrimonio. ¶ Si autem dominus post dictam denuntiationem intra dictos triginta dies non vsus fuerit faticæ, siue iure retinendi. Lapsis dictis triginta diebus, vltèrius illo iure uti non potest: quinimo dictus dominus vtilis potest illam rem sine consensu domini alienare, & tantum tenetur soluere laudimium: ut est text. in d. l. fina. §. sin autè. Et pro hoc facit quod dicit Bar. in l. statu liberi. §. statu. ff. de legat. ij. & in l. Imperator. de lib. & posth. vbi dicit quod permissum fieri intra terminum statutum, censetur post terminum prohibutum, & econtra. facit etiam quod lapsus termini à lege dati excludit quem à iure non ex vi tacite renuntiationis, sed ex dispositione legis, secundum Bartolum in l. Clodius. ff. de acquirenda hæreditate. Sed in Barchinona in hoc alio iure vtimur: nam dominus non potest cõcedere alicui faticam, nisi post presentationem instrumentorũ: ut est text. in recognouerunt proceres. c. Item concedimus c. quod aliquis non vendat, nec donet, nec permittat alicui faticam honoris, qui per ipsum teneatur, donec instrumentum factum de venditione, vel alienatione, quam fecerit de dicto honore, sibi fuerit presentatum. Et ad prædicta adde quandam constitutionem synodalem, quæ facta fuit de his, quæ per ecclesiam & ecclesiasticas personas tenentur, vbi est poena excommunicationis, si contrarium fecerint. Et vltèrius vide quandam clausulam insertam in sententia laudimiorum regis Iacob. quæ est tenoris sequentis. Declarantes nihilominus quod non liceat dictis emphyteuticis inducere in possessionem emptores honorum censualium, seu possessionum, qui, & quæ tenentur ab ecclesia, seu ecclesiasticis personis, nisi prius data faticæ triginta dierum, intra quos sit licitum retinere dictis personis ecclesiasticis, vbi non est emphyteuta in rem, quæ ab ipsis tenetur pro pretio, quod re vera anhelantibus ad dictam emptionem accedere inueniretur: & qui cõtra fecerit, soluat laudimium duplicatum. Ex hoc capit. duo probatur. Primò quod in Barchinona intra triginta dies dñs aliodialis habet uti faticæ, siue iure retinendi. Secundo probatur opinio quæ superius tenui, quod nisi perueniatur ad traditionem, non debetur laudimium.

56 ¶ Et iuxta præmissa quæro, quid si sint tres domini rei emphyteuticariæ, & duo ex ipsis dominis volunt laudare, tertius retinere, quis ex eis sit potior? Istâ quæst. mouet Bart. in l. quod si vno pretio. ff. de in diem addict. vbi dicit quod potior sit qui vult retinere. Et hoc, vbi insimul & indiuisim concesserunt: quia si per partes, partem suam tantum retineret. Sic dicit intelligere. l. si dispa. res. cum §. præced. Eo autem casu quo ipse retineret in solidum ipse haberet soluere laudimium consocio, argumento supra, communia prædio. l. vëditor. §. constat. C. de seruo communi manumif. l. j. circa prin. insti. de dona. §. si. j. de iniur. l. rex. §. si. Barto. vbi supra. Et istud dictum Bar. intellige, quando domini erant pares in dominio. ¶ Sed quæro iuxta dictum priuilegium Barchinonæ quis teneatur præsentare instrumenta venditionis ipsi domino directo, an vëditor, vel emptor. Istam quæstionem vidi in facto: & alii qui tenent quod venditor, secundum ea, quæ no. Pet. Ia. in libel. ti. quo supra, vbi sic inquit. Itē circa l. si. C. de iure emphy. quia de ea est facta mentio, est notandum quod emphyteuta potest rem emphyteuticariam vendere sine cōsensu domini, dum tamē contractus extet in finibus suis. Contractus enim nudus à traditione non inuenitur prohibitus, nec permissus. Sed emphyteuta solum prohibetur rem sine consensu domini vendere, vel in alium trāsferre, vt prædicta verba pro eodem accipiantur. Attamen si emphyteuta velit ultra contractum procedere, & in alium ius suum transferre, ipse debet venire ad dominum, & attestatiōnem, id est, denūtiationem facere ei coram testibus, quantum pretium potest ex illa re vera accipere, &c. & sic dicta verba. Attamen si emphyteuta, &c. denotant quod ipse debet dicta instrumenta præsentare. Si enim ipse debet facere dictam denūtiationem, quanto fortius dicta instrumenta præsentare: cum dicta præsentatio surrogetur in locum dictæ denūtiationis de consuetudine, & iuxta dictum priuilegium. Surrogatum enim sortitur naturam eius, in cuius locum surrogatur, secundum Lud. in l. si constante. §. quoties. ff. sol. matr. Tum quia in stabilimentis apponuntur verba, quod postquam fatigatus fuerit emphyteuta post triginta dies, liceat ei rem ipsam vëdere, &c. & consequenter dicta instrumenta præsentare de-

bet: cum ipsa præsentatio vim habeat fatigatiōis. Pactum enim appositum in dictis stabilimentis, seruari debet: vt est tex. in d. l. si. in prin. ver. sancimus. siquidem emphyteuticum instrumentum super hoc casu aliquas pactiones habeat, eas obseruari, & c. In contrarium facit d. l. si. ibi: disponimus attestatiōnem domino transmitti. loquitur ergo dicta lex impersonaliter: quia nō dicit per quem, dum dicit attestatiōnem transmitti: & sic indefinitè: & consequenter quilibet ea præsentare potest: cum indefinita æquipollet vniuersali, secundum not. per Ioan. Andre. & Dyn. in c. j. de regulis iuris libro sexto. & Barto. in l. j. ff. eod. titu. & in l. qui ædificium. ff. de seruitu. vrb. præd. & Geminia. in c. vt circa. de elect. libro sexto. Et pro hoc dictum priuilegium Barchinonæ vbi non distinguit, per quem fiat dicta præsentatio, & etiam pro hoc dicta sententia, vbi etiam non dicit per quem fuerit data dicta fatiga domino. Et pro hoc etiam c. si aliquis habet. supra eodem §. Item non potest: vbi dicitur quod vasallus nō potest vendere feudum, nisi requisito domino: sed eo requisito, si nollet emere, sic. Et ibi non distinguit per quem fiat dicta requisitio. 57 ¶ Secundò non est dubium quod venditor ea præsentare potest, secundum iura supra, in prima opinione allegata. Si igitur ipsa præsentatio per eum fieri potest, & consequenter per alium illa præsentatio fieri potest. Nā regulariter illud, quod aliquis per se facere potest, & per alium illud potest fieri: vt l. Arethusa. ff. de statu hom. & l. veteris. C. de contrah. & committ. stipu. & in regula iuris, quod per alium. Tertio dicta verba ipsius. l. final. vt putat Attestatiōnem domino transmitti: innunt ipsam attestatiōnem posse fieri inter absentes, dum dicit, attestatiōnem transmitti: & sic posse ipsam fieri per literas, nuntium, vel alium potestatem à dicto venditore habentem. Nam quotiescunque lex permittit aliquid fieri inter absentes, intelligitur per nuntium, vel epistolam, secundum Bartolum 58 in l. j. ff. de contrahenda emptione. ¶ Quarto illud verbum Attestatio, exponitur pro denūtiatione, secundum Pet. Iaco. vbi supra, & glo. in l. ergo. ff. ex quib. cau. maio. vel pro requisitione: vt supra capi. si aliquis habet. §. Item non potest. sed denūtiatio, aut requisitio, quod idem est hinc, potest fieri

fieri per procuratorem, aut literas, secundum Bald. in authen. ad hæc. C. de vsuc. Et idem tenet Lud. in consil. consilio. ij. iij. & allegat Bar. in l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. & l. non solum. §. morte. & in l. de pupillo. §. qui procuratorio. ff. de oper. no. nunt. & in regula, qui in alterius. Spec. tit. de procu. §. ultimo. ver. sed nunquid. & Bal. in l. si no. men. ff. de hære. vel actio. vendi. ¶ Et quod dicta præsentatio possit fieri per ipsum emptorem, facit quod de essentia empti & venditi in Barchinona sunt instrumenta: cum dñs secundum dictum priuilegium non potest vti fatiga, vel alteri eam cedere, nisi prius præsentatis sibi instrumentis: ergo necesse est quod primo dicta instrumenta fiant inter vëditorem & emptorē, & aliter dicta denūtiatio fieri nō potest, nisi per illorū præsentationem. Et sic pro ista opinione faciunt illa verba, quæ consueuerunt apponi in instrumento venditionis, quod dictus venditor posuit dictum emptorem in locum suum, &c. quæ verba inducunt mandatū, secundum Bart. & Lud. in l. in prouinciali. §. si ego. ff. de no. oper. nū. & facit tex. in l. qui quadraginta. ff. ad Trebel. ibi: vt te suo loco constituat, &c. per quem tex. dicunt ibi Bar. Ang. & Ioan. de Imol. quod ipse videtur constitutus procurator in rem suam, & translata sunt in eum actiones vtilis, & exercitium directarum. Et hoc idem dicit Angel. in l. si cum emptore. ff. de pac. & in l. iij. C. de noua. & facit. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. Si igitur dictus emptor habet mandatū à venditore, & est procurator in rem suam, ergo ipsa instrumenta præsentare potest. Faciunt etiam pro hoc illa verba, quæ etiā communiter cōsueuerunt apponi in dictis instrumentis vëditionum: vt puta quod ipse emptor possit facere super ipsa re quicquid ipse venditor possit. Quæ verba operantur mandatū cum libera: vt est tex. in d. §. Lucius. 60 secundum Ludo. in d. §. si ego. ¶ Facit etiam pro hoc, quia in actu extraiudiciali, vt est iste, potest constitui procurator in rem suam: vt est tex. secundum Bar. in l. j. in si. cum l. qui viam. in princi. ff. de no. oper. nunt. vbi Bar. & Ludo. dicunt quod quocumque ius extraiudiciale cedi potest. Ex quo inferunt quod si intrandi propria autoritate cedi potest. Et ibi hoc sequitur Ioan. n. de Imol. & Bald. in c. j. §. si quis. de pa. iura. fir. & quod not. Bar. in l. iij. C. de pig. Et pro hoc etiam

faciunt alia verba, quæ plerumque apponuntur in dictis venditionum instrumentis, videlicet quod dictus emptor possit vti, & experiri in iudicio, & extra. Ille enim, qui facit procuratorem in rem suam, videtur ei dare omnimodam licentiam experiendi: nec requiritur à modo licentia concessoris, secundum Bal. in feu. de cōtro. inter vas. & aliū. Facit etiā pro hoc, quia in instrumento venditionis sunt cessæ actiones vtilis, & directæ: & ille, qui habet cessas actiones, potest denūtiare venditori sui authoris: vt est text. in l. si res. ff. de euic. secundum Bal. in feu. de inuest. de re ali. & in l. j. C. de rerum permut. Igitur si potest denūtiare, & etiā dicta instrumenta præsentare. Facit etiam ad hoc quod pactum personale etiam transit ad emptorem. l. si tibi. §. pactū. ff. de pact. Facit etiam quod emptor potest vti omnibus exceptionibus venditoris. l. dolia. §. eum. ff. de contrahenda emptio. & l. emptori. ff. de hæred. vel actio. vendi. vbi beneficium venditoris prodest emptori. Facit etiam quod cum aliquid est faciendum in personam meam, & fit in personam alterius voluntate mea, perinde est, ac si fieret in personam mei. ff. de dona. l. ij. §. j. de iure dot. l. quoties. §. licet. & Barto. in l. eum. qui alius est sub l. 62 vbi §. cum igitur. ff. de in diem addic. ¶ Facit etiam quod emptio & vëditio sunt correlative: & in correlatiuis fit extensio de vno ad alium. l. fina. C. de indic. vidui. secundum Imo. in clemen. j. de elect. & Barto. in d. l. fina. vbi dicit quod si pœna apponitur vendenti frumentum in platea, videtur appositā ementi. & ibi Bal. & in l. nemo martyres. C. de sacrosanctis ecclesijs. Constitutio etiam disponens super vno ex correlatiuis extenditur ad aliud correlatiuum, dato quod ex eo non fecerit mentionem. gloss. secundum Geminia. in capit. cupientes. §. quod si per viginti. de elect. libro sexto. in §. denique. in verbo, de notarijs. Non enim interest domini potius per venditorem, quam per emptorem instrumenta præsentari: nec refert quid ex æquipollentibus fiat, secundum Baldum in l. conuenticula. C. de episcop. & cleric. & Bartol. in l. Galus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthumis. facit etiam quod solitum est & frequentius præsentari ipsa instrumenta per emptorem, potissimè cum ipse de pretio soluat laudimium. ¶ Bonum enim est argumentum

argument. à solitis, secundum Bartol. in l. si librarius. ff. de regu. iur. Ad ea autē, quae frequenter accidunt, iura adaptantur. Glo. penulti. in ca. literas. de despon. impub. Et hanc partem credo veram: & pro ista parte fuit iudicatum per Michaelem Nauarro in legibus licētiatum, cuius sententia inferius vnā cum alijs est inserta. Nec obstat prima ratio in contrarium facta: quia propter opinionem doctoris non est recedendum à textu. d. l. fina. secundum Bal. de patenē. §. iudices. Vel dic quod licet ibi dicat quod emphyteuta teneatur venire ad dominum, attamen non denegat quin per alium dicta denuntiatio fieri possit. Nec etiam obstat alia ratio de verbis, postquam fatigatus fuerit, &c. quia non excludunt emptorem, quin tanquam habens mandatum à venditore, & est procurator, in rem suam, possit se fatigare in dominum per praesentationem dictorum instrumentorū, quae habēt vim fatigationis, secundum ea, quae superius scripsi. † Quæro vltius, quid si instrumentum venditionis fuerit factum per venditorē emptori, & fuerit praesentatum domino allodiali: & ipse intra dictos triginta dies vsus fuerit fatica, vel iure retinendi, vel eam alteri cesserit, nunquid partes possunt recedere ab illa venditione praetextu minoris aetatis, vel alicuius causae piae, aut quia alij creditores offerunt maius pretiū, quam res illa fuerit primò vendita. Ista quaestio pluries fuit in hac ciuitate Barchinonae agitata, & fuerunt latae plures sententiae, quas per ordinem hic duxi inferendas sub hac forma. Prima sententia lata per Ioannem Ferrarij licētiatum in legibus. Et dictus iudex explicando suam deliberationem per prius visis & gestis tam coram honorando domino vicario generali domini Episcopi Barchinonae, & requisitis pro parte dicti curatoris & responsis per honorandum Bartholomaeum Camosynae sedis Barchinonae dominae directae dicti hospitij: consideratōq; quod dictus dominus directus vsus fuit fatica in prima venditione, & non vult firmare secundam venditionem, quia asserit quod vsus fuit iam fatica: & sic fecit praecceptum dictus dominus vicarius dicti domini Barchinonae Episcopi dicto curatori vt firmaret illi, cui data fuit dicta fatica simile ven-

ditionem, quam firmauerat primo emptori dicti hospitij. Consideratōq; quod isto praetextu ista executio differtur, & dictū hospitium minatur ruinam. Considerato in iure quod dictus honorandus Gabriel Serrio allegauit quod dictus dominus directus vsus fuerat fatica in prima venditione, & sic quod nolebat dictum hospitium emere ex secunda emptione. His igitur, & alijs attentis, & consideratis, pronuntiat, & declarat quod dictum hospitium non potuit vendi secundario in prauidicium dictae faticae, sed quod dictus curator habeat, & teneatur firmare similem venditionē, quam firmauerat dicto Gabrieli, qui primò extraxerat dictum hospitium de enquatu publico, & cui firmata fuerat venditio dicti hospitij: in qua venditione vsus fuit dictus dominus directus sua fatica, quam dedit, & potuit dictae dominae Gabriele uxori Arnaldi Pontij hostalerij Barchinonae, & dictam venditionem firmet dictus curator dictae dominae Gabrielae. Lata octauo Aprilis, anno à natiuitate domini Milleli. CCCC. xlvj. in curia vicarij Barchinonae. In posse Laurentij de Colle notarij & scribae dictae curiae. Alia sententia lata per Manuel Nauarro. Vnde ego Manuel Nauarro in legibus licētiatus iudex in praesenti causa per honorandum dominum officialem delegatus, &c. visa quadā littera per dictum dñm officialem super dicta scedula emanata contra dictū Petr. Iohannem Pedrica ipsum monendo vt venditionem praedicti hospitij factā Bernardo Solerij curatori iuris firmaret, & simili pretio Bernardo Guarriga futuri iuris faticae dictus venerabilis frater Bartholomaeus tanq; dominus allodiarius cōcesserat intra tēpus sibi à iure cōcessum, &c. visis q; &c. habito consilio cū pluribus in iure peritis, &c. Cū per merita praesentis processus, & alias cōstet praedictum Petr. Io. Pedrica maiorem decem & octo annorum cum instrumento venditionis iuramento sponte facto vallato vēdidisse praedictū hospitium iam dicto Bernardo Solerij pretio nonaginta librarū. Constet etiam praedictam venditionem fuisse praesentatam dicto dño Camerario, & illum intra triginta dies concessisse faticae dicto Bernardo Guarriga: Idcirco per hanc meam sententiam pronuntio, & declaro praedictum Petr. Io. Pedrica teneri ad firmandum

firmandum similem venditionem, & simili pretio dicto Bernardo Guarriga, cui dñs allodiarius iure faticae concesserat, quem admodum firmauerat dicto Bernardo Solerij: & ad hoc faciendum dictum Petr. Io. Pedrica, seu dictum Antonium Vilafello procuratorem suum cōdemno, rationibus tam praesentationis per non venditorē factae, quam minoris aetatis, ac etiā rescissionis contractus per partem dicti P. Ioā. Pedricam allegatis nō obstantibus vllō modo: neutrum partium in presentibus, & ex causa, condemnando. Lata die Mercurij decima mensis Octobris, anno à natiuitate domini Mille. CCCC. xxv. in curia episcopi li Barchinonae in posse Ioānis Vinioles notarij. Alia sententia lata per Ioannem Ros. Et dictus iudex viso superiori praeccepto, &c. visis, &c. attento, & considerato q; datio dictae faticae pertinet ad beneficiatū, & non ad patronum: cū fructus, & eorum praesentia ad eundem pertineat, Consulit honorando vicario Barchinonae vt dictam dominam Valenconam compellat ad firmandum dictū simile instrumentum dicto Raphali Torres in posse dicti Gul. Iordanij notarij Barchinonae, vt habenti faticae à dicto beneficiato domino allodiali, & qui ius dandi faticae habet, & non dictus patronus: & quod nihilo minus dicta domina teneatur mittere incōtinēti, pretio deposito supra dicto, instrumēta vetera in posse dicti Gul. Iordanij: non obstantibus quibusuis in contrariū allegatis. Lata, &c. die. xxvj. mensis Iunij, anno à natiuitate dñi Mille. CCCC. xliij. in curia vicarij in posse Ioannis Mōtagut notarij. In Dei nomine. Nouerint vniuersi q; nos Franciscus Bertrandij, Antonius Caplaua Decretorū doctores, canonici ecclesiae ciuitatis Barchinonae Gulielmus de Torrēte, & Michael de Monteudaico ciues dictae ciuitatis, rectores, & administratores pro nunc generales hospitalis, seu domus pauperum sanctae Crucis ciuitatis praetactae electi, & ordinati, &c. Attendentes nomine dicti hospitalis, &c. Et est sciendum quod de praedictis feceramus vēditionē discreto Frācisco Castellar presbytero beneficiato in dicta sede, cū instrumento publico, facto in posse discreti Ioānis Torroni notarij Barchinonae xx. Nouembris proxime lapsi. Et cū instrumentū venditionis fuisset praesentatū hono-

tando Michaeli Formosi canonico & procuratori anniuersariorū cōmuniū dictae sedis, ipse honorandus Michael Formos dicto nomine intra triginta dies prout sibi licuit praedicta iure faticae cōcessit vobis dicto honorando Ioanni de Gualbis emptori iniungendo nobis dictis administratoribus dicti hospitalis, quatenus similem venditionem vobis facere, & firmare deberemus, qualem fecimus, & firmauimus praefato discreto Francisco Castellar in posse dicti discreti Ioānis Torroni notarij. Post cuius quidem faticae concessionem praefatus Franciscus Castellar obligauit se futurum in enquantu publico vltra dictas viginti quinque libras, octo libras: & sic obtulit loco pretij praedictarum trigintatium librarum Bar. affirmando praedictam venditionē, de consuetudine & obseruātia sibi, tanq; plus offerenti, fore firmādam, & concedendam. Nosq; administratores praefati cupientes indēnitati dicti hospitalis, quantum possumus, obuiare, pro exoneratione nostrarum conscientiarum, praemissa remisimus in posse honorandorum Petri Gaufridi legum, & Ioannis Ferrarij decreto- rum doctorum medio iuramento: Promittentes habere ratum, & firmum quicquid per ipsos super praedictis cognitum fuerit. Qui honorandi Petrus Gaufridi, & Ioannes Ferrarij visa venditione prius facta dicto Frācisco Castellar pretio dictarum viginti quinque librarum: visa praesentatione facta de instrumēto dictae venditionis praedicta honorādo Michaeli Formos procuratori dictorum anniuersariorū cōmuniū dictae sedis pro quibus praedicta tenentur, qui intra triginta dies, prout sibi licuit, praedicta in re faticae concessit vobis dicto venerabili Ioāni de Gualbis. & Die martis duodecima Septēbris, anno Mil. CCCC. lxxx. in regia audientia praesidente Ioann. Fages vicario fuit conclusum pro hac parte, hoc est, quod etiam per viam restitutionis in integrum ille, qui affert meliorem conditionem non debet audiri. Et fuit in facto monasterij sancti Hieronymi: attento quod oblatio maioris pretij facta per dictum Franciscum Castellar post dictam concessionem faticae de dictis triginta libris de iure non valet: nec potest fieri in prauidicium domini allodialis, & iuris faticae per eū vobis dicto venerabili Ioanni

nota. Sol. quid. qd. euenit

Ioanni de Gualbis emptori prius concessa: quia dicta oblatio maioris pretij post concessionem faticae esset auferre ius faticae dicto domino allodiali, & non posse vti iure faticae: quod de iure, vt pratangitur, fieri non potest in prauidicium iuris faticae, verbo pariter, & in scriptis decreuerunt, & nobis dictis administratoribus consuluerunt praesentem venditionem vobis debere facere, & firmare dicto pretio. xxv. librarum, non obstante dicta oblatione maioris pretij facta post concessionem praedictae faticae, &c. Actum &c. Sententia Ludouici de Castro veteri de consilio honorabilium Ioannis de Belafila, & Pauli Heroles. Christi nomine humiliter inuocato. Nouerint vniuersi qd ego Ludouicus de Castro veteri iudex, siue commissarius per dominam reginam assignatus in hac causa appellatione quae vertitur inter fratrem Bartholomaeum Guarriga monachum & Camerarium monasterij beatae Mariae Riuipulli ab vna parte appellan-tem a quadam sententia &c. visis, &c. Cum ex depositionibus dictorum testium decisio huius causae fieri non valeat, propter eorum diuersitatem, & dubietatem, & secundum tenorem localium ciuitatis Barchinonae, & seu quoddam cap. contentum in priuilegio, quod incipit, Recognouerunt proceres. permissum sit domino, pro quo tenetur, qd praesentato sibi instrumento venditionis, vel alienationis possit vendere vel donare faticam, quod cap. loquitur simpliciter, non faciendo differentiam inter causas pias, & non pias. quae potestas domini allodialis, & verba, & mens dicti priuilegij satis prauidicantur, si dicti morabatini contra domini directi voluntatem iterum redirent ad enquantum: & per consequens concessio, seu venditio faticae iam facta per ipsum dominum allodiale non sortiretur effectum. Et aliqua ex sententijs supradictis productis per dictum camerarium, & etiam dictum instrumentum venditionis administratorum dicti hospitalis per eundem productum benefaciunt pro intentione dicti Camerarii, & concordant cum dicto cap. & loquuntur in pijs causis. Pro tanto cum consilio praedictorum duorum iurisperitorum pronuntio, & declaro concessionem, seu venditionem dictae faticae factam per dictum Camerarium Bernardo Carocha, alias destamanes draperio esse validam, & debere sortiri suum effectum, &

dictos morabatinos non debere plus subastari, seu encantari, & dictos manumissores teneri ad firmandum dicto Bernardo Carocha similem venditionem, quam fecerat domina Ioanne, uxori Valentini Gubert ciuis Barchinonae, & ad firmandam dictam similem venditionem dicto Bernardo Carocha dictos manumissores, & dictum Antonium Garban eorum procuratorem cum praesenti condemnato, non obstantibus in contrarium allegatis. Lata, &c. die xxviii. Martij, anno a natiuitate domini Mil. ccc. xlix. in posse Petri Guaniador notarij. Alia sententia. Christi nomine humiliter inuocato. Vnde nos Ioannes de Corbaria, miles, & consiliarius domini regis, & pro eodem domino rege Gubernator generalis Carhalonie, viso precepto per vicarium Barchinonae cum consilio Michaelis Anglada in legibus licentiatum ad instantiam Berengarii Fritos. t. assertorum creditorum in bonis dominae Angelinae uxoris Io. de Villanova quondam mercatoris Barchinonae Bartholomeo Figerola curratori publico Barchinonae, vt torquet in enquantu publico, & publice subastet quoddam hospitium suum, &c. quod hospitium fuerat traditum Gabrieli Serrio pretio CCxl. librarum, ex eo quia vxor Podij Corts quondam obtulerat se daturam viginti libras ultra dictas CCxl. libras, quod veniebat in augmentum solutionum dictorum creditorum, visis rationibus dicto precepto factis pro parte economi monasterij sancti Petri puellarum in effectu continentibus qd dictum preceptum non erat fiendum, sed erat reuocandum, donec cognitum fuisset si dictum hospitium iam venditum debebat iterum subastari, attento quod instrumentum venditionis dicti hospitalis fuerat firmatum per Io. de Podio dominum medium dicti hospitalis, & laudimium medium sibi pertinens solutum, & expositum fuit praesentatum dictum instrumentum dictae venditionis dictae dominae Abbatisae, quae intra triginta dies visa fuerat facta, mandando dictae venditrici, vt similem venditionem, quam firmauerat dicto Gabrieli Serrio firmaret dominae Elienori, uxori Ioannis Roix, cui dederat dictam faticam. visis, &c. Cum constet per merita praesentis processus, & signanter per instrumentum factum per dominam Angelinam uxorem Ioannis de Villanova quod Gabrieli Serrio de domo domini regis certo pretio

pretio, quod dictum hospitium tenetur per dictam Abbatissam sancti Petri puellarum Barchinonae, & eius monasterium, & sub eorum domino allodiali: in qua venditione dicta domina Abbatissa habet firmam, & faticam intra triginta dies, ex quo instrumentum venditionis habet dicta iuris firmare, & faticam, a quibus recedere non potest dicta venditrix. Constat dictum instrumentum dictae venditionis fuisse praesentatum dictae dominae Abbatissae per dictam venditricem, vt haberet suum laudimium, & vteretur sua faticam iam firmatum per dominum medium dicti hospitalis. Constat, inquam, dictam dominam Abbatissam intra dictos triginta dies dedisse dictam faticam dominae Elienori uxori Ioannis Roig quondam, & mandasse dictae venditrici vt firmaret similem venditionem dictae dominae Elienori, quam firmauerat dicto Gabrieli Serrio. Cui firmam contradixit dicta venditrix. His igitur, & alijs attentis, quae nostrum mouent animum, pronuntiamus, & sententiamus, atque declaramus cum consilio nostri assessoris, dictam dominam Abbatissam ratione sui domini allodialis, & sui dicti monasterij posse, & potuisse vt dicta faticam, & dare eam dictae dominae Elienori uxori dicti Ioannis Roig quondam: ideo condemnamus dictam venditricem ad firmandum similem venditionem dictae dominae Elienori, quam venditionem firmauerat dicto Gabrieli Serrio: neutram partem in expensis condemnando. Lata fuit praesens sententia die Martis nona Octobris, anno a natiuitate domini M. cccc. xlii. Alia sententia. Iesu Christi, et gloriose matris nominibus humiliter inuocatis. Pateat vniuersis qd nos Ioannes Dei gratia Rex Navarra, &c. visa supplicatione, &c. Cum per merita praesentis processus, & alias nobis constet de alienatione facta per dictum Ioannem Baldich militem in Gondissalium castellum portorium: Constat etiam instrumentum alienationis & stabilimenti fuisse praesentatum dictis dominis directis per dominum Ioannem Baldich alienantem, & dominum Gondissalium, in quem extitit facta alienatio. Constat etiam dictos dominos directos praesentatis dictis instrumentis intra tempus eis de iure permissum visos fuisse faticam, cuius vigore dictos hortos & aedes, & vtile dominium penes se retinuerunt, & iuxta priuilegia Barchinonae, & illius usus dicto Bernardo Dalgars dictum ius faticae, & vtile

dominium dictarum aedium, & hortorum cesserunt instrumentis publicis interuentibus, ac speciali firma dictorum dominorum: constat etiam quod dominis directis ventibus iure faticae eis concessa, & licito de iure omne ius creditricum, & quodcumque aliud onus impositum, & factum in rebus emphyteuticarijs per emphyteutam, & dominum vtilem extinguitur quo ad res emphyteuticas, & remanet saluum in pretio alienationis. Cuius vigore domini directi vtuntur faticam, contra quod pretium creditorum actiones dirigenda sunt. Constat etiam quod dictus Bernardus Dalgars non contraxit cum dicto Baldich, imo cum directis dominis: licet dictus Baldich vigore priuilegiorum, & usus ac practicae Barchinonae per dictos dominos directos compulsus fuerit ad firmandum dicto Bernardo Dalgars similem alienationem, & stabilimentum, qualem fecerat, & firmauerat dicto Gondissalio, vt in contractibus, & firmis apparet. & non constat aliquem dolum aut fraudem intercessisse in contractu dicti Bernardi Dalgars, nec dominorum directorum: quinimo constat de contrario, attentis deductis, & narratis in quadam sententia in praesenti processu producta & obtenta per dictum Bernardum Dalgars contra haeredes & filios dicti Gondissalium. Constat etiam de deposito facto per dictum Bernardum de pretio, siue intrata dictorum stabilimentorum sibi factorum, & de preconizatione dicto Petro data. Cui preconizationi dicti creditores se opposuerunt. Ideo his, & alijs nostrum animum mouentibus, pronuntiamus, sententiamus, & declaramus, ac dictis creditoribus contra dictum Bernardum Dalgars, & aedes & hortos praedictos per eum possessos modo, & forma per eos intentatis habere ius agendi, neque impugnandi: & sic silentium dictis creditoribus imponimus cum praesenti, cum expensarum condemnatione: illarum taxatione in posterum reseruata. Reseruato tamen iure dictis creditoribus in pretio deposito, & dominatione retenta per dictum Baldich, in quibus graduari valeant iuxta eorum prioritates, & potioritates. Lata in audientia regia per Bernardum Andor notarium die decima mensis februarij, anno a natiuitate M. cccc. lv. Ex praedictis sententijs habes confirmatam illam consuetudinem.

nem, quæ est, quod intra triginta dies dominus debet uti fatica, siue iure retinendi, licet per dictam legem finalem essent duo menses: ut superius dixi. Secundò habes quod dominus potest cedere fatica, siue ius retinendi, alteri, cõtra opinionẽ Bar. superius à me relatã. Sed ipsa opinio potest verificari in domino mediõ, qui potest rẽtinere, & illud ius retinendi alteri cedere non potest. Tertio habes ex ipsis sententijs quod ad mints directus, qui utitur fatica, tenetur ad consimile pretium, pro quo venditio, de qua uti fatica, fuerat facta. Quarto habes quod emphyteuta tenetur firmare similem venditionem illi, cui fatica à domino est concessa, quam firmauerat primo 66 emptori. Quintò habes ¶ quod postquã instrumenta sunt presentata domino, & ipse usus fuerit fatica, quod venditor, & emptor non possunt recedere à dicta venditione, nec ipsa rescindi potest ad instantiam creditorum, etiam si maius pretium offeratur: nec etiam ratione minoris ætatis, vel prætextu cuiuslibet causæ piæ. Sed cõtra ipsas sententias facit, q̄ non tenemur sequi exemplũ aliorũ iudicũ: ut l. nemo. C. de senten. & inter. om. iudi. Sol. Dicitur quod hinc est vna sententia Regia, quæ facit ius: ut l. fina. C. de legi. Vel dicas, & melius, quod verum est 67 ¶ quod iudex non tenetur sequi exemplũ aliorum iudicum, nisi tot essent latæ sententiæ similes, quæ inducerent cõsuetudinem, ut est hinc: quia tunc iudex arctatur ad sequendum exemplum aliorum iudicum: ut l. minimè. ff. de legi. Ita dicunt glo. & Bald. in l. j. C. quando prouoca. non est neces. & Ang. Aret. in l. si expressim. ff. de appel. vbi etiam dicunt quod in re dubia tutius est sequi authoritatem aliorum peritorum, arg. instit. de codicil. in princip. Adde quod Nicol. & Andre. de Sici. in c. in causis. extra de re iudi. sequuntur id, quod Bal. dicit in d. l. 68 j. ¶ Quæro, an in omnibus alienationibus dominus habeat fatica, vel ius retinendi? Et dico quod non: quia in permutatione, vel diuisione, aut donatione mera inter viuos facta, dominus nõ potest uti fatica. Et generaliter dicas quod in omnibus illis alienationibus, in quibus dominus non posset dare, vel facere illud, quod per alium, in quem faciẽda est translatio utilis dominij, dandum, vel faciendum esset, dominus nõ potest uti fatica, seu iure retinendi, secun-

dum Pet. Iacob. in libel. tit. de actio. in rem pro re emphy. § item si talia pretia. & § item excepta donatione. ibi: postquã dominus rem retinere non potest. Soluitur tamen de præmissis laudimium, secundum ea, quæ superius scripsi. Et habet de permutatione, & datione in dicta constitutione. c. item ne 69 super laudimio. Vidi tamẽ allegari in dice. celi Gerundeni quod si fit donatio alicui inter viuos, retento usufructu per donatorem in illa re, quã donat, quod ille cui donatur, tenetur soluere medium tertium, & medium laudimium: & consideratur quantum victurus est ille, qui donat, & in quã ætate est tempore donationis, & quot annis debet postea viuere vsque ad sexaginta annos, secundum l. hæreditatem. ff. ad legem Falcid. & tunc fit æstimatio illius temporis, quod habet viuere, vsque ad dictos sexaginta annos: & quantum quolibet anno de logerio illius rei donatæ habere posset per dictum tempus, adeo ut de eo dictum medium tertium, & medium laudimium soluantur. Ultra verò dictos sexaginta annos non fit dicta computatio. Vide Iacob. de Monteuid. in v. si quis suum feudum. circa finem. Pro hoc facit quod scribitur per dominos de Capella, decis. xxij. vbi dicunt ¶ quod si aliquis dedit omnia bona sua, cum pacto quod donatarius alimentet donatorem, quod debetur laudimium. Vidi etiam in practica in dice. celi Gerundeni. ecce quod emphyteuta habet plures filios, facit vnum hæredem: & si decederet sine liberis, vel cum liberis ad ætatẽ testandi non peruenientibus, quod substituit sibi & hæredem instituit alium filium secundum: & sic per ordinem fit devno ad alium: primus hæres habet partem legitimam, & trebellianicam: alter hæres habet partem in legitima, quod fit æstimatio de possessionibus hæreditarijs, quæ tenentur ad directum, & alodialẽ dñm, & de legitima, & quarta Trebellianica pertinentibus dictis filijs decedentibus soluitur domino ipsarum possessionum medium tertium, & medium laudimium, & dictum ius soluitur ab hærede extremo, qui hæreditatem tenet. Super hoc vide Gr. de Vallesi. in v. si quis suum feudum. vbi sic inquit. Sed quid si vasallus habet duos filios Titium & Caium. Titium suum hæredem instituit vniuersalem, & apposuit dicto hæredi vinculum quod si moreretur sine

sine liberis, substituebat Caium aliũ filium suum. Titium adita hæreditate paterna, in qua erat feudum, decessit sine liberis: & sic locus fuit substitutioni: nunc dominus feudi de iuribus cõpetentibus dicto Titio in feudo, scilicet legitima, & quarta Trebellianica vult habere laudimium, quia est hæreditas fratris ad alium fratrem translata: quæritur, quid iuris? Dic quod nil debet habere dominus: ut c. tertio. §. si autem ipsum feudum. ibi: substitutionis curiæ Ceruariæ Regis Petri tertij. quia substitutus habet bona fraterna iudicio paterno, qui appoluit vinculum, & non ipsius fratris: ut in v. si. si a vicecomitibus. Idẽ ius est quo ad hoc: nec fit differentia de substitutione an sit vulgaris, pupillaris, seu fideicommissaria. Quæro, pone aliquis tenebat fundum in emphyteusim, istum fundum vendidit alicui, & ex illa venditione factum fuit instrumentum, in quo continebatur quod talis vendiderat talẽ fundum, non tamen continebatur in instrumento quod tradidisset: postea venditor, & emptor venerunt coram domino, à quo fundus tenebatur in emphyteusim, ut eum inuestiret: dominus dicit quod res cecidit in commissum, quia non denuntiavit ei antequam venderet emptori: quæritur, quid iuris? Istam questionem mouet Bart. in l. voluntate. ff. quib. mod. pign. vel hypo. sol. & dicit quod non est res commissum: quia per solam venditionem non fit traditio, nisi contineatur q̄ ipse vendidit, & tradidit. Hoc dicebat Andra. de Pisis per l. si seruum. cum ibi not. C. de furt. & seruo 71 corru. ¶ Sed quid erit? Pone q̄ emphyteuta vendit rem irrequisito domino, & ita res cadit in commissum. ut C. de iure emphy. l. ij. licet in Cathalonia veteri hoc non habet verum indistincte: sed tamen ipsa venditio nõ valet ipso iure: ut quia forte fuit erratum in forma, an dominus possit eam retinere, quauis res tradat sine eius cõsensu: Et videtur quod non: ut j. de oper. liber. l. sicut patronus. ita ibi in princip. & arg. j. de noua. l. j. in fi. & l. nouatione. alleg. C. & l. iij. §. fi. & j. ad legem Cor. de fal. l. si quis legatũ. in fi. primi responsi, ad quod supra de pig. l. cum vitiose. & qui satis. cog. l. quoties. C. ne de sta. defun. l. si pater. & si man. sue. alie. l. ea quidem. In contrariũ facit. C. de sepul. viola. l. j. Sed dic ut ibi per Cy. & de adult. l. eum, qui. & de scar. l. is, qui cum telo, &

de episcopis & cleric. si quis non dicam. cum sua materia, secundum Bartol. in allegata. l. voluntate. Et circa istud c. & eius materia est notandum, ¶ quod si castellanus feudatarius tenens immediatẽ castrum à domino superiori, in suo testamento legauerit ipsum feudum personæ ascendenti, vel collateralĩ, vel alij extraneo, q̄ ipse legatarius habet soluere tertium, seu laudimium domino superiori: ut c. iij. curiæ Ceruariæ Regis Petri tertij. Sed de cõsuetudine antiqua Cathalonix per legatarium antiquus soluebatur medium laudimium, eo quia est titulus lucrativus: quod laudimium erat pro libra quatuor solidi & quatuor denarii: sed hodie est decima pars: ut in allegato. c. curiæ Ceruariæ, secundum Guliel. de Vallesi. in dicto v. si quis suum feudum. 73 Vbi ulterius quærit, quid si feudatarius dictum feudum alienauit in personam inhabilẽ legando, donando, vel vendendo, quæritur, an feudum sit apertum? Et quid si postea persona inhabilis alienet in personam habilem, an habeat solui duo laudimia, vel quid erit fiendum? Et dicit quod dominus debet in dicto feudo emparam realem facere, ad manus suas feudum recipiendo, si venditum esset, ut dicto v. si quis suum feudum. & tenebit quousque tam in laudimio, quam in omni iure domino competentĩ fuerit integritẽ ex alienatione prima eidem domino satisfactum, ita quod intra annum inhabilis persona habeat in personam habilem feudum transferre, laudimio domino persoluto: ut in c. iij. allegato. Adde hinc pro ista materia quæ scripsi supra. c. eodẽ. & in c. si aliquis habet. §. fin. Vltterius 74 quæritur, ¶ quid si aliquis emerit rem, quæ tenetur ad directum alodialẽ dominium pro aliquo domino: & ille emptor soluerit de eius pecunijs pretium: sed instrumentũ venditionis facit dirigi alicui amico suo, deinde ipse amicus, cui instrumentum venditionis directum est, & præstitit nomẽ in ea facit recognitionem dicto emptori de ipsa re emptã, an ex ipsa recognitione debeat laudimium? Et dic quod de consuetudine Cathalonix est, quod si dicta recognitio facta fuerit intra annum à die dictæ emptoris in antea computandum, quod non debetur dicto domino aliquod laudimium ex ipsa recognitione. Et ita vidi pluries practitari. Si autẽ facta fuerit dicta recogni-

*nota sane quæritur
quid quod si
si linea recogni
acquisitione*

tio post lapsum dicti anni, tunc pertinet domino ex ipsa recognitione laudimium. Et hoc iure utimur. Et sic minime sunt mutanda, quae legitimam habuerunt interpretationem. I. minime. ff. de legib. An autem laudimium praescribatur, vide j. c. seq. s. ite est consuetudo quod si pater. ubi est tex. de hoc.

Qualiter omnis castellanus potest contradicere ne faciat homagium, si dominus uendit feudum inferiori suipsius.



St consuetudo Cathaloniae, quod si dominus vendit castrum suum inferiori seipso, si est ipse miles; & ille, qui emit, similiter, castellanus, qui tenet pro eo castrum, potest defendere ne faciat homagium illi, qui emit castrum, pro eo quod non debet minui de domino; sed in hoc casu tenetur facere sacramentum fidelitatis, & sibi ratione fidelitatis, quam inde fecerit, tenetur firmare directum, & dare potestatem, & facere omne seruitium, ac si fecisset sibi homagium. Et hoc idem intelligitur de ciue, siue de homine villae, vel alio, si emerit castrum. Veruntamen si miles, qui emerit castrum, est ita honoratus homo, ex quo castellanus possit esse suus homo, sine uerecundia, seu deshonorae, reprehensione, seu bausia, tunc tenetur facere homagium ratione feudi, licet sit uenerabilior uendens, quam emens.

Qualiter uasallus potest dimittere feudum domino suo.



Tem est consuetudo Cathaloniae, quod uasallus non potest dimittere feudum do-

mino, sicut nec dominus potest auferre uasallo siue rationabili causa. Veruntamen si uasallus, siue feudatarius instituerit aliquem heredem, cui relinquit feudum, dictus haeres poterit repudiare, & relinquere feudum domino, nisi fecerit homagium post mortem alterius domini, vel firmauerit directum, aut dederit potestatem, & fecerit seruitium, fructibus receptis, seu usus fuerit eodem modo de ipso feudo; quia in aliquo istorum casuum, ex quo inde usus fuerit, non potest ipsum relinquere.

Qualiter dominus potest petere laudimium heredi feudatario, qui dedit ratione partis, uel hereditatis, uel legitime castri, uel uillae, censuales, siue decimae suo fratri, uel sorori suae.



Tem est consuetudo Cathaloniae, quod si pater habes duos filios, vel tres, vel etiam plures, fecerit testamentum, & instituens unum heredem, & alijs dimittit, seu legat aliquam quantitatem pecuniarum, & haeres noluerit, vel non habuerit unde soluat, vel noluerit dare pecunias, & dabit pro parte, vel hereditate, vel legitima fratri, vel sorori unum castrum, aut mansum, vel decimam, siue censuale, quod fuerit feudum, vel quod frater, aut soror diffiniat quantitatem pecuniarum unus alteri, in hoc casu dominus, pro quo feudum tenetur potest petere tertium, aut laudimium, aut alias res, sicut de uenditione; quia uenditio est, licet instrumentum nomine donationem. Et de hoc dominus

minus potest facere demandam pro quo tenetur immediate usque ad triginta annos. Veruntamen de cetero non potest. Et in hoc casu circa fratrem, aut sororem de illo, cui haeres illam rem dederit, accipit firmam directi, aut seruitium, postquam confirmatum sibi fuerit feudum, sicut si expresse dominus sibi laudauerat, seu confirmauerat. Et si ibi fuerit dominus maior, aut castellani medij, aut feudatarij, non pertinet eis demanda praedicta, sed solum propinquiori. Veruntamen si inde perceptum fuerit tertium, aut laudimium, dominus propinquior debet inde recipere duas partes, pro quo tenetur immediate, & tertia pars diuidatur inter alios dominos.

Qualiter uasallus potest diuidere feudum.



Us, & consuetudo Cathaloniae est, quod nullus potest diuidere feudum inter filias, nec inter alias personas, sine uoluntate domini. Veruntamen si uasallus tenet duo, vel tria feuda pro uno domino per acapitum unius temporis, vel diuersorum, bene potest ea legare, seu diuidere inter diuersas personas; ita tamen quod nullus feudum possit diuidere, scilicet unum mansum, vel unum castrum, vel unam decimam, vel aliquid aliud feudum per se.

Qualiter mansonerij, seu alodiarij franci intra terminos alicuius castri tenentur operari, sicut alij homines, uel non.



Tem est consuetudo Cathaloniae quod si duo, vel tres mansonerij, vel alodiarij franci erunt intra terminos alicuius castri, vel in termino; & dominus castri habet guerram, seu sperat habere, homines mansonerij, licet sit francum alodiū militis, seu ecclesiae, tenentur operari in muris, & vallibus, & liris, & antemuralibus, siue eminis, & expugnabilibus, siue barbicanis, & arquerijs; debent etiam gaytare, surgere, & custodire, ac excubias facere, exire ad omnem sonum castri, et etiam sequi per uniuersum terminum castri; & si in sequendo caperetur, vel aliqua eius res, tenetur capiens ad liberationem illius; sed si vulnerauerit, vel morietur, non tenetur ei homo. Veruntamen si exierit extra terminos, & caperetur, non tenetur homo reddere, nec res suas, imò poterit homo ipsum facere redimi, & res suas; & non poterit excusari alocerius a praedictis faciendis, licet dicat quod mansus suus est ita fortis quod posset defendi sine adiutorio castri.

Quando castellanus fecerit homagium domino maiori sub iuramento, subcastellanus similiter facere tenetur.



Tem est consuetudo Cathaloniae, quod si aliqui subcastellani sint in aliquo castro, licet castellanus fecerit homagium domino maiori, iterum potest petere dominus maior a subcastellanis ut faciant sibi homagium fidelitatis; & si forte fuerint alocerij, vel mansonerij intra terminos castri cum fortalitijs, potest petere dominus maior ab il-

Io homagium fidelitatis, ne forte propter ingressum, vel exitum, seu mansionem eius, possit euenire damnum dño, nec hominibus castri.

Qualiter debeat facere homagium miles militi pro suo feudo, scilicet a uiginti solidis, & infra.



Tem est consuetudo Cathalonie, q̄ pro feudo valente à viginti solidis, & infra, miles non teneatur facere homagium, nisi cōsuetus fuerit inde facere homagium, aut si fuerit inter eos consuetum: si dñs accipiat uasallum per manum, & uasallus promittat se esse fidelem, & legalem pro illo feudo, & q̄ firmet sibi directum de omnibus cōsuetis fieri pro feudo talis valoris: nā pro tam paucio feudo nō debet fieri homagium.

Qualiter si in uno castro sunt duo heredes, & unusquisque pro parte sua petit sibi facere homagium à uasallo, utrum debeat sibi fieri homagium.



Tem est cōsuetudo Cathalonie, q̄ si aliquis dñs alocerius alicuius castri habens filios duos diuidit castrū in duas partes, assignādo vnā partem vni, & reliquā alteri, si quilibet pro dicta parte sua petit homagium, potestatem, firmā directi, & seruitium, & alia, que pro feudo fieri debent, uasallus non tenetur facere, nisi vnicum homagium: & ipsi ambo cōuenient inter se, & illi, qui recipit homagiū, tantum tenetur facere directū, & firmare directū, &

dare potestatem, & facere seruitiū, & alia, quæ pro dicto feudo fieri cōsueuerunt: nedū ipsi stant in acordio, seu conuentione, currat ei tempus, neq̄ tenetur facere contradictionem, quam facit.

Quandocumque sunt plures alodiarj, uel aloerij in uno castro, qualiter debet facere unus alteri homagium.



Tem est consuetudo Cathalonie, quod si duo patres alocerij sint in eodē castro, vel plures, debet fieri homagium inter eos taliter, quod vnus possit firmiter credere de altero, & sibi se credere, dum sunt in castro, vel villa, aut in termino, & taliter quod tēpore pacis aut guerra vnus non habeat se custodire ab alijs: & si alteruter eorum hoc nollet facere, alius poterit eum facere cogi secundum iura per dominum terræ.

S V M M A R I V M.

- 1 Uasallus, qui fidelitatem tantum prestitit sine homagio, tenetur directum firmare, & seruitium facere, ac si homagium fecisset.
- 2 Feudum uasallo dominus auferre non potest sine causa.
- 3 Laudimium debetur domino, quando feudum uenit ad descendentes titulo oneroso.
- 4 Uasallus filium suum in feudo instituere potest.
- 5 Uasallus quo iure possit de suo feudo disponere.
- 6 Alienatio rei feudalis quibus actibus à domino confirmatur.
- 7 Feudi si plures sint domini, ad quem spectabit petitio.
- 8 Donationem se facere fungens non præiudicat ueritati.
- 9 Donationem se facere fungens non præiudicat ueritati.
- 9 Feudum sui natura est indiuisibile, Uasallus plura feuda ab uno domino tenere potest.
- 10 Uasallus habens plura feuda, ea inter filios diuidere potest.
- 11 Ius quid sit, Corporalia & incorporalia in feudum dari possunt.
- 12 Feuda que diuidi nequeant.
- 13 Legis uerbum generale per aliam legem restringi potest.
- 14 Consuetudo legem contrariam tollit.

Vasallus

- 15 Uasallus feudum in personam capacem alienare potest, non in plures.
- 16 Restrictionem non admittit uerbum ampliatiuum.
- 17 Dignitates regie in feudum date diuidi nequeunt.
- 18 Feudum hereditarium diuidi potest.
- 19 Iura qualiter in concordiam reducenda.
- 20 Disponere, uerbum quid significet.
- 21 Iura specialia discrepantia à iure communi sunt restringenda.
- 22 Iura que ueniant iuris appellatione.
- 23 Ius commune intelligitur, si ius indefinitè proferatur.
- 24 Ius municipale, seu consuetudinarium iuri communi derogat.
- 25 Ius, uerbum indefinitè prolatum à consuetudine recipit interpretationem.
- 26 Dominus feudi diuisi semel recipiens seruitiū à nouis acquisitoribus, non potest amplius diuisionem impugnare.
- 27 Ingratitudo remittitur per receptionem seruitij consueti.
- 28 Uasallus si inter duos feudum domino subscribente diuiserit, non poterit dominus seruitium petere ab alienatore. & 30.
- 29 Dominus ius suum remittere præsumitur, dum permittit q̄ à uasallo feudum alienetur.
- 31 Feudum ut diuidatur, an possit introduci consuetudine.
- 32 Uasallus si de facto feudum diuiserit, qualiter domino succurratur.
- 33 Renuntiatio cum stricti iuris sit, extensionem non admittit.
- 34 Capti in bello quousque se redimant detineri possunt.
- 35 Redimens alicquem ab hostibus, solum, quod soluit, pretiū recuperabit.
- 36 Redemptus ab hostibus loco pignoris tenetur.
- 37 Contrahere potest quis sine mandato de bonis captiui, ad eum redimendum.
- 38 Priuatus de suo captiuum redimens, quod insumpsit repetere potest.
- 39 Subcastellanus in castro esse potest, qui superiori domino homagium facere tenetur. & 43.
- 40 Subcastellanus quis, & quot modis dicatur.
- 41 Castellanus an in castro subcastellanum ponere possit.
- 42 Uasallus an possit castrum in feudum dare sine domini consensu.
- 44 Lex specialis si præcedat legem generalem, non tollitur ius speciale per legem generalem.
- 45 Castellanus an domino suo homagium facere teneatur.
- 46 Subcastellanus nolens homagium facere domino superiori, qualiter cogi possit.
- 47 Dominus feudi intra quod tempus contradicere debeat ipsius alienationi.
- 48 Feudi alienationem se ignorasse dicenti domino an creditur.
- 49 Regi se ignorasse feudum alienatum dicenti citra iuramentum creditur.
- 50 Contradictio cui fieri debeat in casu alienationis feudi.
- 51 Uasallum nolentem præstare homagium uel ponentem subcastellanum an possit dominus expellere. & 60.
- 52 Homagium pro feudo tenui non est præstandum.

- 53 Consuetudo idem potest, quod pactum.
- 54 Uasallus fidelitatem semper domino debet, sine feudo sit cum homagio, siue non.
- 55 Dominus directus dominiū feudi inter filios diuidere potest. Uasallus non tenetur duobus homagium facere pro eodem feudo.
- 56 Uasallus cui filiorum domini defuncti homagium facere debeat.
- 57 Impedito aduersarij facto non currit tempus.
- 58 Fides quid, secundum Ciceronem.
- 60 Uasallus cui præstet fidelitatem domino decedente pluribus relictis heredibus.
- 61 Electio est heredis, quando relinquitur incerto de certis.
- 62 Uasallo decedente pluribus filiis relictis, an omnes teneantur fidelitatem & homagium facere.
- 63 Alodiarj duo æquales in castro esse possunt.
- 64 Plures, dictio in quot uerificetur.
- 65 Dominium eiusdem rei qualiter p̄nes duos esse possit.
- 66 Dominus castri delinquens an possit à cōdomino puniri.
- 67 Furcas erigere in castro an possit condominus executionem solam habens, condomino inuito.
- 68 Frater habens castrum commune cum fratre, an possit partem suam uendere ad emulationem alterius.
- 69 Homicidij gratiam facere solius est principis.
- 70 Rex, cōm iustitiæ sit debitor, non debet facile criminosis poenas remittere.
- 71 Iustitiæ administratores non debent auro sanguinem uendere.
- 72 Actio duplex ex uno crimine oritur quandoque.
- 73 Homicida cui consanguinei interfecti satisfactionem remiserunt, non ob id à morte liberatur.
- 74 Statutum de habente pacem ab herede, an extendatur ad habentem pacem à testatore.
- 75 Morientis assertio super interfectis suis an probet.
- 76 Homicidium omnino casuale non debet morte uindicari.
- 77 Homicidia uoluntaria remittens, princeps peccat mortaliter.
- 78 Princeps contra diuinam legem nil facere debet.
- 79 Poenæ remittuntur quandoque, ut scandalum utetur.
- 80 Princeps homicidij poenam remissurus quid attendere debeat. & seq.
- 84 Uulneratus si illico uulnerantem secutus eum interficiat, non punitur morte.
- 86 Crimina quare aliquando tolerantur.
- 87 Rex Dei uices gerens in terris, misereri debet peccatorū.
- 88 Homicidia, & similia delicta atrociora non debent remitti sine causa.
- 89 Idololatræ funditus exterminandi.
- 90 Multitudini quando non parcendum.
- 91 Gubernatores, & uicarij an possint homicidia remittere, & sequenti.
- 93 Homicidium iure communi capite punitur.
- 94 Poenæ hoc tempore sunt arbitrariæ.
- 95 Surreptio contra impetrationem remissionis, seu indulgentie allegari potest.
- 96 Crimen futurum indulgeri non debet.
- 97 Remissio homicidij, facta per principem an indistinctè ualeat.
- 98 Homicidium an possit per principem remitti, satisfactio

BB 4

ne parti non facta.

- 99 Præses prouincie in duplum tenetur subdito à se laeso.
 100 Iudex ex officio debet facere restituere furtum, si de illo cõ-
 stet per processum.
 101 Prius dictio uarijs capitur modis.
 102 Ratio finalis quandoque ex procemio colligitur.
 103 Satisfactio quid significet.
 Satisfacere quando quis dicatur, dando fideiussores.
 104 Debitorem liberare quilibet potest, pro eo soluendo.
 105 Confessio extrajudicialis quando equiparetur iudiciali.
 106 Probatio ex confessione resultans iuris ordinem non re-
 quirat.
 107 Satisfactio ad legē imposita ut laeso fiat, in foro conscien-
 tie seruari debet.
 108 Transigens de crimine an habeatur pro confesso.



Consuetudo. De materia hu-
 ius cap. latius scripsi supra in c.
 si dominus, vide ibi: & adde
 hic quæ ibi scripsi. Vnum ta-
 men no. hic ex hoc tex. ¶ quod
 q̄ vasallus tantum præstiterit fidelitatem
 sine homagio, q̄ nihilominus tenetur firma
 re directum, & dare potestatem, & facere
 seruitium, ac si homagium sibi fecisset. Vi-
 de quæ latius scripsi supra in c. j. in materia
 fidelitatis.

§.



Tem cõsuetudo. De materia hu-
 ius §. latius scripsi supra in capit.
 post q̄. in j. opp. & adde hic quæ
 ibi scripsi. Sed vnum no. q̄ hic est
 2 tex. ¶ q̄ dominus sine causa non potest au-
 ferre feudum vasallo. De hoc scripsi supra
 in c. si domino.

§.



Tem est consuetudo. De mate-
 ria laudimij, de qua tractatur in
 hoc capitulo scripsi latius supra
 in c. cautum. Sed no. ex hoc text.
 3 ¶ q̄ quando feudum venit ad descendentes
 titu. oneroso, quod tunc debetur laudimij
 domino. De quo hodie est tex. in constitu-
 tione Ceruarie regis Petri tertij c. Item ne
 super laudimio, secus si titulo lucratiuo, vt
 4 ibi. No. secundo ¶ q̄ de iure consuetudina-
 rio Cathalonico vasallus potest instituire fi-
 lium suum, & in hærentia venit feudum, li-
 cet contrarium reperiat in feud. in c. j. de
 suc. feu. & Specul. tit. de feu. §. j. vers. xxxj.
 & xxxij. vbi habetur q̄ si vasallus decedit
 pluribus filijs superstitibus, q̄ ipsi filij suc-
 cedunt viriliter. & in d. c. j. tex. & Bal. quod
 vasallus per suam vltimam voluntatem nõ
 potest mutare hunc successions ordinem:
 quia in feudis vltima voluntas vasalli nil va-

let. Sed hodie per constitutionem regis Pe-
 tri tertij in curia Ceruarie. c. Item ne super
 laudimio. ver. adijcientes. cautum est ¶ q̄ va-
 fallo est licitum de suo feudo inter viuos,
 5 aut in vltima voluntate disponere in capa-
 cem: & sic secus est de iure communi feuda-
 li, & secus de iure Cathalonico. Et prædi-
 ctam constitutionem intellige, nisi vasallus
 per suam vltimam voluntatē vellet feudum
 vnum diuidere inter plures filios: quia tunc
 dicta constitutio non vendicat locū: vt scri-
 bam j. in sequenti. §. Et ad hoc vide G. de
 Vallecha in vfa. si à vicecomitibus. nec filij
 ab intestato succedunt patri de iure Catha-
 lonico: vt est tex. in dicto vfa. si à vicecomi-
 tibus. & ibi Ia. & G. & tex. & ibi latius scri-
 6 pli supra in ca. vasallus si decesserit. ¶ Not.
 tertio ex hoc textu q̄ si sit alienatio rei feu-
 dalis, & dominus accipiet firmam directi,
 seruitium, vel potestatem: confirmatur di-
 ctum feudum illi, in quem facta fuit aliena-
 tio, ac si expressè cõfirmasset. Et hic habes
 vnum casum, in quo feudum tacitè confir-
 matur illi cui fuit alienatum. Adde ad hoc
 Petrum Iaco. in libell. titu. de actionib. in
 rem pro re emphyteuti. vbi dicit quod si
 dominus nouum emphyteutam induxit in
 possessionem, tunc dominus tacitè cum eo
 contrahere videtur: & ideo competit con-
 dictio ex l. Zenonis domino contra eum.
 Azoj in Summa. C. eo. tit. & sic quadam ta-
 cita renouatione primus cõsetur liberatus,
 et dominus exceptione repellitur, secundum
 eum. Et pro hoc dicto facit dictum Baldi
 in l. vbi. C. de iure dot. vbi dicit quod quādo
 aliquid tacitè subintelligitur in instrumēto,
 habetur ac si expressum ibi fuisset. Vide
 per eū in feu. que fuit pri. cau. benefi. amit.
 §. deniq̄. vbi dicit, Quod tacitè inest, habe-
 tur pro expresso. Adde Ludou. in l. ex di-
 uerso. §. ignorantia. ff. so. mat. Et quod acci-
 piendo prædicta, videatur eum in vasallū
 acceptasse: & iuri suo renuntiasse, facit gl.
 & Bal. in feud. quo tem. mi. capitu. primo.
 Taciti enim, & expressi eadem est authori-
 tas l. cum quid. ff. si certū petatur. cum ibi
 7 not. per glōf. & docto. ¶ No. quarto quod
 si sunt plures domini, quod demanda per-
 tinet proximiori domino, id est, illi, qui
 est immediatè dominus dicti vasalli alie-
 nantis. Super hoc vide que scripsi latius
 supra capitul. cautum. Not. quinto qua-
 liter debet fieri diuisio tertij, vel laudi-
 mij

mij inter dominos allodiales: vide text. in
 dicto capi. cautum. & hodie est facta con-
 stitutio in curia Ceruarie regis Petri tertij
 c. Item ne super laudimio: & scripsi latius
 supra in d. c. cautum. Not. sexto & vltimo
 8 ¶ q̄ licet aliquis fingat se donationem face-
 re, nõ ex hoc præiudicat veritati: quia plus
 valet quod agitur, quam id, quod simulatè
 concipitur: vt C. plus va. quod agitur. per
 totum titu. & c. ad nostram. extra de con-
 trahend. emp. & c. illo vos. de pig. & C. de
 contrahend. empti. l. empti fides. Et ista est
 vna de tribus fictionibus, que ponuntur
 per Bar. in quodam suo consilio, quod inci-
 pit, Petrus Nicolæ. Et est ista fictio, cum in
 veritate agitur quod vnus contractus cele-
 bretur, tamen alius celebrari simulatur. Et
 ita est hic: quia dando feudum pro legato
 sapit venditionem, ei tamen fit donatio. Et
 pro hoc facit l. libera quidem Theodora.
 C. de sen. & inter. om. iudicum.

§.



Vs & Diuide istud capi. in tres
 partes. in prima parte dicit quali-
 ter vasallus non potest diuidere
 feudum sine voluntate domini.
 In secunda parte dicit quod si vasallus te-
 net duo, tria, aut plura feuda pro vno do-
 mino, quod illa potest diuidere dando vnū
 vni, & aliud aliq̄. In tertia parte declarat di-
 ctum primum. Prima pars incipit ibi: ius
 & vsus est Cathalonie. Secunda pars ibi:
 tamen. Tertia pars ibi: ita tamē. Casus. Va-
 fallus non potest diuidere feudum inter fi-
 lios, neq̄ alias personas: hoc est, quod vna
 res feudalis inter duos, vel plures diuida-
 tur, sine cõsensu domini: secus si habet duo,
 vel plura feuda ab vno domino, quia tunc
 bene potest diuidere, dando vnum vni, &
 9 aliud aliq̄. h. d. Collige notabilia. ¶ No. pri-
 mo quod natura feudi est indiuisibilis, etiā
 inter filios, sine consensu domini. Concord.
 cū eo, quod dicit Bal. in feu. de feud. & qui
 feu. da. pos. §. hoc autem. & in prælu. feud. §.
 expedita. & Pet. Iacob. in libel. de eadem
 condi. ex mori. pro feu. Adde Iacob. in vfa.
 si quis suum feudum. & que dicam j. tam
 in oppositionibus, quam in quaestionibus.
 Not. secundo q̄ vnus vasallus potest tene-
 10 re plura feuda ab vno domino. ¶ Not. tertio
 quod vasallus, qui tenet plura feuda, potest
 ea diuidere, dando vnum vni, & aliud aliq̄.
 No. quarto quod res corporales & incor-

porales possunt concedi in feudum. Con-
 cor. c. castellanus. supra. & quæ ibi latius
 scripsi, & in proximo. §. Expone literam.
 11 Ius. ¶ Dicitur ius virtutis exercitiū, secun-
 dum glo. instit. de iustit. & iure §. j. in verbo
 iusti. Vel dicitur ius essentia legis in seipsa
 secundum Ang. Are. in rubrica eo. tit. vbi
 multa dicit de hoc. Quot autem modis di-
 catur ius, vide Ioā. Mo. in ca. cupientes. de
 elect. libro sexto. Et vsus id est, consuetu-
 do: & ita habetur in multis libris. Nullus.
 Ista dicitio indefinitè ponitur: & ita com-
 prendit omnem vasallum. Sine volunta-
 te domini, ergo à contrario sensu cum vo-
 luntate domini bene potest feudum diuidi.
 Feudos. Mala grammatica est: quia de-
 bet dicere feuda: quia habemus hoc feu-
 dum. Et ita inueni in aliquibus libris feu-
 da. Ad accapitum id est, quia vasallus de
 eis fuerit inuestitus. Bene potest subaudi
 à dicto vasallo. Diuersis temporibus. Et sic
 non refert an vno & eodem tempore,
 vel diuersis temporibus. Exposito textu
 veniamus ad oppositiones. Et primò op-
 ponitur quod feudatarius potest diuidere
 feudum: vt in feud. de prohibitione feud.
 alienan. per Frederic. §. præterea. versicul.
 12 aliud. Sol. ¶ quod hic dicitur, locum habet
 in feudis, marchionatibus, comitatibus, &
 ducatus, quæ omnino sunt indiuisibilia:
 vt in dicto §. præterea. Et est ratio, quia,
 vt dicit Euangelium, Omne regnum in se
 diuisum desolabitur. Item dicit Aristote-
 les xij. Metaphysicæ, in fine. Entia nolunt
 male disponi: nec bonum pluralitas prin-
 cipatum: vnus ergo princeps. Item digni-
 tates non debent minui, sed ingenio auge-
 ri ff. de offic. præsi. l. obseruandum. Item di-
 cit lex quod nil est tam magnum, quod per
 sectionem non fiat paruum. in authentic.
 de natura. in curia deputatis. colla. iij. li-
 cet quidam non habeant istam rubricam.
 & not. in authent. de trien. & se. post prin-
 cipium, coll. tertia. gloss. ibi: fuerunt qua-
 tuor. Debent ergo talia feuda in sua inte-
 gritate consistere. Sic extra de præben. ca-
 pitu. maioribus. & capitu. nisi: secundum
 Baldum in dicto §. in dicto verò versicul.
 aliud loquitur in feudis inferioribus: & sic
 secus est in feudis, quæ sunt dignitates re-
 gie, & secus in alijs feudis inferioribus. Sed
 iste intellectus mihi non applaudit: quia ni-
 mis restringeret istum text. qui loquitur
 inde

indefinitè, vt dixi superius in verbo nullus. & indefinita acquipollet vniuersali, secundum Dyn. & Io. An. in regula j. de regu. iuris. lib. vj. & Bar. in l. j. ff. eo. ti. & in l. pluribus. ff. de le. ij. & consequenter non modò comprehendit vasallum dignitatem regiã in feudum tenentem, sed etiam alios vasallos inferiores. Non enim distinguit iste text. inter tales vasallos: nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de publica. Lex autè generaliter loquens, generaliter debet intelligi: vt l. si verò. §. de viro. ff. sol. mat. cum ibi no. per Ludo. Dicas ergo qd dictus ver. & no. per Bal. in feu. consti. Imper. §. j. corriguntur per hanc consuetudinem: quod est ius posterius, secundum Ange. in l. de quibus. ff. de legi. & gl. instit. de offi. iudi. circa princ. Et est ratio, quia natura feudi est indiuisibilis: vt dixi supra in notabilibus. ¹³ Oppo. secundò qd ista consuetudo debeat restringi per dictum ver. aliud. † nam verbū generale legis potest restringi per aliam legem: vt est glo. in l. non dubium. C. de legi. expedit enim iura iuribus concordare. l. j. C. de inoffi. do. & c. cum expediat. de elect. lib. vj. Non enim est nouum posteriores leges trahere ad priores, & econtra: vt l. non est nouum. cum. l. seq. ff. de legi. So. Ista consuetudo venit ad correctionem dicti verbi. aliud. nã aliã de vento nobis feruiret: quia si tantum ista consuetudo intelligeretur de dignitatibus regalibus in feudum concessis, iam in eis per dictũ. §. erat expressè prouisum, & sic non opus erat per consuetudinem aliquid introduci, vbi per legem iam erat plenius dispositum: nam iura aliquid debent operari, ne sint ludibrio facta: et sic non debet restringi per dictum verbi. quoniam tantum restrictio locum habet in legibus, non autem de lege ad consuetudinem. ¹⁴ † Imò lex tollitur per consuetudinem contrariam: vt in proemio insti. §. igitur. Et est ratio: quia consuetudo est lex, licet non scripta: vt §. ex non scripto. instit. de iure natu. & sic vna lex tollitur contraria lege: vt l. sed & posteriores. ff. de legi. & in prima constitutu. Cod. §. quibus. Ita consuetudo contraria tollit legem. Nullum enim est mere est ius posituum, quin consuetudine mutari possit, secundum Bal. de prohi. feu. ali. per Fre. §. præterea. Oppo. tertio qd iste vasallus potest diuidere feudum, dum tamen fiat diuisio inter personas capaces: vt in constitut. Cerua

ria regis Petri c. Item ne super laudimio. ver. adijcetes. vbi vasallus potest disponere de feudo in capacẽ tã inter viuos, quam in vltima voluntate. glo. in vfa. si quis suum feudum. arguendo pro & contra, fatetur istud cõtrarium, nisi sit feudum Imperiale, siue regale, per §. præterea. supersus allegatũ. Spe. mouet istam q. in feu. §. j. vers. xxxij. & concludit qd non potest diuidi, nisi perueniat iure hæreditario. Ego verò dico qd gl. dicti vfa. non est vera, nec dictum Specul. habet locum in Cathalonía per istũ textũ. Nec obstat dicta constitutio in ver. adijcetes. nam huiusmodi consuetudo non corrigitur per dictam constitutionem, secundum Iacob. de Callicio in dicto vfati. si quis suum feudum: quoniam, vt ipse dicit, dicta constitutio de alia feudi dispositione loquitur, & non de diuisione: vt colligitur ex pluribus generibus alienationis dispositioni ibi adiectis: & etiam hoc ibi videtur innuere verbũ in capacem, in singulari numero ibi adiectum: vt d. ver. adijcetes. quasi velit innuere ibi tex. † qd vasallus possit de feudo disponere in vnam personam capacem, vendendo, legando, vel obligando, vel aliã alienando, & non in plures capaces diuidendo. Et istud putat esse verum, omissa opi. glos. Sed contra opinionem Iaco. de Callicio facit quod dicit Bar. in l. si. de test. & quẽadmo. tes. vbi dicit qd lex generalis tollit consuetudinem specialem: & sic generalitas dictæ constitutionis tollit hanc consuetudinem. Nam verbum Disponat, est ita generale, quod est aptum comprehendere diuisionem, argumento in authentic. de nup. §. disponat. † verbum enim ampliatiuum nõ recipit restitutionem, secundum Bald. de feud. non hab. propriam na. Sed pro opin. Iacob. de Callicio facit quod à iure veteri non receditur, nisi in quantum inuenitur expressum, not. gloss. in clem. j. §. de viro. de hære. in gloss. sed nunquid, per Ioan. And. Quid igitur dicendum est? Ego verò sic dicerem, Aut quæris de iure communi, aut de iure municipali. Primo casu etiam ¹⁷ subdistingue, † quia aut quæris an dignitates regiã in feudum datæ possint diuidi: & dicas quod non: vt dicto. §. præterea. & de alien. feudi paterni. §. finali. & de feudo mar. vel duc. in princ. Si aut quæris de alijs feu. inferioribus dignitatibus regijs: & dico qd possunt diuidi: vt dicto. §. præterea. vers.

ver. aliud. & si de feu. def. mi. §. omnes filij. et in glo. dicti vfati. si quis suum. Et est ratio: quia expedit domino plures habere vasallos, argumento. ff. de lib. lega. l. ij. §. si. & omnes isti habentur quasi vnus vasallus: quia in vnus locum succedunt: vt ff. de condi. & demon. l. cui fundus. & quia fidelitas est quid indiuiduum, secundum Bal. in dicto. §. omnes. vbi eũ videas. Et hoc sentit Spec. ¹⁸ in dicto vers. xxxij. vbi dicit † qd feudum non potest diuidi, nisi sit hæreditarium. Et sic vult dicere, vt ibi declarat Io. And. quod si est hæreditarium, potest diuidi. Secundo verò casu principali dic quod feudum quã tuncq; sit regale, vel de alijs inferioribus feudis, etiam per patrem inter filios sine cõsensu domini diuidi non potest: vt est casus in hac consuetudine. Et ad hoc concord. glo. Accur. in l. communi diuidendo. super verbo Confunditur. vers. si. ff. communi diui. Nam hic est dictio Nullus, & comprehendit omnem vasallum, vt dixi superius. Verbum enim vniuersale negatiuũ omnẽ potestatem aufert: vt legitur & not. per Io. And. & Gem. in c. vt hi. de eta. & quali. in verbo, nullo modo. et in clem. j. de seques. pos. in verbo, nullatenus. & per Archid. de elec. in c. cum ex eo. lib. vj. in verbo omnino. Et predicta vera, si vasallus solum habeat ab aliquo domino vnum feudum. Si verò plura feuda, diuisio per patrem inter filios fieri posset, domino non consentiente: quia tunc dominus nõ esset deterioris conditionis, sed melioris: cum intersit domini habere sub se plures vasallos, vt dictũ est. Et hoc sequitur Gulielmus de Valesicha in dicto vfati. si quis suum feudum. & vide eum in vfa. si à vicecomitibus. Et adde hic que supra proxime scripsi. Et pro hoc facit quod dicit Bal. in dicto. §. præterea. ibi: pone, duo fratres Marchiones. Nec obstat dicta constitutio: quia per eam huiusmodi consuetudo non videtur correctã, secundum Iaco. Callicij in dicto vfa. à cuius opinione non recedas, propter eius auctoritatem, & quia iurium correctio est vitanda: ¹⁹ vt l. j. C. de inoffi. do. † Iura enim per aliquã diuisionem, aut limitationem concordari debent: vt latius scripsi in proemio mearũ additionum in pacibus & treugis. regulariter autem semper stãdum est iuri veteri, nisi in quantum reperiatur recessum per nouã constitutionem: vt est gl. de regula. in c. cõ-

stitutionem. in prin. super verbo, prorogamus. li. vj. Noua autem lex non tollit præcedentem nisi quatenus ei contrariatur: quoniam nulla lex corrigitur, nisi vbi hoc expressè inueniatur. in aut. de non ali. aut permut. §. finali. & ibi gl. in verbo, tantum. coll. ij. & Bal. qua. feu. olim ali. §. porrò. Cum autem in dicta constitutione nõ fiat expressa mentio de diuisione, sed de alijs generibus alienationum, merito generalitas ipsius verbi Disponat, non corrigit hoc cap. potissimè quia hoc iure vtimur, qd feuda post dictam constitutionem non diuiduntur: & sic dicta constitutio interpretatur à consuetudine. Nam dicit Ange. in l. si de interpretatione. ff. de legi. qd lex interpretatur à consuetudine. adde. c. cum dilectus. extra de consue. Et sic minimè sunt mutanda, quæ legitimam habuerunt interpretationem l. minimè ff. de legi. Et hoc vult dicere idẽ G. vbi supra, qui dicit qd de iure patrie feuda in Cathalonía non diuiduntur. † Nec obstat dictum verbum Disponat: Nam istud est verbum commune, significans venditionem, donationem, & aliam alienationem: sed verbum commune debet intelligi secundum subiectam materiam, secundum Ludo. in l. is, qui ff. de adquirẽ. hære. Sed secundum istam consuetudinem prohibita est diuisio in Cathalonía, igitur debet intelligi vt non comprehendat diuisionem, vt iurium correctio euitetur. in dubijs enim verbum istud debet interpretari, & intelligi secundum consuetudinem: vt est gl. no. ff. de aur. et argen. leg. l. pediculis. §. argento. in verbo consuetudinem. Et sic verbum disponat, debet intelligi secundum istam consuetudinem, vt non comprehendat diuisionem. Tum quia generalitas verbi ambiguitatem parit: vt dicit glo. in l. quoties. ff. de verb. obliga. Et sic istud verbum Disponat, quod est verbum generale comprehendens quamlibet alienationem, videtur sentire id, quod consuetudo Cathalonie obtinet, vt non extendatur ad diuisionem, argumento l. semper in stipulationibus. de regu. iur. & c. ex parte. extra de cen. igitur non videtur in se continere, aut importare diuisionem, cum restringatur per dictam consuetudinem. ²¹ † Nam specialia iura à iure cõmuni discrepantia debent restringi, secundum Archid. in c. j. de fil. presb. in verbo, restringi. libr. vj. Tum quia in textu dictæ constitutionis non

non fit mentio de diuisione, sed tantum de alijs generibus alienationum: & sic est casus omissus, vt consequenter relinquatur dispositio dictae consuetudinis, argumēto l. commodissime. ff. de lib. & posthu. cum vulgaribus. Si enim esset mens & intentio condentis dictam constitutionem, id dixisset. l. j. C. de cadu. tollē. §. si autem. & c. ad audientiam. de deci. Ad praedicta adde Bal. in l. si familiae. C. fami. ercis. et Io. And. in addi. Spec. tit. de feud. Oppo. quartò q̄ feudum possit diuidi: vt. j. §. item est vsus Cathalonie, q̄ si aliquis dominus, & c. So. Ibi loquitur in domino, hic verò in vasallo: & sic est casus diuersus, & non aduersus. vide quae
 22 in dicto §. dicā. † Quæro primò iuxta text. in verbo ius, de quo iure loquatur ista consuetudo: Et dic q̄ ista questio reincident in illa quaestioe, an appellatione iuris veniat ius canonicum, ciuile, synodale, & municipale. Et quædam glo. singularis, & de iure melior, in proœmio Cle. in verbo Iuris, dicit q̄ appellatione iuris veniunt omnia dicta iura, scilicet canonicum, ciuile, synodale, & municipale. Et est utilis inuestigatio hæc. Cōpromissum est in arbitrum de iure & de facto in procedendo, & in decidendo, tantum de iure, an veniat ius synodale, statutarium, aut consuetudinarium. Io. And. in addi. Spec. in tit. de arb. in §. excipitur. in additi. quæ incipit, Guido de Suza. in volumine statutorum, & c. referentem terminatum fuisse, q̄ si in arbitrum compromittitur cum hoc q̄ debeat terminare secundum ius, intelligere debere secundum ius commune, non autem consuetudinarium, vel
 23 municipale, † eo quia iuris appellatio prolata indefinitè, ad ius commune, tanquam dignius, ac potius, restringitur: vt institut. de iure natu. §. quoties. Et hanc etiam opinionem praedicta ratione secutus est Ange. in disputatione sua incipiente, duo ad inuicem litigantes. & Bal. in l. quicumque. C. de seruis fugiti. dicens in simili q̄ si testator instituat filias suas in eo quod eis tangit de iure, refertur testatoris dispositio ad ius commune, tanq̄ dignius. Sed certè idem Bal. in l. illa institutio. de hære. insti. cuius opinionem secutus est Anto. de Butri. per eadem verba formaliter, tacito tamē nomine Bal. in c. Quintauallis. de iure iuran. Docto. sequuntur opinionem contrariam, dicentes illud verbum ius, in compromisso indefini-

tè prolatum, & consequenter etiam in stipulatione de dote reddenda referri debere ad ius municipale, seu consuetudinarium, nō autem commune, duplici ratione. Primò, quia ex quo statuta, seu consuetudines confirmatae sunt à iure cōmuni, vt l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & in dicta l. de quibus. meritò ipsa sequi debemus: † quia ius municipale, seu consuetudinarium in loco, vbi est, iuri communi derogat: vt dicta l. omnes populi. Quod maximè verum est in iudicijs, qui communiter praestant iuramentum de obseruando statuta, & consuetudines ciuitatū: de quo in c. j. de iure iuran. lib. vj. & c. veniens. eo. ti. in antiquis. & in c. quod praestatur. de iure iuran. cum simili. praeterea hæc verba, secundum ius, & c. non bene sonant in ius constitutionum, sed etiā in ius partis. Vnde quaecunque ius in his verbis videtur inclusum. de excep. rei iud. l. & an eandem. §. actiones. Ludo. verò in l. post dotem. ff. so. ma. secutus fuit istam vltimam rationem duplici ratione. Prima, quia facit in simili q̄ si pars se referat ad consuetudinem, duplici consuetudine stante, intelligitur se referre ad posteriorem priori derogantem. Ita est casus allegatus de ali. lega. l. Mela. §. sed si alimenta. de praeben. c. cum de beneficio. lib. vj. Ita igitur in proposito, cum pars se refert indefinitè ad ius, intelligitur se referre ad ius consuetudinariū, seu municipale posterius, quod in loco derogat iuri communi priori. Consuetudo enim etiam est ius ex non scripto resultans & c. vt insti. de iure natu. §. ex non scripto. j. dist. c. consuetudo. & dicta l. de quibus. & l. diuturna. ff. de legi. Secundò quia cum est ambiguum propter sermonis generalitatē, quæ ambiguitatem parit: vt dicit glo. ff. de verbo. obliga. l. quoties. quid partes senserint, id credendum est eas sensisse quod consuetudo loci, vbi contrahitur, obtinet: vt dicit tex. in l. semper in stipulationibus. de regu. iur. de cen. c. ex parte. † Sed in praeposito casu intentio partium est ambigua propter prolationem verbi ius, generaliter, seu indefinitè conceptam: ergo recipit declarationem non à iure communi, sed à consuetudinario. Tertiò idem Ludo. dicit quod hoc confirmatur ex textu iuncta gloss. fin. & ad propositum singulari in capitu. j. in fi. vt lite pen. vbi mandatum superioris, quod causa determinetur secundum ius, non restringitur

stringitur ad ius commune, q̄uis dignius, sed ad ius speciale, & priuilegiatum, quod praetendit altera ex partibus, tanq̄ ius speciale, & priuilegiatum posterius deroget iuri communi. Nic. in d. c. j. vt lite penden. & in c. iij. de restitu. spolia. & in rubric. de consuetu. dicit quod si mandatur causam decidi de iure, seu secundum ius, non intelligitur solum de iure communi, sed etiam de iure speciali: & sic secundum priuilegia, consuetudines, & alia iura specialia. Et sic videtur tenere istam vltimam opinionem. Et istud sequitur Andrae. de Sicil. in c. meminimus. de app. & Ludouic. in rub. ff. de arbitr. Ego verò semper tenerem opinionem vltimam quo ad hoc capi. esse veriorē: & hoc demonstrat verbum Cathalonie, hic adiectū, per quod probatur quod ista dictio ius, refertur ad ius consuetudinarium Cathalonicum, & non ad ius commune. Quærit Iacob. de Callicio in dicto vsatic. si quis suum feudum. iuxta gloss. ibi
 26 positam, † quid si feudum de facto diuidatur à vasallo, & dominus feudi diuisi semel receperit partem seruitij feudi diuisi à quolibet nouo acquiretore feudi, an prauidicauerit sibi, intantum quod postea non possit reuocare, vel impugnare feudi diuisionem, vel ipsum feudum emparare. Et glo. determinat, vt dicit, & bene, quod dominus hoc casu sibi prauidicasse videatur. Quod ipse Iacob. putat verum, per l. iij. §. eleganter. ff. de lege commif. Et istud intelligit gloss. verum, nisi dominus, cum acceperit feudi diuisi seruitium fuerit ius suum protestatus: vt l. si debitor. ff. quibus modis pign. quod dictum Iacob. de Callicio non placet: quoniam recipiendo seruitium facit actum contrarium suæ protestationi, & etiam quia protestatur contra naturam actus, quem facit, & sic protestatio ipsum non iuuat. Tu verò pro prima opinione vide Bald. in feu. quo tem. mi. §. nisi. vbi dicit secundum gloss. ibi positam, ver. sed pone.
 27 † quod seruitium consuetum recipiendo, videtur ingratitudinē remittere. Sed quod dicitur de protestatione, credo opinionem gloss. esse veriorē, secundum Bald. in c. j. eiusdem tituli, quo temp. mil. vbi dicit, sed pone q̄ post annum & diem, siue mensē dominus vasallum recipit ad obedientiam, nunquid videtur remisisse ingratitudinem moræ: Et respondetur q̄ sic, nisi cōtrarium

fuerit protestatus. Nam frustra de poena laborat, qui cōtrarium acceptauit ex certa scientia. Sed si per errorē, distinguitur, aut fuit supinus error ratione, quia talis error non patrocinator in poenis exigendis. Aut fuit iustus error: & tunc nocet erranti. Nemo enim ignorans remittere videtur, secundum Bal. ibi. Et sic vult dicere Bal. q̄ si fuerit protestatus, non videtur dñs sibi prauidicasse. Quærit vltimò Iacobus de Callicio iuxta gl. in dicto vsat. positam, † quid si vasallus diuisit feudum inter duos acquiretores, & dñs se subscripsit ipsi diuisioni, nunquid postea poterit petere seruitium à vasallo alienatore feudi: Et putat q̄ sic, per illum tex. & hoc est in odium vasalli feuda absq̄ domini voluntate alienatis, vt scripsit in solutione octauo contrarij ipsius vsatic. Quod non credo verum. Nā eo ipso q̄ dominus se subscripsit ipsi diuisioni, videtur eidem consensisse, & cum dicto nouo acquiretore contraxisse, & quadam tacita nouatione primus cēsetur liberatus, & dominus exceptione repellitur, argumento notatorū per Pet. Iaco. in libel. titu. de actio. in rem pro re emphy. vbi dicit q̄ si dñs nouū emphyteutam induxit in possessionē, tunc dñs tacitè cum eo contrahere videtur, & quadam tacita nouatione primus cēsetur liberatus, & dñs exceptione repellitur. Sed Bal. super hoc dicit pro & cōtra, in feu. de prohibi. feud. ali. per Lotha. vbi sic inquit. Quæro, nūquid patientia domini sine contradictione habeatur pro licentia: glof. hic q̄ sic. Simile. C. de omni agro deser. l. qui agros. lib. xj. quia in potestate dñi est factū impedire, nisi inruentat error: quia qui errat, non consentit, nec ratificat: vt not. C. de rei vendi. l. mater. Ad hoc de tacito consensu facit. C. ad Velle. l. si sine. Alij contradicunt, q̄ scit ius suū sibi esse referuatum à lege, & ideo sine ulla pteftatiōe prouidētia legisei sufficit. Sed prima opi. Bal. est verior. Et pro hoc facit quod dicit Bal. in l. dotalem. ff. so. ma. † vbi dicit q̄ si dñs permittit vasallū feudum vendere, videtur ius suū remisisse. Nam dñs subscribendo se ipsi diuisioni, videtur eidē consensisse: & qui cōsentit, iura sua perdit, & alienata fortificat: vt est text. secundū summariū Bal. in feu. quib. mod. feu. amit. §. praeterea. vide ibi Bal. referendo Inn. in c. inter dilectos. de fide instru. vbi dicit q̄ dñs, qui consentit vasallo alie-

nanti, videtur cōsentire circa alienationem vtilis dñi, non circa directū ipsius dñi. Et fit iste cōsensu tacitē, & expressē multis modis, inter quos ponit, qñ dominus se subscribit, vt in hac. q. Adde Bart. in l. Lucius. ff. de pac. vbi dicit q̄ qui se subscribit scripturæ factæ per aliū, sibi præiudicat. Nec
 30 obstat dictū vsa. si quis suum feudū. ¶ quia verum est q̄ dñs potest petere seruitiū tam ab alienatore, q̄ a nouo acquiretore, anteq̄ alienationi consenserit, quia habet electionem a quo ex ipsis petere velit: sed eo ipso q̄ ipse se subscripserit ipsi alienationi, videtur eidē consensisse, & nouum acquiretore admississe, & approbasse, & alienatorem liberasse, per text. l. si fundus. §. elegāter. ff. de lege cōmis. sibi enim præiudicasse videtur quo ad dictū alienatore: & petendo ab eo seruitiū, exceptiōe repellitur. Et pro hoc facit, q̄ quando aliquis habet duas vias, & habet electionē ex legis dispositione, q̄ vna via electa non licet variare. tex. & ibi Ang. Are. insti. de obli. quæ ex delict. nasc. §. quid de fullone. & facit l. fin. C. de fur. & l. apud Offidiū. de opt. leg. & quod ibi not. per gl. & Bar. & l. quod in heredē. §. eligere. ff. de tribu. cum ibi not. de quo per gl. & ibi late
 31 Bar. in l. eum. §. j. ff. de verb. obli. ¶ Quæro, an ex consuetudine potest introduci q̄ feudum diuidatur? Et Bal. in d. §. prætereā. dicit quod sic: quia nullū est merē ius posituum, quin cōsuetudine tolli possit. Et pro hoc facit, quia licet per consuetudinē diuisio in hoc principatu prohibeatur: attamen si alia cōsuetudo contraria introduceretur, tolleretur istam. Nā consuetudo secunda tollit priorē. Super quo tu videas Bal. de feu. & qui feu. da. pos. §. notandū. vbi distinguit q̄ quædā est consuetudo, quæ nõ requirit præscriptionē: & tunc secunda consuetudo. etiā recens tollit priorē: vt l. Mela. §. j. ff. de ali. & ciba. leg. Quædā est consuetudo solennis, quæ requirit præscriptionem: & tunc secunda nõ tollit primā, nisi sit præscripta: vt ff. de regu. iur. l. nemo. §. temporalis. Sed quid an valeat consuetudo ista, q̄ feudum diuidi non possit? Et dic q̄ sic, secundum Bal. & Iaco. Alua. in c. si fuerint. qui. mo. feu. amit. vbi dicunt q̄ per statutum, & consuetudinem potest introduci q̄ feudum sit indiuisibile vel ex forma statuti. Et vide eundē Iaco. in §. prætereā. de prohi. feu. ali. per Fred. vbi dicit q̄ illa iura, quæ per mit-

tunt diuisionē, intelliguntur in necessaria, nõ autē in voluntaria: vt puta, qñ vasallus vellet partē feudū alienare alicui extraneo diuidendo, quia tñc non posset. Quærit Bal. in d. §. Prætereā. si vasallus diuidat feudum in casu indiuisibili, an feudū redeat ad dñm: nam de parte mea non alieno nisi medieta-tem. vide ibi Bal. Quæro, quid si diuidatur iurisdicctio. vide Spe. tit. de feu. §. ij. versicu. xxxiiij. & Bal. in d. §. prætereā. vbi eū vide per multas quæstiōes, de hoc. Quid si duo fratres diuiserunt hæreditatē, & alter moritur sine filijs, cui obuenit feudū? Bal. in feu. consti. feudales. vbi tres cōclusiones ponit in materia diuisionis. An autē feudum per diuisionem ad vnū ex filijs peruenire possit? Tex. in fi. & ibi Bal. si de feu. def. mi. §. o. mnes. q̄ sic. ¶ Quæro, an si vasallus defacto diuisit feudū, quod remedium habebit dñs? Et dic quod aut dñs statim quod sciuit dictam diuisionē, eidem cōtradixit, aut non. Primo casu q̄ illud emparare poterit: vt in dicto vsa. si quis suum feudū. Secūdo casu dico q̄ illud emparare nõ poterit, sed poterit agere, vt dictum feudū vniatur: qñ per non contradictionē dñi solum tollatur dño ius emparandi feudum, & non alia iura sibi pertinentia in feudo pro seruitio, vel reintegratione feudi: vt in dicto ver. si scierit, colligitur expressē. Igitur hoc casu poterit dñs reuocare dictā diuisionem: vt ista colliguntur ex notatis per Iaco. de Callicio in dicto vsatico, si quis suum feudum. In q. quærit etiam glo. hñc quid si dño ignorāte, & c. licet enim per taciturnitatem, & non contradictionem feudum nõ aperiatur domino, secundum dictum vsa. attamen quin dictum feudum vniri habeat, hoc nõ tollit dictum vsaticum: nec illa taciturnitas obstat domino, quin possit peti dictū feudum vniri: quoniam taciturnitas habet vim renuntiationis, argumento glos. in c. si is, cui. de accu. libro. vj. in verbo reclamant. & ibi
 33 Gemin. ¶ sed renuntiatio est stricti iuris, & sic non recipit extensionem ultra id, quod agitur, secundum Bartol. in l. non quasi. ff. rem pup. sal. fo. Si enim expressa renuntiatio quod non posset emparare dictum feudum, non tolleretur reintegrationem, & vnionem dicti feudi, ergo nec tacita: quia taciti & expressi eadē est autoritas: vt l. cum quid. ff. si certum petatur. nec tacitum potest plus operari, quàm expressum: vt l. rusticorum.

sticorum. §. si. ff. de seruitu. rust. præd.

§.

VSus est. De materia istius §. in quo tractatur de operibus castri scripti latiùs in c. & si non est. super verbo dirutum. & in c. si aliqui alodiarij. & de alia materia ipsius §. scripti supra, in capi. si verò. ¶ Nota tamen istum §. quod in Cathalonía homines capti in guerra possunt detineri quousq̄ se redimant. Super qua materia ponā aliquas conclusiones in iure. Primò not. q̄ pro redemptione alicuius potest quis bona alterius vendere, sine mandato, secundum Ang. in authen. vt cum de app. cog. §. si vnum. Not. ij. an si aliquis non redemit captum, priuetur successione. Bal. in authen. si captiuus. C. de epif. & cler. & ibi Aufrer. an qui redemit fratrem, possit petere redemptionem.
 34 ¶ Not. iij. quod redimens aliquem ab hostibus, non potest recuperare nisi pretium, quod soluit, secundum Bal. in l. j. C. de epif. aud. Not. iij. quod pium opus est redimere captiuos. Ludo. in l. quis. ff. solut. matr. & ibi quando potest peti redemptio. ¶ Not. v. q̄ si aliquis fuit redemptus ab hostibus, tenetur loco pignoris: quod pignus soluitur sex modis, de quibus late per Salic. in l. ab hostibus. C. de capti. & postlimi. reuer. Nota. vj. an si nuntius est captus in itinere, eius dominus illū redimere teneatur. Spe. in tit. de iudi. ver. illud. ¶ Not. vij. quod aliquis potest contrahere sine mandato de bonis alicuius pro redimendo eum. Bar. in dicta authen. si captiuus. Not. viij. quod si mater redemit filium ab hostibus, non potest repetere pretium redemptionis. Io. de Ana.
 35 in c. presentis. de iudais. ¶ Nota. ix. quod si priuatus dat aliquid pro redemptione alicuius, bene repetet. gloss. in cap. sacrorum. xij. q. ij. Nota. x. & vltimò an si filius redemit patrem, & matrem, vel econtra, fiat animo repetendi. Ludouic. in l. quamuis. ff. solut. matrimo.

§.

Tem est. Iste §. non recipit diuisionem, sed ponit dictum suum, & rationem dicti sui reddit. Primò enim loquitur de homagio præstando a subcastellano. Secūdo reddit rationem quare illud præstare tenetur. & hoc dicit. Subcastellanus tenetur facere homagiū domino superiori pro castellania,

quis castellanus homagium fecerit ipsi domino. Et est ratio, ne malum aliquod pro ingressu, vel regressu, aut mansione illius subcastellani sequatur ipsi domino, nec alijs dominis, & hominibus ipsius castri. Colli-
 39 ge notabilia. ¶ Not. j. quod in castro potest esse subcastellanus. Concor. vsa. castellani. Quod qualiter intelligatur, dicam infra in opposit. Nota. ij. quod castellanus tenetur facere homagium domino superiori, vt innuit tex. ibi: licet castellanus homagiū, & c. Concor. supra c. si in aliquo. Not. iij. quod subcastellanus tenetur facere homagiū domino superiori, etiā quod castellanus illud fecerit ipsi domino. Et pro hoc facit no. per Bal. in feud. quali. iura. deb. vbi dicit quod familiares, & domestici, si sunt de familia perpetua, iurare debent. Not. iij. & vltimò ibi: sic quod pro eorū ingressu, rationem, quare dictus subcastellanus dictum homagium facere tenetur. Expone literam. Subcastellani. Iaco. de Callicio in vsat. castellani. ¶ intelligit quod ille dicitur subcastellanus dupliciter. Vno quod castellanus ius sibi pertinens in castro conferat subcastellano: & ita castellanus liberetur in totū a vasallagio. Alio modo potest intelligi, & melius, q̄ castellanus mittat alios subcastellanos in castro, cōcedendo illud castrum in feudū ipsi subcastellano, cum præstatione homagij, & seruitij, & ipso primo castellano remanere vasallo priorū dñorum. Vide eū ibi. & supra. c. si in aliquo castro. & in c. si duo, vel tres. Homagij fidelitatis. De hoc scripti supra, in c. j. & in c. duplex. Ingressu, id est, introitu. Regressu, id est, exitu. Mansione, id est, habitatione. Opp. j. ¶ quod castellanus non possit ponere in castro subcastellanum: vt in dicto vsatico, castellani. Sol. Fateor contrarium. Et istud cap. intelligitur secundum dictum vsa. q̄ ipse castellanus nõ possit ponere dictū subcastellanū in castro, nisi de voluntate & consensu dñi tacito, vel expresso. Sed contra dictū vsa. facit quod dixi supra, in c. si duo, vel tres. in j. q. & in c. j. de feu. ali. vbi vasallus potest in feudare rem feudalem alteri sine voluntate domini. solut. Prædicta feudalis dispositio per dictum vsat. tanq̄ ius nouissimū huius patrię corrigitur quo ad ponendum subcastellanum in castro, vt non possit in ipso subcastellanum ponere in eo dando illud in feudum sine consensu domini tacito vel

expresso: secus in alijs feudis, vbi remanet dispositio iuris cōmunis feudalis: vt supra. c. castellanus. secundum Iaco. Callicij in dicto vsatic. castellani. in j. oppo. Et sic iuxta opinionem ipsius Iaco. Callicij vasallus nō potest castrum in feudum concedere sine consensu domini tacito, vel expresso, sed alia feuda sic. vide Guliel. Præpositū in suo Alphabeto, in verbo castellanus. Oppo. ij.

42 ¶ q vasallus potest castrū in feudum dare sine consensu domini tacito, vel expresso: vt in constitut. Ceruarie regis Petri tertij. c. Item ne super laudimio. vers. adijcientes. vbi vasallus potest disponere de feudo tam inter viuos, q̄ in vltima voluntate: quæ constitutio nō distinguit inter feudum castri, & alia feuda: & sic nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de publi. Generaliter enim ista constitutio loquitur, & sic generaliter debet intelligi: vt l. j. §. generaliter. cum vulgaribus. ff. de leg. præstand. Verbum autem Disponat, est indefinitum: & sic indefinita locutio æquipollet vniuersali: vt not. Ioā. And. & Dy. in regula. j. de reg. iur. & Bar. in l. j. ff. eo. tit. Solu. Fateor contrarium, intantum quod hodie vasalli possunt per dictā constitutionē indistinctē infeudare tā castra feudalia, q̄ alia feuda sine consensu dñi tacito vel expresso: & q̄ dictus vsat. per dictā constitutionē, tanq̄ posteriorem, corrigatur quo ad dictū consensum. Res enim de facili redit ad sui naturam: vt l. si vnus. §. quod in specie. ff. de pac.

43 ¶ Sed de iure cōmuni feudali vasallus sine consensu domini poterat rem feudalem infeudare, nō facta distinctione de castro feudali ad aliud feudum: vt in feu. de lege Co. ra. §. similiter. & sic per ipsam constitutionem rediit ad ius commune feudale, sublata dispositione dicti vsa. Et sic opinio Iaco. de Callicio non est vera. Sed potest saluari, nisi esset feudum ecclesie: vt in c. j. episcopus vel Abba. in feu. vel nisi infeudaret in fraudem: vt in feu. si de feu. defun. mil. §. beneficium. Vel nisi infeudaret inæquali persona: vt ibi, & in d. §. similiter. Sed quia legum correctio est vitanda, dicas quod dictus vsat. per dictam constitutionem non corrigatur: vt opinio dicti Iacobi de Callicio propter eius auctoritatem omnino saluetur. ¶ Nam quando lex specialis præcedit legem generalem, nunq̄ per ipsam legem generalem sequentem videtur esse

sublatum ius speciale, imō, etiam per speciale videtur legi generali subsequenti derogatum: vt argumento. l. vxorem. §. felicissimo. ff. de legat. iij. nisi de lege, vel statuto particulari, & primū fuerit facta mentio specialis. Ita intelligitur. §. diuus. l. j. ff. de sepul. viō. & ibi latē Barto. & habetur in c. j. de consti. lib. vj. Oppo. iij. quod iste subcastellanus non teneatur præstare domino superiori homagiū: cum vasallus vasalli non teneatur iurare fidelitatem domino primo, secundum Bal. in feu. de prohi. feu. ali. per Frede. §. illud. Solutio. Illud est de iure communi, cui per istam consuetudinem, tanq̄ ius posterius, derogatur, secundum Ang. in l. de quibus. ff. de legi. Vel dicas quod regulariter vasallus vasalli priori domino homagium præstare non tenetur: quia pro eodē feudo non cogitur plures habere dominos, vt ibi. Fallit in casu. c. videlicet ne pro ingressu, vel regressu, aut eius mansionē, aliquod malum ipsi domino castellano, vel alijs dominis, aut hominibus castri veniat. ¶ Quæro primō, an castellanus domino suo homagiū facere teneatur. Et dico quod sic: vt est text. hīc, & supra. c. si in aliquo castro. Et pro hoc vsat. omnes homines. Quæro, an iste subcastellanus homagium facere teneatur eius domino immediato. Et idem vt in d. ca. & Bald. in d. §. illud. ¶ Quæro, quid si iste subcastellanus non vult præstare dictum homagium domino superiori, qualiter debeat compelli ad hoc? Distingue, Aut vasallus dederit castrum in feudum cum consensu domini tacito, vel expresso, secundum dictum vsat. castellani, aut non. Primo casu etiam subdistingue, Aut est castrum feudale, de quo præstari debeat homagium, aut nō. Primo casu credo quod debet moneri vt intra certum tempus faciat dictum homagium: & si vasallus est in mora, quia illud præstare noluerit, credo quod feudum amittere debet, tanquam ingratus: vt est text. in feud. quæ fuit prima cau. benef. amit. §. est & alia. & ibi Bal. q. si. & Bal. in §. nulla. p̄ quos fiat inuest. Quod intellige, si est noua inuestitura, vt ibi Bald. Secundo casu credo quod non potest compelli ad præstandū dictum homagium: vt infra c. proximo, & in feud. per quos fiat inuesti. §. nulla. in fi. & ibi Bal. Secundo casu principali dico quod dominus potest eum eijcere à dicto castro: vt in dicto

dicto vsa. castellan. in fi. Et pro hoc facit dictus §. nulla. vbi habetur q̄ dominus non cogitur facere fidelitatem, si vasallus fidelitatem facere recuset: quia feudum dicitur à fidelitate. Si autem esset vetus inuestitura, tunc post requisitionem habet annum, mensē, & diem, si est miles: si est paganus, annum & diem: vt supra capit. consuetudo. §. fin. & Bald. in dicto §. nulla. aliās feudum amittere debet, vt ibi. Quærit Iacob. de Callicio in dicto vsatic. de qua patientia loquatur dictus vsatic. & dic vt ibi per eum.

47 ¶ Quærit etiam idem Iacob. secundum dictum vsatic. an dominus teneatur statim, cum sciuit, contradicere, an verò detur aliquod tempus ad deliberandum? Et breuiter dicit quod statim tenetur contradicere: quia actus, cui non est datus certus terminus, debet fieri quāmcitius commodē fieri possit: vt ff. de condi. & demon. l. hoc modo. in secundo. & iuxta no. per Bal. in l. tutor, qui repertorium. ff. de admini. tuto. ad.

48 de quæ dixi supra in ca. castellanus. ¶ Quærit etiam idem Iacob. si post longum tempus dominus dicit se ignorasse, & contradicit: Et respōdet quod stabitur iuramento ipsius dicentis ignorasse, nisi aliter per vasallum probetur scientia, per regulam, præsumitur ignorantia. de regu. iur. lib. vj. facit. l. super seruis. cum ibi not. per gloss. & doct. C. qui mi. non pos. lib. duodecimo. vbi Barto. dicit quod præsumitur ignorantia eo ipso quod non probatur contrariū. Tu super hoc distingue, Aut dominus rex

49 est dominus feudi, aut alius inferior. ¶ Primo casu credo quod ipse iurare non tenetur: quia in eo præsumitur ignorantia propter occupationes regni, & pluralitatem negotiorum. Credendum est enim eius dicto, argumento capitu. cum à nobis. de testib. in fine. & quod not. Innocen. in c. cum olim. lo. j. de priui. vbi dicit quod creditur cardinali sine iuramento licet Antonius de Butri. & Nico. ibi teneant gloss. dicti c. dicentem quod non creditur cardinali sine iuramento. Sed dicta gloss. loquitur quando cardinalis producitur in testem, & sic in iudicialibus: sed nos loquimur in extraiudicialibus. Et ita intelligo dictum Innocen. et pro eius dicto allego tex. in c. constitutus. de app. Si enim in extraiudicialibus creditur cardinali sine iuramento, quanto fortius domino regi; quoniam ipse solutus est legi-

bus: vt l. princeps. ff. de legi. et l. digna vox. C. eod. titu. Item quia est supra omne ius, argumento c. proposuit. de conces. præb. cle. ij. vt lite pen. Et pro hoc facit, quia creditur verbis narratiuis principis, & dispositionē inducunt: vt notatur in c. si papa. de senten. excommu. libr. vj. & cle. literis. de proba. Bar. & Ludo. in l. ex hac scriptura. ff. de dona. Et pro hoc hodie est casus in quadam litera illustrissimi domini regis Alfonso data Barchinonæ iij. Nonas Octobris, anno domini M. ccc. xxxv. super apprehensione potestatis castri Ottina, in qua apparet q̄ nullum à domino rege fuit præstitum iuramentum. Secundo casu credo q̄ iurare tenentur ipsi domini, secundum Iac. Callicij in dicto vsatic. Et pro eius opinione allego glo. in c. innotuit. de elec. in verbo Ignorantia. & in c. accedens. in verbo Ignorantia. de crimi. fal. Gemi. in c. eos. de crimi. fal. li. vj. Bal. in l. si tutor. C. de peric. tuto. Ioā. And. in regula. ignorantia. & Gemi. in c. nulli. de elec. lib. vj. & glo. si. in c. ad audientiam. de rescrip. in quibus iuribus patet q̄ ignorantia probatur per iuramentū. Et pro ista materia facit quod dicit Ludo. in l. si verò. §. de viro. ff. so. ma. in l. fallētia. per totum. Ignorantia enim excusabilis est in facto alieno, secundum Bar. in l. vsucapio. ff. pro suo. Et pro hoc etiam facit q̄ ignorans pro contradicente habetur, secundum Hostien. in ca. continebatut. de his, quæ si. à præla. ¶ Quæro vltimū, secundum eundem Iaco. Callicij, cui sit facienda contradictio in casu dicti vsati. Et respondet quod potest fieri siue castellano alienati, siue ipsi subcastellano, cui facta est alienatio, vel apud competentem iudicem, vel alio quolibet modo publico, prout est de iure communi aliās faciendum: vt l. j. C. de filijs sa. & quemadmodum pater pro eis te. li. x. & l. honores. §. fin. ff. de decu. & in l. denuntiasse. cum ibi not. ff. de adul. cum simi. Tu clariū dicas q̄ contradictio potest fieri vtriq̄ dictorum, castella no scilicet, vel subcastellano, si reperiri poterunt: sin autē, in eorum domibus. Et pro hoc vide Iacob. de Areti. in l. pleriq̄. ff. de in ius voc. & de peti. har. in l. Item veniunt. §. petita. & de nauti. foeno. l. ij. & de no. operis nunt. l. de pupillo. §. si quis. & si non tenent domum, eorum procuratori generalē administrationem habenti. Cyn. in l. in minorum C. in qui. cau. ref. & Bart. in l. aut

qui aliter. §. & si forte. ff. quod vi aut clam. Et si non reperitur procurator eorum, credo q̄ potest fieri voce præconia. Et ita fecit rex Alfonsus secundus, quia in loco Apiaria fecit publicare contradictionem nem alienatiōis castri Otturæ. Et facit Nouella constitutio domini regis Alfonsi ultimi. c. item commemorantis. §. emes aiuscāt. Sed ego crederem q̄ dictum præconium debet fieri in termino, vel territorio castri. Nam ille, qui tenetur denuntiare aliquid, debet denuntiare illud intra territorium. Absurdum enim esset pro denuntiando exire extra territorium. In authent. de fideiuf. §. j. Bar. in l. si alienationis. ff. pro socio. ¶ Quæro, quid si vassallus, non vult prestare dictum homagium, vel dominus contradicit, quod subcastellanus ponatur in castro, an dominus propria autoritate illum à castro eijcere possit? Et Iaco. de Callicio in dicto vfat. castellani. dicit quod sic propter verbum eijciam, in dicto vfat. appositum, quod videtur referri ad expulsionem facti: vt l. ij. C. de iure emphy. & c. potuit. extra loca. Et credo q̄ bene dicat. Et pro hoc allego Inn. in c. olim. vers. itē quilibet prælatus. extra de resit. spol. & c. venerabili. extra de cen. & ibi Inn. Et pro hoc etiā allego textum, et ibi gl. in verbo Damus. in authen. vt decet. non fiant commu. coll. v. Adde G. de Vallesi. in dicto vfa. castellani. vbi dicit q̄ subcastellanus potest eijci autoritate propria, recipiendo potestatem de castro per emparram realem.

Tem est. Pro cōcordātia istius. §. vide Ludo. in l. si verō. §. de vi ro. ff. so. ma. in xij. fallentia. vers. quinto. vbi dicit q̄ si feudū est tenue, q̄ pro eo vassallus non tenetur prestare homagium. Et sic regula q̄ pro feudo debet prestari homagium, limitatur, nisi feudū sit valoris viginti solidorū, vt hic. Alias fallentias dedisuprà capitu. j. circa finē. vbi tractauit materiam fidelitatis. Sed ista fallentia etiam limitatur, nisi cōsuetudo, aut conuenientia disponeret contrarium, vt hic. Et sic istud c. in feudo tenui dar regulā, & exceptionē à regula. ¶ Regula est, q̄ pro feudo tenui non prestatur homagium. Exceptio à regula, nisi consuetudo, aut conuenientia disponat cōtrariū. Sed quod dicitur in hac consuetudine, est contra naturā feudū: quia

natura feudū est, fidelitatis, & homagiū facere, secundum G. de Vallesi. in vfat. si quis suū feudū. Sed ista cōsuetudo alterat quoad feudū tenue ipsam naturā: quod fieri potest. Nā per pactū pōt recedi à natura feudū, secundum Bal. de feu. nō ha. propri. natura. Idem & per consuetudinē: ¶ quia illud, quod fieri pōt per pactū, pōt fieri per consuetudinē, secundum quod latius scripsi supra in c. sin aut. Pōt em̄ in feudis apponi pactū q̄ iuramētū fidelitatis nō prestetur, secundum Io. And. in addi. Specul. in titu. de feu. In feudis em̄ multū attēditur cōsuetudo; secundum Ia. Calliciū in vfat. mag. nates. Decidūtur enim causæ feudales cōsuetudine. Tex. et ibi Bal. de feu. cogni. nisi sint pacta inter partes: quia primò secundum ea iudicādū est, secundum Hosti. in ti. de feud. §. quid sit. ¶ No. tamē q̄ siue feudū sit cū iuramēto & homagio, siue nō, semper debet à vassallo fidelitas dño, vt scripsi supra. in c. j. in materia fidelitatis. Et not. etiā hic q̄ licet vassallus nō teneat prestare homagiū dño, tamē tenetur facere dño omnia, quæ vassallus, qui homagiū facit, dño facere tenetur.

Tem est vsus. Diuide istum. §. in sex partes. In prima parte dicit, si dominiū feudū est diuisum inter duos filios per patrē dñm directū, qualiter vassallus non teneatur facere homagium, nisi vni eorū. In secunda parte dicit qualiter ipsi filij se debent cōcordare, cui ipsorum vassallus faciet homagiū. In tertia parte dicit qualiter se possunt concordare quod alteri personæ idonee fiat dictū homagium. In quarta parte dicit q̄ ille, cui vassallus faciet homagiū, tenebitur dare potestatem, & alia facere p feudo fieri solita. In quinta parte dicit q̄ dñi ipsi filij sunt in accordio vel cōtētiōe, nō currit vassal. tēpus. In sexta & vltima parte dicit qualiter ipse vassallus dñi dicitis accordio, aut deliberatiōe, nō teneat de fide. Prima pars incipit ibi: itē est vsus. Secūda pars ibi: & q̄ ipsi ambo. Tertia pars ibi: vel etiā alteri idoneæ personæ. Quarta pars ibi: & illi. Quinta pars ibi: & dñi. Sexta pars ibi: nec teneat etiā. Casus. Si dñiū feudū est diuisum p patrē dñm directū in duas partes inter duos filios, vassallus nō tenetur facere homagiū, nec dare potestatem castri, nec firmare directū, nec prestare seruitiū, nec facere alia p feudo fieri et prestari solita,

solita, nisi vni eorū, vel alteri idoneæ personæ, de quo, vel de qua inter se conueniāt: & illi tenebitur vassallus facere dictum homagium, & alia pro feudo fieri cōsueta: & interim dñi sunt ipsi filij in accordio vel deliberatione, non currit vassallo tēpus, nec etiā tenetur de fide propter conditionē dictorum filiorū. h. d. Collige notabilia. ¶ Nota primò, q̄ dñs directus feudū potest diuidere dominiū quod habet in feudo inter eius filios. Super hoc vide quæ latius scripsi supra in c. si dñs. Not. secundò, q̄ si dñs diuiserit dñiū feudū inter filios, q̄ vassallus nō tenetur facere homagiū, nisi vni eorū, vel alteri idoneæ personæ, de qua inter se conuenient. Concor. Bal. in feud. de lege Cora. §. ex eadem. in fi. vbi sic inquit. Extra quæro, quid si dñs vniā mediētate vendit vni, alteram mediētate alteri, à quo recognoscet se vassallus? Et videtur à nemine, nisi inter se conueniant à quo vassallus debet recognoscere: quia regula est, q̄ pro vno feudo non teneretur recognoscere plures dominos: concordent ergo, si volunt: aliās sibi imputent: argu. ff. de vsufu. l. quoties. Adde de prohibi. feu. ali. per Fred. §. præterea ducatus. in fi. per Bald. in q. Quid ergo si dominus decesserit, &c. vbi inseruit quoddam capitulū apocryphum. & eū vide si de feu. defun. mil. §. omnes. vbi pro & cōtra. finali- ter cōcludit q̄ ratione vnius feudū non debet fieri fidelitas nisi vni. ¶ Nota tertio, q̄ vassallus tenetur facere homagiū, dare potestatem castri, firmare directū, & facere seruitiū, ac alia pro feudo fieri solita illi ex ipsi filijs, aut alij idoneæ personæ, de quo, vel de qua ipsi inter se conuenient. Adde Bald. in locis præalleg. Not. quartò, quod dum ipsi filij sunt in deliberatione, vel cōtentione, vassallo aliquod tempus non currit: vide quæ scripsi supra in c. dñi defun- cto. Nota quintò, q̄ vassallus non tenetur de fide, si homagium nō fecerit propter dictam cōtradictionē. No. sextò, qd̄ per me nō stat, mihi imputari nō potest. ff. de vsur. l. in pecuniæ. & ibi not. adde Cy. & Ange. in l. si. C. de adul. glo. in c. j. de eo, qui mit. in poss. cau. rei seruā. vbi dicit q̄ si per me non stat, mihi nō imputatur, nec currit mihi tēpus. ¶ No. septimò, q̄ impedito propter factum aduersarij nō currit tempus. Et pro hoc concordat quod dicit Bal. in l. intra vtile. ff. de minorib. vbi dicit quod impedito

propter factum aduersarij non currit dilatio legalis. Debet tamen iste vassallus protestari, iuxta not. in glo. in cap. cupientes. §. quod si per viginti. de elec. lib. vj. & ibi Gemi. vbi habetur q̄ si iusta causa impeditus nō potest facere actum, non excusatur, nisi hoc fuerit protestatus. Sed ego intelligo dictum glossæ, & Gemi. de alio impedimēto, quā aduersarij. Expone literam. Dominus allodiaris. subaudi. qui habet dominiū directum feudū: vt not. Bald. de inuest. de re. ali. §. rei. & §. fi. & quib. cau. feud. amit. in fi. Castellum. id est, dominiū directum castri, quod est feudale, duas partes. Et sic vtrique mediētatem ipsius domini. Quilibet. id est, vterq̄: quia refertur tātū ad ipsos duos filios: quia dictio Vterq̄, refertur ad duos: & verbum Quilibet, refertur ad tres, vel plures. Facere. subaudi ipsi filijs. Nisi. De ista dictione scripsi supra in c. si autem. Ipsi ambo. scilicet filij. Idoneæ. Alij habent conuenienti, quod idem est. Illi. scilicet ex dictis filijs, vel persona, de qua fuerunt cōcordes q̄ reciperet homagium. Tenebitur, subaudi ipse vassallus. Et dñi ipsi, scilicet filij domini directi ipsius feudū. Nō currit ei tempus. subaudi ad petendum inuestituram, & præstandū homagium, iuxta cap. domino defuncto. & ca. consuetudo. §. veruntamen. supra, & quæ in eis scripti. De fide. id est, de fidelitate. quia feudū dicitur à fidelitate: vt scripsi supra in capitul. j. in materia fidelitatis. Quid autē sit fides. Bald. dicit in feu. de capit. Cora. secundum Tullium in libro de Officijs, ¶ quod fides est dictorū conuentorumq̄ constantia & veritas. & in libro de amicitia: Nil stabile est, quod infidum est. Quod certē maxima pars feudorum ostendit: quia propter infidelitatem amittitur feudum, si domino placet: sed si domino non placet, non amittitur, secundum Bal. vbi supra. vide Bald. in prælud. feu. & in rubric. C. de sum. trinita. Opponi. primò. supra. de §. ius & vsus est. vbi omnino prohibetur diuisio feudū. Sol. vt ibi. Oppo. secundò, quod dominus non potest diuidere dominiū feudū inuito vassallo, cum diuisio sit species alienationis, vt dixi superius: & dñs non potest dominiū feudū alienare inuito vassallo: vt in feu. de lege Cora. §. ex eadem. Igitur &c. Solue vt scripsi supra in c. si dominus. in prima & secunda opposi. Opp. tertio, q̄ postq̄ vassal-

Ius fuerit requisitus, tenetur facere homagium dño ipsius feudi, aliàs amittit feudum: vt est tex. in c. cōsuetudo. §. veruntamen. supra. Sol. Ibi nō erat nisi vnus dñs: hīc erant duo, qui nō erant concordēs, cui vafallus prāstaret homagium: & sic durante delibere ratione nō currit sibi tempus, quia impeditus propter factū aduersarij: & consequenter fecus est ibi, & sec⁹ est hīc. † Opp. quarto, q̄ vafallus, qui nō vult prāstare fidelitatem, tenetur de fide, & debet amittere feudum: vt supra c. dño defuncto. & in feud. quæ fuit pri. cau. benef. amit. §. est. So. Ibi loquitur quādo vni fidelitas est prāstāda: hīc quādo duobus, qui erant in cōtentione: & sic durante cōtentione non tenetur de fide, nec homagiū, aut fidelitatē prāstare cogitur. † Quæro primò, quid si dñs decesserit pluribus filijs hæredibus relictis cum testamento, vel ab intestato, an omnibus sit prāstāda fidelitas, an nulli ratione incertitudinis, an verò vafallus possit gratificari vni. Bal. mouet istā quæstionē in feu. si de feu. def. mi. §. omnes. & ibi arguit pro & cōtra, & finaliter concludit q̄ hæc quæstio videtur determinari per c. imperialem. §. præterea ducatus. de prohi. feud. ali. per Fred. vbi dicitur q̄ ratione vnius feudi nō debet fieri fidelitas nisi vni. Et in hoc residet glo. Idē tenet Pet. de Cer. & Iacob. de bello. Sed in dicto §. præterea. dicit q̄ ipsi possunt ordinare inter se, cui eorum fiat fidelitas: vt in dicto §. omnes. & ita est hīc: & si nō ordinat, vafallus potest eligere, vt quidam dicūt, argu. legis dicentis † q̄ quādo relinquitur incerto de certis, hæredis est electio: vt ff. de leg. j. l. si quis a filio. §. si quis plures. Et hoc tenet Iac. Bell. per l. j. ff. de sola. sed meliùs facit ff. ad Sillan. l. si quis in graui. §. si cum omnes. Vel dic quod faciet fidelitatē antiquiori: vt ff. de fide instru. l. si. & quod no. extra de ma. & obe. per Inn. Vel dic prout habetur in tit. de quibusdā alijs causis extraordinarij. feu. c. de nego. quod c. Bal. ibi insertum. Sed in Cathalonia ego credo in hoc casu habere locū istud. c. sic quod vafallus nō teneatur facere homagiū, nisi iuxta opinionem Bal. in d. §. omnes. & q̄ hæredes teneantur se cōcordare, cui ipse vafallus faciet homagiū, iuxta hoc c. & not. per Bal. in dicto §. præterea. in prima opposi. & quod interim nō currat tēpus ipsi vafallo, donec ipsi hæredes de his se cōcordabunt, nec etiam

62 vafallus de fide tenebitur. † Sed quæro, quid ecōtra, si vafallus decessit pluribus filijs superstitib⁹, an omnes fidelitatē, & homagiū prāstare debeant dño, si feudū diuisum tenent. De ista quæstione de iure communi feudali est casus q̄ sic, in dicto c. omnes. Et si feudū ex diuisione ad vnum peruenit, ille solus tenebitur facere fidelitatem. Et ibi rationem Bal. reddidit de primo dicto: quia omnes habentur quasi vnus, quia in vnius locum succedunt: vt ff. de condi. & demō. l. cui fundus. & quia fidelitas est quid indiuiduum. Et est ratio: quia omne, quod non est corpus hæreditariū actu, vel habitu, reputatur indiuiduum: vt ff. de iure patr. l. Cornelia. & l. quædā mulier. ff. fa. ercis. & quod not. in l. ij. C. de lib. præter. secundum Bal. Sed in Cathalonia istud nō haberet locū: quia si vafallus decesserit ab intestato pluribus filijs superstitibus, ipsi non succedent vafallo in feudo, imò est locus gratificationi, iuxta vsat. si a vicecomitibus. & ibi Iaco. de Callicio, & supra c. vafallus si decesserit, & quod ibi latius de hoc scripsi.

§. iij.



Item est vsus. Diuide istum §. in duas partes. in prima parte dicit, q̄ quādo sunt in castro duo, vel plures domini alicui pares, qualiter homagium inter eos fieri debeat. In secunda parte dicit, qualiter alter eorum potest compellere illum, qui dictum non vult facere homagium. Prima pars incipit ibi: Item est vsus. Secunda pars ibi: & si aliquis. Casus. Si sunt in castro duo, vel plures alodiarij pares, debet fieri homagiū inter eos, vt vnus alteri fidare se possit, dum sunt in castro, vel eius termino, vt tempore pacis & guerra, vnus non habeat se custodire ab altero: & si aliquis ex eis noluerit facere dictum homagium, potest compelli per principē. hoc dicit. Collige notabilia. † Nota primò, quod in castro possunt esse duo alodiarij æquales: possunt etiam esse duo vafalli vnus post alium in castro, vt supra capitul. si duo. cum concordan. per me ibi datis. Not. secundò, quod quādo sunt duo æquales in castro, debet fieri homagium inter eos. Concor. ad hoc quod dicit Bal. in feu. qualiter iura deb. dño. c. j. ibi: sed pone q̄ sunt duo fratres. No. tertio, super quibus præstet dictū homagiū, & qd cōtinere debeat.

debeat. Nota quartò, quod tam tempore guerra, quam tempore pacis præstatur dictum homagium. Nota quintò, in fine huius §. quod remediū habebit ille, cui dictū homagium ab altero præstari recusatur. Exponeliterā. Pares, id est, æquales. Alodiarij. id est, dñi alodiales castri. Plures. 64 † Licet dictio plures verificetur in duob⁹, secundum Bar. in l. si gemma. in fin. ff. arbor. casa. & Bal. de notis feu. c. j. §. quod autem. tamē hīc accipitur pro tribus, aut pluribus: cum iste tex. faciat mentionē de duobus: & sic vt aliquid operetur, debet accipi vt prædixi. Nam ista dictio non modò potest verificari in duobus, sed etiā potest cōprehendere quoscunq̄, in quibus sit eadē ratio: vt est gl. secundum Nic. in cle. plures. de iure patrona. in verbo, plures. Inter eos, subaudi dominos. Cauere, id est, custodire. Principem terræ. Aliqui habent per dñm 65 terræ, quod idem est. † Oppo. primò, quod dominū non potest esse penes duos: vt in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. cōmoda. Solu. Fateor contrarium pro parte, quia dominium est indiuiduum: secus verò insolidū, & pro indiuiso, vt hīc. Vel dic secundum not. per Bal. in feu. de prohi. feud. ali. per Fred. §. præterea ducatus. in quæstione de iurisdictione an diuidi possit. Oppo. secundò, quod vnus alteri istud homagium non præstat, nisi quando est vnus sub altero: vt not. per Guliel. de Valleli. in vsatic. omnes homines a vicecomitibus. & quod latius scripsi supra in c. j. in materia fidelitatis. Solutio. Quod ibi dicitur est regulare: fallit in hoc casu, quia quo ad fidelitatem vnus est sub altero, & alter sub illo, secundum Baldum in feud. quali. iura. debe. 66 † Quærit Guliel. de Valleli. in vsat. si quis contradixerit. in verbo, Castrum, quid si alter ex istis dominis ipsius castri, cuius territorio adhæret iurisdictione, deliquerit, & alter vult ipsum punire, an possit. Et primò dicit quod sic: quia quilibet dominorum habet iurisdictionem in solidum; ergo & c. vt l. prima. ff. de offi. procō. & l. quid ergo. & l. magistratus. ff. ad muni. Item præses punit sibi æqualem: vt C. ne lic. pot. l. j. in fi. Sed ipse Gul. credit contrariū: quia par in parē & c. vt l. ille, a quo. §. tempestiuū. ff. ad Treb. & c. innotuit. extra de elec. Nec obstat contrarium, quia vnus altero est maior in administratione, licet æquales in digni-

tate. vel fortè alius erat maior altero in dignitate: vt in authent. vt iudi. sine quoquo suffra. §. quod autem. Et istam opinionem secutus est Gul. de Cug. in l. vlti. ff. de rer. diui. vide ibi Bartol. & in l. prima. §. his videtur. ff. si quis ius dic. nō obtem. licet eum non alleget. Et pro hoc ego allego istū tex. in fine: quia debet puniri a domino Rege. Quod limitat Bald. in feu. quali. iura. debe. do. q. fin. nisi in eo casu, quo ipsi domini nō recognoscunt superiores: & idem si periculum sit in mora: & idem si vnus sit maior in administratione, quam alter: aliàs par in parem non habet imperium. Adde Bal. in feu. de prohi. feud. ali. per Fred. §. præterea ducatus. & Bar. in l. inter tutores. de admittut. Sed Ang. in l. est receptū. ff. de iur. om. iudic. dicit q̄ eo ipso q̄ vnus deliquit, aut contraxit in castro, intelligitur se submittere iurisdictioni & imperio alterius dñi. Et fortè nō malè dicit. Sed tu teneas cōmunē opinionem. Adde quæ dixi supra in c. si in aliquo. §. pro materia. † Quærit vltimò idē G. in dicto vsa. quid si in aliquo castro duo dñi habent cognitionem causarū criminalium, sed vnus ipsorum habet solum executionem, an ille, qui habet solum executionem possit inuito condomino suo in dicto castro erigere furcas. Guli. vbi supra, dicit quod sic. & allegat Oldr. in quæstione vij. Quæro, quid si sunt duo domini in castro habentes, merū imperiū in castro: sed ad vnum spectat executio illius meri imperij, an si nō habet solum congruum in castro, possit compellere collegam vt sibi vendat solum habile, vt ibi possit erigere furcas, & facere decapitare homines. Dic quod sic, secundum Ioannem Andræ. in additionib. Specula. titul. de excu. §. primo. & Angel. 68 in l. Pomponius. de re iudicata. † Quid si duo fratres habent castrum commune, & vnus vult vendere partem suā ad amulationem alterius. Dic quod non, secundum Baldum in l. prima. qui testamenta facere possunt. Adde Marquif. in vsati. si contradixerit, qui ibi inseruit ad longū pragmat. cam domini Regis Ioānis datā quarto Septembris, Millelmo trecentesimo octogesimo septimo. Quæro, quid si dñs rex vēdit alicui castrum, vel locum, vel iurisdictionē alicuius loci, castri, seu ville, instrumēto gratiæ interueniente: tractu tēporis homines dicti castri, loci, vel ville p̄ redimēto iurisdic

iurisdictionem, castrum, vel villam venditam volunt se congregare cum licentia domini emptoris, & facere procuratorem, actorem, seu syndicum ad procurandum pecuniam, vt se valeant redimere, & ad dominum Regem se reducere: emptor non vult eis tribuere licentiam ad congregandum, seu ad constituendum syndicum causa praedicta: quaritur an dicti homines impune sine licentia domini emptoris possint illa de causa se congregare, & facere syndicum, etiam domino emptore inuito. Gulielmus de Vallsicha in vltic. si quis contradixerit. dicit quod homines auctoritate superioris, scilicet domini regis, vel comitis, si comes sit venditor, poterunt se congregare, & facere suos syndicos: quoniam isto casu cum emptore dicti homines litigare videntur: vt quinta quaestione tertia. capitu. fina. & ibi gloss. & Innoc. in capitu. edoceri. de rescrip. Et licet quo ad alia debeant homines emptori domino obedire, non tamen quo ad istud factum, in quo de redemptione tractatur. extra de accu. capitu. olim. circa medium. Vel dicti homines poterunt superiorem, seu eius vicarium adire, & iuris remedijs emptorem compellere, vt tribuat licentiam hominibus congregandi, & faciendi syndicum in causa praedicta, & etiam suam interponat auctoritatem. Et pro hoc faciunt not. per Innocen. in capitul. primo. gloss. penulti. circa fin. de maio. & obe. & capit. cum iam dudum. extra de praeben. gloss. hic videtur sed soluto. & per not. in capitu. pastoralis. de offic. ordi. gloss. tertia. in fin. & in capitu. Romana. glo. suscipere. extra de foro competenti. lib. sexto. alias in contumaciam, seu moram dicti emptoris dictus dominus rex vel eius vicarius tribuet licentiam hominibus praedictam, argumento eorum, quae not. in capitu. prudentiam. gloss. penulti. in fin. de offic. delega. & per Archidia. in allega. capitul. Romana. Et pro hac quaestione vide Bar. in l. Item eorum. ff. quod cuiusq. vni. in secunda quaestione. & in gloss. in ca. significauit. extra de appella. Et ista opinio Gulielmi de Vallsicha, de verbo ad verbum fuit reperta in libro Sperantis in deo Cardona quodam vicarij domini regis Martini. Ego sic dicerem quod homines primo debent requirere dominum eorum, scilicet ipsum emptorem, vt eis consensum, &

licentiam tribuat se congregandi: & tunc si ipse recusat prestare dictum consensum, & licentiam, quod in eius contumaciam a dicto domino rege vel eius vicario tribuatur. Et pro hoc ego allego textum, & quae dicuntur per Bal. & Salice. in l. vidua. C. de nupt. ibi in tex. sed ne forte. ¶ Quero, quid si alter ex dictis dominis commisit homicidium, nunquid dominus rex potest sibi illud indulgere, & perdonare? Casus est quod sic, in vltic. quia iustitiam. in fine. Nam indulgere crimina spectat ad solum principem: vt l. prima. ff. de consan. princi. in fin. & l. rescripta. C. de preci. imper. offe. Cyn. in l. feruos. C. ad legem Iul. de vi pub. C. de episcop. audientia. l. nemo. ff. de sent. pas. & restitui. l. secunda. & fin. & C. eodem titulo. l. secunda, & tertia. & l. generalis. & l. cum indulgentia. cum sequenti. C. ad Tertullia. l. si qua. C. de nupt. l. Imperialis. ¶ Trex vero, qui positus est ad iustitiam, non debet faciliter concedere has remissiones, quanquam illas concedere possit: vt in authentic. vt iudi. sine quoquo suff. §. illud. vbi Iacob. de Bellou. coll. secunda. impunitas malorum alios tradit morti. in authentic. de man. princip. §. denique. versu. quid si delinquentes. col. tertia. Facilitas enim veniae incentiuum tribuit delinquendi. capitu. vt clericorum mores. de vita & hone. clerico. Et dicit incentiuum, id est, voluptatem, siue affectum, seu appetitum, secundum Ioan. Andre. ibi, vel materiam, aut occasionem, secundum me. Quippe reipublicae interest, non facere istas remissiones, ne quis ad maleficia temere prosiliat: & sic debent fieri cum magna maturitate. C. de poeniten. l. si operis. ff. ad legem Aquilia. l. ita vulneratus. ¶ Et principes non debent auro vendere sanguinem, nec delicta, prout nunc faciunt faciendo compositiones pro pecunijs. Nam accipiens pretium ab eo, qui reus est sanguinis, statim & ipse morietur. Numeri trigesimo quinto. Et ibi subaudit Nico. de Lira, vt a morte saluetur: nec etiam vt eius mors differatur. Et loquitur, secundum eum, de homicidio voluntario, post auaritiam, accipiuntque munera, & peruertunt iudicium. primi Regum octauo. Non accipies munera, quae excacant etiam prudentes, & subuertunt verba iustorum. Exo. vigesimo tertio. in authentic. vt iudi. sine quoquo suff. §. j. circa

circa fin. & §. illud. & ibi Iacob. in authentic. vt nulli iudic. lic. habere. §. quoniam peruenit. coll. ix. ibi Iaco. ff. de his, qui no. infa. l. furti. §. pactus. ff. quod metus caus. l. isti. in prin. Et dato quod amici ipsius interfecti remiserint emendam, & satisfactionem, quam habere debent pro homine interfecto, iuxta vltic. si quis de homicidio, & de compositio. ¶ ne, ¶ cū duplex actio ex vno crimine oriatur. Vna, quae competit parti laesae pro suo interesse reficiendo: vt l. si. ff. de priua. delict. glo. in l. nec quicquam. ff. pro socio. Et alia, quae competit Reipublicae pro vindicta publica: vt est casus in l. si quis in nomine. & ibi gl. & Bar. ff. de fal. & Inn. in c. qualiter. de accu. & Matthe. in cxxij. no. & Ange. insti. ad leg. Aquil. §. liberum. & in tractatu malef. & Ang. de Perusio in l. si quis ex 73 argentarijs. ff. de eden. ¶ Attamen propter illorum remissionem homicida non erit liber, quin mori debeat, secundum Deum. Considerari enim debet interesse diuinum. Deuteron. xix. & xx. Leui. xxiij. Exo. xxj. quia scriptum est, Non occides. Exo. xx. Omnis enim, qui gladium accipit, gladio peribit. Matthaei. xxvj. Homicida autem semper spectet quod fecit. l. nemo. & ibi Bal. C. de episc. audi. Nam etiam quod pars faciat pacem, iudex non debet abstinere ab inquisitione. Bald. in l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cler. Spe. tit. de abol. §. j. versu. quid. Non enim propter pacem, & remissionem iniuriae partis, tollitur vindicta. Bart. in l. j. §. vlt. que ad eo. ff. de iniur. glo. & Bar. in l. ij. ff. ad Silla. & si vulneratus dicat, fateor me mortuum non ex vulneribus, sed ex mala vita, & culpa medicorum, & fecerit pacem cum vulnerate, eo postea mortuo talis remissio non prodest, nisi quo ad excusationem personae, non autem quo ad liberationem poenae, secundum Pet. de Anch. & Ioan. de Ana. in c. exhibita. de homic. Tu vide Bart. in l. damni. §. Sabini. ff. de damn. infec. vbi dicit 74 ¶ quod si statutum dicit quod habens pacem ab haerede, mitius puniatur, an si habet pacem a testatore sit idem. Et concludit quod non. Et eum sequitur Io. de Imo. & Lud. ibi: licet Bal. in l. ij. C. de libe. & eorum liber. teneat contrarium. Adde Angel. in l. athletas. §. Itē si quis. ff. de infami. vbi dicit, quod licet quis habeat pacem ab offenso, tamen talis pax nil operatur in praedictum Reipublicae. Sed quid si testator dicat, Libero

occisores: an haeres sit prohibitus vindicare mortem defuncti. Bal. in l. j. in vltima col. C. commu. de lega. Et ibi habes quod si exculpauit reum, tali casu reus ex ino. ijs non potest supponi torturae. Adde Ang. in l. ij. C. de calumnia. ¶ Quid si dicat in articulo mortis, talis me vulnerauit, vel talis me fecit occidi, an illa assertio aliquid probet? Glo. & Bal. in d. l. ij. vbi Bald. dicit quod talis assertio non inducit probationem, nec talem praesumptionem, quae dicatur species probationis, sed solum quandam suspicionem. Sed Ang. ibi dicit quod inducit virilem praesumptionem, nec erit talis suspicio sufficiens ad torturam. Remittit se tamen ad not. per se in l. si. C. de accus. dicit tamen quod excusabitur haeres accusando a praesumpta calumnia. adde text. in l. si quis in graui. §. si quis moriens. ff. ad Sillania. ¶ Si tamē amici interfecti remiserint eorum interesse, vel iniuriam, principes multum ad remissionem eorum attendere debent. ff. ad leg. Iul. de vi pub. l. qui coetu. C. de transact. l. transigere. & potissimē in homicidio inopinato, & non voluntario, sed criminaliter facto: quia iste non debet mori. 50. distinctio. c. clerico. cum seq. de cler. pug. in duel. c. ij. de homi. c. sicut dignum. & l. j. C. ad leg. Cornel. de sicar. Tu pro hoc vide latius Salicet. in l. non ideo minus. C. de accu. versu. quaro quinto. & Ang. Aret. in tractatu malef. su. 77 per verbo sciēter, & dolose. ¶ Vbi autem homicidium factum fuerit per insidias, seu ex proposito, & voluntate: quibus dominus rex potestatem habeat, vt praedixi, remittendi, & perdonandi indistincte, secundum Iura per me superius allegata, attamen talia homicidia remittere non debet, ideo peccat mortaliter. Scriptum enim est: Si quis autem odio habens proximum suum, insidiatus fuerit vitae eius, surgensque percusserit illum, & mortuus fuerit, fugeritque ad vnam de supradictis vrbibus, mittent seniores ciuitatis illius, & arripiēt eum de loco refugij, tradentque in manu proximi, cuius sanguis effusus est, & morietur, nec misereberis. Deute. xix. Leuit. xxiij. Exodi. xxj. Et quod dicitur, Tradentque in manu proximi. concord. vltic. si quis. de homicidio. Et vltius inuenitur scriptum. Non occides. Exod. vigesimo. Si vis paces, maleficos viuere non patieris super terram. Exo. xxij. in authentic. de man.

de manda. princip. §. neque autem homici-
da. in prin. colla. iij. xxvij. q. v. c. rex debet.
Nonne considerare debet Rex quod dicit
Deus: Sanguis Abel fratris tui clamat ad
78 me. Gen. iij. Et princeps non debet fa-
cere aliquid contra legem diuinam, cum
sit subiectus legi Dei. x. dist. c. j. cum seq.
C. si contra ius vel vti. publi. l. fina. cum ibi
nota. & princeps non debet exaudire sup-
plicantes ad remissionem faciendam. Deus
enim dissipat ossa eorum, qui hominibus
placent. Psal. l. ij. Vnusquisque proximo suo
complaceat in bonum. ad Roman. xv. Et
Deus ad iram prouocatur, cum peccata dif-
feruntur. xxiiij. q. iij. si ea. Iosue xij. Rex
enim in concedendo dictas remissiones, de-
bet considerare maleficiū, & qualitatē cri-
minis, & si voluntate, aut casu fuerit comif-
sum: & tunc remittet, vel non. 50. dist. c. de
his. & etiam debet considerare quod delin-
quentes habeant contritionem de peccatis,
& velint facere poenitentiam de illis, intrā-
do monasterium, & alia faciendo, quae sa-
pient salutem animae suae. xxxij. q. iij. & iij.
& per totam q. & 50. dist. c. ponderet. cum
seq. Nā Nabuchodonosor poenituit, & re-
gnum accepit: Pharaon durior effectus pe-
riit. xxiiij. q. iij. c. Nabuchodonosor. Exo.
xij. poenitenti datur venia, & correctio, in-
durato non. xxiiij. q. vij. c. si. xxiiij. q. ij. c. le-
gitur. de conse. dist. iij. c. omnes. de hære. l.
Manicheos. Et damnationis sententiā me-
retur accipere, si quis in sua duritia volue-
rit permanere. xxiiij. q. ij. c. nec quisquam.
79 cum seq. Possunt autē huiusmodi remis-
siones fieri ad euitandum scandalum, quod
euenire posset. Hoc probatur in l. qui eadē.
ff. ad leg. Corne. de sica. & l. si quis filio ex-
hæredato. ff. de iniusto rup. test. Vide Lu-
do. in l. si verò §. de viro. ff. solu. matr. in vij.
fallen. & per totam ipsam fallentiam: alias
non debet cessare iustitia. xxiiij. q. iij. c. qui-
dam. cum seq. & c. ipsa pietas. 50. dist. c. vt
constitueret. xxiiij. q. iij. ecce. & c. qui scan-
dalizauerit. Potest etiam per principē dis-
pensari sine peccato super homicidio, ad
euitandū malum, quod posset euenire, ad
sedandum guerram, bandolitates, & multa
mala, quae possent subsequi, nisi fuerint à
morte liberati. xxxv. q. iij. c. quidam ho-
80 mo. cum seq. Debet etiam considerari à
principe, si mors, vel alia maleficia fuerint
commissa in rixa, vel ira, & non ex propo-

sito. l. si in rixa. & ibi Bar. ff. ad legem Cor.
de sica. Et etiam debet considerari perso-
na, & factum: & tunc prout duxerit arbi-
trandum dispensabit. 50. dist. c. studeat. ff.
ad leg. Cor. de sica. l. j. §. diuus. & l. si. C. de
adul. l. Gracchus. & ff. de regu. iur. l. quic-
quid. & C. ad leg. Cor. de sica. l. j. & l. eum.
quia homicidium in rixa magis casu, quam
voluntate dicitur commissum, & sic leuiori
poena est puniendum, dicto §. diuus. quia
quando culpa praecedat casum, punitur: vt
d. l. j. ff. de iure iur. l. illud. C. eo. l. si non con-
uicij. Item debet considerari à principe, si ca-
lore iracundiæ. l. j. C. si quis Impera. male-
dixit. & in regula, quicquid calore. Item
princeps debet considerari ea, quae continen-
tur in l. aut facta. ff. de poen. Item si delin-
quentes sunt infantes, vel furiosi: quia isti
indulgendi sunt: si infantes sunt doli capa-
ces, temperanda est poena. Et etiam debet
considerari si sunt dolus & culpa, & si de-
linquant in faciendo, vel in omittendo, & si
sunt crimina grauiora, vel non: temperanda
est enim ex his poena, etiam si dolo delin-
quāt. ff. de mino. l. auxilium. & in delictis.
& ibi Bar. & l. si ex causa §. nunc videndum.
ff. de poenis. l. aut facta. C. si aduer. delic. l. j.
& ibi Cy. ff. ad legem Cor. de sica. l. infans.
ff. ad leg. Corn. de fal. l. impuber. xv. q. j. c.
aliquis. & in cle. de homi. Item si dormiens
delinquat, vt ibi. xv. q. j. c. si inobedientia.
Vide not. dist. vj. Itē si leuitate iocosa quis
delinquat, sit ei parcendum. de sent. excom.
c. j. not. xvij. q. iij. c. si quis suadente. ff. de in-
81 iur. l. illud. Item si peccat iussu superioris,
mandato domini, vel patris: licet in atrocio-
ribus non excusetur. l. item si liber homo. &
glo. & Flo. de sancto Petro ibi. ff. ad legē
Aquil. Et quando persona est imperita,
ignara, vt sunt rustici, siue mulieres. Pro
hoc vide in l. ij. ff. si quis ius di. non obtem.
Quod qualiter intelligat, vide Io. de Ana.
in c. si aduersus. de homi. Bald. in l. j. §. item
solent. ff. de offic. praefec. vrb. vide tex. in l. si
quis id. ff. de iur. om. iudi. §. doli. & l. j. §. si. ff.
de eden. & ibi glo. vide glos. & Bal. in l. se-
natores. C. de inter. ma. Ang. in l. quod lega-
82 tur. ff. de iudi. Item attendi debet si peccat
circa illa, quae sunt vitanda iure naturali, vt
homicidium. C. de his, qui in test. sibi ascri.
l. ij. cum l. sequen. & sunt coacti. ff. de bon.
lib. l. qui cum maior. §. si libertus. Itē quo-
niam considerandum est, si illi homicidium
fecerunt

fecerunt in vindictam sanguinis sui patris,
fratrum, & aliorum iniuste interfectorum:
ignoscendum enim est, si delinquant pro-
pter affectionem parentum, & affiniū. l. qui
cum vno §. fin. & l. omne delictum. circa fi-
nem. de remili. Quamuis enim iniuste vin-
dictam facere non possint. ff. ad legē Aquil.
l. scientiam §. sed si. xxiiij. q. iij. c. quod Chri-
stus. C. ne lic. sine iudi. se vin. l. j. vindicta au-
tem non est permessa de iure civili. Bart. in
l. furem. ff. de sica. Si tamen quis in flagrati
dolore aliquem percusserit, & laerit per
vindictam, mitius punitur: ideo fertur q
84 Bal. dicit q. vulneratus, qui suum vulne-
rantem secutus attigit, & interfecit, non de-
bet mori, sed mitius punitur: vt refert Pau.
de Castro in l. scientiam §. qui cum aliter. ff.
ad legem Aquil. Adde Bart. in l. vt vim. ff.
de iusti. & iure. vbi dicit q. nemo dicit sibi
ius, vindicando, nisi per iudicem, qui est vi-
carius Dei. Mea est vltio, et ego retribuam
eis. Deuterono. xxxij. indignationem meā
& vindictam vltiscor. Isa. xxiiij. Et vindi-
ctam expectant de eis, & sument vindictā
meam dicit dominus: extendam manum
meam, super Palatinos, faciamque in eis vltio-
nes magnas, & dabo vindictam meam su-
per eos. Isa. xxv. Non queras vltionem, nec
memor eris inimicitiae ciuium tuorum. Le-
uiti. xix. Ego autem in die vltionis visitabo
hoc peccatum eorum. Exo. xxxij. Mihi vin-
dicta, & ego retribuā, ad Hebr. x. Deu-
terono. xxxij. ad Ro. xij. Laetabitur iustus,
cum viderit vindictam. Psal. vij. Si ligno
percussus interierit, percussoris sanguine
iudicabitur. propinquus occisi homicidam
interficiet, statim vt apprehenderit eum per-
cutiet. Si per odium quis hominem impule-
rit, vel iecerit quidpiam in eum per insidias,
aut cum esset inimicus manum percusserit,
& ille mortuus fuerit, percussor homicidij
reus erit: cognat^o occisi statim vt inuenerit
eum iugulabit. Quod si fortuito, & absque
odio, & inimicitia quicquam horum fece-
rit, & hoc audiente pupillo fuerit compro-
batum, atque inter percussorem & proximū
sanguinis quaestio ventilata, liberabitur in-
nocēs de vltoris manu, & reductur per sen-
tentiam in urbem. Numeri xxxv. Ex hoc
textu ostenditur iunctis notatis ibi per Ni-
co. de Lira, q. ex homicidio facto ex pro-
posito quis debet mori: secus si ex fortuito.
Et dat exemplum ibi Nico. de illo, qui non

habens immicitias cum proximo, vadit cum
eo ad scindendum ligna, & ferum securis
fugiens manubrium interficit proximum.
Allegat Deuterono. xix. Filij Iacobum
pserunt vindictam ab oppressoribus so-
ris suae, & interfecerunt, & bona eorum
secum abduxerunt. Gen. xxxiiij. Et quo-
modo fecit Babylon, vt caderent occisi in
Israel: sic de Babylone cadent occisi in vni-
uersam terram. Iere. l. j. c. & vltionem per
manum mei Israel. Isa. xxv. Bene tamen est
permessa vindicta, dum tamen incontinenti
fiat: quia vim vi repellere licet. ff. de vi & vi
arma. l. iij. C. vnde vi. l. j. cum ibi no. Vltio-
nem vos reddetis mihi: & si vltiscimini vos
contra me, cito velociter reddam vicissitu-
dinem vobis super caput vestrum. Iob. iij.
Et ista non fiunt ad vindictam, sed ad repel-
lendum iniuriam, & recuperandum rem
suam, non ad vindictam. Ad recuperatio-
nem autem Abraham irruit in reges, &
eduxit omnem substantiam, & Loth fra-
trem suum cum substantia illius, & eo-
rum, qui erāt cum eo. Gen. xiiij. Et in isto
casu faciunt principes remissiones, cum se-
cundum legem diuinam iste mori non de-
beat: cum in casibus permessa sit vindicta.
ff. de bo. lib. l. qui cum maior §. si libertus.
C. de meta. l. deuotum. ibi not. libr. xij. C. de
adul. l. Gracchus. & l. marito. & l. si adulte-
rium §. Imperatores. & l. pater cum sequē. ff.
eodem. in authentic. vt l. lic. ma. & auia §. is
quoque. colla. vij. xxxiiij. q. vlti. et no. q. iij.
c. si audieris. et miles interficit hostem: vt q.
85 v. capitu. si homicidium. Aliquoties autē
tolerantur crimina, sicut tolerant agricolae
herbas pestiferas, quas omnino extirpare
non possunt ab hortis: nec medicus humo-
res malos ab infirmis: & potissimē pro pa-
ce consequenda. Nonne Iudam furem Chri-
stus tolerauit, Magdalena peccata remi-
sit. Ioannis viij. Luce vij. Moyses, & alij
Prophetae sancti cum populo peccatore
habitabant, vñ templum intrabant, & dem
sacram celebrabant, sed eorum malitijs
non consentiebant, imò corrigebant. vige-
simatertia quaestione quarta. capit. primo.
& per totam quaestionem, Nonne Adam
peccauit, & misertus est ei Deus. Gen. se-
cundo & tertio: Nonne Moyses interfecit
Aegyptium iuste, & in arena abscondit.
Exo. ij. Nonne Aaron, & populus idolola-
trarunt. Exo. xxxij. Nonne Dauid adulte-

terium & homicidium voluntarium commisit, & gratiam à Deo impetrauit, secund. Reg. xxv. Semei, qui lapides iecerat contra regem Dauid, et eum iniuriauerat, blasphemauerat, & dixerat virum sanguinolentum: hoc rex Dauid, licet contra eum peccauerit crimen læsæ maiestatis committendo, remisit, secund. Regum. xix. Sed mandauit Salomoni vt ipsum interficeret, sed non fecit tert. Regum secundò. postea fuit interceptus tertij, Reg. tert. Niniue poenitentiam egit, & indulgentiam fuit consecuta. Ionę tertio. Matth. duodecimo. & quia reuerfa in peccatum, perijt. Nahum iij. Paulus Christicolus fuit persecutus. Actuum ix. Petrus ter Deum negauit, & misericordiam à Deo fuerunt consecuti. Ioan. decimo octauo. Lucae vigesimo primo. † Et sic dominus rex cum locum Dei gerat in terris. Bald. de prohibi. feu. alie. per Frederi. præterea. & in rubrica. ff. de iustitia & iure. potest crimina perdonare: quia Deus exemplum nobis dedit, vt quemadmodum ipse fecit, & nos faciamus. Ioan. decimo tertio. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. primæ Petri secundo. Sed speculatores facti illius similitudinis. ij. Petr. Primo quoniam homo laborare debet, vt sequi possit regem factorem suum Eccle. iij. ex operibus eius sumimus exemplum. j. ad Thessa. iij. Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. ad Roma. decimo quinto. Quod vidistis in me, hoc agite. ad Ephe. quinto. Dic quod ista sunt facta diuina, & miraculose facta, & sic non sunt ad consequentiam trahenda. quarta quaestione prima. §. j. Vel dic quod prædicta fuerunt à Deo remissa, ex quo sciebat corda ipsorum, & sancta eorum vita, & melior in futurum sperabatur. Nam Deo nil occultum est, iuxta illud: Tu enim solus nosti corda filiorum hominum, vt timeat te. ij. Para. sexto. Psal. xliij. Luce decimo sexto. Cor hominum inuestigabit, cognouit sententiam, & quæ ventura sunt. Eccle. xliij. & septima. Ipse sciebat quæ essent in homine. Ioan. secundo. Homo enim videt ea, quæ patent, dominus autem intuetur cor. j. Regum decimo sexto. † Et sic dominus rex remittendo homicidium, vel alia delicta atrociora, debet considerare quod

aliqua sublit causa, sicut fecit Deus. trigesima secunda quaestione quinta. capitu. quod si Christus. quadragesima quinta distinctio ne. capit. omnis. eadem distin. capitu. disciplina. cum difficultate, & ex causa poenam temperat, sed non omnino remittit. vigesima tertia quaestione quarta. capitu. si his. Impoentibus & obstinatis non est indulgentia concedenda, sed correctio. trigesima secunda quaestione quarta. quod Christus. Et sic dominus rex antequam concedat remissionem, faciat inquirere super factum veritatem, an esset iusta causa, vel non, & de vita hominis, & si casu, vel ex proposito delictum sit commissum. † Non enim est parcendum idololatris, qui ex proposito, & mente deliberata adorant idola, & dimittunt Deum creatorem suum. Deuterono. decimo tertio. & decimo nono. primi Reg. decimo quinto. vigesima tertia quaestione quarta. capitu. est iniusta. & est crudele. Exo. trigesimo tertio. Enormitas criminis hoc facit. vigesima tertia quaestione quinta. capitu. si audieris. et. c. si res. Bene Deus hoc crimen remisit populo Israelitico: eodem quaestione capitu. Guiliarius. §. sed hic. facit octaua quaestione prima. capitu. ordinationes. sed ibi fuit factum propter multitudinem delinquentium. Nam propter multitudinem delinquentium poena minuitur. Bar. in l. aut facta. §. euenit. ff. de poen. & Ludo. in l. si vero. §. de viro. ff. solu. matr. in quadragesima quinta fallentia. vbi multa de hoc. † Quod limitatur, si per multa tempora steterunt in peccato, & stant, & correctionem non accipiunt: quia tunc non paratur multitudini: vt fuit factum in diluuiò; Gene. septimo. & super Sodomam pluit ignem. Gene. decimo nono. vigesima tertia quaestione quinta. capitu. quod ergo: Sed contra, quia indulsit ciuitati Niniue. Ionæ tertio. Matthæi duodecimo. vigesima tertia quaestione quarta. capitu. non potest. Enormia crimina voluntate commissa nullo modo perdonare debet. vigesima quarta quaestione quinta. capitu. si audieris. & capitu. res. quinquagesima distinctio. capit. minor. Aliquoties autem rex ad preces aliquorum remittit crimen, sicut fecit Deus, qui ad preces Moysi remisit peccatum populo erranti. Sed ibi erat multitudo errantium: qui populus, & sine deliberatione deliquit. Exo. trigesimo tertio, quadragesima quinta distinctio

distinctio. capi. disciplina. & partim fuit populus remissus, & partim punitus à deo. quædam verò per æquitatem sunt corrigenda, quædam per misericordiam remittenda, eadem distinctio. capitu. omnis vna. Si iterato redeat in delictum, iudex non debet facere huiusmodi remissiones: vt l. nemo. C. de epi. aud. l. seruos. C. ad legem Iuliam de vi. Barto. ff. de pac. l. capitalium. §. solent. Veniam meretur, quando errans, & non ex malitia peccat. C. de his, qui sibi adscrib. in testa. l. quod adhibitus. Barto. ff. de pcc. l. respiciendum. in fin. & per eum ff. de iure fil. l. senatus. §. primo. Idem in sponte confitente, & crimen manifestante. l. edicto. in principio. eodem titu. C. ad legem Iuliam ma. l. quisquis. in fin. & pro hoc Barto. in l. qui ea mēte. ff. de fur. vbi dicit quod potest indulgeri eo criminis, vt alios denuntiet. Mitius enim agitur cum sponte confesso. Bald. in l. eos. C. de exe. rei iudi. † Quæro, an Gubernator & vicarij Cathalonix possint remittere homicidia: Et dic quod sic, cum proconsul possit: & sic & præses, qui est post principem, loco cuius est gubernator. C. de his, qui not. infra. l. & si senior. ff. eod. l. quid ergo. §. poena grauior. cum difficultate, & cum magna causa potest poenam temperare, sed non omnino relaxare. vigesima secunda quaestione quarta. capitu. si his. Sed videtur contra, cum teneatur secundum leges Imperatoris iudicare. in authent. iururan. quod præsta. in fin. coll. secunda. & l. foramen. & l. secunda. C. de offic. præfecti. præto. Orientis. sicuti alij iudices. ff. de offic. præli. l. j. licitas. §. veritas. cum ibi not. ff. de ferijs. l. secunda. & l. ea ratione. C. plus va. quod agitur. in rubro & in nigro. C. de eden. l. secunda. cum ibi not. C. de iudic. l. properandum. §. & si quidem. cum sequen. C. de appella. ne causas. & l. iubemus. de proba. capitu. quoniam contra falsam. & capitu. fin. ff. communi diui. l. vt fundus. C. de rela. l. prima. Quid dicendum: † Dico quod de iure communi Gubernator, & minus vicarij, non habent potestatem remittendi homicidia, & alia crimina atrociora, secundum Bald. in l. præses. C. de transactionib. Non enim alijs iudicibus licitum est poenam transgredi, nisi propter exaggerationem criminis. Innocen. in capitu. primo de constitut. super verbo, suo. de offic. deleg. capitu. de causis. & de rapto. ca.

pitum. in archiepiscopatu. Barto. in l. prima. §. primo. ad Turpil. quaestio. sexta & septima. & in dicto. §. poena. Sed contra iura loquuntur de alterando poenam, non autem illam remittendo. vide Guliel. de Vass. cha in vatic. cum dompnus. in verbo, libra. Adde Iacob. de Callicio in Margarita fisci. in octauo dubio. versic. trigesimo quarto. Sed communiter dominus rex eo ipso quod creat dictum Gubernatorem, vel concedit dictum officium gubernationis, videtur concedere gubernatori potestatem remittendi, & pardonandi, ac indulgendi homicidia, & alia crimina atrociora. † Quo verò ad vicarios Cathalonix est secus: quia nullus eorum habet potestatem remittendi, & pardonandi talia crimina: ideo per pragmaticas regias eis tales remissiones sunt prohibita, nisi priuilegio, aut consuetudine eis concessum videretur: sicuti in vicario, & baiulo Barchinonæ, qui tam per priuilegia, quam ex consuetudine longinqua, ita quod memoria hominum non est in contrarium, consueuerunt facere tales remissiones tam gratis, quam pecunia, nulla causa ex premissis considerata, sed ad eorum liberam voluntatem, non sine labe eorum conscientia, & in anima eorum periculum, & detrimentum: quia, vt dixi, peccant mortaliter in damnationem animarum ipsorum, potissimè in homicidio voluntario. Exo. vigesimo primo. Quia dimisisti virum dignum morte, erit anima tua pro anima eius. tert. Regum vigesimo. Et dic, anima tua, quia morieris: secundum Nico. de Lira super dicto capitu. Aristoteles enim recitat in libro secretorum quod Hermodogenes egregius doctor scripsit dices, quod quando creatura interficit creaturam sibi similem sine causa legitima, virtutes celorum clamant ad diuinam maiestatem: Ecce seruus tuus, qui vult esse similis tui. Et not. quod de homicidio & eius poena habetur in lege diuina Gene. capitu. nono. & Exo. capitu. vigesimo primo. & Deuterono. capitu. decimo nono. & c. quarto secund. Regum. & sanctus Thomas in secunda secunda. Sunt enim tria genera homicidij. de poeni. distinctio. prima. capitu. homicidium. † De iure autem communi de poena homicidij habes, quod debet capite puniri. text. in capitu. omnis. tertia distinctio. versicu. vt qui cadem. text. & ibi Bal. in l. nemo. C.

de episcop. audientia. & Angel. in consilio incipiente, nos Carolus. in ordine decimo tertio. Sed quæro, nunquid pœna corporalis possit in pœnam pecuniariam mutari? Vnde quod non: vt Numeri capit. trigesimo quinto ibi: non accipies pretium. & tertij. Regum capitulo vigesimo. vide de hoc Hostien. in Summa, titu. de offic. ordi. §. quid pertinent. & per eundem, titulo de pœnis §. quoties. & titu. de accusa. §. fin. versicu. iudices tamen nostri temporis. & versicu. vnum tamen not. Tu dic quod hodie pœnæ quo ad principem sunt arbitrariæ: vt l. hodie. ff. de pœnis. & Bald. in l. j. C. de summa trinita. Gulielmus de Valleficha in dicto vsat. cum dominus in verbo, sola enim potestas. Et per Iacob. de Monte-
94 iuda. in vsa. quia iustitiam. in fin. † Et sic ad libitum dominus rex potest inferre criminoso quascunque pœnas, tam corporales, quam pecuniarias, & in totum eas perdonare. Et etiam de Gubernatore, vicario, & baiulo Barchinonæ idem videmus quotidie: quia pœnas corporales conuertunt in pecuniarias, & eas in totum perdonant, & remittunt: & valent tales indulgentiæ criminum, licet crimina non debeant indulgentia subleuari. l. si apparitor C. de cohortal. libro duodecimo. Et pro hoc est text. in l. si docueris. C. de fal. Dicit tamen Bald. de pace Constantiæ, quod crimina non debent indulgentia subleuari. Et dicit textus & ibi Dionysius in authentic. vt iudic. sine quoquo supra §. primo. colla. secunda. cum pœnæ delictorum venduntur, omnia mala nascuntur. † Potest tamen aduersus impetrationem indulgentiæ allegari surreptio, si omnia exprimenda non sunt ibi expressa, secundum Baldum in l. prescriptionem. C. si contra ius, vel vtili. public. Vide Cynum in l. prima. C. de abolitio. Adde Ludouic. in l. de pupillo §. si in pluribus. ff. de noui operis nuntiatione. vbi dicit quod si sunt omnia in petitione absolutionis & indulgentiæ quedam crimina, quæ si essent expressa, absolutio non fuisset concessa, quod generalis abolitio est nulla super toto. Et ibi Barto. & Bald. in l. tertia. C. de episcop. & cleri. vbi absolutio, aut exemptio super pœna vnius criminis emanans, nulla est, nisi in libello supplicationis expressa sit per supplicansem reiteratio delicti. † Not. tamen quod futurum crimen

indulgeri non debet, secundum Baldum in l. rescripta. C. de preci. Impera. offeren. Quæro, nunquid valeat remissio criminis cum conditione, nisi reinciderit ad similia crimina. Barto. in l. non solum. ff. de iureiurando. vbi vide. Non tenet enim remissio delicti, si sub illius spe delinquit. Ludouic. in l. si vero §. de viro. ff. solu. matri. in trigesima sexta fallentia. Quid si crimina sunt alicui remissa, & iterum redijt ad illa crimina, nunquid proderit ei remissio? Vide Bald. C. de execu. rei iudi. l. exequutorem. & in authentic. qui semel. C. quomodo, & quando iud. & in authentic. sed nouo iure. C. de furt. & Barto. in l. si cui §. sacrilegium. ff. de accusa. vbi dicunt quod aggravat delictum. Augetur enim pœna propter iterationem delicti. l. seruos. C. ad legem Iuliam. de vi. & l. nemo. C. de episcop. audi. Adde Barto. in l. prima. C. de sup. exac. Iac. libro decimo. vbi dicit quod propter consuetudinem delinquendi quis punitur ad mortem. Vide Ludouic. in dicto §. de viro. in trigesima prima fallentia. vbi habetur quando delicta geminata efficiuntur capitalia. An autem principes possint crimina inulta relinquere, not. Ioann. in Summa confel. libro secundo, titulo quinto, questione
97 centesima quadragesima quinta. † Quæro, an si remissio est facta per dominum regem de homicidio indistincte valeat? Distingue, Aut homicida intrauit locum, vbi interfectus morabatur intra biennium, si in rixa fuerit homicidium perpetratum, aut intra quinquennium, si mente deliberata, computandum à tempore dictæ remissionis, aut post. Primo casu non valet, nec tenet ipsa remissio ipso iure: vt est text. in constitutione regis Petri tertij edita in curia Perpiniæ. capitu. insuper ordinamus. Et idem dicitur de guidatico, vt in curia Ceruariæ eiusdem regis Petri, capitu. prætereà confirmantes: secundo nisi se composuerit, vel se conuenerit cum filijs, vel consanguineis propinquieribus interfecti, vt ibi. Et est ratio, quia natura intumescit, quando videt iuxta se tam proximas personas offensoris, secundum Baldum in feud. si de feu. defunc. mili. §. si vasallus. Nec etiam potest fieri remissio campforibus abactis: vt in curia Ceruariæ domini regis Petri tertij. capitu. prætereà. lo. ij. donec prius suis creditoribus fuerit satisfactum, vt ibi. Secundo

cundo casu dico quod valet ipsa remissio, per iura superius allegata. † Quæro, an dominus rex possit remittere homicidium non satisfacta parte? Spec. titulo. de aboli. §. primo mouet istam quæstionem. & concludit quod sic. Sed in contrarium facit text. & gloss. in capitu. parochianos. & capitu. porrò. & capitu. conquesti. & capitu. ea no scitur. & ibi Hostien. & Ioan. Andre. de sententia excommunicationis. & capitu. postulasti. de iudæis. vbi habetur quod aliquis non debet absolui, donec satisfecerit læso. Et pro hoc facit l. iniuriarum actio. ff. de iureiurando. & ibi Barto. & gloss. & docto. in capitu. si canonici. de offic. delega. in sexto. & gloss. in clementi. prima. de deci. Adde in authentic. de mandatis principum. §. quod si delinquentes. ibi: insuper ex emolumentis satisfieri læsis procurabis. & in authentic. vt nulli iudi. collatio. ix. §. & hoc peruenit. ibi: & de substantia eorum eueniens dispendium læsis in duplum restitui. Sed ibi loquitur in officiali, quando delinquit: quia dicit quod nullus lucrorum occasione iniquitates & iniustitias facere debet, pœna contrafacientibus imminente. Et per illum textum, dicit Iacob. de Bello-
99 uisu. in not. † quod præses prouinciæ quocunque modo subditum læserit, in duplum tenetur læsis. Vide in authentic. vt iudices sine quoquo supra §. si quis autem. vbi punitur iudex durante officio damnum dans, & restituit damnum pæsis. Adde Innocen. in capitu. cum oporteat. de accusa. Et quæ sit ratio quod damnum prius debeat emendari læsis, vide Ioannem de Plat. in l. prima. C. de pœnis sis. libro decimo. Pro hoc facit, quia postquam constat de delicto, iudex debet supplere in his, quæ sunt notoria. Henri. in capitu. bonæ. de postu. præla. & ibi Anto. de Butrio, & Bald. in l. prima. C. vt quæ defunt aduo. & latius Ludouic. in l. dies §. hoc autem. versicu. septimo. ff. de dam. infect. Adde Barto. in l. si quis. C. ad legem Iuliam. de vi. & ibi Salice. vbi dicunt
100 † quod si per processum constat de furto, quod iudex tenetur ex officio facere illud restitui. Et pro ista parte hodie est casus in constitutio. Regis Iacobi curiæ Barchinonæ, capitu. Item ordonam establím que malafeytes, &c. vbi habetur quod maleficia primò debent satisfieri parti læsæ ante-

quam dominus rex, vel eius officiales aliquid recipiant de iuribus regis. Et habetur in alia constitutio. regis Iacobi curiæ Barchinonæ, capitu. Item que in officialis nostros &c. vbi habetur quod minus rex, vel eius officiales non debeant aliquid recipere pro compositione, nec aliàs à delato, nec liberare eum à captione, nec cancellare sibi manulentam, si sub manulenta detinebatur, donec restitutionem fecerit de malefacta, vel eam decenter assecurauerit. Et pro hoc in constituto. regis Petri tertij edita in curia Parpiniani, capitu. primo. volumus. & in constitutio. eiusdem regis Petri. in curia Montiffoni. capitu. nos, & primogenitus. & latius in constitutio. regis Ferdinandi in curia Barchinonæ. capitu. confirmans. vbi imponitur pœna officiali contrarium facienti. Et pro hoc vsatic. omnia malefacta. Et pro ista materia vide pragmaticam regis Petri tenoris sequentis. Nos Petrus dei gratia &c. Expósito nobis nouiter per vniuersitatem ciuitatum Cathalonix, & villarum, pro grauamine inter cetera quod per nos, seu procuratorem nostrum generalem, eiusque vices gerentem, & alios officiales nostros, aliquoties conceduntur, & fiunt diffinitiones, siue remissiones aliquibus criminosis, interuenientibus precibus, seu pecunia, non facta satisfactioe iniuriatis, seu dampnatis, neque prestita securitate decenti super satisfactioe huiusmodi faciendæ: propter quod supplicatum fuit nobis, vt cum premissa contra constitutiones generalium Cathalonix Curiarum fieri videantur, dignemur de remedio congruo provide-re. Nos igitur supplicatione ipsa benigne suscepta concedimus, atque statuimus quod in casu, quo tales diffinitiones, siue remissiones fierent per nos, seu per procuratorem nostrum generalem, eiusque vices gerentem, aut alios officiales quocunque, quod crimen, de quo ipsa diffinitio facta fuerit, sit habitum pro confesso, quantum ad hoc quod incontinenti sine aliqua dilatioe criminosis iam dictus compellantur per captionem personæ & aliàs ad satisfaciendum damnificatis, siue iniuriatis. Mandantes procuratori generali nostro, eiusque vicegerentibus, siue dictum officium procuracionis gerentibus, cetera.

ris officialibus nostris, presentibus, & futuris, quod concessione, & statutum huiusmodi habeant, & obseruent, & non contrahant aliqua ratione. In cuius rei testimonium presentes fieri iussimus nostro sigillo munitas. Data Ilerdæ decimo quarto Calendas Augusti, anno domini Milleesimo ducentesimo quadragesimo septimo. Quæ quidem pragmatica fuit confirmata per eundem dominum regem Petrum cum alia pragmatica data Parpiniani, decimo quarto Calendas Octobris, anno domini Milleesimo trecentesimo quinquagesimo.

Quid igitur in prædictis, dicendum est? Nam in constitutione. Item ordonam, e stablim, que malafeytes, supra commemorata est & dictio prius, de cuius natura vide Gemina. in capitu. tibi. de rescript. & dictio antequam, quæ aliquoties denotat continuationem temporis: vt ff. de ritu nupt. l. qui in prouinciam. §. fin. Quandoque est aduerbium temporis: vt l. ordinariorum. C. de cora. libro decimo. & ff. de precario. l. cum precario. & l. produci. ff. de testib. & ita accipitur in dicta constitut. Quandoque ponitur pro contra: vt l. iubemus nullam. C. de sacrosanc. eccle. & C. de nauic. non excusan. l. secunda. libro vndecimo. & capit. capellanus. extra de ferijs. Quandoque ponitur ostensiuè: vt vsatic. antequam. & ibi Gulielmus de Vallecha. Et de hoc habetur in capitu. priusquam. trigesima septima quæstione secunda. & extra de offic. delega. Et sic secundum hoc curia non potest aliquid habere à delato pro compositione, aut aliàs, donec pars læsa fuerit satisfacta. Item in constitutione Item que nos, ne officials nostros, no prenam & c. habetur quod non debet aliquid recipi à dicto delato pro compositione, aut aliàs, nec liberare eum à captione, nec cancellare manulentam quousque restituerit maleficiū parti læsæ, aut affecurauerit sufficienter ad cognitionem curiæ. Et sic plus habetur in ista constitut. quam in illa. Item ordonam, e stablim. quia illa simpliciter statuitur quod aliquid non recipiatur, donec maleficiū sit satisfactum parti læsæ: in ista autem constitutione, item que nos. que confirmata est per alias constitutiones, adijcitur, vel affecurauerit ad cognitionem curiæ. Et sic secundum istam constitutionem

reus criminis tenetur aut satisfacere, aut currere ad cognitionem curiæ. Postea superuenit dicta pragmatica, per quam adijcitur quod crimen, de quo ipsa definitio facta fuerit, habeatur pro confesso, quantum ad hoc, quod incontinenti, sine aliqua dilatione criminis compellatur per captionem personæ, & aliàs, ad satisfaciendū damnificatis, siue iniuriatis. Et pro dicta pragmatica facit l. athletas. §. si. cum l. seq. ff. de infami. vbi transigens de crimine videtur confiteri. Et sic hic habemus tria iura, scilicet duas constitutiones, vnam, quæ simpliciter disponit super satisfactione fienda, antequam aliquid curia recipiat. Aliam quæ adijcit, vel præstetur cautio sufficiens ad cognitionem curiæ. Tertium ius est ipsa pragmatica. Quomodo ergo practicabimus dicta iura, quia inuicem videntur contrariari? Et dico quod quo ad dictas constitutiones nulla est contrarietas. Nam prima constitutio suppletur per aliam postea editam: quia non est nouum priores leges trahere ad posteriores: vt l. non est nouum. cum seq. ff. de legi. & prima suppletur per posteriorem, vt ibi dicit gloss. Sed quo ad dictam pragmaticam videtur aliqua inesse contrarietas. ideo pro eius pleniori examinatione dicas quod dicta pragmatica habet locum, quando officialis non exegit cautionem decentem à reo criminis. hoc colligitur, & probatur in proœmio dictæ pragmaticæ, ibi: non facta satisfactione iniuriatis, seu damna passis, neque præstita securitate decenti. Ergo si securitas præstita esset, non haberetur pro confesso. Et cum isto intellectu concordat cum dicta constitutione, Item que nos. Expedi enim iura iuribus concordare. l. prima. C. de inoffic. test. capitu. cum expediatur. de electionibus. libro sexto. Et pro hoc facit, quia ex proœmio colligitur ratio finalis. Barto. & Bald. C. de no. Cod. confir. §. quibus. & per eundem Bald. de iusti. Cod. in princi. Adde Ludouic. in consil. consilio decimosexto. vbi dicit quod ex præfatione statuti eius dispositio, & mens restringitur, extenditur, atque declaratur. Vel dic quod verbum Satisfaciendum, appositum in dicta pragmatica, accipitur pro satisfactione, vt puta dando pignora vel fideiussores, iuxta nota: per Baldum in lectura post Gulielmum

num de Cugn. in l. j. ff. qui satisfda. cogant. vbi dicit quod si ex dispositioe statuti quis est condemnatus si non satisfecerit intra decem dies, intelligitur satisfacere dando fideiussores, vel pignora. Andra. de Sicilia in 103 c. præterea. ij. extra. de appel. dicit quod aut hoc verbum satisfactio exprimitur in contractu: & tunc intelligitur per verbum soluere. vnde promisi satisfacere tibi, intelligitur pro solutione, & non dando fideiussores, vel pignora. l. promissor. ff. de constit. pecu. authen. si quando. C. eo. Bar. & Gul. in d. l. j. & Bar. in l. si. ff. si cer. pet. Aut exprimitur à lege, vt hic: & tunc intelligitur satisfacere dando fideiussores. d. l. j. Sed idem Bald. in recollectis. d. l. j. dicit debere attendi causam promittendi, si importat solutionem, intelligitur de solutione: si importat satisfactionem, intelligitur de illa. l. si stipulatus. ff. de vsuris. Vt ergo dicta pragmatica cum dicta constitutione concordetur, debet hic sumi verbum satisfactio pro satisfactione. Et sic ex quolibet intellectu istorum dicta iura concordantur. Vel dic quod si dicta remissio fuerit impetrata, & obtenta ab alio, quam à reo criminis, ipso absente, & inscio, aut inuito, quod tunc dicta pragmatica non habet locum, quod ipse delatus habeatur pro confesso, nec tanquam in confessum compelli possit ad satisfaciendum. Nam quilibet inuito debitore potest soluere pro eo, & eum liberare: vt est textus in l. soluendo, ff. de neg. gest. Si autem aliter dicta pragmatica intelligeretur, vt puta quod verbum satisfactio, importaret solutionem præcisam, corrigeret dictam constitutionem in eo quod ibidem dicitur de securitate, & sic nimis eam restringeret: quod fieri non potest per pragmaticam. Nam licet dominus Rex possit facere pragmaticas, non tamen quod obuient constitutionibus Cathalonix, secundum Iaco. de Callicio in Margarita fisci, in octauo dubio. versic. xvj. & Gul. Præposi. in viij. q. tractatus pacis & treugæ: & quæ latius scripsi in meis additionibus de pace & treuga. in lxij. addi. Nisi diceret quod dicta pragmatica habet locum, quando reus criminis tacite vel expresse confessus fuerit crimen. Tacite, quia ipsemet composuit cum domino Rege, vel eius officialibus, et remissionem obtinuit: quia tunc ius vult quod habeatur pro confesso. Vbi enim lex fingit aliquem esse confessum, illa con-

fessio æquiparatur iudiciali, secundum Baldum. in l. si tutor. C. de inter. ma. Si enim lex, aut statutum disponat quem ex aliqua obligatione teneri perinde, ac si confessus esset, quod per omnia confessus habetur, ac si interuenisset vera confessio, & contra eum, tanquam in confessum procedendum est, secundum Ludouic. in l. si finita. §. si quis. ff. de damno infect. Adde Bald. in l. penult. C. de interd. ma. Ista tamen confessio tacita, quæ resultat ex dicta pragmatica, debet intelligi, & limitari, nisi pactio super crimine fuerit facta nondum instituta accusatione: quia tunc videtur potius hoc fecisse causa redimendæ vexationis, secundum Baldum in feu. de pa. iura. fir. §. iniuria. Secundo modo debet intelligi, si pactum aut transactio sit super crimine, de quo transigi possit, secundum legem fina. l. transigere. C. de transactionibus. vel de alijs criminibus, de quibus reus transigit cum actore: quia tunc habetur pro confesso: aliàs secus, secundum Barto. in l. maritus. §. negauerit. ff. de adult. Sed ista iura habent locum, quando transigitur cum parte: dicta verò pragmatica habet locum, quando transigitur cum curia: & sic secus est in dictis iuribus, & secus est in dicta pragmatica, quæ generaliter loquitur, & generaliter debet intelligi: vt l. prima. §. generaliter. ff. de lega. præstan. cum vulgaribus. Expresse autem confitetur crimen, quando dictus delatus iudicialiter confessus fuerit crimen, de quo inculpatur, commississe. Ex ista enim confessione sine alio processu potest quis pati sententiam diffinitiuam, secundum Innocen. in capit. qualiter. de accusa. Probatio autem, quæ ex confessione resultat, ordinem iuris non requirit, secundum Ludouic. in l. cum mulier. ff. soluto matrimo. Non enim est necessarius ordo iuris, quando contra confessum proceditur, secundum Baldum in l. j. C. de iudi. Nec talis confessio irritatur ratione ordinis iudiciarij non seruati, secundum Bald. in aut. offeratur. Quoties verò apparet reū esse confessum in iudicio, potest condēnari, quanquam totus reliquus processus sit ineptus. Bartolus in l. confessus. ff. de confes. Bal. in dicta authen. & Mathesil. in liij. notabili. Confessus enim pro iudicato haberi debet. l. prima. C. de confessis. Adde Bal. in l. eos. C. de execu. rei iudi. vbi dicit quod contra confitentem furtum

statim fit exequutio. Non enim post confessionem interponitur satisfactio, argu. l. si
 107 se. §. ait prator. ff. de re iudi. ¶ Nota tamen
 super hac materia satisfactio partis iniuriata, quod quando lex delinquenti iniungit vt satisfaciat læso de damno dato propter delictum, quod ista est seruanda in foro poenitentiali, secundum Gemi. in capit. commissa. §. illum. extra de elec. lib. vj. Sufficit tamen si vnus ex delinquentibus satisfaciat ad plenum, vt omnes liberentur. Inno. in capitul. sicut dignum. extra de homicid. gloss. in l. prima. §. si quis. ff. de vi & vi arma. vide latius Ange. in l. fin. ff. de eo, per quem fac. & in l. nec vlla. §. item si quis. ff. de pen.
 108 hæred. Sed pone quod reus composuit cum curia, & promisit satisfacere iniuriato in eo, in quo sibi teneretur ad cognitionem iudicis: iudex nõ reperit eum iuxta inquisitionem, videtur non teneri, argumto ff. de noua. l. si quis delegauerit. & l. seq. Sed dicunt doctores antiqui se vidisse seruari contrarium per constitutionem. Item ordinam e siabilim. & per capitul. item quæ nos. supra allegata: quia videtur confiteri crimen. Pro quo ff. si quis cautio. l. secunda. circa principium. & ff. de his qui notan. infamia. l. quoniam. & ita dicunt fuisse iudicatum per Bertrandum de Vallibus vicarium domini Regis cum toto consilio Regio, in quo fuerunt plures doctores. Et pro hac determinatione quo ad hoc vt habeatur pro confesso, est hodie casus in dicta pragmatica Regis Petri. Vide Innocen. in capit. cum oporteat. de accusa. Et credo bene fuisse iudicatum, quãdo ipsemet reus criminis composuit, & remissionem obtinuit: secus si alius pro eo composuisset, & compositionem soluisset, ac remissionem pro eo obtinuisset, ipso delato inuito, aut penitus ignaro, per ea, quæ superius dixi.

De materia remissionis vide quæ dixi in meis additionibus, iij. lib.

& xlix. vbi inuenies decisionem huius quæstionis.

Isti sunt casus, in quibus dominus non tenetur reddere apprehensam potestatem de castro, nec emparamentum de feudo, castellano, seu vasallo, secundum usaticos Bar

monæ, & obseruantiam Cathalonie.



Primus casus est, quãdo vasallus contradicit domino firmare directum: & dominus propter hoc, vel propter aliam fatiã de directo per forsa apprehendit potestatem de castro, tunc non tenetur reddere potestatem, vel etiam aliud feudum, si propter hoc ei emparatum fuerit, donec fecerit ei directum, vel homagium, vt est dictum, & restituerit omnes expensas, quas dominus fecerit in apprehensione castri, & eius custodibus, vel quas fecerit in emparamento feudi.



Secundus est, si dominus habet guerram cum ipso vasallo, vel cum aliquo alio: quia tunc opus habet ipso castro ad ipsam guerram, ipse dominus non tenetur, dum guerra durauerit, potestatem apprehensam ipsi vasallo restituere.



Tertius casus est, quando castellanus contradicit dare potestatem domino de castro suo, sicut ei eam dare debet: & dominus apprehenderit per vim castrum, & omnia feuda, quæ ratione ipsius castri tenet ipse castellanus: tunc non tenetur ipse dominus reddere castrum, nec feuda illa, donec castellanus emendauerit domino suo omnes missionses, & dãna, quæ dñs sustinuerit in apprehensione ipsius castri, & in guarda, & etiã dño affecturauerit iureiurando cum instrumento publico quod amodo potestas ipsius

ipsius castri non sit ei contradicta.



Vartus casus est, si castellanus siue vasallus contradicit domino facere seruitium, quod tenetur ei facere secundum quod posset, vel secundum consuetudinem: & dominus propter hoc emparauerit feudum, vel potestatem acceperit, tunc non tenetur ei dominus reddere feudum, seu potestatem, donec predictum seruitium sit ei in duplo emendatum, & quod amodo non sit ei contradictum, & bene affecturatum.



Vintus casus est, si vasallus accedens ad bellum cum domino, reliquerit eum viuum in bello, & fugerit, aut aliã falso modo defecerit ei in bello: tunc propterea amittit castrum, & omnia feuda, quæ per eum tenet: & dominus in tali casu non tenetur ei reddere.



Sextus est, si ipse vasallus ironicè diffidauerit, vel suum feudum reliquerit ei: tunc dñs poterit emparare ei omnia, quæ per eum tenet, nec tenetur ei reddere ea, donec in toto ei fecerit hominatum, & firmauerit ei directum, & emendauerit per sacramentum dedecus, quod ei fecerit.



Septimus est, si dñs per aliquam certam partem anni habet tenere castrum secundum conuentionem factam inter ipsum dñm & castellanum, de quo castrum est data potestas, & decem dies post receptionem potestatis, intra quos debet reddi potestas castellano secundum consuetudinem Cathalonie extendentur vsque ad tempus, quo dñs habet tenere castrum iuxta conuentionem comprehensam in conuentionali, intra illud tempus

conuentionale, postquam intra predictos decem dies incepit tempus, quo ipse dñs habet tenere castrum: in finito tempore conuentionali tenetur reddere castrum, nisi aliqui casus prohibent potestatem reddere de predictis casibus concurrerent.



Ctauus casus est, si vasallus dñm suum despexerit, & cum magno despectu, siue contemptu, & superbia ipsum diffidauerit, ipse vasallus debet perpetuo amittere, sine spe restitutionis, omnia feuda, & beneficia, quæ per illum dñm tenet, & habet, nec vnquam potest recipere, nisi dñs de gratia ei restituere voluerit. Et etiã si ipse vasallus habet aliqua mobilia, & immobilia, quæ non sunt de feudo, & requisitus distulerit ante delictum, vel contempserit dño suo seruire, sicut tenebatur, debet amissa ex predicto feudo de illis bonis, quæ de feudo non sunt, reddere dño suo seruitium, quod facere distulit, vel contempserit.

Item est alius casus, & nonus, in quo dñs rex potest potestatem retinere, quã aliquis de magnatibus, vel miles, vel alia quælibet persona, conuentus a dño Rege, vel a vicario suo super restitutione pacis & treuge, & bouarici pignora ponere voluerit: & si dictus rex, vel vicarius suus retinere voluerit potestatem castri, quod tenet pro dño rege, non tenetur dñs rex, vel vicarius suus restituere potestatem, donec ille, qui malum fecerit, emendauerit totum malefactum: & damnum, & districtum, quod sibi inde contigerit, secundum quod hæc continetur in constitutione pacis & treuge, quæ incipit, si aliquis de magnatibus,

- 1 Guerra durante non tenetur dominus castrum uasallo red dere.
- 2 Potestas castrum si simpliciter ob recognitionem data fue rit, poterit tamen retineri castrum propter bellum.
- 3 Dominus habens staticam in castro non tenetur illud uasallo reddere post decem dies.
- 4 Vasallo seruitium domino debitum denegante, non tene tur dominus potestatem castrum reddere.
- 5 Lex à consuetudine interpretationem recipit.
- 6 Vasallus dominum uiuum in bello relinquens, nec uiuus, feudo priuatur.
- 7 Feudum, quo casu dominus propria auctoritate nō possit apprehendere.
- 8 Vasallo petenti sibi feudi potestatem reddi, qualiter nege tur per dominum.
- 9 Lex generaliter prohibens oppositionem exceptionis, qualiter intelligatur.
- 10 Vasallus quando excusetur si impotentia uel impedimen to dominum non iuuerit.
- 11 Nolle quis dicatur.
- 12 Vasallus an teneatur domini salutem propria praeserre sa luti.
- 13 Dominus castrum potestatem uasallo reddere non tenetur, si conuentum sit quod certo tempore possit tenere.
- 14 Feuda ex infeudationes ex partium conuentione legem accipiunt.
- 15 Vasallus cum contemptu et superbia dominum diffidas, feudum perdere debet.
- 16 Exceptio que dicitur altiore requirere indaginem.
- 17 Vasallus an perdat feudum ratione deteriorationis rei feu dalis.
- 18 Commendare idem, quod deponere significat.
- 20 Castrum potestas cum deterioratione tradita, censetur non tradita.
- 21 Depositum quibus à commenda differat.
- 23 Potestas castrum quando non dicatur plene tradita, aut red dita.
- 24 Correlatiua sic ad paria iudicatur, ut dispositum in uno, locum habeat in alio.
- 25 Vasallus à rege conuentus super restitutione pacis, et treuge, si pignora ponere noluerit, feudo priuabitur.



Sti sunt. Quanquam regulariter data plenarie potestate castrum vel fortalitij per uasallum domino, ipse dominus habeat reddere potestatem eius uasallo lapsis decem diebus, vel in decima die: ut est textus supra in capitulo & finitis, & ibi latius scripsi, & per Iacobum de Callicio in uasatico, magnates. Attamen ista regula fallit in octo casibus hic descriptis, quos Iacobus Callicij examinauit, aliquos improbando, & aliquos addendo. Et licet ipse ponat primum casum, quando dominus habet guerram, ad quam opus

habet castrum ad opus sui: attamen ego in meis commemorationibus habeo illum in secundo. Sed tenendo eius ordinem, ponam illum pro primo casu sic, quod quādiu guerra durat, dominus non tenetur sibi reddere potestatem: ut in dicto uasatico, magnates. in fine. & hic, & in capitul. consuetudo est Cathalonie generalis, quod si dominus castrum maior &c. & in capit. item nota quod potestas. Et istud dicit Iacob. de Callicio fore verum, intantum quod durabit hoc casu potestas ultra decem dies, & tandit, quādiu guerra durauerit: & finita guerra reddetur uasallo requirenti eam sibi tradi. Sed hoc tempore dominus non petet fructus, nec utetur iurisdictione castrum, sed tantum faciet guerram de castro & eius hominibus: ut statim dicam per extensum. Adde Guliel. de Vallesicha in uasatico, magnates. ubi sic inquit. Sed quid si recepta potestate dominus propter guerram retinet sibi castrum, an faciet sibi fructus, seu redditus suos, & utetur in hominibus dicti castrum iurisdictione? Dic quod non, nec debet recipere fructus, seu redditus dicti castrum: sed solum tenebit castrum fortalitij, & poterit intrare, exire, & guerrificare de dicto castro, & hominibus eiusdem: sed uasallus percipiet, & habebit redditus, & alia iura castrum, & utetur iurisdictione castrum plene: nec faciet tempore guerrae uasallus aliquas expensas in custodia dicti castrum. Et ita fuit inter dominum Regem Petrum secundum, et Rogerium de Loria super castro de Consentayre Regni Valentiae, & etiam fuit iudicatum inter eundem dominum Regem Petrum, & dominum de Montecatheno de castro de Nouercada tempore, quo Gallicii intrarunt Cathaloniam, secundum eundem Gulielmum, ubi supra.

- 2 T ubi etiam nota quod si potestas castrum fuerit data simpliciter pro recognitione domini tantum, quod nihilominus potest dominus castrum propter guerram retinere, si castrum est in fronteria, vel in tali loco, quod dominus ipsum habeat necessarium ad guerram illam: & nullo alio casu licet domino potestatem simpliciter receptam retinere post decem dies, secundum consuetudinem Cathalonie: ut ibi dicit idem Gulielmus. Adde quae dixi supra in capitul. & finitis.
- 3 1 Secundus casus est, in quo dominus non tenetur

tenetur reddere potestatem sibi datam finitis decem diebus data potestatis, quando senior habet in castro staticam: ut in dicto uasatico, magnates. Et intelligit Iacobus de Callicio, quod dominus habeat staticam in castro iuxta modum, & formam retentam, seu retentum in infeudatione: ut infra dicam. Finitis igitur decem diebus dominus retinebit castrum, & habitabit in eo tandiu, quādiu sibi est permissum iuxta retentionem per eum factam in ipsa infeudatione, & postea lapsa tempore retentionis reddet potestatem uasallo: ut in fine dicti uasatici. & in huiusmodi capitul. Sed isto casu dominus solum habitabit in corpore, seu habitatione castrum, nec recipiet fructus, nec utetur iurisdictione, nisi in infeudatione esset conuentio contraria: quoniam tunc illa seruaretur, ut infra dicam. Et intelligo etiam quod praemissa retentio potestatis habet locum tam in casu dationis, quam in apprehensione potestatis, per ea quae dixi in prima quaestione.

4 1 Tertius casus est, in quo dominus non tenetur reddere potestatem sibi datam, etiā finitis decem diebus, quando uasallus contradicit domino suo seruitium, quod tenetur ei facere secundum posse, vel secundum conuentionem: & hoc donec seruitium fallitum sit domino per uasallum plene restitutum: & in duplo emendatum: & quod amodo non sit ei contradictum bene assecuratum. Quod tamen est intelligendum secundum Iacobum de Callicio ubi supra: dum tamen incontinenti post decem dies ponat iudicem, & confestim dominus uelit probare fallimentum uasalli. Alias si per tempora diceret se uelle probare, tenetur restituere potestatem uasallo incontinenti retenta firma iuris. Et hoc est de consuetudine Cathalonie, ut habetur in hoc capitulo. uersicul. quartus est. Item propter seruitium fallitum. Et fuit motus Petrus Alberti compilator commemoratio num. ad dicendum, & scribendum praedicta fundamentum recipiendo de uasatico. si quis suum feudum. qui uasatic. sane intelletus hoc non probat secundum ipsum Iacobum de Callicio: quoniam uasatic. si quis suum feudum. non loquitur de potestate castrum vel fortalitij, sed tantum de empara reali, quae in casu ipsius uasatici potest fieri

in castro, fortalitio, vel feudo, propter rationem, quam in tertia quaestione ipse Iacobus dixit: & etiam quia à regula uasatici. magnates. in uersicul. si autem aliter posita, solum excipiuntur duo casus in uersicu. nisi nisi senior &c. & sic in alijs casibus regula confirmatur: ut in §. ut autem. in authenti. de ali. aut permutatio. rerum ecclesiae. collatione secunda. & in l. prima. ff. de regulis iuris. cum ibi notatis. Et ex ista ratione ipse Iacobus fuit intentionis, ut ipse casus non procedat de ueritate dicti uasatici, sed tamē procedat de ueritate consuetudinis Cathalonie: quae consuetudo per modum limitatum desuper satis de iure communi defendi potest: quoniam ex quo castrum vel fortalitium sine uicio ipsius domini per modum dationis vel apprehensionis potestatis ad ipsum dominum peruenit, ipse dominus propter debitum seruitium sibi per uasallum suum fallitum habet retentionem ipsius castrum vel fortalitij, iuxta nota per gl. & docto. in l. si non sortem. §. idem Marcellus. ff. de condictione indebiti. & maxime cum castrum uoluntate uasalli debitoris ipsius seruitij peruenit ad dominum, & seruitium fallitum per uasallum sit debitum ipsi domino ex ipso castro vel fortalitio. Pro hoc not. per Cynum in l. si non inducta. C. quibus causis pign. tacite contrahitur. Et facit ad praedicta quod nota. in simili de prompta probatione per docto. in capitul. literas. extra de restitutione spoliato. & Cyn. C. de edict. diui Adria. tollend. & per Bartolum in l. quarta. §. condemnatum. ff. de re iudicata. & in l. si de vi. ff. de iudic. & in l. naturaliter. ff. de acquirenda possessio. Tu autem dicas quod quicquid Iacobus de Callicio subtilius dixerit, standum est huic consuetudini, per quam dicti uasatici quo ad hunc tertium casum interpretantur. 1 Lex enim à consuetudine interpretatur, secundum Angelum in l. scripturae. §. si de interpretatione. ff. de legibus. & capitulo cum dilectus. extra de consuetudi. Et ad id, quod dicit Iacobus de Callicio de retentione, adde Baldum in l. finali. C. commodati. & latius Ludouicus in l. si filio. ff. soluto matrimonio. Et quod dicitur de prompta probatione, uide Baldum in l. finali. C. de iudicijs. & Archidiacon. tertia quaestione prima.

prima. in addi. vbi dicunt quod dicitur intra triduum. Sed ego credo quod totum istud pendeat in pectore iudicis: vt ad propositum notat gloss. & Barto. in l. si is, a quo. in princip. ff. vt in pos. lega. Sed super hoc insurgit dubium, qualiter iudex debet arbitrari: Et Barto. in dicta l. si is, a quo. dicit qd ille tex. est singularissimus, videlicet quod de tali quaestione, siue exceptio debet consistare intra illud tempus, intra quod fit examinatio negotij principalis sui aduersarij: vt dicta l. si is, a quo. & l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. Et pro hoc facit quod dicit Barto. in l. j. ff. de glan. leg. videlicet qd si esset quaestio, vtrum Titius esset de antiannis, vel esse posset, vel non: debet talis quaestio probari, expediri, & terminari intra illud modicum tempus, quo ante extrahantur, & eliguntur antianni antequam incipiant eorum negotium, ne de tempore aliquid incipiat transire. Et istud sequitur Ange. Aret. insti. de actio. §. in bonae fidei. Super hoc vide que scripsi supra in c. & finitis. in q. querit vterius idē Gul. ¶ Quartus casus est, in quo dominus non tenetur reddere potestatem sibi datam ipsi vasallo, etiam lapsis decem diebus ipsius potestatis, si vasallus accedens ad bellum dominum reliquerit viuuum in bello, & fugit, cum posset eum adiuuare, aut alias falso modo defecit ei in bello. Nam tunc propter hoc vasallus amittit castrum, & omnia feuda, quae per eum tenet: & dominus in tali casu non tenetur reddere potestatem lapsis ipsis decem diebus, nec etiam postea vnquam: prout hoc expressē habetur in hoc c. versic. quintus &c. Sed hoc est de iure vsaticorum: sed alia non procedunt secundum Iacob. de Callicio: quoniam Petrus Albert. in huiusmodi. c. hunc casum posuit malē intelligendo vsaticum, qui seniore suū in bello. a quo vsaticus ipsum casum abstraxit: qui vsaticus hunc casum non continet: quoniam quicquid tex. ibi adiciat quod vasallus perdere debet omnia, quae per dominum tenet in casu dicto, non tamen sequitur quod dominus possit emparare, vel potestatem de ipsis apprehendere, vel datam sibi per vasallum vltra decem dies retinere. Istud probatur sigillatim: & primò quod dominus non possit ipso casu procedere emparando, vel potestatem de ipsis apprehendendo, quoniam iure vsaticorum aut constitutionum Ca-

thaloniam non cauetur quod hoc casu possit empara realis in feudo fieri, vel potestas castri, vel fortalitij apprehendi: & sic hoc casu non est recedendum a regula illa generali, quod causa cognita, & culpa conuicta apud competentem iudicē vasallus est feudo priuandus, posita in capit. primo. de feudo sine cul. non amittent. & in capit. tertio. quo tempo. miles inuest. cum deficientibus vsaticis sit recurrendum ad iura communia. Præterea quod isto casu non sit locus emparae reali, & apprehensionis potestatis, patet: quia dominus propria autoritate ingreditur castrum, vel feudum: vt patet ex his, quae in vsati. ipse Iacob. scripsit: & ego dixi supra capit. primo. Sed in casu dicti vsatici, qui seniore suū, &c. dominus propria autoritate non potest ingredi castrum, vel feudum: vt denotant verba, perdere debent, &c. ibi adiecta, quae verba sunt futuri temporis, & important, & denotant quod vasallus per sententiam feudum perdat, & non ipso iure, & facto, iuxta not. per gloss. in l. in criminalli. C. de iurisdic. om. audic. & in authenti. habita. C. ne fil. pro pat. quas glossas ibi potestas perpetuo nota, & menti teneas, tanquam singulares. ¶ Quid plura: etiam si dicta verba essent presentis temporis, & importarent quod ex dicta causa vasallus esset priuatus ipso iure a feudo, ex quo per ipsum vsaticum expressē non cauetur quod ad dominum reuertatur, vel quod dominus in ipso feudo propria autoritate possit immittere manus: certe dominus non posset propria autoritate ingredi feudum, nisi prius lata sententia declaratoria, per quam declararetur feudum esse domino apertum. Quod autem isto casu feudum etiam ipso facto ad dominum liberè non reuertatur, probatur: quoniam certi sunt casus, in quibus feudum ad dominum liberè reuertitur: vt in vsatic. si quis suum feudum. & in capitu. Imperialem. de prohib. feud. aliq. per Frederic. in feud. cum ibi nota. per gloss. & Iacob. de Bellou. & nota. per Innocent. in capitu. ex parte. extra. de feur. de quibus iste casus non existit. Igitur &c. Et quod etiā isto casu supposito quod vasallus feudum ipso iure amitteret, priusquam occupatio ipsius feudi per dominum fieret, quod requireretur sententia declaratoria, est text. in l. commissa. cum ibi not. per gloss. & doc. ff. de publica. & vect. & in l. res, quae. & in l. eius,

l. eius, qui. ff. de iure ff. & in ca. cum secundum leges. extra. de hare. lib. vj. cum si. Secundò probatur quod in casu datae potestatis non sit locus restitutioni datae potestatis lapsis decem diebus datae potestatis: quoniam in fine dicti vsatic. magnates. ipse tex. duos casus tantum excipit, scilicet casum guerrae, & staticae: & sic in alijs casibus, quibus in istis duobus exceptis, firmatur regula generaliter hic posita in versic. si autem aliter. vt in §. vt autem. de non ali. aut perm. reb. eccl. colla. secunda. & in l. prima. ff. de regu. Catonia. cum ibi not. per gloss. & doc. Et haec pars videtur vera dicto Iac. Callicij tam de veritate iuris communis, quam vsaticorum, Nec obstant, vt dicit, huiusmodi commemorationes, quoniam dicit quod non sunt autorizabiles, nisi quatenus se confirmant cum vsati. Barchinonae. & cum constitutio. Cathaloniam in casu procedant declarando praedictos vsaticos, nec adiciunt consuetudinem Cathaloniam illo casu existere. Et haec videtur hoc casu satis bona solutio. Si autem teneas quod isto casu dictae commemorationes sunt autorizabiles, tunc esset standum textui dictarum commemorationum. ¶ Sed tunc in casu nostro declarando ipsam commemorationem sic distingue. Aut dominus, qui obijcit quod vasallus suus praedicta sibi debet, agi habet incontinenti lapsis decem diebus datae potestatis, & quod offerat probationes claras, promptas, & notorias, & assignet iudicem ipsi vasallo super amissione feudi, & dicat, Tu vasalle, qui petis tibi reddi potestatem talis castri vel fortalitij a me, dolo petis: quia facta restitutione per me tibi, statim eam mihi restitutus es: quia amisisti ius, si quod in ipso castro, vel fortalicio habebas: quia hodie constat de amissione feudi: ideo hodie agamus de redditione potestatis per me tibi non fienda. Et tunc puto quod dominus sic excipiens est audiendus: quia attempto quod vasallus hoc casu agit petitorio vel possessorio, non tamen spoliatorio, admittendus est dominus in utroque iudicio per modum promptae fidei praedictam exceptionem domini & amissionis feudi obijciens, argumen. l. iij. §. in causa. ff. de Carbo. edic. & l. si is, a quo. vt in possess. & l. dolo. ff. de excep. doli. & iuxta not. per Cy. in l. ij. C. de edic. diui Adria. tollen. & per Barto. in l. si de vi. ff. de iudi. & in l. naturaliter.

§. nihil. ff. de acquir. possess. intantum quod non tenetur dominus vasallo reddere potestatem sibi datam, donec cognitum esset inter ipsum dominum & vasallum: de praemissa amissione feudi: & casu quo pronuntiatum esset non esse domino commissum feudum, tunc dominus teneretur reddere potestatem vasallo lata sententia, & ipsa in rem iudicatam transacta: si pronuntiatum esset domino esse commissum: ex quo ipsa sententia transiisset in rem iudicatam, tanquam dominus teneretur hanc potestatem ipsi vasallo, vt patet ex praedictis. Si autem hoc casu dominus diceret feudum esse sibi commissum, ex isto casu expressato in dicto vsa. magnates. & in vsat. qui seniore suum: sed probationes claras, promptas, & notorias per modum promptae fidei non offerret coram iudice per ipsum vasallum super commissione feudi assignato, putat idem Iaco. quod hoc casu iudex per dominum vasallo assignatus debet pronuntiare, & declarare potestatem castrivassallo, interim durante cognitione super hoc fore restituendam, salvo iure domini super amissione feudi per ipsum allegata, argumen. l. iij. §. ibidem. ff. ad exhiben. & l. ille, a quo. §. j. ff. ad Trebel. & iuxta notas praedictorum doct. Ecce verba Iaco. de Callicio. Nunquid ergo sint vera, sicut sunt posita: Et profectò indigent alia examinatione. Nam iste Petrus Albertus non extraxit hunc versum a dicto vsatico: sed quia ita erat de consuetudine Cathaloniam, prout ipse posuit, illam consuetudinem in scriptis rededit. Et forte posset dici quod dicta consuetudo originem traxit a dicto vsat. qui seniore: vt puta quia dictus vsatic. sic in practica fuit deductus, quemadmodum dictus Petrus Albertus in hoc versu posuit, & prout scripsi supra in proemio mei operis, istae commemorationes autorizabiles sunt censenda, per motiua, & rationes, ac iura per me ibi facta, & allegata. & sic standum est huic commemorationi, & consuetudini, tanquam posteriori, secundum not. per Ang. in l. de quibus. ff. de legib. Vbi verò talis consuetudo non esset, tunc verum diceret quod dominus non posset autoritate propria auferre feudum vasallo, per nota. per Bald. in feu. de allo. in fine. Et quantum ad declarationem dictae commemorationis per dictum Iac. de Callicio factam, credo eum benedicere: & sunt

verba aurea. Et pro eo, quod dicit de probatione per modum promptæ fidei, vide Ludo. in l. si verò. §. de viro. ff. fol. mat. in xxxij. fallentia. ver. secunda ratio. vbi dicit quod lex quæcunque generaliter prohibens oppositionem exceptionis seu discussionis incidentis quæstionis, nunquam intelligitur excludere oppositionem, seu discussionem illius, cuius offertur promptissima probatio longam indaginem non requirentis. Et inter alia allegat l. ille, à quo. §. si de testamento. ff. ad Treb. l. j. C. quando prouoc. nō est nec. & multa alia iura. Et quo ad illud, quod dicit ipse Iac. quod si dominus nō habet promptas probationes, debere pronūtiari castri potestatem fore restituendam, saluo iure domini super amissione: adde tu ad allegata per eum, glo. & Bart. in l. nam postea. ff. de iure iur. vbi dicit quod quando opponitur exceptio longam inquisitionem requirens, quod debet illa referuari in alio iudicio: & ista referuatio operatur quod si in alio iudicio apparebit exceptiones esse veras, & iuridicas: quicquid est factum habetur pro non factum: vt l. prætor. & ibi Bar. in prin. ff. de dāno infec. & Bal. in l. eam, quam. C. de fideicom. in lectura antiqua, vbi late de hoc. Et quia hinc fit mentio de amissione feudi, si vasallus dominum viuum in bello reliquerit: concor. ad hoc in feu. qui. mo. feu. amit. c. j. in prin. Et pro hoc quod dicit tex. in dicto vfa. ibi: dum eum iuuare poterit. vide glos. in d. c. ibi: quid enim si brachijs abscessis. & vide Bart. & Ludo. in l. si quis in grau. ff. ad Silla. & est tex. in c. si quis miles. in verbo, si potuerit. de feud. sine cul. non amit. à contrario sensu. vbi Bal. dicit. ¶ Nota verbum istud quod impotentia excusat vasallos à pœna. Et non intelligas hoc de leui impedimento, sed de grau. vt ff. de re iud. l. que situm. ff. de publica. l. Cæsar. quia quando culpa non est de facto, nec in ordine difficultatis, impeditus venia dignus est. ff. de re mili. l. iij. §. si ad diem. & l. qui commeatus. & ff. ex quib. cau. maio. l. si cui. §. si. Si tamen culpa præcedit impedimentum, tale impedimentum non excusat: vt l. si vehēda. §. idem iuris. ad legem Rhod. de iac. ¶ quia nolle dicitur, qui suo facto impeditus non potest velle: vt eleganter nota. in l. prima. C. de na. li. secundum Baldum. & adde G. de Valleli. in vfat. qui senioem. vbi quærit, quid si vasallus ad mortem vulneratus

dominum peremptum in bello dimisit, an habeat locum ille vfat. & dicit quod non. Et vterius quærit, quid si dominus in campo omnimodo erat periturus, quantuncumque vasallus opem tulisset, nunquid si vasallus dominum reliquerit in campo, vendicet sibi locum dictus vfat. & pro & contra dicit: finaliter cōcludit per dictum vfat. quod dum eum iuuare potest, non debet eundem dominum relinquere in campestro. Tu super hoc vide Bal. in feu. qui. mo. feu. amit. in illa q. septimò quæritur, quid si dominus fuit ita vulneratus, quod non poterat euadere, tamen fuga vasalli fuit iterum vulneratus, & citius exanimatus, &c. quærit ibi Bal. ¶ nūquid vasallus teneatur præferre salutē dñi salutē suæ. Puta si vult mori, potest defendere dominum: si vult fugere, oportet dominum mori. Et dicit Bal. quod si hoc est certum, debet eligere vitam propriam, nec perdit feudum: licet secus sit in seruo, secundum eū ibi. quod facit pro intellectu dicti vfat. Sed quæritur, nunquid vasallus teneatur iuuare dominum, siue iuste, siue iniuste prælietur: vide gl. in d. c. j. & ibi Bal. & in c. j. hieci. lex Frede. deinde incip. & Ludo. in l. si quis in grau. §. si maritus. ff. ad Silla. & ibi Bal. vbi dicit quod ferui non tenentur iuuare eum, qui patitur istam aggressuram. Vide Archid. xxxij. q. j. c. militare. super verbo Imperat. vide glos. & Bal. per multas q. in d. c. quib. mod. feu. & scripsi supra in cap. domino. ¶ Quintus casus est, in quo dominus non tenetur reddere potestatem vasallo per ipsum sibi datam, etiam lapsis ipsis decem diebus datæ potestatis, videlicet si dominus per aliquam certam partem anni habet tenere castrum secundum conventionem initam seu factam inter dominum & castellanum in infeudatione castri, seu alias etiam decem dies post receptionem potestatis, intra quos reddi debet potestas castellano, secundum consuetudinem Cathalonie se extendunt vsque ad tempus, quo dominus habet tenere castrum iuxta conventionem cōprehensam in cōventionali instrumento, tunc nō tenetur dñs potestatem vasallo reddere intra illud tempus cōventionale, post quod intra illos decem dies incepit tempus, quo ipse dñs habet tenere castrum: sed finito illo tempore cōventionali tenetur reddere potestatem vasallo, nisi aliqui casus prohibentes potestatem

statem reddi de prædictis casibus infra scriptis hoc casu occurrerent, vt in hoc c. ver. septimus. Et pro hac determinatione facit secundum Iacob. Callicij in dicto vfat. ma gnates. ¶ quoniam infeudationes iuxta cōventiones contrahentium, pactum, & legem suscipiunt: vt l. j. §. si conuenerit. ff. de poli. & in §. si autem in tradenda. in c. vasallus, siue castellanus nunquid potest præscribere. supra. Tu adde supra c. si quis. §. item quæcunq; conuentio. & in prima curia Regis Petri. c. item quod si barones. & in feud. c. j. de feu. nō ha. propriam nat. plus enim in feudis operatur pactum, quam lex. Text. & ibi Bal. de feu. mar. §. duo. Debet ergo pactum in feudis seruari. Bal. si vas. feu. priue. Host. in Summa tit. de feu. §. quid sit feudum. Sextus casus est, in quo etiam dominus non tenetur reddere potestatem vasallo, etiam lapsis decem diebus datæ potestatis, ¶ si vasallus dominum suum despexerit, & cum magno despectu, siue contemptu, & superbia ipsum dominum diffidauerit. Nam hoc casu vasallus debet perpetuo amittere sine spe restitutionis omnia feuda, & beneficia, quæ per illum dominum tenet, & habet. Et hoc etiam dicit Gul. de Valleli. in vfat. qui ira ductus. nec potest vnquam recuperare, nisi dominus de gratia ei restituere voluerit: & etiam si vasallus habet aliqua bona mobilia, & immobilia, quæ non sint de feudo, & requisitus distulerit ante delictum, vel contempserit domino suo seruire sicut tenebatur, debet amisso feudo ex prædicto delicto de illis bonis, quæ de feudo nō sunt, reddere dño suo seruitur, quod facere distulerit, vel contempserit: vt in vfa. qui senioem suum despexerit. & in hoc c. ver. octauus. iste etiam casus de iure vfat. corum, aut alio iure etiam non procedit, secundum Iaco. de Callicio: quoniam Petrus Albertus in hoc c. hunc casum posuit, malè intelligendo vfat. qui senioem suum despexerit. à quo vfa. istum casum abstraxit, qui vfat. hunc casum nō continet: quoniam quod textus ibi adijciat quod vasallus perdere debet omnia, quæ per dñm habuerit, non sequitur, quod dñs possit ipsa emparare, vel potestatem de ipsis apprehendere, vel datam pervasallum vltra decem dies retinere, per rationes, quas ipse Iac. firmavit supra in ista q. in ver. quarto. ad quas se refert. Possent tamē, vt ipse dixit, hoc casu satis probabiliter distingui, an dñs præ-

dicta obijciens habeat probationes claras, & promptas, vel nō, prout distinxit in dicto ver. quarto. & illuc etiā recurras. Tu tene quod quicquid Iaco. Callicij dixerit, standum est huic cōsuetudini, per ea, quæ scripsi supra in dicto ver. quarto. cum declaratione ibi data. Nam, vt dixi, dictus Petrus Albertus non abstraxit istam cōm memoriam à dicto vfat. sed compilauit eam, prout dictus vfa. fuerat omni tempore præcicatus, & in consuetudine deductus: quæ consuetudo dat intellectum, & interpretationem dicto vfat. Et sic minimè sunt mutanda, quæ legitimam habuerunt interpretationem. l. minimè. ff. de legi. quæ consuetudo potest defendi per regulam, dolo petis, &c. Nā si dictus vasallus teneretur sibi statim restituere dictum castrum, ad quid fieri deberet à domino restitutio potestatis data: Profecto nō videt mihi quod fieri debeat. Potestas enim simpliciter peti potest, etiam sine despectu illato à vasallo dicto dño, secundum hunc versum: & illa est tradenda dño, secundum quod scripsi supra in c. j. & sic si dñs vult eam retinere propter dictum despectum fieri potest, dum tamen probationes habeat in promptu, secundum nota. in dicto ver. quarto. Nam si altioem requireret indaginem, tunc secus esset: quia debet referuari in alio iudicio, vt dixi supra. Et adde ad ea, quæ ibi allegauit, Ang. Are. insti. de excep. §. æque. & Bar. Ang. & Io. de Imo. in l. ille, à quo. ff. ad Treb. §. si de testamento. ¶ Sed quæro pro complemento materiae, quæ dicitur exceptio, quæ requirit altioem indaginem. Et dicas quod si sit ambagibus inundata: vt l. fin. C. de cōpen. vt puta, quia potest esse ambiguitas in facto: vt si de testamento cōfiteatur, neget tamen fidei cōmissum, quod expedit probari per testes, qui sunt à login quo. Ita dicit Bar. per illum textum in d. §. si de testamento. ver. quæro quomodo potest esse dubium. & etiam ambiguitas in iure, secundum Hosti. in c. cum cōtingat. de offic. deleg. vt refert Io. de Imol. in d. §. si de testamento. in fi. videlicet quando dubium esset de iure an talis exceptio sit admittenda, vel non, vel possit prodesse excipienti, vel nō, iuxta l. ad probationem. C. de probatio. & requirat non leuē agitationem. Et pro hoc allegat Ange. Are. insti. de actio. §. in bonæ fidei. tex. cum glo. in l. iij. §. ibidem. coniu. cto. §. sciendum. ff. ad exhibendum. qui tex.

est vulgatissimus, sed non allegatur modo prædicto. Nam tex. ibi dicit, obscurior: & gloss. exponit de facto. postea sequitur in textu, vel quæ habeat altiorem quæstionem, &c. & glo. ibi dicit quod altior dicitur propter iuris solemnitatem. ¶ Et sic ibi est casus quod exceptio potest dici requirere altiorem indaginem, siue talis indagatio p̄deat à facto, & à facti probatione, siue à dubitate iuris: quia super illa non est indubitata & certa opinio iuris. Quod est valde notandum. Quoties ergo exceptio habet disceptationem, vel dubitationem in iure, vel in facto, dicitur requirere altiorem indaginem: & per consequens non possit opponi per dominum vasallo, quin prius restituere habeat castri potestatem. Aduertas tamen, quod licet talis exceptio dicatur requirere altiorem indaginem sui natura, tamen si dominus opponens offerat intra breue tempus eam probaturum, tunc illa opponi possit, argumentol. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudi. cum ibi notatis per gloss. & Bart. & maxime per Rapha. Et hoc voluerunt dicere Barto. Bald. & Salice. in l. fin. C. de edic. diui Adriani tol. secundum Angelum Areti. in dicto. §. in bona fidei. et dixi superius in dicto versicu. quarto. vide Guliel. de Vallecha. in vsat. qui se sciente. vbi dicit quod vasallus, qui haustiam contra dominum suum committit, perdit bona. quod intelligit quæ pro eo in feudum tenebat. Septimus casus est, in quo non tenetur reddere potestatem castri, vel fortalicij vasallo, etiam lapsis decem diebus datæ potestatis, si vasallus dederit damnum in feudo, vel deteriorauerit feudum, secundum Iaco. de Monteuida. qui hoc per modum quæstionis examinauit in dicto vsati. magnates. sub hac forma. ¶ Et pro hoc facit ad quæstio. qua quæritur, an propter damnum datum in feudo, siue ratione rei feudalis deterioratæ possit retineri potestas post decem dies? Et videtur quod non: quia tunc demum quando recipitur propter fatigam, non potest retineri vltra decem dies: vt ex prædictis colligi potest: ergo &c. Sed contra videtur, quod eo casu non videtur data plena potestas. Nam castra, de quibus dantur potestates, communiter in Cathalonia sunt commēdata per dominos vasallis: & ita dicunt ferè omnes conuenientia, scilicet quia dicunt, Dominus talis commē-

19 dauit tibi castrum, &c. ¶ Si igitur commēdata est, sequitur quod est depositum: quia commēdare nihil aliud est, quam deponere: vt ff. de verborum significatio. l. commēdare. & depo. l. Lucius. & si est depositum, dicit lex quod si res deposita reddatur deteriorata, quod non videtur reddita: ideo potest adhuc agi depositi ad ipsam rem: vt ff. de posi. l. prima. §. si res. & de verborum significatio. mulier. §. primo. ergo si castrum commēdatum redditur deterius, non intelligitur redditum: consequenter non intelligitur data potestas, & sic data non est restituenda aliquo tempore, donec sit data, scilicet sine deterioratione. Præterea in consuetudinibus Cathalonia, quas compilauit dictus Petrus Alber. legitur quod dominus, qui recipit potestatem, debet eam elapsis decem diebus reddere sine detrimento castri: aliàs non intelligitur reddita. Hoc loquitur in dictis consuetudinibus in septimo, 20 vel octauo capitulis: ¶ Ergo à simili videtur quod non intelligitur tradita, si sit tradita cum detrimento. Non enim debet esse melioris conditionis vasallus, quam dominus. In hac opinione fuimus plures in audientia: alij tamen, & totidem fuerunt in numero in contrarium, intelligitur autoritate. Sed dominus Reuerendus Episcopus Valentinus, qui fuit cancellarius domini Regis, & tam in theorica, quam in practica magnus, declinabat in opinionem nostram prædictam Iacob. de Monteuida. vbi supra. Sed Iacobus de Callicio non putat esse veram opinionem dicti Iacob. de Monteuida. quia iste casus non est de casibus exceptis in fin. dicti vsatic. magnates. & sic in isto casu, & alijs remanet firma regula posita in fine dicti vsatic. in versicu. si autem aliter. iuxta. §. vt autem. in authentic. de non alienand. aut permutan. collatione secunda. & in l. prima. de regu. iur. & in l. prima. de regula. Catoniana. cum ibi not. Et pro hoc facit, quia pro alienatione partis castri, vel fortalicij, non potest fieri retentio: vt in capitu. fina. quod incipit, si potestas castri. j. cum simi. Nec obstant rationes in contrarium factæ per Iacob. de Monteuida. & primò prima: 21 ¶ Quoniam quæ dominus commēdauerit castrum, vel fortalicium castellano in feu. non sequitur quod sit depositum. Primò, quia non sequitur

quitur est commēdata, ergo est depositum: quia depositum non consistit in castro, vel fortalicio, sed tantum in re mobili. vt not. per Azonem in Summa sua in titulo depo: & Rosre. in iij. parte, in titu. depo. circa princip. in versicu. ij. Præterea in castellanum transfertur vitile dominium, vt not. gloss. & doct. in l. j. C. vbi in rem act. & in l. j. ff. si ager vecti. vel emphy. pet. Et ita ab expresso determinat glo. & Iaco. de Bellou. in capitu. j. §. j. de inuef. de re ali. Secus in deposito, quia non transfertur dominium, nec directum, nec vitile: vt ff. depo. l. Lucius. §. rei ff. depo. Præterea infeudationes castrorum communiter fiunt cum præstatione alicuius honesti seruitij, iuxta not. per Iacob. de Monteuid. in vsa. omnes homines. & iuxta ea, quæ ipse Iacob. Callicij scripsit in vsatic. si quis suum. in prima. q. & sic non est depositum: quia in deposito exigitur quod pro re deposita nihil detur: vt ff. depo. l. j. §. si quis. & l. Lucius. quoniam locum habent, quando commendantur res mobiles absque translatione dominij, & absque erogatione salarij, seu seruitij: vt patet ex prædictis: hic est totum oppositum, vt ex præmissis apparet: & sic non est depositum, sed potius concessio feudi. Nec obstant verba conuenientiarum, in quibus continetur quod talis dominus commēdauit tali castellano tale castrum ad tale seruitium, vel etiam seruitio non expresso, cum præstatione homagij, &c. ¶ Quoniam verbum Commēdauit, ibi adiectum, improprie accipitur, debet exponi, commēdauit, id est, in feudum concessit: quia verba prædicta debent accipi secundum naturam ipsius infeudationis, in qua adijciuntur, argumento l. si vno anno. ff. loca. & conduc. cum ibi notatis per gloss. & doct. Nec obstat secunda ratio: quoniam, vt dictum est, dicto cavij. in fine, non facit ius: cum dictum ca. non sit autorizabile. Hæc non videtur bona ratio, cum dictæ commemorationes non recipiant interpretationem extensiuam actiue: vt l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. cum ibi nota. per Bar. & sic non obstant dicta iura. Et hæc solutio esset bona, supposito quod dictæ commemorationes pro authenticis non haberentur. Si autem dictæ commemorationes pro consuetudinibus tantum haberentur notarijs, & in scriptis redactis, tunc non procederet dicta solutio, imò mi-

litaret ipsa ratio Iacob. de Monteuid. quoniam in consuetudinibus procedendum est de similibus ad similia. l. de quibus. circa princip. ff. de legi. & l. j. C. quæ sit lon. con- 23 sue. ¶ Quare tunc dicendum esset, quod si dominus intra decem dies datæ potestatis damnum infert in castro, non videtur reddere plenam potestatem: ergo etiam si castellanus intra decem dies datæ potestatis damnum inferret, vel aliàs se immisceat in castro, non videtur dedisse plenam potestatem: vt in c. Si petita fuerit per dñm potestas à vasallo de suo castro, dabit in hunc &c. Istitis ergo casibus, quoniam vasallus infert damnum intra decem dies datæ potestatis in castro, æquiparatur domino damnum danti in eodem, intra ipsos decem dies datæ potestatis, & non aliàs, nec aliter, prout dicit idem Iaco. de Monteuid. supra. Quod est menti tenendum, & summe notandum. Possit distingui an dominus haberet probationes promptas, claras, & notorias, vel non: vt aliàs fuit superius distinctum. Ecce verba dicti Iacob. de Calli. Quæ autem opinio ipsorum Iacob. de Monteuidaico, & Iaco. de Calli. sit verior. Ego salua tamen meliori deliberatione crederem opinionem Iaco. de Monteuid. fore verior, non per rationes suas de commēdata, quia non videtur bene dictum, per rationes factas per Iacob. de Callicio, sed per has rationes. Primò enim habetur supra in c. & finitis. quod dominus absque detrimento lapsis decem diebus debet restituere vasallo castrum: & si damnum ab eo illatum non restituerit non videtur plena reddita potestas. Secundò, quia vasallus non potest, neque debet feudum deteriorare: vt supra in c. li. verò. & per Gemi. in c. ad apostolica. §. sed licet. ff. de re iudi. libr. sexto. Non enim vasallus potest facere conditionem domini deteriore, secundum Bald. qui. mo. feu. amit. §. rursus. Si igitur vasallus non potest feudum deteriorare, neque domini conditionem facere deteriore: & consequenter nec dominus tenetur illi castri potestatem reddere, nisi damnum in feudo illatum à dicto vasallo fuerit restitutum. Tertio, dominus non debet esse deteriore conditionis, quam vasallus: nam dominus, & vasallus ad paria iudicantur: vt in vsat. cunctum malum. & eandem fidelitatem debet dominus suo vasallo, quam vasallus domino suo, vt supra c. licet. & est casus in libr.

feu. titu. de forma fide. & ibi Bal. & xxij. q. vltima. de forma. & in Spe. tit. de feud. post prin. Patitur enim dominus illam poenam quam patietur vasallus in feu. qua. do. proprie. feu. priue. c. ex facto. & ibi Bald. & sic ambo paribus passibus ambulant. Si enim dominus dederit damnū in feudo, tenetur illud restituere: aliās non videtur plena reddita potestas: ita dicamus in vasallo, quod nisi restituerit damnum, & detrimētum feudi, quod non videatur plenē data potestas, neque dominus illam restituere teneatur, vt in his ad paria iudicentur. Quartō, dare potestatem, & illam finitis decem diebus reddere, & dominus, & vasallus sunt correlatiua: vt argumento c. j. qua. do. proprie. feu. priue. cum ibi notatis per Bald. & per ²⁴ eum si de feu. defunc. mī. §. domino. † Sed, dispositum in vno ex correlatiuis, censetur dispositum in alio, licet de alio non fiat mentio: et de vno ad aliud fit extensio, secundū quod latius scripsi supra in cap. eodem. vbi de hoc latius traſtaui. Et adde hīc quā de materia extēſionis scripsi supra, in c. cōſuetudo. Igitur dicamus in nostro casu, quod illa dispositio, quod non videatur plena reddita potestas a domino, si damnum, & detrimētum in re feudali dederit, extendatur ad vasallum, quod non videatur plenē data potestas, si vasallus feudum deteriorauerit, & sic dominus non tenetur vasallo reddere caſtri potestatem propter naturam correlatiuorum. Et prædicta intellige, si dominus habet promptas, & paratas probationes. Aliās si altiore requirerent indaginem, tunc dominus debet reddere vasallo caſtri potestatem, secundū ea, quā superius latius de hoc dixi. † Octauus casus est, in ²⁵ quo dominus non tenetur reddere potestatem caſtri, vel fortalitij lapsis decem diebus datæ potestatis: si vasallus fuit conuentus a domino rege, vel vicario suo, super restitutione pacis, & treugæ, & pignora ponere noluerit: quoniam dominus rex, vel vicarius eiusdem de suo proprio emēdare debet maleficia, & tandiu tenere potestatem, donec illē, qui malum habuerit, factum emendauerit domino regi, & suo vicario totum illud malefactum, & damnū, & distriguū, quod inde sibi contigerit: vt in constitut. si quis de magnatibus regni. in constitutioni-

bus pacis & treugæ. & ibi per commentatores dictæ constitutionis allegatur casus singularis ad hoc. Non casus est, si aliquis vasallus in ciuitatibus, aut villis domini regis, aut in villis ecclesiarum, vel domorum religiosorum homicidium, vel sacrilegium vel aliquod scelus perpetraverit, & receperit se in caſtro, vel fortitudine alicuius. Nā vicarius domini regis statim cum audierit, venire debet ad ipsum, qui receperit, & quæret ab eo diligenter malefactorem, & rapinam: & si reddere noluerit, exiget ab eo de his, que tenet per dominum regem potestatem: & postquam vasallus vicario regio ipsam potestatem dederit, tenebit ipsam vicarius tam diu, donec de ipso malefactore, & de iniuria ipsi vicario illata fuerit ipsi plenarie satisfactum: vt in forma sacramenti vicariorum. §. si quis autem in ciuitatibus. Et isti sunt casus, in quibus tantum licitē post decem dies datæ potestatis possunt domini retinere ipsam potestatem, secundū Iacob. de Callicio in dicto vsat. magnates. licet, secundū eum, sint alij casus desuper numerati, in quibus dominus caſtri, vel fortalitij possunt potestatem caſtri, etiam lapsis decem diebus post apprehensionem de ea factam, licitē retinere, & etiam ipsum caſtrum, vel fortalitium emperatum retinere, donec sibi facta sit cōdigna emenda. Nec alios casus dicit ipse Iacob. se inuenisse. Et sic demptis dictis casibus, non putat in alijs casibus fore recedendum a regula illa generali, quod causa cognita, & culpa conuicta apud competentes iudices vasallus est feudo per dominum priuādus, iuxta c. j. de feu. sine cul. non amit. & in c. iij. quo tem. mī. inuef. cū simīl. Et hæc omnia dicit, quod sunt notabilia, & menti tenenda, & sunt limitanda, iuxta c. item not. quod potestas petita, & data simpliciter pro recognitione domini. Tu verō adde quā scripsi supra in c. & finitis. & in ca. si verō. vbi dedi aliquos casus limitantes dictam regulam. Et hīc est finis huius operis, quod Deo auctore cum magno studio, vigilia, & labore compleui, & perfeci die Martis vicesima-



nona mēſis Octobris, anno a natiuitate domini Milleſimo quadringentesimo septuagesimo sexto.
Finis.

L V G D V N I,

Excudebat Cornelius a Septem grangiis,

Anno 1 5 5 1.